CONTEMPLANTI MIHI ALIQVANDO: ET ACCVRATIVS NON nunquam memoria repetēti uaria/ac multiplicia: quæ natura finxit rerum genera: id adeo imprimis lætandum iure eſſe uideo: præſtare hoīem cæteris aīalibus: non mō ui mentis/ac dignitate rationis: ſed perpetui quoq; æui munere: atq; immortalitate uiuendi. Quam multa nobis ſiue natura: ſiue reꝶ oīum fabricator: & conditor Deus: ad mortalem hāc tuendā uitam: & adiumenta: & ꝑſidia contulit? Quibus hoīem uel donauit uitæ muneribus: uel artium diſciplinis exornauit? Quanta eſt omniſſis corporis partibus: īgenii & rationis uis: ꝗ eximia: ꝗꝗ præclara mentis ipſius ꝑſtantia? Nempe conſtat maxime eſſe memorabilem/ꝑſtantiſſimamq; hoīs ſortem: quem clariſſimo ꝑditum ingenio/ diligētiſſimus magnæ molis artifex: ut ait Lucretius: Oībus ornatum uoluit excellere rebus. Sed ne qd ad ampliſſimum munus oīno deeſſet: idem ipſe reꝶ oīum parēs: ac totius mundi princeps/hoīem ad ſimilitudinem ſuā atq; ad diuinitatis imaginem finxit: mentemq; eius: qua nihil fere pōt cogitari maius: ac ꝑſtabilius: ut in hac quoq; mortalium reꝶ uarietate: īcompræhenſæ: atq; indiuiſæ Trinitatis extaret ſimulachrum/ītellectus/uoluntatis/memoriæ diuinis ornamentis īſigniuit. Quinetiā donum adhibuit īmortalitatis: ut homo ipſe ſi ſe agnoſceret: non ſolū in hac mortali luce globum terræ tueretur: quā incolit id qđ aiebat Plato: aut cælū: ſolemq; cerneret: quod Anaxagoras Clazomenius ſentiebat: ſed etiā ex hac uita migrans: fœlix: ac ſempiternū æuum ageret beatus: deorūq;: ac cælitum uitā adipiſceretꝰ. Solent nonnulli uiri fortaſſe non īprobi: ſed hi quidē nō ſatis eruditi illud. M. Ciceronis & ſtulte ammirari: & temere accuſare: ut deū quempiā hoīem habendū cenſuerit: id qđ primū de Platone ſumptū eſt: Philoſophoꝶ: quos uetus ætas tulit lōge oīum ſapientiſſimo. Mihi quidē uterq; plurimū ꝓbatus eſt: & auctor tam grauis: tamq; dilucidæ ueritatis Plato: & confirmator Cicero. Neq; n. tam habendū religioni eſt: ut uel appellemus deū/quemdā hoīem: uel etiā iudicemus. Quandoquidem hoc ſolū animal diuinæ/atq; inexplicatæ Maieſtatis imaginē ſeruans: & rōnis/& īmortalitatis particeps factū eſt/Deum quis neget ſummū bonū eſſe: qđ nemo neq; aīo cōplecti: neq; uerbis enarrare poſſit? Nō ne uel dementiſſimus quiſq; deum profiteatur id eſſe: quo non ſolū Angeli: & qui ſecūdū Angelos rōnis participes ſunt: hoīes ſpectāt: ſed quo belluæ/cicures/feræ: quo natās/atq; aquatile: quo pennigeꝶ & æthereū genus intendit animantiū? Quo cælū totū: ſydera oīa: quo denīq; uniuerſus mūdus ipſe cōuertiꝰ? Nam ſicut ex Deo: quæ in reꝶ natura totoq; mundo conſtant: atq; mouenꝰ ita & ad ipſum quoq; perinde atq; ad finem oīum extremūq; bonoꝶ ſpectāt oīa: ac referunꝰ. Et. n. ex ipſo oīa ſacra eloquia prodiderunt: & ad ipſum oīa. Sed huius quoq; ipſius rei: ſi recta rōne inſpiciamus: ſimilitudo nōnulla ad hominis transferenda naturā eſt: ut nō inficiemur: & hoīem deum quempiam oportere iudicari: qui & ipſe diuinæ animationis ſpēm cōtinet: & eorum quæ genita ſunt: finis eſſe nequaꝗ ambigue comprobatur. Legeram iampridem tritam illam Stoicoꝶ ſententiam: quæ procreata in terris ad uſum hoīum/oīa referret: & hoīes hoīum cauſa diceret generatos. Legeram acuti ac diligētis naturæ inueſtigatoris Ariſtotelis de aīa librum: in quo & id quoq; imprimis ſcriptū animaduerti: eſſe & nos quodāmodo finem. Sed tamen timide ac religioſe affirmabam eoꝶ mētem: quos quia nō eſſent diuinitus illuſtrati: plerunq; maximaꝶ rerum latebat ueritas. At cū per ætatem ad ſacras litteras aīum applicuiſſem: cœpi iam multo: ꝗ conſueuerā/audentius tum ſentire: tum dicere: quod etiam philoſophoꝶ turba coacti ueritate tradidiſſent. Atq; Moyſes ī primis ueridicus uates: ac diuinæ legis lator/hominis imperiū in ea: quæ a Deo condita ſunt: & ſæpe/& manifeſte teſtaꝰ. Mox uero id ipſum cū alii ꝑmulti/ tū maxime illuſtris Propheta: ac nuſquā a uero diſcrepans facile eſt: atq; intrepide auſus confirmare. Huius eſt. n. illa ſentētia: qua muniti/hoīem iudicamus pene Angeloꝶ claritudinē adæquare: eundemq; ſingulari gloria incredibili honore præditū: maximis/ampliſſimiſq; operibus diuinis præeſſe: deniq; & animata oīa/& inaīa/hominis poteſtati/ac ditioni ſubiacere. Quod aliud queſo animal ad cōſequēdā colēdāq; uirtutē natum eſt? Cui datum/ut reꝶ ordinem ſentire/cognitionem/ac ſcientiā nāciſci queat? Quid quod nullū aliud animal præter hoīem: ſe ipſum noſſe: deū contēplari: ſempiternæ fœlicitatis bonū adipiſci pōt? Quod qui minus tā præclarā/tamq; illuſtrem hoīs ſortem cogitatione aſſequi ualēt: ii ſibi claros & præſtantes gloria uiros ante oculos ponant. Cleantē/Platonē/Socratē/Pythagoram: multoſq; de ueteribus/ac pene īnumerabiles. Paulū apoſtolū/de noſtris Dionyſiū/ac recentioris memoriæ Ambroſium/Hieronymū/Auguſtinū/Gregoriū/cæteroſq;: quibus enumerandis nulla neq; oratio/neq; tēpus ſatis ſit: Quos & ꝓpter eximiā/exquiſitamq; rerum doctrinā/& ob incredibilē uitæ integritatē/ac ſanctimoniā nulla reticebit ætas: nulla delebit obliuio. Secuti nanq; ſunt naturā/optimū uiuendi ducē/ac magiſtram cōtemptis uoluptatibus/ſpretis oībus: quæ ad feraꝶ mores/atq; ad belluaꝶ uitā proxime uiderenꝰ accedere. Quā quidem dignitatem nemo nō mortaliū tum natura/tum imitatione cōſequi poſſit. Non. n. aliā ſortiti ſunt illi naturā: nec diſſimile nacti ingenium. Idem illos cælū contexit: eadē quā nos incolimus terra ſuſtinuit. Nō nectare illi/atq; ambroſia aliti ſunt: ſed iiſdem/quibus nos ipſi: ac forſitan multo tenuioribus nutriti/atq; educti alimentis. At illi ut erant hoīes/ita & ſeipſos/ ratione utentes/ a feraꝶ conſuetudine lōgiſſime auertebāt. Nos cōtra aut ignauiæ dediti/ac ſegnitiei: aut addicti uoluptatibus: quo lōgius ab hoīe recedimus: eo accedimus propius ad belluaꝶ īmanitatē. Sed de his alias fortaſſis plura. Nūc redeo ad hoīs ꝑſtantiam: cuius illuſtrādæ illud quoq; haud obſcurū argumētū exiſtimari conuenit: tantæ curæ

eſſe tam præclaroꝝ opificium oīpotenti principi:ut ſalutis humanæ recuperandæ/ac tuendæ gratia/ne filio quidem ſuo pepercerit:quin pro redimědo noſtro genere/imolandū illū/mactandūq; tradiderit.Itaq; ut noſtræ ſaluti conſuleret:ac multo forſitan nr̄a conditio clarior/atq; illuſtrior fieret/ipſe Dei filius unigenitus & coæternus patri/noſtræ carnis inuolucra induit:formā hoīs aſſumpſit:& uiciſſim(ut ita dixerim)ad hoīum ſimilitudinem factus eſt:qui nos ſimilitudinis ſuæ quondā participes conſtituiſſet. Quamobrē tot iam/tamq; manifeſtis rōnibus habitis/in ſūma pene reꝝ oīum:quæ procreatæ ſunt/multitudine & copia nihil neq; haberi cōueniat:neq; inueniri poſſit/hominis dignitate ac natura præſtantius:Sed hanc totā humanæ nobilitatis gloriam:quod bonis & ſapientibus uiris oībus debet eſſe moleſtū/turpiter infringunt;labeſactant:delent:qui pernicioſis capti erroribus/aīos hoīum putant eſſe mortales. Quod ſi ita foret/ceruos & cornices & nōnulla præterea muta animantia hoīs naturæ præferenda uiderent:quibus longior uitæ huius diuturnitas tributa eſt. Fabricatricis naturæ(ſi dicere fas eſt)iniuriā merito accuſaremus:quæ uelut iniuſta nouerca diuturni tēporis uſuram cōcedens illis tam breues nobis tamq; anguſtos uitæ terminos circunſcripſiſſet. Temere Socrates/uel potius Thales Mileſius fortunæ gratulatus eſſet:natū ſeſe fuiſſe hoiem/quandoquidē ad ſummā hoīs imbecillitatē oīno & circuncīſæ uitæ accederet breuitas. Sed eoꝝ hæc inſania eſt:qui pecoꝝ more/uentri obediētes/Veneri mancipati/in luto demerſi iacent:uix ad id quod adeſt:quodq; oculis præſens eſt/ſeſe accomodantes. Quapropter inſtituimus de perpetuitate animæ ita diſſerere:ut & ſapientes uiri atq; eruditi in ſua ſententia perſeuerent:& ſtulti hoīes ac flagitioſi prauæ & cōtortæ opinionis errore liberent. Graue onus eſt/fateor/& noſtræ imbecillitati oīno impar. At nō meis uiribus:quas ſentio q̃ exiguæ ſint:ſed uel ſapientū uiroꝝ doctrina fretus/uel ſacri eloquii locupletiſſimis teſtimoniis initurus fortaſſe audacius:ſed tamē nō inutiliter(ut arbitror)ſalutaris ac neceſſariæ diſputationis inire certamen:ut eoꝝ/quoad fieri poſſit/refellat̃ ſnīa:ſtultitia improbet̃:qui animoꝝ interitū cōſtituētes/in uaſtū errorū pelagus & ipſi labunt̃:& ut alii labāt̃/īpellunt. Nā in tenenda cognoſcēdaq; aīoꝝ imortalitate oīs humanæ uitæ ratio & cōſtātia ſita ē:in q̃ ea reiciēda labes ſimul uitæ & uirtutis euerſio. Nec latebat me & alios præcucurriſſe cōplures etiā ſumma auctoritate uiros/& grauiſſimos philoſophos:qui de eadē re libros ſcriptos reliquere. Verutamen alii falſa ac lubrica ſui inſtituti fundamēta iecerunt:alii ita acriter atq; obſcure locuti ſunt:ut proferri in lucē nequeant. Itaq; ipſi ſua ſcripta nōrunt:ſed cōmuni utilitati parū conſuluſunt. Nā & Aurelius Auguſtinus acutiſſimo ac diuino uir ingenio/& ſciētiæ copia:cū de imortalitate animæ nōnulla edidiſſet:profiteri nō dubitat/maximā eſſe/ac pene oīum difficillimā huiuſce rei inueſtigationē. Quanti uero in hac quæſtiōe habēdus eſt Plato:qui ea de animis ſentiret:quæ a recta rōne prorſus abhorreāt. Conſtituat ipſe animos ſemp fuiſſe:nos aliud filii exploratæ ſnīæ & cognitæ ueritatis adoriamur. Neq; n.ulla huiuſce cauſæ firma/ſtabilia/& ſolidæ rōni cōſentanea argumēta afferri poſſint:niſi ab iis:quos nō male philoſophantiū ſefellit uanitas:ſed diuinaꝝ imprimis ſcripturaꝝ/ſacrarūq; inſtitutionū ſimplex:ſinceraq; ueritas erudiuit. Non igit̃ tā Peripateticis/Academicis/Stoicis/ reliquis Philoſophoꝝ ſectī ipſis interdū diſſidentibus diſciplinis/ius de maximis rebus diſputandi datū eſt:q̃ Chriſtiani noīs uiris/& ueræ perfectæq; ſapientiæ præceptoribus:qui cū multa:quæ Philoſophis penitus inaudita erant/diuina illuſtratione aſſecuti ſunt:tum accepta ab aliis rectius ſane intellexerūt:q̃ illi ipſi:a quibus tradita atq; inuenta ſunt. Ex hoꝝ igitur nos hauriemus puriſſimis fontibus:& ad explicandā animæ perpetuitatē/hos potiſſimū auctores ſequemur/& duces:nequaquam tamē prætermittētes:ſi quid hac ipſa de re noſtra approbatione dignū Philoſophi/& magna ſcientia atq; auctoritate uiri accuratius prodiderunt. Sed iam noſtri conſilii exordium aggrediamur.

Explicit prologus. Incipit liber primus de animi immortalitate.

QVi igitur adeo difficilis ac perobſcuræ quæſtionis ediſſerēdæ munus laboreq; ſuſcepimus/ id primū duximus ſtatuēdū:ortum habere participē rōnis aīam:carere interitu. Hæc nāq; bipartita nobis cauſa peroranda eſt:& ſimul eoꝝ cōfutanda ſnīa:qui hunc perſpicuæ ueritati temere atq; īpudēter auſi ſunt obtrectare. Neq; ego ſum neſcius/nō mediocre me illatuꝝ iniuriā oībus:qui ut confidentius nefariis libidinibus atq; obſcœnis uoluptatibus intendant/omnia nō iam ſentiunt(ut opinor)niſi forte totum in illis rationis & humanitatis lumen extinctū eſt:ſed dicunt potius morte deleri/procliuē eo pacto ſibi ad nequitiam/ad improbitatē/ad perniciē aditū:& laberi minime dubiā cōfabricantes. Huius uero tam clari certaminis palma(niſi fallor)haud ambigue aſſecuturus ſum:illo nr̄æ diſputationis auctore/& duce:qui honeſta:rectaq; hominibus uota fortunat:& mortaliū cogitationē oēm atq; operā inenarrabili prudentia moderat̃. Ac primū quidē de ortu & origine aīæ paucis diſſerendū uidet̃:mox ad alterā partē quæſtionis noſtra q̃ primū feſtinabit oratio. Nā cōperto aīaꝝ ortu/multo facilior expeditiorq; ad cognitionē imortalitatis patebit ingreſſus. Harū autem partiū/cū utraq; fuerit abſoluta/illud quoq; iā aiecto operi tanq̃ faſtigiū addiderimus:quo cuiq; ſolutis corporū uinculis/ſiue reditus poſt mortē/ſeu aduentus pateat. Itaq; cū mecū ſæpenumero mēte cōplector/& uel noſtroꝝ ſcripta/uel ueteꝝ monumenta inueſtigo diligēter/tres mihi uideor potiſſimū de aīa ſententias reperire potuiſſe. Et hi quidē præfuiſſe aīam corpori/atq; extitiſſe ſemp/illi ex aliquo gigni:plerīq; uero:quoꝝ longe firmiſſima ratio/ſumma auctoritas habēda eſt/creari de nihilo arbitrati ſunt. Sed quid poteſt oīno dici abſurdius/q̃ uel fuiſſe aīas ſemp:uel ex eo cōſtare:unde nō niſi corporea moles cōſtari poſſit:An ne cæleſtes ſunt:& ex altiſſimo domicilio in terrā depreſſæ:Nunquid Pythagoræ pythagoreiſq; credēdū exiſtimabimus:qui ex uniuerſa mente diuina aīos opinione ſua delibauerint:Nū iis/qui nobis datos uolunt/ex illis ſempiternis ignibus/quæ ſydera & ſtellas uocant:Partē uero Dei dicere aīam/oīno quis audeat:cū uel cogitare quidē extremæ demētiæ/nefandæ impietatis ſit:Illud neſcio/quo pacto uenire in mētē cuiq̃ potuerit:qui rerū naturā uel mediocriter fuerit cōtemplatus/aīam ex ulla quattuor elementoꝝ cōſtare materia. Itaq; factū eſt:ut alii nimium

ſibi tribuát:qui æternos aïos fuiſſe cõtendũt:alii hoïs dignitaté turpiter abiiciát: dũ mutis aïantibus cõparát & aïoꝝ originé ex corruptibilibus caducisq; naturis repetunt. Ex qua ignoratione illa nimiꝝ orta cõtrouerſia eſt:quæ philoſophos ipſos ĩ iueſtigáda origine aïæ atq; in ſubſtátia/in uarias ſnias/inq; multiplices errores diſtraxit:ut alius aliud aïam eſſe opinarenť. Et quibuſdá quidé cor ipſum/aïus uideť eſſe:aliis quemadmodum Empedocli Agrigentino cordi ſuffuſus ſanguis. Ita.n.tradit. M. Tullius:q̃q̃ Ariſtoteles Empedoclé ſenſiſſe dicit:cõſtare ex oïbus eleméńtis aïam:quod & in Timæo apud Platonem cerni licet:qui & ipſe aïam ex eleméńtis cõſtituit. Sed & Critias ſanguiné dixit aïam. Hippius aquam. Diogenes & Anaximenes aera. Anaxagoras Clazomenius id/quod mouere aliud natũ eſſet. Eraclitus Phyſicus uel uaporé/ut ait Ariſtoteles:uel ſcintillá ſtellaris eſſentiæ:ut Macrobius perhibet. Eraclitus Põticus lucé. Poſſidonius is/qué Panetius ſtoicus docuit/ Ideá: quá noſtri ueteres tum formá/tum ſpecié interpretari cõſueuerunt. Zeno/ſiue concretum corpori ſpũm/ſeu igné:quod idé Hipparcus credidit. Ariſtozenus Muſicus armoniá:ac ueluti intentioné quandá corporis: qualis in cantu & fidibus deprehédiť: quod idé ſenſiſſe Pythagoram & Philoaum accepimus/ & pleroſq; alios: in quis & Alexandrũ peripateticũ. Democritus Abderites igné quempiam calorem ue dixit eſſe aïam:aut certe ſpũm ĩſertũ athomis ab athomis.n.nunq̃ diſceſſit. Sed cũ ĩfinitæ eént & figuræ & athomi/rotũdas ac leuiores igné duxit:atq; aïam eſſe:quippe cũ eiuſcemodi formæ facilior ſit & impulſus & motio:ſed & de Pythagoricis quidá aïam arbitrati ſunt eſſe:quæ in aere uolutarenť/minutiſſimas atq; indiuiduas partes: & hi quidé parum admodũ a Democrito diſſidebant:nõnulli uero nõ corpuſcula ipſa:ſed quod moueret ea:atq; ĩpelleret. Plato/uel potius Ariſtocrates/ueterũ philoſophoꝝ aſtipulator:qui motu potiſſimũ & ſenſu aïam definiret/ cenſuit illá eſſe eſſentiá quampiam:quæ ſeſe ipſa moueret:nec agitareť aliunde: ſed triplicem finxit/rõnem/ iram/cupiditatem:quarũ primá in capite poſuit:alterá cõſtituit in pectore:tertiam ſubter præcordia collocauit. Zenocrates:qui poſt Speuſippũ Platoni ſucceſſit/nõ eſſentiá dixit:ſed numerũ ſe mouété. Ariſtoteles Stagerites/& recte quidé/endelechiam. Hippocrates Chous tenuiſſimũ ſpũm cũ toto corpore conſuſum/atq; diſperſum. Aſclepiades Medicus cõſoná quinq; ſenſuũ & cõcordé quádá exercitationé/quidá uétũ:unde animæ animiq; ductũ eſt nomen:eſt enim ανεμοσ apud Græcos uentus:parui nanq; refert/utrum quis aïum aut certe aïam uocet eam parté:quæ ſpẽs eſt:& forma hoïs:qđ ſi qua differentia ſtatuenda ſit/opportuniore loco erit differendũ. Hoc quicqd attigimus/idcirco fecimus:ut eoꝝ referremus ſniam:qui cũ uim declarare ac ſubſtátiá cupiétes:ut egregie philoſophari uiderenť/dixerunt aïam eſſe/quæ diximus. Verũ pleroſq; oẽs/quos memorauimus/ne dignos quidé puto eé:quoꝝ his libris tam inanis expliceť opinio:alii parté quádá cerebri: qua ipſi forſitan/& méte caruerunt:decreuere aïam eſſe:multi cõſtare eam rati ſunt ex terra & igni: quo in numero & Parmenides fuit: Exenophátes ex terra & aqua: Boetos ex aere & igni. Epicurus ſpẽm dixit ex igne/aere/ac ſpiritu mixtá. Critolaus ne a parẽte Peripateticoꝝ diſſentire uidereť/nõ ex aliqua ſolubili natura/nõ ex ullo mortali & caduco genere:ſed ex æetherea:id eſt/quinta eſſentia cõſtare aïam dixit. Poſtremo Galenus Pergamenus cõplexioné corporis dicere aïam cõſueuit. Qui etſi erat illuſtris Medicus/tamé de aïa diſputás/etiá a ſuo artificio atq; a medicina nõ receſſit. Sed quis ferat hæc philoſophoꝝ/ſed potius inſaniétium hoïum deliramenta? Quis hác tam diſcrepátem/tamq; uariam cõcertationé pati poſſit? Tollerabilior Dicearchus uideri debet:qui uim oém animi ſuſtulit:& animi atq; aïæ ſimul dixit inane nomé:ac demũ hoïem totũ ad corpus retulit. Faceſſant igiť ab hac tota diſputatione:quæ nobis de aïa inſtituiť:quicũq; ita philoſophanť:ut nihil ueri/nihil firmi ac ſolidi afferát. Mittamus uana hæc portéta/& turpiſſima ludibria philoſophoꝝ. Quid nobis cum Empedocleo ſanguine? Quid cũ Epicuri & Leucippi turba athomoꝝ? Quid cũ Ariſtoxeni armonia? Quid deniq; cũ alioꝝ philoſophoꝝ puerilibus nugis/uel potius Poetarũ figmétis? Furere mihi Permenides:furere uideť Xenophanes:furere cæteri:quoꝝ obtuſa acies cũ altius nequiret cogitationé attollere/aïæ naturá ex craſſis mutabilibuſq; finxit elemétis. Quid dicam de iis/qui ita de coelo aïas deuocát:ut illam ſibi:quæ ſolius Dei propria eſt/æternitaté tribuere auſi ſint? Sed alteri tardi/atq; hebetes:arrogátes alteri/& contumaces: utriq; rudes ſapientiæ/& ignari ueritatis iudicádi ſunt. Vera.n.aïaꝝ exordia nunquá/uel diutiſſime laborátes reperire potuerunt:qđ neq; ſatis ſe ipſos agnoſcebát:neq; ullo pacto inenarrabilé Dei poteſtaté tum aliis oïbus in rebus/tum in ꝓcreatiõe tam claræ ſobolis cõplecti aïo poterát. Et.n.aïa (ut locupletes auctores ueritatis ſæpe cõfirmant: quos teſtes ciemus:& afferemus in mediũ) & orta certe eſt/& a Deo ꝑfecta de nihilo. Cũ corpore uero initiũ habet:atq; ĩceptioné uitæ. Eſt aũt ita creata de nihilo:ut ex nulla prorſum neq; uiſibili corporeaq;/neq; ĩcorporea/ac ſpirituali materia cõflata ſit. Lõgiore hoc loco diſputatiõe opus erat. Verũtamé ſummoꝝ uiroꝝ hac de re allata ſnia/ad alterá parté ꝓpoſite q̃õnis feſtinus ſermo ꝓperabit. Pleriq; igiť/qui rudes potius q̃ ĩpii appellandi ſint/neſcio creationé oém de medio tollunt:atq; a Deo fieri quicq̃ de nihilo oïno diffitenť:uidelicet illius ineffabilé amplitudiné/atq; inexplicatá maieſtaté ſua uel nequitia/uel ĩbecillitate metientes. Veꝝ cõclamant turbæ ueteꝝ philoſophoꝝ/aſſerétes de nihilo fieri oïno nihil certe Epicureis:& Cirenaicis potius q̃ Peripateticis digna uox. T. Lucretiũ:qui & poeta eſſet:& Epicuri luderet ſniam:ferre æquo aïo poſſumus:ita carmé exordienté. Nullá rem e nihilo gigni diuinitus unq̃. Patiar & reliquos poetas:quoꝝ ea cõſuetudo é: ut neq; hoïbus/ neq; diis ipſis parcát. Eam Philoſophi aſſeuerát uerá eſſe/ĩdubitatáq; ſniam:quæ de nihilo nihil gigni ita firmiter cõſtituit:ut nihil unq̃ ab eis fuerit retétũ arctius/& accuratius defenſum:atq; cõſtátius affirmatũ. Concurrũt philoſophoꝝ uariæ diſciplinæ:& una pene oẽs in eádé illá ſniam uoce cõſentiunt. Hinc Ariſtoteles/& tota Peripateticoꝝ factio. Inde Democritus athomoꝝ comitatu ſeptus. Illinc callidus ueterator ĩpius Auerrohus. Vndiq; philoſophoꝝ agmina ꝓdeunt:& cõtortis atq; inanibus argumétis ꝓbare conanť fieri nõ poſſe:ut ex nihilo aliquid oïno ꝓcreari queat:quo fit:ut neq; etiá aïa rõnalis ſit creata de nihilo: quaſi uero nõ tantũ habeat poteſtatis Deus:qué tamé omnipotenté eſſe/quis tam barbarus ut neſciat:quis tam inſanus/ut neget? Hoc ſo-

lo priuatur Deus(ut ait Agathon:nec Ariſtoteles inficiatur)ne poſſit infecta reddere:quæ iam facta ſunt.Cæte
ra uero cur nō poſſit oīa?Verum nōdū nouit antiquitas ſummi Principis maieſtatē:quē tamē in ſolemni præca
tione/optimū/maximū nuncupare ſolita eſt.Quid.n.optimū appellet:quē pfectum eē neget?Quid maximū:
qui nondū oīa poſſit efficere?O præclara ſapiētia.Negant Philoſophi ex nihilo fieri aliquid. Quod ſi uel ad na
turā caducaꝝ reꝝ opificē uel ad artem fragiliū effectricem operū/eam referrēt ſnīam:aliquis fortaſſe ueniæ lo
cus relictus ſit.At cum & ad auctorē uſq; oīum Deum pferant/nō tam ab errore reuocādi ſunt/q̄ Hippocratis
cōpedibus alligādi.Proh nefanda/ac deteſtabilis huiuſmodi philoſophoꝝ ipietas.Sed cæteros nūc miſſos facio:
Quis ferat Mercuriū illū ter maximū appellatū:ita dicente in Pimādro?De nihilo nihil pueniт. Nam quæ mi
nime ſunt/naturā ullam habēt:qua fieri ualeant.At naturā potius:qua nō ualeant. Ariſtotelem pati quis poſ
ſit:q ſtudere ſapiētiæ:ac ueritatē pfiteri præ cæteris iudicat:cū is neget fieri poſſe quicq̄ de nihilo? Totus/quū
ſic ait:in natura cōtēplāda demerſus erat:aciem mētis acriorē tollere/uel neſciuit:uel nō potuit:ut Dei ſummā
poteſtatē aio cōplecteret.Eo innititur fundamento:omne qd fit/ex ſubiecto fieri aliquo.Id neq; nos ignoramus:
neq; imus ſane inficias:ſi ad naturā itendimus:at ſi ad deum id ipſum referre uoluerimus/& ipietatis & ignora
tionis arguamur/neceſſe eſt.Quippe ut eſt imenſa poteſtate artifex ſūmus Deus/ita molem hāc uniuerſitatis
omnē initio pfecit e nihilo:atq; e nihilo oīum hoīum aīas creare nō deſinit.Sed cōtra dicit Auerrohus:refragat
egregius philoſophus/& ſane egregius:ſi argutulis & cōtortulis diſputationū aculeis ipugnata ueritas/appellā
da philoſophia eſt.Labitur(ut ipſe opinat)uulgus hoīum:atq; inde errorē inducit:qd diuinæ poteſtati detrahi
putat:atq; eius iſringi uirtutē:ſi ad opificia maieſtatis ſuæ pficienda ſubiecta ulla materia atq; elemento egeat.
Norat(ut arbitror)Auerrohus Phydiæ/Copæ/Praxitelis/cæterorū q; id genus artificū ſigna/ac ſimulachra/nō
abſq; marmoris/alterius ue rei cōſtare materia:atq; inde cōiectabat cœleſtis opicis uim/cōſuetudinē:atq; natu
ram/eiuſq; iſinitam atq; incōprehēſam poteſtatē ad pfinitos artis terminos ac limites referebat. Verū in perfi
ciendis opibus nequaq̄ ſimiliter ſe habēt Deus & homo:anguſtis finibus circūſcriptū:& qd imenſum eſt. Nam
ut homo/quæ cōfabricat/ex præiacente materia cōfabricat:ita contra deus ſola uoluntate/ac nutu/quæcunq;
uult/pfecit.Ipſe dixit:& facta ſunt uniuerſa:mādauit/& creata ſunt oīa.Itaq; nō ab re eſt:ut tres gradus/tria con
ſtituamus genera formādaꝝ ac fingēdaꝝ reꝝ.Et ars quidē quāq̄ ſimia naturæ/eiuſq; imitatrix eſſe phibet:Ma
teriam tamē quāpiā ipſa ſenſibilē certe nō fecit.Sed ad pficiēdū artificium poſtulat:atq; idcirco æs/lignū/cærā/
ebur/aut aliquid demū eiuſmodi ſubeſſe neceſſe eſt:ſiquis artificialē ullam ſpēm adhibiturus ſit:atq; materies
ipſa eiuſmodi eſt:ut ſub ſenſum/tactū/cōſpectū cadat:quæ niſi aliunde parata ſit:manca oīs res/atq; inanis eſſe
facillime cernit.Natura uero tam etſi nihil niſi de ſubiecto aliquo cōficiat:plus tamē habet operis. Plura etiā/q̄
ars efficit.Siquidē ars iam paratæ materiæ figurā atq; opam adhibet.Natura uero id qd poteſtate erat/educit in
actum.Nā primordialis materia quæſo quid eſt?Quis ue illam aut uidet aio unq̄:aut oculis cernit?Formā qui
dem ipſam ac ſpēm certe itelligimus:materiā aūt(materiā inq̄ illam primordialē)uelut minutiſſimū ſemē:nec
cogitatione quidē ac mēte cōplectimur.Ita enim tenuis/exilis/ac puſilla ea res ē:ut niſi formæ rōne itelligi oīno
nō poſſit:Deus aūt/qui lōgiſſime uim totius naturæ antecellit/ac præſtat:nec alium de parata materia: nec ul
lis prorſum eget ſeminibus:ſed de nihilo creat potius:quæ ſui muneris maxime ppria ſunt.Duplex eſt aūt mu
nus:duplex opificiū:qd etiā abſq; Angeloꝝ/ac cœleſtiū ſpirituū miniſterio ſolus & pfecit:& pficit.Primū mun
dus ipſe oīs:qui cœlo terraq; diſtinguit:tum aīa hoīs atq; mens:quoꝝ utrūq; inſigni origine & pſtātiſſima qua
dam natiuitatis rōne decorauit.Et mundū quidē iam cōditū ceſſauit Deus nouū facere:creationē uero animæ
uſq; nūc operat Pater cū Filio & Spiritu ſcō.Nam(ut diuinæ ſapiētiæ ueritas pdit)aīas in corporibus omnipo
tens/atq; æternus pater ſimul & iſundit:& creat.Eiuſcemodi aūt pcreationis rationē nunquā philoſophando
nouit Auerrohus:qui cū plus q̄ oportebat ſapere uoluiſſet:fecit ne itelligēdo:ut itelligeret nihil.Nemo ſcit(ut
ait Euāgelica ueritas)quis ſit filius:niſi Pater:& quis ſit Pater:niſi Filius:& cui uoluerit filius reuelare. Deū ne
mo uidit unq̄:atq; idcirco & ineffabilis & incōprehēſibilis eſt:ut ſacra eloquia/ac diuinæ hiſtoriæ teſtes ſunt/ac
bene opinatus eſt Ioānes Damaſcenus uir ſane doctrinæ/ac uirtutis gloria præſtātiſſimus:creationē ipſam Dei
eiuſq; etiā tum æternitatē/tum etiā gubernationem diuinæ naturæ magnitudinē præiudicare. Quis eſt.n.qui
adeo aut floreat eloquētia:aut doctrina polleat:ut creationis ipſius ualeat explicare rationē?Magna quippe res
eſt:atq; ita prorſum admirabilis:ut ſenſum humanæ ibecillitatis antecellat.Verum cōplura nobis diuinitus il
luſtrata ſunt:& hæc ipſa quoq; creatio manifeſtata deſup.At nō poteſt imbecillus Deus quicquā penitus crea
re de nihilo?Negat Auerrohus:phibet omnipotēte Deo potētior homuntio.O egregiū facinus.Quod Auer
rohus nō uidit:audebit ne:aut poterit Deus?Voluit(ut mihi quidem uidet)Pigmeus Gigantū more pugnare
cum diis.Id eſt enim bellare cū Diis:Deo ipſi potius q̄ quod ſenex Cato iterpretat:repugnare naturæ.Turpiſ
ſimum/ac pleniſſimū temeritatis putādum eſt:ut nōnulli:quos inſanum uulgus Philoſophos nominauit: quæ
penitus abſtruſa cōtexit:atq; abdidit ſūmus Deus:ea tamen ſuopte ingenio ſcrutari ſeſe poſſe profiterent. Vt
theologi oēs/& chriſtiāæ fidei ſectatores pariter uno ore cōſentiunt:ex nihilo:atq;(ut dixerim planius)ex non
ente ad eſſe uniuerſa deduxit Deus.Prodeant nūc in mediū philoſophi:& manum nobiſcum cōferant.Aio/fru
ſtra quæritis materiam o Philoſophi.Nō eguit materia Deus.Non.n.officinam quæſiuit.Non artificē. Ipſe per
ſe/in ſe oīa fecit.Sed percontet quiſpiā.Vnde?Reſpōdeo.Certe de nihilo:ac de nihilo cōſimili ratione animam
in hāc lucem edit:ut maioris poſt illam lucis ſplēdore ac gloria perfruat.Sed agitæ/quæſo uobis dico:qui philo
ſophiam pfitemini:& ſapiētiæ ſtudium colitis:ac ueritatis artifices haberi uultis:enodate:atq; diſſoluite:ſi tan
ta inſit uis mentibus/atq; ingeniis ueſtris acumen:noſtras rationes & argumēta perfringite:quibus & creari ani
mam de nihilo a ſummo rerū oīum conditore/ac totius mundi Principe Deo:liquido demōſtrabimus: & uitæ
initium habere una cum corpore.Principio/an non perfecta a Deo anima? Non creata de nihilo? Cur quæſo?

Sed fortaſſe non poteſt Deus aîam creare de nihilo (de rationali loquor) qui de nihilo cõflauit: ac perfecit: quicquid intra cœli ambitũ/ac totius mundi ope cõtinet? Principio Moyſes inquit: creauit deus cœlum & terram: creauit inq̃ potius q̃ genuit. Cœlum uero & terrã/creatam eſſe: id habet hanc (ut opinor) ſñiam/mundũ omnẽ a deo de nihilo fuiſſe cõditum. Nam & M. Varro uniuerſam mundanæ fabricæ molem/cœlo & terra conſtare dicit: & Philoſophi mundũ oẽm in duas partis ſecant: ut ſit altera elemẽtaris quattuor naturas cõtinens: ex quibus oîa gignunt. Altera ætherea: quæ & quinta eſſentia nuncupat. Harum uero duaꝝ partiũ uelut fines quoſdam. Luna diſterminat: infra quã nihil (ut ait noſter Cicero) niſi caducum eſt/& mortale/aîos hoîum ſemp excipio. Supra lunam uero æterna ſunt oîa: & terra quidẽ mortalium: cœlum îmortalium domiciliũ: ac ſedes recte eſſe exiſtimabit. Deus igitur cœlum & terrã creauit: qđ eſt uniuerſum totius mundi opificium/perfecit e nihilo: atq; ille ipſe aîas hoîum eadem rõne effingit. Nec aliunde aîarum origo petenda eſt. Dei ſatu oriuntur: Dei munere hoîum generi dantur. Tanti denique/tamq; præclari operis ſolus parens/effectorq; eſt deus. Illa nimirũ Lactantii ratio optima uideri debet: quæ ueram rationabilium aîarum patefacit originem. Nam uel de corpore generatur; uel de anima. De corpore autem gigni nequit: cum nihil inde/niſi corporeum cõflari poſſit. Quod uero corporeum eſt/cernitur. Animus uero (ut ait Plato: ac nemo dubitat) omnem ſenſum effugit oculorum. Sed & îmortalis anima quo pacto ex mortali corpore fieri queat? Nam quẽadmodum de mortalibus nõ etiam quicquam/niſi mortale generari: ita & de corporibus nihil fieri queat: præter corpus. Sed nihil eſt abſurdius iis: qui animam naſci ex animabus arbitrantur. Corpus certe/corpore naſci poteſt: quod aliquid ex utroq; conferatur. De animabus uero non poteſt. Tenuis nãq; res eſt anima: atq; incompræhenſibilis: ex qua qui decedere aliquid poſſe putat: is manifeſto errore decipitur. Itaq; neq; a parentibus animæ dantur: neq; ex ulla prorſum materia conſtant: Ac rectiſſime Lactantius concludit.

¶ Finis eius: quod îuenitur primi libri/Auguſtini Dathi de animi îmortalitate. Quod enim reliquum erat huius libri/peſtilentia correptus/atq; improuiſa & repentina ac pœne ſubita morte præuentus/perficere non potuit. Duobus enim aut eo paulo plus diebus iacuit ægrotus in lecto.

¶ Clariſſimi & oratoris & philoſophi Auguſtini Dathi Senenſis/in librum ſecundum de animi îmortalitate proloquium fœliciter incipit.

QVæ a ueteribus philoſophis/multis de rebus: quæ ab hiſtoricis/oratoribus/poetis/quæq; omnino ſæcularibus produntur litteris: ea quanq̃ magna ex parte probabilia uideantur: p raro tamẽ tãtum momenti habent: ut ipſa per ſe firma ſint/ac prorſum ſtabilia. Vix pauca reperiant: quæ explorata in eis auctoribus/& certa decerni poſſint: ac iudicari debeãt. Vera is nouit: qui ipſe ueritatis eſt auctor. Sed & aîus ipſe hoîs/tandem aliquando noſſe poterit corporis tenebris ereptus: ac cæco carcere liberatus. Nunc & enim ueluti per ſpeculũ in enigmate cernit: ac perſæpe multiplicibus complicatus erroribus/opinionum uarietate confunditur. Diu hæret: diu labat/prius q̃ certi firmi ue aliquid aſſequatur. Pleriq; igitur pleriſq; in rebus tum hoc/tum illud ſentiunt. Quanquã ſumma auctoritate ſapientes animi îmortalitatem arcte tenent: accurateq; defendunt: Sed ad irrefragabilem cognitionem adipiſcendam/operepretium eſt ad lumen inextinguibile confugere ueritatis: quæ niſi a diuinæ ſapiẽtiæ puriſſimis fontibus hauriri nequit. Bene duplex diſtinguitur ſcientiarum genus. Aliæ nanq; ex iis manant principiis: quæ naturalis intelligentiæ lumine nobis innoteſcunt. Cuiuſmodi Arithmetricam: in qua de numeris agitur: & Geometriam: in qua de magnitudine facillime cõſtat. Aliæ uero ex iis: quæ ſuperioris ſciẽtiæ luce clareſcunt. Cuiuſmodi eam eſſe arbitrãtur: quam græci οπτικηρ: nos pſpectiuam dicimus: ſed & κανορικηρ: quæ a noſtris regularis appellari poſſit: Præterea & μετρικηρ: quã dimenſiuam interpraetari liceat. Harum enim unaquæq; ita Geometriæ ſubiicitur: ut per eius nobis principia luceſcat. Conſimili ratione & Arithmetricæ muſica: quæ ipſa per Arithmetricam illuſtratur. Quo in genere/optimo iure/& ſacra doctrina uerſetur: quæ utiq; ſuperioris ſciẽtiæ lumine declarat: & noſcitur eius uidelicet: quæ principis Dei eſt: & eodem largiente beatorum quoq; in cæleſti patria. Qua igitur ratiõe aſciſcit muſicus/ea artis ſuæ principia: quæ ſibi ab Arithmetricam diſciplinam profitente traduntur: ita & ſacra doctrina & credit/& ſtatuit: quæ quidem fuerint deſuper patefacta: ac nobis diuinitus illuſtrata: ſiquidem eloquẽtiſſimo Leone teſtante/diuina eſt :cui credimus/diuina doctrina: quam ſequimur. Ea latiſſime patet: & diſciplinarum omnium/atq; ingenuarum artium: & quæ libero ſunt uiro/cunctorum ſtudiorum principatum obtinet. Ea nanq; imprimis eſt: quam inter res præclariſſimas ac pulcherrima animi bona firmiter conſtituimus: quæq; & ſubiecti nobilitate/ac primarii obiecti ſplendore & luce ueritatis & certa quadam atq; inuariabili firmitate cæteris omnibus longiſſime antecellit: & præſtat. Vere fructus eius uberrimus pretioſior eſt cunctis opibus: & quæ expetuntur: quæq; optantur: omnia huic diuinæ ſapientiæ nequeunt comparari. Infinitus eſt enim. Concionatore ſapientiſſimo teſte/theſaurus is: qui nati ad beatitudinem/ac decus diuinæ ſocietatis/& cœleſtis cõmertii: ac ſacratiſſimi fœderis uoluerunt eſſe participes. Sed huius quadruplicem qui hæc ſagacius perſcrutantur/cõſtituunt gradum. Primum: in quo puriſſimæ ineſt fons ueritatis: & totius beatæ uitæ ratio omnibus abſoluta numeris continetur. Hinc utriuſq; teſtamenti/& ueteris ac nouæ legis ſacra extant monumenta. Alterum conficiunt catholicorum ſcripta: & ſummorum uirorum auctoritas: quos ſancta Romana recenſet eccleſia: quorum incorruptam doctrinam nefas aſpernari putandum eſt. Tertium ſcolaſtici ueteres/quorũ ſtudium omne in ſtabiliẽda ueritate uerſat. Quartũ poſtremo qui eandẽ enucleatius diſcuſſam cunctis reiectis purgamentis/incredibili quadã ſolertia/atq; impenſiore opere exactiſſimam reddunt. Ex his gradatim oîbus noſtræ cauſæ ueritatẽ/& nunq̃ interire rõnalem aîam facile patere monſtrabimus. Atq; ut a primo ordinamur.

¶ Prologus explicit libri ſecundi Auguſtini Dathi de animi ĩmortalitate. Is lætifero morbo correptus: opus aggredi/& uti ſuus ferebat animus/ huius libri materiam explicare non potuit.

¶ Clariſſimi & oratoris & philoſophi Auguſtini Dathi Senenſis de ĩmortalitate animi/ex Alberti Magni imprimis ſententia Liber Tertius fœliciter incipit.

OMnium/quos recẽtiora tulerũt ſæcula/doctrinæ luce clariſſimus imprimis Albertus floret is: cui ob eximiã ſcientiæ magnitudinẽ ac laudẽ: Magno quoq; fuit cognomẽtũ: qđ idem pp ſummũ aliarũ rerũ ſplendorẽ: uni Alexandro Macedonũ Regi ex græcis: ſoli. CN. Põpeio ex ueteribus Romanis: ac nouiſſime Karolo Frãcorũ Regi ex geſtarũ rerũ magnitudine inditum eſt. Omnia hic ſecreta naturæ: occultiſſima arcana quæq; diligẽti iueſtigatione pſecutus eſt. Cumq; pſpicue cognouiſſet humanã aĩam: in oĩum naturaliũ rerũ cõtẽplatione eam rem eſſe: inquã pſpiciendã accuratius ĩcumbedũ uideret: ac ueluti ultimam formarũ: pinde atq; excellẽtiſſimã oĩum: quæ in naturalis ſapientiæ cõſideratione cadunt: multa de illa in pleriſq; libris: quos & plurimos: & pbatiſſimos edidit: copioſe ſimul: atq; accurate diſſeruit. Multa ad comprobandã aĩæ rõnalis ĩmortalitatẽ attulit: cũ locis cõpluribus: tum in iis uoluminibus ĩprimis: quæ de aĩa: quæ ſeorſum de natura & origine eius: quæ de ĩtellectu & ĩtelligibili: quæ in q̃onibus de hoĩe: quæ de aĩalibus: quæ in naturalis Philoſophiæ cõmẽtariis grauiter: atq; enucleate cõſcripſit. Et.n. in libris de aĩa/& Ariſtotelis & ueterum pipateticorũ mẽtẽ cõſectatus: quæ illi obſcuriora/& quodamodo iuoluta tradiderũt: hic apertis rõnibus/ac firmiſſimis explicauit argumentis: ut iam tandẽ facillime pateat: qua rõne aĩa uegetabilis, ſenſibilis/rõnalis/uel differãt iter ſeſe: uel tanquã forma una: quãdo una ſit: ad hoĩem cõſtituẽdũ cõueniãt. Eius aũt pars illa præſtantior: quæ dicitur ĩtellectiua: qua ſapit: ĩtelligit: ratiocinatur homo: p quã ĩmateriales, ĩcorporeaſq; ſubſtãtias/& ſupera/ac cœleſtia oĩa cõtẽplat: ad quã oĩs doctrina & oĩs ptinet diſciplina: quæ a corpore ſeparabilis nõ de ſorde traducta materiæ eſt: ſed aliunde homini altioribus tributa primordiis, neq; corporea certe ſubſtãtia/ac materialis eſt: neq; prorſum corruptibilis/atq; mortalis. In libro aũt de ĩtellectu & ĩtelligibili cũ de aĩæ pfectione humanæ loqueretur: & in ĩtelligibilium oĩum cognitione adipiſcẽda/eius uim ſummã pmeret: plane oſtendit/aĩam ipſam diuinæ lucis imaginẽ eſſe/& nanciſcẽtẽ aliquãdo rerũ ammirabilium ac diuinarũ ſciẽtiam/ſortẽ ſibi fœliciſſimã cõparare. Fit enim ut hoĩs ĩtellectus/qui fieri oĩa poſſit/luce quadã ĩtellectus eius/cuius eſt oĩa agere/adeptus ſummã rerũ cognitionẽ/uim diuinã: atq; opationẽ aſſequatur: ut uel diuino ĩtellectu tandẽ aliquando reddatur ſimillimus. Ille nãq; uerus eſt: ac ſuus hoĩs ĩtellectus: cum is/quẽ poſſibilẽ pleriq; uocãt: qui unus & ſecundũ ſubſtãtiã ĩdiuiſus poteſtate quidẽ eſt: ĩtelligibilia oĩa diſcendo/meditãdo/cõtẽplando ad effectionẽ etiã intelligibiliũ oĩum/aſſecutionẽq; puenit: quæ antea quoq; in eius poteſtate latebãt. Quare & adeptũ intellectum ueteres hũc appellare cõſueuerũt: qui p acerrimũ ſtudium cõparatur: ac recte philoſophãti ſuum hoĩs ĩtellectũ/qua ſi iucũdum pmium: & totius laboris ampliſſimũ atq; uberrimũ fructũ parit. Hinc eſt illa: quæ tãtopere laudatur: quæ præter cætera oĩa a ſapiẽte ĩtenditur: expetitur: exquiritur ſui ipſius cognitio: maxime pprũ ſecundum Platonis ſnĩam ueræ philoſophiæ munus: quãdo eo aĩa corpori iuncta eſt: id qđ grauiſſimus philoſophus Alpharabius cõteſtatur: quo ſe ipſam iueniat: ſe ipſam pnoſcat: & ſummã rerũ adepta notitiã p eum ĩtellectum: quẽ ob ſimilitudinis rõnem/uetuſtiſſimi etiã ſapiẽtes aſſimilantẽ appellauerũt: in diuinitatẽ aſſurgat: & cognato ſuperis æuo pfruatur/& ſtatu. In libris uero/qui de natura & origine aĩæ iſcripti ſunt/nihil (ut mihi quidẽ uidetur) ptermiſit Albertus: qđ tum pro ueterũ opinione/tum pro ſita ipſius ſnĩa/in eius rei diſputationẽ poſſit afferri. De origine aĩæ: quæ una a motore primo/& totius uniuerſitatis cõditore pfecta eſt: cuius & ſimilitudinem/& ueram præ ſe fert imaginẽ: de natura aĩæ/de uiribus eius/de pficiendo/atq; animãdo corpore: de multiplicibus/atq; ammirãdis eius opibus: de mora in humano corpore: de ſtatu eius poſt corporis ſolutionẽ accuratiſſime diſputauit. Immortalitatẽ uero atq; icorruptibilitatẽ nõ ſolũ pbabilibus argumẽtis: uerũ etiam neceſſariis demõſtrationibus cõprobauit. Illa præ cæteris eluceſcit: & oĩum firmiſſima uideri debet: quæ uel cãm continet: quãobrem & ĩmortalis ſit: & nullo modo pereunte corpore corrũpatur: qđ imago & ſimilitudo ſit primæ cauſæ: ac ueluti iſigne quoddã cœleſtium ĩtelligentiarũ: nec ſane educta ex generabilium materia: ſed plane ab omnibus corporeis cõditionibus aliena. Hæc nanq; pmanẽtis animæ eſt & certa ĩcorruptibilitatis eius cauſa: cuius eodẽ auctore teſtante/illi ſunt ueri/ac perſpicui effectus: ac ueluti ppria quædã ipſius animæ: quæ cũ illa haud ambigue cõuertuntur. Præclara certe/atq; ammirabilia: qđ p eſſentialem operationẽ/atq; ita p eſſe & formam/a corpore ſegregatur: & cernitur. Quod ipſe p ſeſe ſuas efficit actiones: qđ ſubiectum incorruptibilium eſt: quãdoquidem uniuerſalia cõplectitur: quæ abſq; motu ſunt/& tpe: & ubiq; patent: & ſemper: & dubio procul incorruptibilia/atq; æterna noſcuntur. Quod corpus cui præeſt: regit: auirgatur: gubernat haud ſecus: atq; Imꝑator exercitum/nauim gubernator/rempublicã magiſtratus: nec tamẽ aut uim gubernãdi/aut motionis formã/ac facultatem mutuatur a corpore. Quod cœleſtes ſubſtantias exprimit: & ſuperiorũ ĩtelligentiarũ ſimilitudinẽ gerit. Quod ſola in hoc terreſtri domicilio expetit: uenatur: exquirit: iuenit quæ honeſta: quæ iuſta: quæ recta: quæ pia ſunt. Quod una eius operationis eſt particeps: quã diuina largitas illi ſecũ cũq; oĩbus beatis/ac ſempiternis ſpiritibus uoluit eſſe cõmunem. Poſtremo qđ ad idem ſiue bonũ: ſeu potius optimũ fertur: qđ ipſum diuinæ ſublimitatis eſt: & cœleſtiũ ſubſtãtiarũ maxime propriũ. Neq; enim ex terrena labe animæ ortus atq; origo eſt: ſed tota prorſum de cœlo profecta: & ab eo nata principio: cuius etiam ſimulachrũ eſſe percipimus. Quæ tametſi naturæ ingenium imitata ad pficiendam hoĩs rõnem uerſatur in corpore: minime tamen ad cuiuſq; corporis harmoniam operatur: ac per uegetationem potius & ſenſum corpori iungitur/q̃ per id: qđ eſſe illi & rationem confert: & quod dici ſolet/inumerum poni. Quod aũt pleriq; philoſophantes una uoce fatentur: cum minime a corpore pẽdeat: ac ſit ſuapte natura liberior: nec corpore perempto/pimitur: nec ſublato/deſit. Suopte uero nequaq̃ diſſo

luſbilis ingenio eſt:quippe quæ habet cõtrarii nihil:unde tota pene corruptionis eſt labes. Multa præterea eodẽ
loco prodit Albertus:atq; pro more copioſe diffundit:ut tum ꝓbabiliter:tum etiã neceſſario animi imortalita
tem oſtẽdat:nõ ꝑtermittens quæ ea ipſa de re ueteres Peripatetici:Academici:Stoici ꝓtulerũt:quæ pleriq; non
Græcoꝝ ſolũ philoſophi:ſed Arabum quoq; & barbaroꝝ accuratius diſſeruere:ut quæ bene dicta ſunt:proba
ret:quæ uero cõtra/exploderet:ac refelleret. Non Principes philoſophoꝝ Socratẽ/Platonẽ/Ariſtotelẽ:non Py/
thagoram/Anaxagorã:nõ iuniores Speuſippũ Platonicæ doctrinæ aſtipulatorẽ:nõ aureũ Theophraſtũ: non di
ſputatorẽ ſubtilem Alexãdrum omittit. Peripateticoꝝ columẽ Auerrohum adducit in mediũ:nitidũ/atq; illu
ſtrem Auicẽnam:Abubacherem:Auempecen:Coſtabellucẽ:dulcẽ Algazelem : acrem Alpharabiũ : cæteroſq;/
qui apud eoſdẽ populos doctrina ac ſapientiæ gloria claruerũt:quoꝝ poene oium teſtimonio.atq; ſnia imorta
litatem animi roboraret. Nec tamẽ his cõtentus Albertus:ne quid ꝑteriret in tam præclara inueſtigatione/atq;
oium quæ a philoſophis pertractant̃ grauiſſima:de hoie q̃ones ſubiecit:ubi cũ de natura aiæ rõnalis inquireret
duo potiſſimũ explicãda ꝓpoſuit. Primũ/nunquid nam illa corporea ſit uirtus. Secũdo loco/utrũ nã corruptio
ne corporis deleatur:an potius imortalis/incorruptibiliſq; permaneat:cũ demũ incorporeã uirtutẽ aſtruxiſſet:
ſuamq; ſniam firmis argumẽtis/atq; optimis rõnibus aperuiſſet:ad ꝓbandam ex inde animæ imortalitatẽ:mul
ta imprimis/quæ ab acutiſſimo philoſophoꝝ oium Ariſtotele Peripateticoꝝ principe:tam in Phyſicis q̃ in me/
thaphyſicis ſpeculationibus tradita ſunt/ſtudioſe/diligenterq; cõfecit. Sed hæc ſuam/ac ꝓpriam mentionẽ deſi
derant. Ablata porro auctoritate cæteroꝝ philoſophoꝝ:qui ea de re accuratius ſunt locuti : ꝓbabiles rationes
aggreditur:quaꝝ prima a naturæ ordine ſumpta eſt. Nam in naturalium rerum numero/ubi duo extrema pa/
rent/ibi haud obſcure mediũ quoq; itercidere eſt. Tria illa in promptu ſunt/corpus & aĩa bruti:una quidẽ ſub/
ſtantia:atq; uſq;quaq; corruptibilis coelum:& coeli motor prorſus icorruptibilis:hoĩs corpus:& aĩa ĩ medio po
ſita perfectũ quiddã:atq; abſolutũ cõſtat:cũ præſertim mortali homo corpore conſtet:imortali uero/atq; icor/
ruptibili animæ ſubſtãtia. Sed & in corporibus quoq; id ipſum facile perſpectu ducimus. Et aliud quidẽ incor/
ruptibile ſecũdũ totũ:cuiuſmodi coelum intelligimus:aliud corruptibile ſecũdum partem:at nõ ſecũdũ totũ:
quẽadmodũ elemẽtoꝝ quattuor illæ naturæ notiſſimæ:aliud deniq; tam ſecundũ totũ/q̃ ſecundũ partẽ corru
ptibile:ut quæ ex ipſis cõpoſita ſunt elementis: Conſimili ratione in creatis ſpiritibus idem cerni licet. Quorũ
alius poenitus ac ſecũdum totũ incorruptibilis:qđ de Angelo & ſeparata intelligẽtia cõſtat:alius utrinq; corru/
ptibilis:qualem brutalem cernimus:medius ſit neceſſe ẽ corruptibilis quidem pro quadã eius parte: at nequaq̃
ſecũdum totũ:qui ſpũs hoĩs eſt:atq; rõnalis aĩa. Nam qđ ſecũdum totũ/nõ aũt ſecũdum partem corruptibile
ſit/inueniri põt nihil. Firmioribus deinde argumẽtationibus eandem ſniam ꝓſecutus:atq; Auicẽnam imitatus
oſtendit:neq; ꝑ ſe corrumpi rõnalem aĩam:cui nullum inſit cõtrariũ:neq; corruptione corporis labefactari ꝑ ac
cidens:quãdoquidẽ ex corpore illius eſſe nõ pendet:ſed nec de materialibus educta primordiis : ac ſeminalibus
initiis profecta eſt:ſed aliunde orta potius:unde oẽm abeſſe labem:ac longe quãlibet corruptionẽ abhorrere ne
mo niſi plane rudis/& inops rõnis ignorat. Si illa dũtaxat ſublata materia/forma tollit̃:quæ ipſa ꝑ trãſmutatio
nem ex materia traducta eſt. Triplex corruptionis genus ueteres ꝓdiderũt ſapiẽtes. Dicimus.n.elemẽta corrũ/
pi:ſimiliter & quæ elemẽtis cõpacta ſunt mutuo cõflictantibus:atq; alterutrũ perdentibus cõtrariis. Fit aũt in
his nõ quidẽ totius:ſed partis corruptio:materia qdẽ ꝑmanẽte:labante uero/ac diſſipata forma. Fit item cõtra/
rii a cõtrario corruptio:cũ penitus/atq; ex toto alterutrũ tollit̃:quo pacto ſanũ ab ægro corrũpit̃:& ꝑ priuatio
nem habitus:quẽadmodũ de ſcientia/atq; ignorantia ꝑſpicuũ fit. His accedit tertium corruptionis genus : qđ ꝑ
accidens fieri nõ abſurde putãt. Quale uideri põt id qđ quidem ipſum minime cõtrarium habet: eſt tamẽ in ali
quo perinde ac in materia atq; ſubiecto:qđ per ſe corruptibile fuerit. Quod ſiquis diligẽter aĩum & cogitatio/
nem aduerterit:is facile norit:nulli eaꝝ corruptionũ:quas modo memorauimus/rõnalem aĩam ſubiacere. Ac
de prioribus illis duobus generibus ita in promptu eſt:ut res ipſa declaratione nõ egeat:cum nec ex cõtrariis ſit
aĩa:& agentibus inuicem/patiẽtibuſq;:neq; rurſum ipſa cõtrarium habeat. Tertium aũt illud ab aĩa genus cor
ruptionis abeſſe/ratio ipſa nõ obſcure declarat. Vt.n.ea principia abſq; corpore nequeunt eſſe: quoꝝ corporea
fuerit operatio:ita cõtra:ea ſine corpore ſunt:quoꝝ corporea operatio nõ exiſtit. Operationem aũt itellectiuæ
animæ abſq; corpore eſſe nemo eoꝝ/qui recte philoſophant̃/ignorat. Et anima igitur:ut plane rationi cõſenta
neum eſt:ſine corpore erit:nec in illo quidẽ tanq̃ in ſubiecto:atq; materia:ſed quæ extrinſecus uenit:erit in cor
pore potius ueluti in agitato & moto:ita nec nata corrumpi etiam ꝑ accidens ad labem:atq; interitũ corporis.
Quod ita eſſe:id quoq; magno eſt argumẽto:quod præfactis corporis uiribus/uis ipſa animæ nihilo uiget ſe/
rius:neq; enim itellectus noſtri aciem uel infringit ſenium:uel imbecillitas labefactat ætatis. Quod ſi oĩa fert
ætas:animum quoq; ait ille apud ſummũ Vatem/agreſtis armentoꝝ paſtor:Poeta magnus:atq; oium præcla/
riſſimus nõ quod ſentiebat ipſe:ſed quod perſonã decebat/expreſſit. Agit enim anima eiuſmodi actione/quæ
neq; compoſiti eſt:nec corporis:ſed nec cuiuſq̃ partis eius:ſed a corpore ſeiũcta potius:atq; ita ſeiuncta:ut tam
in ſeſe q̃ etiam in ſuis actionibus ſeparatum eſſe a corpore rationalis anima una poſſideat:ut nec pereunte ma/
teria deleatur:& uel ſoluto corpore/ſola incorruptibilis perſeueret. Quod ſi potentiæ per obiecta noſcuntur:
obiectum aũt intellectus perpetuum/atq; indeficiens eſt:recte contemplanti facile patebit : perpetuum quoq;
intellectum/& imortalem eſſe. Scientia & ueritas exemplo ſit perpetuum/atq; incorruptibile quiddam. Non
enim ſpeciem in anima:qua accidens in ſubiecto eſt/ſuum ſtatuimus intellectus obiectum. Id enim per obliuio
nem facillime euaneſcat:ſed qua ratio rei ipſius eſt/atq; natura:quod ipſum nullo modo interire : nullo modo
deleri poſſit. Sed uniuerſale quoq;:ut ubiq; ſit:& ſemper:ut perpetuum:atq; icorruptibile ſit:unde quæſo ue/
rius/q̃ ab atrahente intellectu effectum eſt? Qua in re nõ modo nullus eſt mendacio/ac figmẽto locus: ſed ẽt
uera rerum eſſentia:atq; certa (ut ita dixerim) quidditas eluceſcit. Vniuerſale:quod æternum cenſent ſapien/

tes/intellectus efficit:at perpetuum a tranſmutabili fieri haud quaq̃ natura patitur. Quod ſiquis aliorſum ſentit/is nõ modo ad raciocinãdũ nõ ſatis idoneus: Sed etiã ad itelligẽdum tardus: ad iudicãdũ ſit prorſus ieptus. Adeo uero rõnalis aiæ tenuis cœleſtis/atq; imortalis uis eſt/atq; natura:ut quæ eius intelligẽtia compræhẽſa fuerint/atq; percepta:uel ſi p ſe trãſmutationi/tempori/corruptioni pateant: iiſdem ipſis rebus/& earũ ſimul exempta cauſis:deniq; auctore itellectu in cõtrarium cõmutata trãſmutationi deſinant: ac tẽpori ſubiacere:ut appareat ab incõmutabili efficiẽte etiã quæ cõmutabilia ſunt/incõmutabilia reddi/ac labi tẽporis eximi. Nam probe magnus philoſophus itellectũ ſimplicẽ putauit eſſe impmixtũ/ac totius cõcreationis expertem. Quid ſuſceptibilia/nõ ne ſuſcipiẽtis/q̃ ſuſcepti naturã cõſectantur? Vnus ſolis ardor:aliter a plantaꝝ:aliter ab aiantiũ ſemine:aliter ab elemẽto ſuſcipitur. Et in elemẽto quidẽ rareſacit tãtum:in ſemie aũt plantæ diſſoluit: & germẽ elicit. Diſſoluit uero/ac format in aïalium ſemine. Admittit & intellectus rem quãpiam itelligibilem:& quidẽ ſecũdum ſuam itellectus ipſius poteſtatẽ:ſed admittit plane ſub ratione quadam ſimplicitatis/ppetuitatis/intrãſmutabilitatis:qđ fieri nullo modo poſſit:ſi nõ ſit itellectus ipſius uis quoq; ſimplex/ac ppetua/intrãſmutabiliſq; poteſtas:ut uel hoc uno pſpicuo admodum documẽto rõnalis aiæ uis appareat:atq; eius naturæ pſtantia:& eiuſdem diuinitas quædam/atq; imortalitas cõprobetur. Magna eſt aiæ humanæ nobilitas/mira præſtãtia/præcipuum decus:cui & tres præclaras actiones tribuunt ſapiẽtes:id qđ in libro de Cauſis apertiſſime declaratur:unam quidẽ diuinã:quæ cauſam primã ſpectat:unde & tota defluxit:alteram itelligibilem:quã intellectualem Albertus maluit appellare:hæc circa reꝝ cognitionẽ uerſatur p eam uirtutem:quã præcipuam ad res percipiẽdas aſſecura eſt cum ipſa ad tam præclaꝝ munus obeundum a prima cauſa ſit profecta: tertiã aïalem: qua mouet corpus:uiuificat:perficit:atq; hoiem reddit. Alienum aũt ab omni ratione eſt: poſteriorem cauſam animam ſequi:& ita ad eam admoueri:ut a prioribus auertatur:quæ cũ potiores ſint/& utiq; icorruptibiles:& ipſam ueluti illarum aſtipulatricẽ icorruptibilem pmanere neceſſe eſt. Cum igitur ſubſtãtiam quãuis naturalis quoq; operatio cõſequatur:accuratius cõtemplanti cõpertum eſt:qđ anima/cuius tantũ in natura ſpecimen intuemur/nequaq̃ uel in diuina/uel in intelligibili operatione deſtruitur:in qua utraq; nihil habet cõmune cũ corpore. Neq; enim uera atq; ſubſtantialis animæ operatio pendet a corpore:ſed nec corporis cõſectatur ingenium:manetq; anima potius ueris eius/ac prioribus præſtantibus cauſis:nec corpore pereunte diſſoluitur: cui & poſterius comparatur. Ille ipſe magnus imprimis philoſophus in libro de Vnitate intellectus/quam explodit/aſſerit in noſtra anima partem intellectualem eſſe:& eam quidẽ rõnalem appellari. Eſſe aũt ſubſtãtiam:ex qua potentiæ manant bifariam diſtributæ:aliæ ſeparatæ:quæ nec corporeæ formæ ſunt:nec operantes in corpore:corporeæ aliæ:ac uirtutes in corpore. Et ſeparatas quidem ex ſimilitudine ieſſe dicit ad cauſam primam: per quam ſubſiſtit:atq; ipſius eiuſdem eſſe perducat. Alteras illas ineſſe animæ ſecundum eam rationem: qua anima eſt:cuius pprium eſt actum:& endelechiam corporis eſſe:& in corpore quidem: inq; natura agere: cum ſic natura/& naturales uires eiuſdem inſtrumenta eſſe perſpiciatur. Quãobrem cenſuere nõnulli ſitam eſſe in Orizonte quodam æternitatis/& temporis:intellectum autẽ/qui inde fluit:qua uidelicet anima a prima cauſa profecta eſt:per quam & in eſſe perducat:propterea uarium/ac diuerſum fieri. Vt id quod ab ea manat: ſecundum quod ipſa eſt naturæ intellectualis primæ ueluti reſultatio quædam ad primã cauſam conuerſa per lucis ſuæ participationem ceu lux quædam in illa eſt:atq; hic quidem eſt intellectus agens. Quod autem fluit ab ea: prout eſt ſubſtantia:per quam corporis natura ſubſiſtit:& quodãmodo continetur:& figitur:eſt utiq; itellectus poſſibilis. Quocirca & tres:eaſq; longe diuerſas ſpeculationes amplectitur. Græci θεωρειου uocant. Quarum prima ſecundum lucem intellectus agentis. prima & diuina philoſophia eſt:altera ad imaginationem ſpectat:cuius eſt mathematica contemplari. Tertia ſecundum conuerſionem ad ſenſum cõmunem circa naturalia uerſatur:& Phyſica. Atq; ex Peripateticorum ſenſu/eodem loco depromſit Albertus ſubſtantiã itellectualem eam: quam Arabes philoſophi intelligentiam uocant ſubſtantiam quandam uere ſubſiſtentem eſſe:atq; per cauſam primam in eſſe defixam adeo ut ab eadem in ſuo eſſe neceſſitatem etiam ſortiatur. Nam quod ab cauſa prima eſt/actu quidem eſt:exq; ea adipiſcitur:ut & neceſſario ſit. Quam eandem ſentẽtiam.xi.primæ philoſophiæ libro cumulatiſſime eſt proſecutus Albertus. Sed multis tandem rõnibus intellectus unitate reiecta eandẽ quæſtionem antea obſcurã/ac perdifficilem hiſce uerbis cõponens. Anima eſt/inquit/ſubſtantia talis:ex qua fluunt potentiæ tum ſeperatæ a materia/tum etiam minime ſeparatæ:& ſecundum ſe eſt incorruptibilis:ac permanens: licet ſecũdum eſſe quarũdam potentiaꝝ corruptibilis ſit. Atq; hæc quidem de anima humana duntaxat/& præcipere ſe/& ſentire profitetur. Plura ab origine rõnalis animæ in plura uolumina magnus hic confecit philoſophus:& ueram illius cum motore primo:a quo uno pfecta eſt/cognationẽ oſtendit. Sed & ſecundum euidentiores probationes pleraſq; philoſophoꝝ diſciplinas/ac nõ ignobiles hæreſes idem de aiæ humanæ icorruptibilitate ſenſiſſe declarat/nõ Peripateticos/Stoicos/atq; Academicos ſolum:ueꝝ etiam Epicureos:qui magno ex philoſophoꝝ numero/ſoli ab optimo ingenuaꝝ diſciplinaꝝ parente/in pleriſq; degeneres fuiſſe mõſtrantur. Qui tam etſi obducta blandæ uoluptatis ſpecie/quibuſdã tenebris/& craſſiore caligine cæcarentur: fulgore tamẽ coacti ueritatis/quæ ſeſe uel nolẽtibus ingerit aios hoium imortales manere poſt mortẽ iſicias ire nõ audent. Ita apud hoium mẽtes:in quibus nõ uſquaq; lumen rõnis extinguitur:plus ualet lux ipſa ueritatis/q̃ apud mollem/atq; ibecillam animi partẽ oſcœnæ uoluptatis illecebræ. Itaq; in calce libri eius/quẽ paulo ante memorauimus de natura/& originæ animæ Iſaac iſraelitam ſectatũ dicit Heſiodũ/Attalũ/Cecinã/cæteroſq; antiquiſſimos Epicureoꝝ:atq; hac una de re cum pclaris cõuenire philoſophis:imortalitatẽ hois aiam cõſtituẽte: ſtatũq; fœlicitatis eius in ſummæ cõtẽplatiõis exercitatiõe uerſari. Sæpenumero idẽ philoſophus ad patefaciẽdã ſummã aiæ nobilitatẽ/atq; pſtantiam repetere nõ dubitauit:cum in aliis locis/tum uel maxime ubi naturã/& originem aiæ ſolertius iueſtigauit:nõ ſolum illam naturæ ſpecimen eſſe:ſed etiã abſq; ulla hæſitatiõe ſolam pri-

mæ cauſæ:quæ mundũ & cõdidit initio:& una regit oẽm/ſimilitudinẽ atq; imaginẽ cõtinere. Nõ qdẽ uel ex catholico dogmate/uel ex ſacris nr̃æ legis iſtitutis:ſed ex ueterũ monumẽtis atq; ex intimis adytis/ac recõditis altioris philoſophiæ penetralibus eruta atq; deprõpta ſnĩa. Quare cũ & ſummatim uniuerſam naturalẽ philoſophiam cõplexus ſingula illius mẽbra/in unũ quodãmodo corpus coegiſſet: & poſtremo de rõnali aĩa naturaliũ formaꝶ præſtãtiſſima/mentionẽ intuliſſet:adductis in mediũ inſtrumẽtis/obiectis/actibus:ex quoꝶ cognitiõe uirtutũ quoq;/ac potẽtiaꝶ notitia eluceſcit:tandẽ efficit intellectiuã aĩam diuinã quandã eſſe naturã: quippe q̃ nullo corporis in peculiari eius operatione egeat iſtrumẽto/corporea & materialia incorporaliter quodãmõ/atq; ĩmaterialiter cõplectaṫ:materiã & materiales cõditiones abhorreat:ſola inter uires oẽs ſe ipſam percipiat:ſuam ſupra ſe ipſam aciẽ reflectat:& quaſi demiſſa cælitus materiale domiciliũ extrinſecus ſubire uideaṫ: tota ſit in toto corpore/& in qualibet eius parte tota ab excellẽtiore intelligibili nõ mõ nõ obruaṫ:ſed foueaṫ etiam:atq; inualeſcat magis. Quibus ex rebus haud obſcure liqueat/mentẽ & intellectiuã ac rõnalẽ aĩam ꝑfecto eam eẽ qua in cunctis:q̃ quidẽ ꝑcreata ſunt:& a reꝶ oĩum opifice Deo tributa mortalibus neq; ꝓſtabilius quicq̃/ac maius excogitari/neq; penitus inueniri poſſit:cũ plane pateat/ & diuinitatis & ĩmortalitatis uere illã eẽ participẽ. Quocirca & in elegãtiſſimo de Aĩalibus opere/noluit aĩæ rõnalis Albertus ĩmortalitatẽ præterire ſilẽtio. Multa ſparſim diſſeruit:illa tamẽ accuratius. xvi. eoꝶ libroꝶ affirmauit/rõnẽ ipſam:ꝑ quã homo potiſſimũ diſtat a natura feraꝶ/alicui parti corporis nõ cõiungi. Quod cũ ita ſit:nec ꝑ materiã:nec ꝑ ulla ꝑrſum inſtrumẽta corporea in cõceptũ traduci:ſed ab eo traſſundi potius:qđ nullo mõ materiæ cuipiã permiſceṫ:ſed nec etiã uiribus ullis adhibitis:q̃ in materia ſeminis agere uideanṫ. Itaq; demũ cõcludit:nullũ eius aliud habẽdũ principiũ:q̃ lucẽ primi intellectus agẽtis:quẽ puꝶ/ĩmixtũ ꝑrſum ĩpaſſibilẽ grauiſſimi ad unũ Philoſophi ꝓfitenṫ. Ac rurſum Albertus/eodẽ paulo poſt loco: Quoniã intellectus/inquit/nec uirtus corporea ẽ:quaſi in maiore parte maior:in minore minor:neq; agens uirtus in corpore:cuiuſmodi eas eẽ cõſtat:quaꝶ exercitatio eſt ad harmoniã corporei inſtrumẽti:ceu cõſpectus ipſa cõſpectio ad oculi harmoniã/neceſſario cõſequiṫ:quod ipſe ſolus ſit ab extrinſeco materiæ inditus:& quidẽ a generationis principio. Atq; hic quidẽ intellectus eſt:cuius eſt opus naturæ: qđ ipſum opus intelligẽtiæ eſt:tanq̃ primo:& mouẽtis/& cauſantis. Quod idẽ ſenſiſſe uideṫ iãpridẽ Anaxagoras Clazomenius:ſiquis recte illius mentẽ interpretari uoluerit. Quod quidẽ factitauit Albertus:qui præcipue in eius pertractationis calce ueluti per epilogũ quẽdã cõficit:ſolũ intellectũ eſſe diuinũ eundẽq; perpetuũ/imortalem/atq; incorruptibilẽ:qđ quẽadmodũ in libro de intellectu & intelligibili apertiſſime demõſtrauit: & ipſe ſolus eiuſcemodi operationẽ tum habeat:tum etiã exerceat:quæ quidẽ cũ operatione corporei inſtrumẽti quouis mõ habeat cõmune prorſum nihil. Quod ſi imperitoꝶ uulgus ignorat:ſi noſſe piget:ſi aſſentiri nequit:quis niſi ex eodẽ grege mirari debeat. Neq;.n.magnũ quicq̃:atq; præclarum:neq; altum:atq; cœleſte cogitare poteſt quiſq̃:niſi qui aĩum abducere a cõmuni cõſuetudine:& mẽtẽ didicit a ſenſibus ſeparare:qui nõ tam cũ Scipione aphricano:qui humana uolutaret:q̃ cum Socrate potius:qui ſupera deuocaret e cœlo nunq̃ minus ſolus:q̃ cum ſolus eſſe:nunq̃ negociari magis:q̃ cũ ociari uidereṫ. Reluctanṫ minuti Sophiſtæ nõnulli potius q̃ philoſophi:& animoꝶ obtrectant ĩmortalitati captiunculis quibuſdã:ac ſane friuolis argutiis perire illos cum corporibus:idcirco aſſeuerantes:quod perempto eo:qđ quidẽ perfectũ eſt:perire:& eius perfectionẽ ſit neceſſe. Cõſtare uero a rationali anima corpus perfici:quo pereunte/una interire illã. Sed & interitũ:& corruptionẽ ipſam:nihil uideri aliud:q̃ demolitionẽ quandã naturalis formæ:& quidẽ ſuper ea materie:quã conformat:corrumpi aũt hominem igitur & naturalẽ formã eius:eam uero aĩam rationalem eſſe:idẽ putat pendere a corpore aĩam: quod quamlibet eius actionẽ exiſtimẽt quoq; nauari cũ corpore:ac ſine illo nullã fieri intellectionẽ ipſam ſatis(ut illis quidẽ uideṫ)afferre argumẽti:quæ cũ maxime ꝓpria animæ una oĩum eſſe uideaṫ: nequit tamen ſine uiſo fieri:quod græci phantaſma uocãt. Quod ſi id nullo modo abſq; corpore fit:cõſimiliter & intellectus habebit. Illud autem contra animæ immortalitatem plurimum cenſent habere momenti quod cõplexionis uarietatẽ:quæ ſua corporis eſt:ingeniorum atq; animoꝶ uarietas conſequaṫ: ut propterea forma materiam comitetur:quod tota in ea quodamodo obruta ſit:atq; demerſa:ut in quauis diſpoſitione nullo pacto naturalis earum ſocietas dirimatur. Præterea tradidiſſe Ariſtotelem/molliore carne hoies:mẽte quoq; acriore eſſe: hebetiore cõtra:quorum horridiora ſint corpora. Melãcholicos quoq; ingenioſ:obtuſiores autem eiuſce humoris expertes. Alia præterea ſolent afferre:qui contra animi immortalitatem uel pertinacius:uel forte ignauius diſputare cõtendunt. Cum ea ſint eiuſcemodi omnia:quæ facillime recta adhibita rõne ſoluantur. Nam duo illa:quæ primo loco obiecta ſunt:facile ſe ĩprobãda demonſtrant:cum ad eas formas proculdubio referantur:quæ ipſe per ſeſe ſubſtantiæ minime ſubſiſtentes ſint:animam autem rõnalem ꝑ ſe ſubſiſtere nemo ſit:qui neſciat:qui quidẽ ratione utiṫ. Quod uero ad uiſum pertinet:id noſſe nihil negocii eſt. Lõge.n.alia intelligẽdi rõ eſt animæ:q̃ diu uerſatur in corpore:atq; ea:quæ mox conſequitur a corporis cõtubernio ſegregata. Alteri uiſo & phantaſmate opus eſt:altera contra corpus aſpernaṫ quoad corpore uacat:& corporeum quodcunq; adminiculũ reformidat:ſed hac de re opportuniore loco fuſius. Facile id quoq; in ſomno ꝑſpectũ eſt:quã dicimus mortis imaginẽ. Multa ſæpenumero cernere aĩo eſt præter oẽm uiſoꝶ:& phãtaſmatũ rõnem. Fit.n.ibi cũ ad intellectũ agentẽ conuerſio:& ꝑ quandã ſeparataꝶ illuſtrationẽ ſubſtãtiaꝶ multa nõnunq̃ dormientibus innoteſcunt. Quod uero adiicitur de cõplexionis uarietate:hoc utiq; ꝑ ſe aĩæ nequaq̃ inſidet:ſed accidit potius. Atq; id oẽ a uiſo & phantaſmate eſt:unde & id totũ fieri intelligimus:quod certe neuticã eam uim hẽt:ut etiã perniciẽ aĩæ:atq; exitium ualeat ĩportare. Sed illud ad ſuã tuendã ſententiã:quaſi oĩum firmiſſimũ afferũt argumentũ qđ Hippocrates magnus ille philoſophus:& Medicoꝶ celeberrimus oĩum Sentire uiſus ẽ:nõnunq̃ iuehemẽtioribus corporis doloribus ꝓſertim ſi dolẽtes nõ ſentiãt:mentẽ pariter ægrotare. Quod aũt ægrotet id ab interitu non abeſſe:ſed cõmori potius. At falluṫ q̃ ita exiſtimãt:neſcii ꝑ Phyſicoꝶ more/mentẽ nõnunq̃ appel-

·[illegible] quidé intellectiuá aiæ parté & uim diuiná illam:quæ homini eſt cõmunis cú ſuperis: ſed animalé uirtu-
tem in corporis inſtruméto ſitam:quæ ipſa nõ niſi p accidens ægrotare dignoſcit:quod uidelicet ad influendum
inſtruméto ſenſum ípedit a morbo:quemadmodú in iis:qui cancro laborant : perſpicue cernit. Nam atræ bilis
frigiditas uſq; adeo ſenſum intercipit:ut membrú & morbi locus etiá inſenſibilis fieri uideat. Virtuté aút per
accidens ægrotare plane oſtendit Ariſtoteles:profeſſus ſenioré ſi utiq; iunioris ſibi oculú aſciuerit/æque acri/
ter atq; iunioré cernere. Falluntur nõnulli ſæpe æquiuocatione quadá ipſius aiæ:ut quæ ppria ſenſibilis & uege
tabilis ſunt ad rõnalem atq; intellectiuá tráſierant:cú tria hæc nõ eadé certe rõne uerſent in corpore. Ná uege-
tabilis atq; ſenſibilis nec de materia/nec de iſtruméto utiq; corpis ſegregat. Atq; eo utraq; perit peunte corpo-
re:quo cú tota permiſcet:atq; cõfundit. Cõtra uero rõnalis nulli pꝛſum corruptioni patet: quandoquidé to-
ta cœleſtis eſt:& corporis contagis oíno nihil obnoxia. Quare tanta multiplicium/ac firmiſſimaꝝ probationú
rõne perſpecta/& ſummoꝝ inſuper Philoſophoꝝ adhibita auctoritate/atq; allata ſententia exploratá eſſe arbi
tror aioꝝ imortalitaté iis præſertim/quibus propoſitum eſt/certá ſinceramq; indagare ueritatem potius/q̃ ua-
na eius rei blandiméta ſectari:quæ naturæ quadam deprauatione procliues ad libidiné aíos ad perniciem ple-
runq;/atq; extremú excidiú nõ ſolum iuitat:& allicit:ſed interdú cõpellit:etiá miſerabilerq; perducit. Nihil eſt
enim omnium:quæ quidé ad hoium uitá/ac rõnem ſpectant:quod ſolertiore cura/laborioſiore induſtria/acrio-
re ſtudio inueſtigare ac noſſe debeamus/q̃ perenné duratioé/ac uerá aioꝝ perpetuitatem. Quá certe cognita/
ſordeſcet nobis lubrica/ac momẽtanea hæc:quæ dicit uita:mors tamen habéda potius:& ad eam noſtra omnis
uertet intétio:in qua ſi recte hanc ipſam/quá mortalé exigimus/ac ſcite comparare inſtituerimus:uere fœlices
tandem/optati compotes perpetuo beati eſſe poſſimus nam facile tum patebit duplex ille animoꝝ curſus cor/
poribus excedentiú:& biuiú illud/quod nõ modo philoſophoꝝ uocibus:ſed etiam ſacroꝝ Vatum carminibus
celebrat:ut iis qui pie uixerint/expeditus ſit ad cœlum aditus:qui uero male/ac perperam deuium illud iter ſe
cluſum a beatoꝝ concilio:ut ita demú diuina iuſtitia compleatur:quæ uere tribuat cuiq; ſecundú propriam di
gnitaté:bonis quidé cœleſtia præmia : improbis uero æterna ſupplicia:alioquin magna uideri poſſit reꝝ oium
perturbatio/atq; confuſio:ac forſitan indigne/& iniuſte nimiú cõparatú:cú in hac mortalis uitæ turbulentiſſi-
ma tẽpeſtate circúfluere impios ſecundis rebus : uexari ſæpenumero uideamus aduerſis & aſperis optimos ac
ſapientiſſimos quoſq;:& quáti grauius calamitoſam eoꝝ uitam/atq; exagitari maloꝝ procellis. Igitur omnibus
perſuaſum eſſe debet : nõ ſolú cadentibus corporibus manere poſt morté aíos : ſed etiá totú aliquando hoíem
ſurrecturum a mortuis:& reuicturꝝ eodem ipſo/quod antea fuerat indutus/reſumpto corpore: ut qui in carne
& in uolucro corporis:uel iniuſte/ac turpiter:uel integre/atq; innocenter uixerit:debitam operibus mercedem
referat:& pro actæ uitæ uarietate ac merito æquum pretium/ac iuſta piacula exigat.

¶ Auguſtini Dathi Senenſis de immortalitate animi:præcipue ſecundum Alberti Magni ſententiam/Tertius
liber fœliciter explicit.

¶ Præſtantiſſimi Oratoris/pariter & Philoſophi Auguſtini Dathi Senenſis de immortalitate animi pro diui
Thomæ Aquinatis ſententia : ad Franciſcum Ninum compatriotam/uirum quidem philoſophiæ laude/ac
Medicinæ artis gloria præſtantiſſimum:Liber quartus fœliciter incipit.

SI quiſquam ullo fuit tempore:quem ſummis laudibus digná exiſtimare debeamus : & ampliſſimis
quibuſq; mactare honoribus:ſtatuo uná oium primú extitiſſe Thomá Aquinatem:eum/qué Latiú
genuit:Pariſius prædiu tenuit:ſacrum cœnobium profeſſoré habuit/eoꝝ:quos catholici uulgo Præ
dicatores appellant. Huius utrani magis doctriná ne an ſanctimoniá efferam : neſcio incredibile di-
ctu eſt:quantú natura atq; ingenio ualuit:q̃ magna eruditione:q̃ exquiſita reꝝ ſcientia: quanta diſciplinaꝝ ua-
rietate:quanta ingenuaꝝ artium notitia/& laude præſtitit:q̃ ammirabili ſapientia & uirture : quáta uitæ inte-
gritate/atq; ínocentia claruit. Si fuit diſputator ſubtilis:ſi cõcionator uehemens:ſi optimus bene uiuẽdi præce/
ptor:ſi præcipuus indagator ueritatis:ſi difficilium & altiſſimaꝝ quæſtioná perſpicuus illuſtrator: ſanctiſſimæ
pietatis defenſor illuſtris:acer ípietatis hæreticæ:ac falſi dogmatis íſectator. Præclarus ſalutariú inuentoꝝ arti
fex:aſtipulator uirtutú:uitioꝝ expulſor. Falſi oppugnator:ꝓpugnator ueri. Qui recõdita arcana naturæ í lucé
ꝓtulit. Chriſtianá religioné auxit:fidé ortodoxá & catholicá cõfirmauit:actiuá philoſophiá docuit : cõtéplatiuá
diſſeruit:uera demõſtrauit:íprobauit falſa:ſoluit ambigua;obſcura patefecit:nullius laudatæ diſciplinæ/ꝓba-
tæq; doctrinæ expers. Ac tam & ſi etiá cuiuſq; ſúmi oratoris huius uiri laudibus ſit ípar oratio: & de táti cœli-
tis ſplẽdore ſilere ſit forſan ſatius:q̃ pauca loqui. Facit tamé ícredibilis magnitudo meritoꝝ : ut cú de illis ſatis
digne fari neſciá/minime tamé tacere potuerim. Cú præſertim unus ſit doctiſſimoꝝ hoium iudicio Thomas:q
natus ad res præclaras:& ad ſúmæ uirtutis/ac doctrinæ decus/diſputádo/inſtituédo/ſcribédo/enucleando plu-
rimum adiuméti hoium generi/atq; utilitatis attulerit. Mirum in modú rudibus ſimul ac doctis ꝓfuerit. Ne-
miné paſſus ſit ſalutaris inſtitutionis ſuæ dulci:ac ſuauiſſimo carere pabulo. Quá plurimos irretierant peracu-
ta Auerrhoi argumẽta/& nodoſa ſophiſmata:ut iam perſuaſum pleriſq; uideret : quod de mundi æternitate/
& de unico in oíbus hoíbus intellectu/nõnunq̃ ille pertinacius potius q̃ ſubtilius tradidiſſet. Vnus hic íprimis
torrenti obex appoſitus/uim rapidi fluentis/atq; impetú cohercuit. Cœnoſa unda conſedit:turbulẽtior æſtus
deferbuit. Limpida aqua renituit:ut iá facile proſpiciat:ac plane liqueat/a ſúmo opifice/ac molitore Deo/qué
motoré primú Phiſici uocát/múdú & cœlú oé initio conditú:& eiuſdé rectoris arbitrio atq; ammirabili ꝓuidé
tia gubernari. Homini uero cuius mundus effectus gratia:& quæ mundus cõtinet/procreata ſunt oía:creatam
a Deo uno huius datore formæ:de nihilo mentem atq; intellectiuam animam inſpirari:ac ſingulam ſingulis ſi-
ne dubitatione tributam. Sed quoniam eiuſdem immortalitas animæ paulo uidebatur obſcurior.

¶ Explicit

¶ Explicit id omne quod reperiṫ/ & inchoatū eſt libri quarti/de animi immortalitate ab Auguſtino Datho.

¶ Celeberrimi tum Philoſophi tum etiam Oratoris Auguſtini Dathi Senenſis in librum quintum de animi perpetuitate/exordium fœliciter incipit.

CVm uaria ac multiplex ſit diſſerendi uia/id quod Marcus Tullius preſertim in libris de Finibus/bonoꝝ & maloꝝ diligēter aduertit/& dilucidandæ ueritatis nō eadē doctiſſimoꝝ hoium cōſuetudo/ea tamen mea ſnia oium uideṫ eſſe probatiſſima:quæ in inueſtigando uero/ordine/ac ratione progreditur.Hac utunṫ ii qui ſuam ponūt ſententiā:rationē afferūt:ſuoꝝ confirmationem adiūgunt:obiectoꝝ ſolutionem:& alienoꝝ improbationē minime praetermittunt.Id multi iampridem in chriſtiana religione maximis diſciplinis inſtructi erudite ac ſcite feciſſe noſcunṫ:praecipue qui a Thoma Aquinate ſunt inſtituti:cūq; his Bonauentura Balneoregiꝰus is qui ad diuū Franciſcū ſacris ſtigmatibus celebrem proxime ſanctitate acceſſit:eruditione & doctrina ſummos quoſq; ſapientes aequauit.Quod cū aliis locis perſpicue declaraṫ:tum in ea quaeſtione uel maxime cerniṫ:in qua de animae humanae imortalitate diſſeruit:ea de origine eius:atq; incorruptibili natura conſtituens:quae & Ioānes Scotus quaſi quidā chriſtianus Socrates:quae Franciſcus Maro diuinaꝝ reꝝ ſubtilis perſcrutator:quae Alexander Aleſius:cuius doctrinae ut pleriq; oēs aſſentiuntur/ita refragari nemo audet:quae Nicolaus Lyrius praecipuus ſacroꝝ eloquioꝝ interpres:quae uel Ioānes Iandunus cōprobauit:quē tam & ſi Auerrhoi captum ſtudio intellectus unitas parump a uero deflexerat:poſtremo tamē ad ueritatē ratio reuocauit:ut & ſuā cuiq; homini aiam praeſcriberet:& cuiuſq; pariter incorruptibilē permanere autumaret.Qui oēs caeteros imitati praeſtantiſſimos uiros:qui pene innumerabiles in diui Frāciſci diſciplina & ſacro ordine floruerūt/eandē ſententiā ita munierē:ita roborauere:ut delirare atq; inſanire uideanṫ:qui perire cū corporibus aīas opinenṫ:quaꝝ īmortalitatē īprimis diuus Bernardinus Senēſis/noſtri ſaeculi deliciae/& nitidus quidam ueritatis aſſertor/argumentis atq; orationis copia uera ratione fraetus/oībus facillime perſuaſit.Nam hic perſaepe grauia permulta ac lōge difficillima:quae uix in gymnaſiis & ocio probare poſſe uidenṫ ii:qui totos ſe magnaꝝ reꝝ ſtudiis dediderunt:& aetatem oēm ac tēpus in reꝝ cognitione collocauerunt/luce quadā incredibili uerboꝝ & orationis ſplendore effecit:ut tam multis q̄ paucis ꝓbabilia uiderenṫ.Sed nil mīꝝ:cū in eius pectore uerſareṫ:q & perfectā ſciētiā hēt uocis:& ita oīs ueritatis eſt auctor:ut plane ſine eius lumine caecutiāt mortales in tenebris.Peropportune Bernardinū in huius ſaeculi labe/cū iam oīa innumeris cōplicarenṫ erroribus:& facinore/flagitio/ſcelere cuncta redundarēt:conceſſit bonitas diuina mortalibus/qui multo certe mirabilius conſuleret humano generi/& ad rectā uiuendi uiam/& ad pietatis ac religiōis cultū redigeret:q̄ is quiſquis ille fuit:qui primus diſperſos feraꝝ more in ſiluis & mōtibus homines cōgregauit:& ad uitae ſocietatem ac uirtutis exercitationē compulit.Tanto inquā mirabilius quāto difficilius eſt uitio & nequitia fœdatos/ac penitus inſidente flagitii macula/& peccati ſorde emendare pollutos:q̄ rudes/& reꝝ integros oium conformare:& quod hoꝝ mens ad uirtutem capiendā natura duce facilior eſt:illoꝝ lōga uitioꝝ conſuetudine pertinaciter obſtinata obdurat.Nouit una cū caeteris ſapientibus architectus ſapiēs Bernardinus:niſi ſtabili atq; optimo iacto fundāmēto/fruſtra quicq̄ ſuperedificari.Haec uero ſane ꝓbant/ac uere conſtituūt:qui inquirere & indagare iſta accuratius contenderūt:ſi aīos hoium intellexerimus:etiā cū ex hac uita migrauerint:ſemper uicturos:nec diſſolutis corporibus interire:nec in hac uitae huius calamitate:quae tā circūciſa/tam momentanea cerniṫ:ut fugacis ac leuis umbrae inſtar/q̄ celerrime euaneſcat:aut ſtatuta bonis praemia:aut ſupplicia improbis.Hic certaṫ alibi coronaṫ.Hic ſeriṫ:alibi metiṫ.Hic laboraṫ:alibi percipiṫ.In huius ſaeculi certamine atq; agone contendimus poſt uitae huius ſtadiū palmā adepturi.Hic effodimus/quod nobis in futuro aeuo pretiū referendum eſt.Hic negociamur ut poſt hanc uitam ditemur.Hic cū multiplice ac ſaeuo hoſte confligimus:ut non in tēpore:qd citiſſimo tranſgreſſu cuncta uorat:ſed in aeternitate incorruptā atq; īmarceſſibilē coronā aſſequamur.Nam illa apud ſapientē Concionatorē inſipientē/atq; impioꝝ uox eſt.Humanae uitae exiguū eſt tēpus:& nō eſt refrigerium in fine hois:nec eſt ullus qui agnitus ſit reuerſus ab inferis.Quia ex nihilo nati ſumus:& deinde erimus/tanquā nō fuerimus oino.Quod qui dicunt:atq; ita ſentiunt/ii ad hāc/quā mortales degunt uitam/totos ſe accomodant:nec ſperantes utiq; meliorē nec futurā penitus cogitantes.Sed hii praeter figuram/nil habent hois:atq; humū deiecti/& in caeno prorſum uoluntati:quatenus ſenſu mouenṫ:id ſolū amplectunṫ quod adeſt:& a rōne mēteq; auerſi/ad corporis oblectamēta uertunṫ ueluti pecora:q̄ natura uētri obediētia finxit.Hoc igiṫ diuino afflatus numie aīaduertit Bernardinus:& corripiēdae ſtultae uanitatis & turpitudinis/ac nequitiae abolendae ꝑſtudioſus miſeris nři aeui mortalibus uirtutis ſtudiū ꝑſuadēdū:& amorē iuſtitiae infundendū ſtatuit:Itaq; in diuinis ſuis cōcionibus q̄s apud pleroſq; nō ignobiles populos/& nō mō in oi hetruria:ſed i toto quoq; Latio & frequēter/& ſplēdidiſſimas habuit de aīae īmortalitate:locutus nō ſolū benedicēdo ſuaſit:ſed etiā ſubtiliter enucleando diſſeruit.Ac tam & ſi nouiſſet uera ꝑfatum Ioannem Damaſcenum diuinum apud Graecos theologum:qui ea quae per legem nobis per Prophetas:per Apoſtolos:per Euāgeliſtas tradita ſunt aſciſcenda/ſuſcipienda/cognoſcēda/amplectenda/ueneranda eſſe/ac nihil praeterea inquirēdū aſſeruiſſet:Alexandri tamē Aleſii/Ioannis Scoti:Petri Aureoli:lepidi Bonauenturae:caeterorūq; maximoꝝ Philoſophoꝝ/ac Theologoꝝ fultus argumētis/& ſubtilibus perſcrutationibus:firmioribus rationibus:quaſi quibuſdam ſpiculis/atq; armis inſtructus:& incorruptibilem permanere aīam:& quanq; die nouiſſimo ſuū atq; idē(ut aiunt)numero reſumpturā corpus/ac diuinum iudicium ſubiturā:aliam quidē ut īmortali fœlicitate laeteṫ:aliam autē ut tartareis cruciatibus affligatur:& argumentari & demonſtrare ſolitus eſt.Quamobrem crebro Bernardinus tum in ſacris delubris tum etiam in compitis prophetico more declamabat:inuitabat uulgus hominum:alios ducebat:trahebat alios ut ad uocem Lyrici noſtri diuini enunciatoris/oraculi ſacri uatis Dauid uenirent:audirentq;

narraturum ſeſe/quanta feceritanimæ noſtræ omnium conditor:& mundanæ molis opifex Deus. Et cum cæterorum/qui probe argumentati ſunt:tum Bonauenturæ rationes in medium afferebat: qui in hunc modum immortales animos eſſe:atq; incorruptibiles comprobauit.

¶ Prologus explicit. Liber quintus fœliciter incipit:ex Bonauenturæ Balneo regini potiſſimum ſententia: ac diui Bernardini Senenſis.

CVm enim uariæ extiterint de animi ĩmortalitate ſentētiæ:& hi corruptibilē putauerint: pleriq; incorruptibilē:qui extingui cum corporibus aīas exiſtimauerunt:leuioribus quibuſdam documentis adducti non tam ueram proſpicientes rōnem/q̄ ſpēm quandam:& ueluti exteriorem faciem contēplantes:Paulū apoſtolum quaſi eiuſce opinionis auctorē proferunt:qui ad Timotheū ſcribens:ſolū Deum ĩmortalitatem habere teſtet̃:ut ſoli Deo:quod eſt creatori cōueniat:longe a creatura ſit aliena. Cumq; occurrat̃ a nōnullis profitētibus ſoli Deo ĩmortalitatē natura congruere:ue℞ creaturæ eandē quoq; gratia fuiſſe tributam:cōtra iidem inſtant uehemētius:afferētes gratiā nequaq̄ repugnare naturæ: ſed nec naturam uariā illam efficere/cōſeruare/ac tueri potius. Quod ſi creatura oīs eſt natura mortalis: qui poterit p gratiam quod aiunt/ĩmortalis fieri? Non erit igit̃ ĩmortalis aīa. Creatura enim. Teſtem quoq; proferūt Ioannem Damaſcenū prodentē:omne quod a uerſione initium ſumpſerit/tandē & in uerſionē ferri:atq; ita deſinere. A uerſione cæpiſſe rōnalē aīam facile patere:quoniā creata. Ita & in uerſionem uergere:quæ prorſus ĩmortalitati uidet̃ eē cōtraria. Obtrectantibus uero/ac profitentibus per ſe quidē aīam ad uerſionem eſſe procliuē:at ſuſtineri manu: ac poteſtate conditoris:rurſum obſiſtentes Auguſtinū produnt ſeptimo libro℞:quos de Ciuitate Dei ſcripſit: ſtatuentē/cū de Deo uerba faceret:ita ea quæ condidit miniſtrare:ut ea nihilominus naturæ parere ſinat:atq; a propriis motibus nō auertat. Igitur nec obſiſtere animæ quin naturam ſequat̃: quandoquidem ad corruptionē natura procliuis eſt aīa. Ariſtotelis aūt fræti auctoritate obſtinatius obdurant. Nam corrumpit̃ intellectus/inquit/quodam intrinſecus corrupto:ſed certe nō aliunde intellectus labes eſt:q̄ a corruptione rōnalis animæ. Nō igit̃ ĩmortalis fuerit. Quin etiā rōnem adiciunt:& eo pertinacius noſtræ ſniæ obluctant̃. In corpore natura animam pati:ad quod in promptu eſſe arbitrant̃:paſſionē aūt magis/magiſq; repetitā detrahere aliquid/ac deturbare ſubſtātiæ:qua uis aūt detractione atq; obiectiōe facta/nōnullam quoq; corruptionē fieri neceſſe eſt. Atq; ita p eā nō nihil labefactari ſubſtātiæ:atqui eiuſcemodi ſubſtantiā oēm corruptibilē:proindē rōnalē aīam corruptibilem deprehendi. Eandē dolente corpore cōdolere:patiente plane cōpati. Quid nam igit̃ prohibet & moriente cōmori? Illud uim maximā habere arbitrant̃:cum ita ratiocinando inferunt. Si ſit/inquiunt/ſubſtātia incorruptibilis aīa:non ne & quæ illi reſpondeat actio:& ipſa quoq; incorruptibilis fuerit? Neq; n. unq̄ ſubſtātia/a propria actione deſtituit̃. Quocirca ſi uel pereat:uel certe lædat̃:una quoq; tollat̃: lædaturq; ſubſtantia. Cū igit̃ læſo corpore/lædi/atq; interpediri conſtat rōnalis actū ſubſtantiæ:quæ ipſa utiq; intellectio eſt:lædi & ipſam ſubſtantiam arbitrant̃. Erit igit̃ pro eo℞ opinione/animæ rationalis ſubſtantia corruptibilis/atq; mortalis. His igit̃ & auctoritatibus & argumētis cōmoti/noſtræ cauſæ aduerſari ĩmortalitatē animi ſtudioſius opugnātes:ad res autē cōſiderādas/parū & temporis & diligentiæ adhibētes/temere ipſi ſibi aſſentiuntur: & quaſi uictores petulantius aſſertoribus ĩmortalitatis inſultant. Sed hi longe a ratione/lōge a ueritate aberrāt. Nec quid aut certo affirmandū/aut plane negandū ſit/ſatis acute perſpiciunt. Quæ aūt a claris auctoribus tradita ſunt/ea praua & adulterina quadam/ut ita dixerim/interpretatione detorquent. Multo aliter res habet/id quod uera ratio/ſummo℞ philoſopho℞ traditio/ſancto℞ auctoritas/uete℞ ſapientū teſtimonia liquido ac perſpicue manifeſtant. Sed nos cæteris nunc poſthabitis rōnes eas perſtringemus:quæ id quod ꝓpoſitū modo eſt/& uehementer cōfirment:& facillime tueant̃. Bifariam nanq; naturā ipſius animæ cōſiderare/ atq; explorare liceat. Nā uel rōne ordinis aīam uel ipſam ſecūdū ſeſe ſpectare ſolēt:q res grauiores diligētius pſcrutant̃. Et in ordine qdē alias uniuerſæ creaturæ:alias rōne diuīæ iuſtitiæ:alias rōne eius/q ꝓpriæ naturæ finis cōgruit. Sc̄dm ſe uero aliter quo ad uirtutē:aliter quo ad actū:alias demq; quo ad obiectū pertinet. Ita fit:ut ſex modis:q a nobis expoſiti ſunt: naturā ac uim aīæ perſpicere & cōſiderare poſſimus. Illa oīum pria occurrit:p quā cōſiderat̃ i ordine ad ea/quæ in uniuerſitate mūdanæ molis ſunt procreata. Qua quidē ex re ad oſtēdēdā aīæ ĩmortalitatē/duplex orit̃ ratio. Prima eiuſcemodi eſt. Nā in creatura℞ ordine:q̄ quidē in totius coeli ac mūdi fabrica continent̃/hic materiā primā reperimus:illinc ultimā formā. Aeque uero ad uniuerſi abſolutionē & plenitudinē/ac multo fortaſſe magis ultima pertinet forma/atq; materia ipſa prima. Quæ cū ſit ĩmortalis atq; icorruptibilis/cōſimilē quoq; & illā eſſe quis neget? Illa uero oīum Philoſopho℞ uoce atq; cōſenſu/aīa rōnalis eſt. Fuerit igit̃ & ipſa incorruptibilis. Ad hāc illa quoq; accedit ratio. Nā ut hoc/quod cernimus mūdanæ molis opus perfectū atq; abſolutū ſit/extare cōueniat/diuerſa eo℞ quæ ꝓcreata ſunt genera/& eo℞ quidē differentias/pfecta quadā rōne cōbinari. Ita enim ſpēs:ita eius perfecta cōſtabit integritas. Triplex nanq; aīaduertenda ſubſtātia eſt:& una quidē in eo: in quo magnitudo eſt/atq; ea certe incorruptibilis:quod de cæleſti corpore perſpicuū fit. Altera deinde: q̄ nec ipſa magnitudo ſit:nec magnitudini iuncta:& ea plane incorruptibilis pleriſq; oībus cōperta. Non ne igitur/ne quid perfecto deſit/tertia ſit adhibenda:& ipſa quoq; incorruptibilis:quæ cū magnitudo nō ſit/magnitudini tamen mira ſocietate iungat̃? Hanc ſane putant ſapientes/rōnalem eſſe aīam:quā tanti natura eſſe uoluit: ut pp eam cuncta etiam procreata uideant̃. Atq; ita ex perfecto uniuerſitatis ordine/haud dubie cōiicere liceat aīam rōnalē/ĩmortalē exiſtere. Arguit & diuinæ iuſtitiæ ratio noſtrā ſentētiā:quæ cū perfecta ſit:ac totius perfectionis exēplar/nunq̄ deflectit a recto:nunq̄ a iuſto diſcedit:ſi iuſtus ē dominus/& iuſtitiā diligēs:q̄ una atq; eadē cū illius eſſentia ē iniquitatē aūt maxīe abhominat̃:& odit. Quo circa nullū irretributū bonū patit̃:nullū inultū malū. Recte nāq; p Prophetā dicit̃. Iuſtus dominus oībus in uiis eſt:& in oībus quoq; ſanctus opibus. Sed quo-

tus quiſq;

tus quiſq; in hac mortali luce/uel meritis afficiaꝛ præmiis:uel debita ſceleribus ultione mulctaꝛ: In futura nanq; uita plurimus iuſtitiæ relinquitur locus.Ibi tum boni beati futuri ſunt:recepturi autẽ uirtutis præmiũ perennis uitæ fœlicitatẽ:iuſtas mali luent pœnas:dabuntq; ſua nequitia atq; improbitate digna ſupplicia. Quibus ex rebus efficitur:ut & cõſtituere aliã poſt hãc uitã/& ĩmortalem hoĩs aĩam ſit neceſſe.Inſtant contra nõnulli/& qđ de iuſta retributione traditur meritorũ/ita demũ ſatis/ſupq; impleri putant:quod fieri poſſit uti aĩa: quemadmodũ & corpus aliquãdo ſuſcitata reſurgat:atq; ita iuſtæ retributionis fiat compos.Sed hoc parũ cõſulto: parũ cõſiderate ferꝛ. Nã cũ ſit aĩa:qđ uera ſentit ratio/creata de nihilo: ſi forte corruptioni pateat/prorſus tendat in nihilum.Non igitur illa/cui uel præmiũ/uel pœna debeatur/ſuſcitari queat:ſed alia de integro procreari.Atqui ita minime iuſtitiæ fiat ſatis:ſi alio meritũ/alio prætiũ referaꝛ.Illud præterea accuratius præclarus Bonauentura doctor cõſiderandũ cenſet:ad diuinam quoq; ſpectare iuſtitiã:ut nihil/quod quidẽ bene/iuſte & cũ uirtute ſit: in malũ porro/atq; improſperũ exitum cadat.Lex igitur diuina/naturæ ratio/iuris ſanctio/ſummorũ uox philoſophorũ/gentium conſenſus ſuadet/mortẽ obeundã potius/q̃ a ueritate tum uitæ/tum iuſtitiæ deflectendũ. Quod ſi forte tota poſt hãc uitam intereat aĩa:ac penitus deleaꝛ:& iuſtitia quã adepta poſſideat/una pereat neceſſe eſt.Ita fiet:ut eiuſcemodi mortis perpeſſio/quæ iuſta perhibeꝛ:quã aſciſcendam edicit:quam recta probat ratio perperã:& quidẽ ſimpliciter ſinixtrorſum euadat. Quod certe a diuina iuſtitia lõge alienũ uideri debet. Ex cuius ordine ſane illuſtris ſit(ut ſapientes putant)ĩmortalitas aĩorũ. Quod ſi aĩam rõnalẽ cõſiderare uelimus/ex quadã rõne atq; ordine finis:quẽ proprium ſpectat/facile quiuis/uel mediocriter eruditus/ ĩmortalem cenſebit. Vltimo nanq; ſemoto fine:qui oĩum principaliſſimus eſt/ ac ſuperne cõſtitutus/cæteros mouet : atq; impellit omnes:reliqui fuerint irriti ac prorſus inanes.Atqui ultimũ/ & finis/& extremum cuiuſuis rationalis actionis/& operis perfecta beatitudo eſt:Hoc igiꝛ ſi ſubſtuleris oĩa quæcq; agit aĩa/fruſtra ꝑfecto egerit. Quod ſi id abſurdũ atq; abſonũ uideꝛ/uti certo ẽ neceſſe ẽ ſtabilire ultimũ illud:ac firmiter cõſtituere. Verũ ut probe alterũ Latii lumẽ Seuerinus inquit Boetius/& philoſophorũ cohors/una eadẽq; pariter uoce conſentiunt/beatitudo ipſa/quo cunctorũ mortaliũ aſpirat oĩs:atq; anhelat intentio:ſtatus definitur bonorũ oĩum cõgregatione ꝑfectus:ad quẽ uere & cumulate conficiendũ/ĩmortalitatẽ adhiberi oportet aĩorũ:ſine qua eiuſcemodi bonorũ conflatio/uel manca/atq; inchoata:uel certe ſit prorſus inanis : ut facillime pateat/ad incorruptionẽ natã rõnalem aĩam/atq; ad ĩmortalitatẽ adipiſcẽdã. Quid quod eandẽ intelligimus natura beatitudinem/perinde/ atq; ultimũ/extremũq; bonorũ expetere? Nihil aũt temerariũ:nihil ocioſum ĩ naturæ fundamẽtis perſpiciꝛ. Sunt eñi oĩa naturæ opa:ut modo ordine/ſpecie quadã ammirabili:ita etiã cõſilio/prouidentia/optima quadã rõne inſtituta:ut aĩam rõnalem oẽm/& intellectualem creaturã natam fateanꝛ uiri ſapientes ad ueram fœlicitatem ac beatitudinẽ aſſequendã.Sed nulla beatitudo abſq; ꝑfecta ſecuritate/nec ſine ĩmortalitate abſoluta ſecuritas . Vbi enim mors cadere poſſit:ibi & mortis mœtus:quo quid a beatitudine alienius: quid fœlicitati magis poſſit eſſe contrariũ? Atq; ita ex ordine aĩæ ipſius ad finẽ perſpicuũ oĩbus fieri debet ĩmortalẽ illã non obſcure habendã. Quod mea quidẽ ſentẽtia ſatis/ſuperq; patefacit triplex ille uidelicet ordo:quẽ abunde expoſitũ arbitramur. Quorũ primus finẽ atq; ultimũ bonorũ ſpectat:alter ſummã diuinæ retributionis æquitatem/diſtrictionẽq; iudicii:tertius uniuerſitatis abſolutionẽ/ac mundi totius integritatẽ . Quod ſi animæ uim ac propriã uirtutẽ exquirimus:quod quarto erat loco propoſitũ:id quoq; ſe nobis argumẽti offert . Nulla eñi materialis & corruptibilis uirtus nata eſt:ut ipſa ſe ſupra ſe reflectat:id quod nemo nõ plane norit : niſi forte/ cuius(ut dici ſolet)craſſa nimiũ Minerua eſt.Aĩa aũt rõnalis ſecundũ propriã eius ipſius actionẽ id proculdubio efficit:dum & intelligentia ſe ipſam cõpræhendit:& ſtudio præterea/atq; amore cõplectitur. Vt ſapientiſſimo cuiq; tandẽ in promptu ſit:nec materialẽ illam/nec corruptibilem:ſed cõtra potius incorruptibilem/atq; immortalem eſſe. At ſi uirtus incurruptibilis/& ſubſtantia utiq; incorruptibilis.Illud ꝓpoſiti noſtri etiam certiſſimũ documẽtũ extat.Nã ſi eam uirtutẽ/natura incorruptibilẽ arbitranꝛ:quæ quanto a corruptibili corpore ſeiungiꝛ/magis ac longius ſegregaꝛ/eo ſit uegetior/ac potentior:quis neget eam uim animis noſtris ineſſe? Quo enim magis corpus & corruptibilis caro ſubigitur/edomaturq;:qui homo exterior appellari a catholicis conſueuit:tanto certe uehemẽtius/altiuſq; attolliꝛ ſpiritus:qui interior homo nõ temere/nõ ĩmerito nuncupaꝛ:Hinc philoſophorũ mors:& philoſophia mortis meditatio eſt . Hinc ille diuinus Socrates/uel potius aĩus eius quodãmodo ſeiunctus a ſenſibus incõniuens atq; ĩmobilis ab oriẽte Sole ad eundẽ iterũ orientẽ ad ſuperiorẽ cõtẽplationẽ perſtare ſolitus erat:ut ſi dicere ſas eſt/ſublatus uidereꝛ in cœlũ.Hinc paluſtrẽ ac peſtilentẽ ad philoſophãdũ locũ Academiã delegit Plato:quo macerato corpore/expeditius/ac multo facilius rebus cõtẽplandis intẽderet.Nã p eiuſmodi a carne receſſum/& quandã cũ corruptibili corpore ĩpermixtionẽ aĩ uegetatur uirtus:atq; ob id quoq; incorruptibilis atq; ĩmortalis oſtẽdiꝛ:ut p̃ter cæteras/q̃ ſupra allatæ rõnes ſunt/ ex uirtute ẽt rõnalis aĩæ eiuſdẽ immortalitas illuſtreꝛ. Quod ſi ad eius ipſius operationem noſtra conuertatur oratio/ex eadẽ ipſa multo certe patebit cõſpectior. Cuiuſlibet.n.ſenſibilis ſubſtãtiæ/quæ quidẽ ſecũdũ eẽ/ atq; durationẽ pendet a corpore/a corpore itidẽ ſine dubitatiõe pẽdeat actio. Sed cuius adeo ſit hebes ingeniũ: quin plane norit/ea ſæpenumero agere aĩam/atq; obire mentẽ: q̃ nullo mõ ꝓficiſcanꝛ a corpore? Id ẽ enim intelligere:nam quum ĩtelligit mens/nullum ſibi corporis inſtrumentũ accomodaꝛ:ut neuticam aĩæ rõnalis duratio pẽdere a corpore uideri poſſit. Abſoluta prorſus a corpore eſt mẽtis actio:& quæ illius maxime propria eſt/abſq; ullo corporis expletur cõmertio. Ab ſe autem labefactari mens/ac diſſolui nequit : quippe cui nulla ſit/unde omnis labes oritur/contrarietas . Vt quod in ſe eſt/incorruptibilis plane ſit/atq; immortalis habenda quæ res eo inſuper argumento dilucidior ſit:quod cuiuſuis corruptibilis ſubſtantiæ operatio tempore antiquatur:& collapſa ſeneſcit. Id aũt ab aĩæ rõnalis ſubſtantia uehementer abhorret:atq; ita alienũ uideꝛ : ut nõ modo temporis diuturnitate:nec extenueꝛ:nec minuaꝛ:ſed augeſcat potius ætate:ac maius indies incremen-

tum ſuſcipiat. Decreſcant cætera fortaſſis in ſene: quod diuus noſter Hieronymus uſurpabat: ſola ſapientia: ut īmortalis eſt eius poſſeſſio Iſocrate teſte: ita ſemp cū ætate accreſcit ſimul. Si in ſenioribus ſapiētia eſt/ & ī multo tpe & longeua in ætate prudētia. Quo fit: ut ex ꝓpria quoq; ipſius aīæ actione ꝑpetuitatis ratio/ atq; īmortalitas eluceſcat. Poſtremo ſi ad illius obiectū cogitationē uerterimus: id enim ſexto loco nobis ꝓpoſitum fuit: ita noſtræ ſentētiæ patebit ueritas: ut pene nullus relinquat̃ dubitationi locus. Cum eni duo ſint: quoꝝ alteꝝ cognoſcit/ cognoſcit̃ alterū: primū potētia eſt: alterū obiectū. Ita eni præcipue noſtræ tēpeſtatis uſurpāt Philoſophi. Ea igitur oportet eſſe ratione cōcordia/ ac certa ꝓportione cōgruere. Nata eſt rōnalis aīa ad ſapiētiam capeſſendā. Huic ſubiecta ueritas eſt: quaſi materia/ quā tractet/ & in qua uerſet̃: ut præclare. M. Tullius ait. Atq; ueritas Aurelio Auguſtino teſte in corruptis ꝓſertim Soliloquioꝝ libris īcorruptibilis eſt: quandoquidē uim eiuſcemodi habet: ut ipſa quoq; abnegatio ueritatis primitus cōſtituat ueritatē. Quare cū & cognoſcēs aīa/ & cognita ueritas ratione cōueniat: ſintq; inter ſeſe ꝓportione cōſimiles: aīæ īmortalitatē īmortalitas ueritatis: cui ſoli inſipiētes & expertes ueritatis & rationis hoīes aduerſant̃/ mea quidē ſnīa facillime cōprobabit. Quæ profecto ratio nō modo arguit īmortalē aīum de ſcientiæ atq; itelligentiæ ueritate: uerum etiā ab ea quæ nihilo ꝑſtabilius minus eſt/ ueritate inq̄ uitæ atq; iuſtitiæ. Eſt enim & ipſa quoq; utpote excellentiſſima oīum ac præclariſſima uirtus/ ꝑpetua atq; īmortalis. Quod quidē in ſapiētiæ libro ſanctus & eloquētiſſimus Cōcionator oſtēdit. Quod ſi īmortalis iuſtitia/ & eius capax & particeps īmortalis aīus. Illud oībus debet eſſe cōpertū: uim quālibet/ ſi corruptibilis ſit/ haud ambigue lædi a ſuperexcellēti obiecto/ ceu occuloꝝ obtundi aciē a ſplēdidioris fulgore lucis: & obſurdeſcere nōnunq̄ aures uehemētiore ſono: uti eoꝝ/ qui ægyptū accolūt: ubi Nilī aquæ dum ad Ethiopū cataduppi ꝓperant/ tam uiolento inter occurſantes ſcopulos uehunt̃ agmine: ut ruere potius imenſo fragore/ q̄ fluere uideant̃. Natus eſt ſenſus/ atq; oīs eiuſcemodi uis aīalis imbecillior in medio potius q̄ in extremo ſeruari: ſed & oblectari quoq; uehemētius. Quod cōtra rōnali aīæ uſu uenit: quæ dum altiora ac magnificētiora cogitatione cōplectit̃/ nihilo tamē deterius minora atq; inferiora itelligentia cōpræhendit. Vegetat̃ potius: roborat̃: augeſcit: & mirū quēdā in modū ſupereminētis: & clariſſimæ lucis obtutu/ & cognitione lætat̃. In percipiēda uero/ quæ oēm ſenſum ſuperat: & humani uires antecellit ingenii/ Dei ſapientia/ longe maiorē q̄ in quarumlibet creaturaꝝ cognitione reꝝ iucunditatē ac delectationē aſſequitur. Vt obiecto collata rōnalis aīa plane ſeſe incorruptibilē præſtet. Itaq; ſi ſubſtātiam uirtus: ſi uirtutē actio: ſi actionē obiecta res indicat: cū per hāc triplicem cōſiderandi rōnem patefactū ſit/ īmortalem eſſe aīam: ſi uel in ſe: uel cōparate ſpectare illam īſtituerimus/ omnifariam eius ꝑpetuitas atq; īmortalitas declarat̃. Vt plane illam incorruptibilem ꝓfiteri debeamus: ac nullo modo īteritui & corruptioni obnoxiā. Quod nō modo catholica fides obtinet: ſed & præclara ueterū ſapiētia/ ac recta oīs argumētat̃ ratio. Ac tam & ſi multa & pene inumera afferri poſſint ad aſtruendā hāc de animi īmortalitate ſnīam: una tamē certior: atq; cæteris oībus accomodatior uia ē: & huius īueſtigādæ ueritatis ratio/ cognitio/ ac ꝑſpectio finis. Nec id quidē uel temere/ uel iniuria: quando finis iis/ quæ ad finē ſunt/ neceſſitatē cōſtituit. Id uero cū primis effeciſſe ꝓpēdit̃ Aurelius/ & qdē uere Aureus Auguſtinus in iis libris/ quos caſtigatiſſimos tū de trinitate/ tū de ciuitate Dei cōſcripſit. Nouerat. n. id qđ dubiū nemini eē debet: qui reꝝ naturā uel mediocriter fuerit īſtitutus: fuiſſe initio rōnalē aīam/ ad ſūmā adipiſcēdā beatitudinē procreatā. Hoc ipſa reꝝ artiſex/ ac ueritatis magiſtra natura. hoc īgenitus cunctis mortalibus appetitus: hoc recta/ & quæ nunq̄ fallit̃ ratio edocet. Hoc nō ſolū ſapientū eruditio/ atq; doctrina: ſed etiā ipſum imperitorum uulgus/ gens oīs/ & natio hoīum uniuerſa fatet̃: hos ſolos exceperim: in quibus totū rōnis lumē extinctum eſt. Quis. n. neget/ id uelle oēs/ ſe fore beatos? Atqui beatū facit bonoꝝ cumulata/ ac certa poſſeſſio. Sed qui beatus ſit: qui qđ adeptus bonū eſt/ uel carere eo/ uel iacturā eius pati poſſit. Inde. n. naſcat̃/ neceſſe eſt/ & metuēdi/ & dolendi ratio. In quē uero aut metus cadit/ aut ægritudo: cadat & miſeria/ neceſſe eſt. Quis nō uidet? At miſeria maxime beatitudini aduerſat̃. Quod ſi rōnalis aīa capax beatitudinis nata eſt: quæ ipſa natura īmortalis eſt: facile ꝑſpicit̃/ ex parte quidē finis: quā tantopere auæmus exquirere īmortalitas aīoꝝ. Hinc ſunt illa Seuerini Boetii: quē Chriſtianū Varronē habēdū ducimus: illa inq̄ luculenta: & grauia: quæ is Philoſophiā loquētē facit: unde ueluti a puriſſimis fontibus ueritas manat. Oīs mortaliū cura: quā multiplicium ſtudioꝝ labor exercet/ diuerſo quidē calle ꝓcedit: ad unū tamē beatitudinis finē nitit̃ ꝑuenire. Eadē īmortalitas ſi rōnalis aīæ formā pceperimus/ nihil obſcura patebit. Quod. n. ad participādā aſſequēdāq; beatitudinē facta eſt: uel creata potius: eaq; in eo ſita eſt: qđ uere ſummū/ ultimū/ æternū/ īterminatū/ incōmutabile bonū eſt: facta idcirco eſt capax Dei aīa: inq; ea Dei: cuius & ꝑclarū opificiū eſt: expreſſa imago/ atq; ſimilitudo eſt. Sed neq; uera imago dei ſit: neq; abſoluta diuinitatis expreſſio/ atq; īſignis forma: ſi anguſtis uitæ circunſcripta limitibus/ aliquādo mortis termino cōcludat̃. Quod ſi/ id qđ res habet/ imago Dei aīa rōnalis eſt: nullo modo attingere eā poſſit interitus/ ac mortis labes. Sed nec finis/ nec forma tantū: ipſa quoq; materies: ſi ita appellare licet/ īmortalitatem aīæ rōnalis oſtendit. Nā id ipſum/ quo ſiue aīa/ ſeu eius forma eſt/ tāta certe dignitate/ tāto decore eſt: ut diuinā illā imaginē īſignē reddat: quæ utiq; nobilis materiei paret/ & ꝑclara cōditio. Ea uero formæ tam excellenti/ tamq; ammirabili ſplēdore ꝑditæ īcredibili quodā appetitu copulat̃: ac nectitur. Iſq; oīs ita demū ī ea ipſa cōquieſcit: ut nullo modo aliā ꝑterea queat formā expetere: & unā illam amplectat̃: unā deoſculet̃: una cōtenta ſit. Cum utræq; arctiſſimo nexu/ indiſſolubili uinculo/ atq; optima quadā colligatiōe iungant̃. Quoniā uero/ qđ tam ꝑfecta ratione aptum/ iugatūq; eſt/ id diſiungi/ & diſſolui uelle: ut ſapiētes iure affirmāt: nō eſt Dei: hic unus cōprobat̃ creationis auctor: hic unus opifex/ atq; effector rōnalis aīæ: ille ipſe ꝑpetuus cōſeruator. Vt ab efficiēte quoq; cauſa nō deſit eius ipſius īmortalitatis ratio. Itaq; tam ab auctore/ q̄ ex ſpecie/ atq; forma/ & ex quodam (ut ita dixerim) ꝓportionali ſubiecto: oīum uero maxime ex fine plane perſpicuum fit: animam rationalem/ quod tanto perquirimus ſtudio/ a creatore Deo effectam de nihilo/ perpetua duratione ſeruari: ut iam nihil

hæſitātes

hæſitantes/& optimis ac ꝓbatiſſimis rõnibus facti certiores iis argumẽtis aſſentiamur:ac penitus inhæreamus:
quæ paulo ante de animi imortalitate in mediũ ſunt allata. Quippe quæ delitescentẽ/& occultius abditam:ac
difficultatũ ſcrupulis/quaſi quibuſdã obductã tenebris/ueritatẽ in lucẽ proferũt:patefactã reſerant: ac ueram
ſapiẽtiã ꝓfitentibus exploratiſſimã reddũt. Omnino.n.quattuor diſtinguũt ueteres ſapiẽtes cauſaꝝ genera: qđ
magnus & acutiſſimus Ariſtoteles in libris de Naturali auditu:de generatione animaliũ:de rebus diuinis præ-
cipit:atq; idẽ cũ cæteri probant Philoſophi:tum imprimis Aphrodiſius Alexander in præclaro de Fato uolu
mine/mox cõplures Peripatetici optima rõne confirmant. Nos de rationali aĩa/ſiquod mouet:& efficit: ſiquod
eſſentiæ rõnem præbet;ſi quo cõſtat:ſi deniq; cuius cauſa:& finẽ ſpectemus:undiq; ſe nobis:quod tandẽ cerni
licet/imortalẽ præſtat. Et.n.recte argumentatũ Bonauẽturã cenſemus:ex cuius ſenſu hæc potiſſimũ deprom
pta ſunt:cuius ſolers ingeniũ:cuius exquiſita doctria:cuius ſuauis oratio & ueritatẽ plurimũ illuſtrauit:& ſtul
torum hoĩum/atq; improboꝝ: confutauit errores. Ac proinde mirabile dictu:cũ ab hinc annos.cc.mortẽ obie-
rit;ita tamen lingua eius uigore quodã incredibili ac mira uiuacitate præſtat: ut uel mortuus fari poſſe uideaẽ.
Extat nobile illius ſepulchrum Lugduni:& celebre monumentũ clarũ cæteris ornamẽtis:clarius doctiſſimi/&
ſancti uiri miraculis/& gloria. Hic cũ multa de permanente poſt mortẽ anima diſſeruiſſet/neq; a catholico dog
mate/neq; a recta Philoſophia diſceſſit/apprime confirmans quæ eadẽ a Ioanne Scoto:cui propter eximium in
genii acumen/ſubtilis diſputatoris uulgo cognomẽtũ inoleuit/ſolerti inueſtigatione tractanẽ. Nam hic præce-
ptor cum primis mea ſententia diligentiſſimus faciliime oſtendit/quid nã cæteris formis ĩterſit. Itaq; & in ſuis
uniuerſalibus cõmentariis hiſce de rebus inueſtigationẽ aggreſſus diſſeruit/non idem eſſe intellectiuæ:atq; eẽ
totius/cuius illã partẽ eſſe cõſtat. Quare & ſoluto corpore/in ſuo animã intellectiuã eẽ perſtare. Idq; omnino
ac penitus tam per ſe q̃ per accidens incorruptibile prorſum ſtatuit. Cũ contra corruptibile uideri poſſit:ſiquis
idem eſſe utriuſq; profiteatur:quaſi una:eadẽq; foret aĩæ eſſentia ſimul atq; cõpoſiti. Cõpoſitũ.n.uere corrũ-
pitur. Quod queadmodũ generatio terminari uideatur ad eſſe geniti ita eſſe corrupti uideri debeat terminus:
a quo corruptionis ipſius:ac ſolutionis initium. Proinde duraturã intellectiuã aĩam:etiã dehiſcente cõpoſito.
Cæteras uero quæ quidem materiales formæ ſint toto diſſipato ipſo eẽ minime diutius permanſuras. Atq; hæc
quidem Scotus. Sed iam tandẽ huic locum ſatis:ſuperq; decurſum arbitramur: ut perſpicua: atq; illuſtris ani-
mi immortalitas uideatur:nec propter quid iam tandem quempiam lateat:ni forte excordem:atq; omnis & cõ
mentationis:& ratiotinationis impotem. Neq; illa huic cauſæ aduerſantur: quæ cõtra a nõnullis obiecta ſunt:
ſiquis complicatam animi notionem euoluere:ac recte explicare uoluerit. Quod ſi ſolum Deum immortalẽ
Apoſtolus profitetur:id ſane ea ratione intelligendum eſt:quod is unus profecto ſit: qui ipſe ſua ui:atq; ineffa
bili/& incomprehenſibili poteſtate:nulla aliunde petita ope:ut ſublimi: ac ſupereminenti maieſtate:ita & im-
menſa quoq;:atq; interminata æternitate ſeſe tuetur:ac ſeruat. Animus ipſe tam & ſi pro ſua origine ad imor-
talitatem & natus eſt:& factus idoneus:nullo modo tamen abſq; conditoris præſidio: in eo immortalitatis ſta
tu incolumen ſe præſtare poſſit: Neq; enim uim tantam niſi uitæ auctor: & unus immortalitatis largitor ob-
tineat. A cuius inexplicabili bonitate:a qua in Timeo Platone teſte:omnino longe abeſt: ac faceſſit inuidia: ut
mundi tum procreatio: tum perennis duratio:ita & uitæ perpetuitas:& immortalitas oritur animorum. Nec
hoc quidem eoꝝ naturæ pugnat:quo ad ea principia:ex quibus conſtituti feruntur:ſed eoꝝ potius principioꝝ
expetitionem fouet:ac ſeruat. Quod ſi a uerſione anima primordium ſumpſit:quippe quæ de nihilo condita:
ac propterea aduerſionem uideri debeat natura procliuis: id quod Ioannes Damaſcenus tradidiſſe oſtenditur:
hoc ita intelligendũ putant ſapientes:ut eiuſcemodi procliuitas non quidẽ a quopiã ſit appetitu uirtutis: id
enim longe abeſt a uero:ſed a defectione quodam potius:atq; inanitate: qua creatura facta de nihilo eſt: at ea
quæcunq; tandem inanitas eſt:eius poteſtate: qui eandem de nihilo procreauit tota faceſſit: Amoliturq; eam
ſummus opifex:qui ita ſemper rationali animæ præſto eſt:ut eam nunq̃ ſua ope deſtituat:ut eo fulta:ac ſubni
xa præſidio exinaniri nunq̃ poſſit. Nec obſiſtit Auguſtini quæ contra affertur ſententia: Vera nanq; dicit præci
puus ueritatis illuſtrator. Proprios naturæ motus ſuis ipſius relinquit habenis naturæ conditor: & eos illam
proculdubio agere ſinit:qui uidelicet ab originali profecti principio:ad efficiendũ quidẽ non autem ad deficien
dum ſpectant. Qua eadem ratione:& gratia/non pugnat naturæ:non aduerſatur non obeſt: iuuat potius con-
ditam:adiutam perficit:perfectam continet:ac fouet. Perperã deinde nonnulli Ariſtotelis uerba interpretanẽ.
Corrumpi intellectũ quodam intrinſecus corrupto: Veritatem ſimul labefactare conantur: & præclaro/atq;
grauiſſimo Philoſopho ſunt iniurii:cuius diſtorquent ſententiam:atq; aliorſum trahunt:atq; tanti: tamq; dili-
gentis/naturæ:& ueritatis inueſtigatoris mens fuit. Sæpe multos æquiuocationes fallunt. Neq; enim corrupti
bilem uſquam Ariſtoteles intellectũ ſtatuit;qui & alias ſæpe:& i tertio plane libroꝝ:quos περὶ ψυχῆς quod
eſt de anima ſcripſit:& impaſſibilẽ prorſus affirmat:& interitus porro:atq; corruptionis expertẽ. Verum intel-
lectum:quẽ pro intellectione ipſis quoq; Grãmaticis comprobantibus/ac pro ipſa intellectus actione/tam Ari
ſtoteles/q̃ cæteri nõnunq̃ uſurpant philoſophi:ipſam inq̃ operationẽ intellectus/quã exercet intellectus ĩ cor-
pore/magnus philoſophus tradit:ĩpediri nonnunq̃ ac ꝑturbari:læſo/ac deprauato ĩterdũ interiore quopiã:uel
imaginationis ipſius:uel cuiuſuis ſenſibilis dũtaxat inſtrumẽto uirtutis. Hoc.n.ita interpretatũ/ & facile iudi-
cio ſenſus patet:& palã frenetici teſtanẽ:quos quidẽ nõ tam uenena conſopiãt/q̃ uinciãt potius Hippocratis ui
cula. Quod qui pati aĩam perhibẽt:fieri aũt ut a patiente illa uehemẽtius etiã ſubſtãtiæ aliquid deturbeẽ: qđ
cui accidit:eidẽ & corruptio:hi ſibi duplex reſpõſum habeãt. Non.n.ſi.cadit in aĩam q̃uis paſſio/a læſa ſit aĩa: q̃
ipſa nõ lædiẽ:ſed per quãdã(ut ita dixerim)quã Græci συμπάθειαν uocãt:atq; ego hoc loco cõpaſſionẽ/q̃ con
turpationẽ iterpretari malim. Hoc autẽ omne ad læſum referẽdũ corpus eſt:ut nõ de ſubſtantia quicq̃ aĩæ de
pereat:ſed corporis/qui cũ iungiẽ potius quãdo unũ ex duobus factum eſt. Abſurdũ aũt corporis detrimenta

ad labē aīæ/perniciemq; transſerre. Quid ſi fateamur nō ſolū quo ad uerſetur ī corpore:ſed uel cū inde euolarit/aīam pati? Nō.n.quodcūq; patiť:continuo & corrūpiť. Alius certe generis habēda ea labes/ & corruptio ē: quæ nō quidē ꝑ partis detritionē/adeptionēq;:ſed per iugē quandā:& continuam quietis/ac trāquillitatis interturbationē fit. Quod teſtari poſſint:qui ēt exuti corpora/perpetuos apud īferos ꝑpetiūtur cruciatus. Qua de re opportunior fuerit explicandi locus. Quod autē de condolendo diciť/hoc tantiſper aīam attingit:dum corporis compedibus deuinciť utriuſq; icolumi iunctione. Quā quoniā mors dirimit:nequaq̄ conſequitur aīam: corporis liberā uinculis mortis cōmunio. Nā per ſe iunctionem a corpore tollitur e medio condolendi cauſa. Quanq̄ non eadē eſt cōmoriendi:quæ compatiendi ratio. Ita eni aīa rōnalis capax lætitiæ/& uoluptatis eſt: ut ſit etiā doloris/atq; ægritudinis. At ita contra particeps uitæ eſt:ut ſit penitus mortis expers/& totius imunis interitus. Poſtremo/ne quid reliquū ſuper ſit ambigui/per accidens fit:ut rōnalis aīa/q̄diu uerſať in corpore: quicq̄ interrimenti in ſuis opibus patiatur. Nam cū ingēti quadā pronitate ad corporis ſocietatē feratur ſuas cū illo oꝑationes efficit. Vires præterea ſenſitiuæ uirtuti itellectiuæ deſeruiūt: & eius ad res conficiēdas uſq; eo amminiſtræ redduntur:ut ueluti ſatellites quidā menti potius:q̄ quod dicere ſolebat Themiſtius ſenſui cōmuni pareant:& ea extrinſecus aduecta importēt. Quæ iteriore mētis agitatione:tum uolutāda:tū ꝑſpiciēda ſint. Vt propterea cognitio oīs oriať a ſenſibus:& ſi quis uno careat:& ſcientia:q̄ per illū ſuppediteť: careat neceſſe ſit. Hinc fit:ut nequaq̄ integris:& corporis inſtrumētis:& ſenſibus:diuerſantis in corpore mētis quoq; agitatio & ꝑturbari:& cōpediri uideať. Quæ nil tñ̄ ipſa lædiť:quin illæſa potius: atq; itegra eius acies ſoluta corporis:uinculis peracri ſuo obtutu libera fruiť:q̄ autē craſſiore uolutata corpore/quaſi nebula q̄dā obiecta cernebat mox totius ignorātiæ diſpulſa caligine:uelut in clariſſima luce ꝑſpicua contuetur. Sed ſuo loco de his fuſius. Merito igiť iure accuſandi ſunt uel ſtulti quidam nebulones:uel ipſi ſectatores uoluptatis: qui mortales aīos conſtituerunt:quos tacita natura ammonet:ſuadet ingenita nobis:atq; inſerta cognitio:ipſa quoq; firmiſſima: atq; irrefragabilis ratio demoſtrat manere poſt mortem: Cū duplex ſit igiť uitæ curſus:alter uirtutis:uoluptatis alter:cōtēnenda uoluptas:amplexāda uirtus eſt. Illa ꝑditionis eſt:hæc uia certa ſalutis. Illa ad æternos cruciatus:hæc ad iterminatæ fœlicitatis oblectamēta ꝑducit. per illā miſeri ꝑpetuis torqueuť ſuppliciis:ꝑ hanc īmortales aī beato ac ſempiterno æuo fruuntur. Viam uirtutis omnī conſectātur ſtudio ſapiētes inanibus fallacis uoluptatis deſpectis illecebris:ut reportēnt tandē pro labore requietē:ꝑ ignominia gloriā:ꝑ breui iactura īmortalia gaudia. Via uoluptatis ſtulti:atq; inſipiētes gradiuť:qui ludicræ/atq; inanis capti iucūditatis ſpecie:uia relicta Regia/déſos ſequuntur anfractus:ad perennes tuendas pœnas præcipites deiciuntur ad inferos. Quod qui īmortalitatē præcognouerit animorū:tutū ſibi:atq; expeditum ad beatitudinē iter comparabit.

¶ Subtiliſſimi diſputatoris:atq; philoſophi:& uehæmētiſſimi oratoris/Auguſtini Dathi/Senenſis/dē Animi immortalitate/liber Quintus fœlicer explicit.

¶ Exquiſita doctrina philoſophi:& ſpientiæ copia uiri/Auguſtini Dathi/Senenſis/Liber Sextus incipit de Animi perpetuitate/pro ueterum Philoſophorum/atq; imprimis Socratis/Platoniſq; ſententia.

FVere multi quondā tum apud Græcos/tū etiā apud Latinos nobiles:atq; illuſtres Philoſophi/& ſapientia:ac doctrina clari:quales ii ſeptē:quos uetuſtiſſimos:& eoſdē rerū cognitione:& ſciētia iſignes Græcia celebrat:q̄les apud romanos. M. Tullius latini lumen/ac decus eloquii. Qualis. M. Varro rerū diuinarū:atq; humanarū longe peritiſſimus:ut hoc uno/Lactātio Firmiano teſte:ne apud Græcos quidē uixerit doctior:alii ꝑterea cōplures. Verū cœteros oēs unus Socrates antecelluiſſe ferť auctoritate/& gloria:ut uni quēadmodū ueteres ꝓdunt hiſtoriæ:quod & doctiſſimorū hoīum teſtimonio cōprobatur Prudētiā:ac ſapientiā oraculum Delphicū ad iudicauerit. Nā & propter eximiū ingenii ſplendorē: ac ſummā ſcientiæ copiā/terreſtre quoddā habeatur oraculum. Neq;.n.ſolū humana ꝑcaluit:ſed philoſophiā quoq; (ut ait. M. Cicero) primus deuocauit e cælo:in urbibus collocauit:& in domos introduxit/& coegit de uita.& moribus:deq; rebus bonis:ac malis quærere: Vt ſplendidore ingenio uiri exēplari quodā cælitus demiſſo:beatæ uitæ rationē effingerēt:& uitam deorū imitareť in terris. Gloriam Socrates cōtempſit humanā:cladē humani generis aſpernatus eſt uoluptatē:popularē auram/& īſani uulgi:ac ſtultæ plebeculæ plauſus uelut ſæuiā peſtē fugit. Aīum ad res ꝑclaras cōtulit:totū ad ſapientiā/rectāq; rōnem cōuertit:ad finē bonorū aſſequēdū:ad ueritatē ꝑſpiciēdā:operā oēm:& cogitationē adhibuit. Siquidē ea uera ſapiētia eſt/cui quaſi ſola materia:quā tractet/& in qua uerſetur:Cicerone teſte:ueritas ſubiecta ē. Quoniā uero oēs Philoſophorū familiæ/ab hoc uno: tanq̄ oīum parente ortæ:ac proſeminatæ ſunt/ad unā quoq; oēs in eo maximæ laborauerunt/ut ſe potiſſimū tueri Socratis ſententiā oſtentarent/exiſtimantes tantiſper ſe ueros Philoſophos eē/ſi uere Socratici eſſe uiderenť. Multa docuit/multa diſſeruit/multa illuſtrauit:quæ ad uitā hominū cōformādā/quæ ad uirtutē capeſſendā/q̄ ad ſœlicitatē adipiſcēdā ꝑtinerēt. Sed quod iniquo ferēdum aīo eſt/uoce duntaxat/& lingua profuit. Nullæ extant eius litteræ:nulla ingenii monumēta. Scripſit oīno nihil:nihil librorū edidit. Periſſent ꝑclara eius uiri decreta:ac ſalutaria dogmata:ſi nō illa Plato litteris/atq; īmortalitati cōmendaſſet/iure optimo laudādus: cū ī præceptorē bene de ſe meritū/gratiorē ſe ꝑſtiterint:q̄ diſcipulū expertus erat. Multa quidē ſcripſit Plato. Dialogi extant cōplures:quibus ille mirifice delectatus eſt. Vbiq; loquētē facit Socratē. Quāq̄ uero ꝑcontātes diuerſis locis/diuerſas quoq; īducit ꝑſonas/uni tamē. Socrati/& iudicandi auctoritatē/& diſputationis oīs palmā tribuit. Sūma quæq; ſtudia/atq; officia debenť parentibus/ſed certe nō iis īferiora/a q̄bus ꝑcepta/atq; iſtituta manarit. Sunt illi generationis auctores/hi uero alumni aīorū/ac beneuiuendi duces. Fecit igiť magna cū laude/& approbatiōe oīum Plato/q ꝑ cæteris oībus Socratē maxime ſemp coluerit/ac ueneratus ſit. Quod ſi idē Platoni Ariſtoteles ꝑſtitiſſet/ut oēs diligentia mortales/atq; ſtudio ſuperauit/ita plenitudine laudis/& cumulo

mulo gloriæ fuiſſet certe ſuperatus a nemine. Quod ſi forte uiſus eſt Aurelio Auguſtino Platonis impar eloquio/minime tamẽ benedicendi contẽpſit ſtudiũ:quin potius ad ſummam rerum doctrinam/oratoriam quoq; facultatem adhibuit: & prudentiam cum eloquentia iunxit. Quãuis/enim.M.Tullius optimus harum rerum iudex:cæteris Ariſtotelem Philoſophis præferens.Platonem ſemper excæperit:tamen tantus in utroq; ſcientiæ ſplendor effulſit:ut alterum alteri præferre non auſim. Vno præſtare uiſus eſt Plato:quod de animorum imortalitate Socratẽ ſecutus:& locis pluribus:& multo certe fuſius:atq; copioſius eſt locutus.Plurimum enim pertinere ad rectam hominis rationem arbitratus eſt:ſi quis ſenſerit:nequaq̃ animos cum corporibus interire: neq; omnia morte deleri.Hoc unum recte:& præclare uiuendi ſtabile fundamentum iacitur.

¶ Explicit id omne:quod extat libri Sexti Auguſtini Dathi Senenſis de animi perpetuitate.

¶ Auguſtini Dathi Senenſis:uiri ſane & Oratoriæ facultatis: ac philoſophiæ gloria præſtantiſſimi: in Librum Septimum/de animi imortalitate:ex Ariſtotelis opinione:prohemium incipit.

Erdinãdus Cordubenſis ſupioribus annis/uir magno igenio:& oĩum diſciplinarũ eruditiõe apprime inſtructus:& ut Hiſpanus nequaq̃ idiſertus:more quodã Leontini Gorgiæ:ac ueterũ Sophiſtarũ in noſtræ urbis Fano:eo qđ(ut plærıq; ſentiunt)chriſtianorũ oium tẽpla ſuperat:aliquando ſeſe ad oia reſpõſurum ꝓfeſſus eſt:quæcunq; inquouis doctrinarũ genere ſibi iuſſent ꝓpoſita. Aderant iuris Põtificii:legalis prudẽtiæ:Medicinæ:Eloquẽtiæ:Mathematicæ iſtitutionis:diuinæ quoq; ſapiẽtiæ doctores:ac ꝓfeſſores ꝑcelebres. Varia:ac lõgior multis de rebus habita diſputatio eſt.Et cum pleroſq; indiſputãdo cõcertatores ſuperaſſe uideret:ut quaſi iteriores terga darẽt:poſtremo Petro Ruſſio noſtræ ætatis philoſophorũ:ac theologorũ facile principe:cũ in mẽtionẽ rõnalis aiæ uentũ eſſet:cõtra diſſerẽte:diſceſſit tandẽ nequaq̃ ſuperior. Sed cum multa & ſubtiliter explicuiſſet:& dixiſſet cõpoſite:illud abſurdius affirmare eſt auſus:nunq̃ Ariſtotelẽ peripateticum:ꝓter q̃ in metaphyſicis libris:idq; uno tãtum loco:animi imortalitatẽ aſſeruiſſe. Quaſi uero philoſophorũ oium pene ſummo:id aut obſcurũ/aut ambiguũ foret:qđ qui ignorat:nõ modo philoſophus habẽdus nõ eſt:ſed etiã turpiter ab eruditis oibus irridẽdus. Quod ſcito Gorgiæ:in quo tãta doctrinæ uẽditatio erat magnis de rebus diſſerẽti facile uſu uenit:refellẽte illum parẽte philoſophorũ Socrate:qui ſe nihil ſcire ꝓfiteret:q̃q̃ ſapiẽtiſſimus Apollinis oraculo fuerat cõprobatus. Magnã:mea quidẽ ſñia:acutiſſimo ueterũ oium:ac doctorũ pene doctiſſimo oium Ariſtoteli facit iniuriã:quiſquis illũ aſſerat tam pauca/tã ſtrictim/tam neglıgẽter ea de re locutũ: in qua tum iueſtigãda/tum etiã ꝑnoſcẽda:tanq̃ grauiſſima oĩum:quæ quidẽ in omni philoſophia tractant̃: præcipua ſapiẽtis exercitatio ſita eſſe debet. Nã qui uel ignorauerit:uel negauerit:uel denıq; dubitauerit:manere poſt mortẽ aios:is ꝓculdubio hoium uitam prorſum labefactat:atq; cõfundit:& bonorũ:ac malorũ finẽ: unde omnis philoſophãdi ratio pendet:radicitus cõuellit:funditus euertit. Multa Ferdinãdus memoriter:atq; eleganter. At fugit illius memoriã crebra in pleriſq; locis/de animi imortalitate Ariſtotelis cõmemoratio. Et in libro: quem περιψυχησ quod eſt de aia ſcripſit. Id ipſum penſioribus uerbis ſæpius conteſtatur uere gnarus omniũ: & ſpeculationem de anima:quæ forma hominis eſt:omnium eſſe maximam earum conſiderationum:quæ quidem in naturali philoſophia uerſantur. Quocirca & in actiua:& contemplatiua philoſophiæ parte:de anima: deq; eius imortalitate:& ſæpe:& multa attulit:quæ nos maiore ex parte:pro uirili noſtra:quantum memoria ſuperet: & in unum conficere:& breui annotare:atq; in hos cõmentarios conicere inſtituimus.

¶ Prohemium explicit. Narratio deeſt:& cæteræ:quæ narrationem. Sequuntur:oẽs abſolutæ orationis partes.

¶ Auguſtini Dathi Senenſis/in librum Octauum de animi immortalitate:pro.M. Tullii Ciceronis: Latini patris eloquii ſententia:prologuium fœliciter incipit.

Audat ſubtilis Cõmẽtator Auerrohus Ariſtotelẽ Stagiritã: qui Peripateticã diſciplinã primus inſtituit:& eius philoſophi etiã:atq; etiã ꝑſpecta ꝓſtantia: tãtum ei tribuit:ut affirmare nõ dubitet/fuiſſe: in quo natura humanæ ꝑfectionis uires intẽderit. Quo.n.homo ui rõnis: & mentis cætera animantia antecellit:& eminet:hoc Ariſtoteles:ut ipſe quidẽ opinat̃/igenio/doctrina/& rerũ oium maximarũ cognitione:& cumulatiſſima quadã ſcientiæ laude cæteris ꝓſtat hoibus:ut citra eius uiri facultatẽ:bonitatẽq; igenii:ac ſummã diſciplinæ magnitudinẽ:qui ſunt:& qui fuerũt reliqui oẽs fuiſſe uideant̃:cum pro Auerrohi ſñia totum in hoc uno naturæ eluxerit ſpecimen. Sed alius alii tantã cedunt laudẽ. Hi Platoni:quẽ Deũ philoſophorũ uocãt:alii Hippocrati Choo:quẽ diuinã uirtutẽ ad hoium ſalutẽ tuẽdã habuiſſe ferunt:nonulli Aurelio Auguſtino:quẽ gnarũ oium igenuarũ artium/nulla cuiuſq̃ fere doctrina diſcipulum fecit. Ioãnes Chriſoſtomus. cuius iudicium iprobare nõ auſim:Paulo illi diuino homini:ac terreſtri numini:Doctori gentiũ. Sed hic ſit nobis unus exceptus:quippe in cœlo potius:q̃ i terris iſtitutus. Cæca ſunt:uere iquit Plato:amãtiũ iudicia. Trahit ſua quẽq; ſñia. Alii alios magis ꝓbant. Me/ſi quis cogat:meã ferre ſñiam:& ſi parum igenio:minus ualeam iudicio: iudicione:an amore ductus neſcio. M. Tullium Ciceronẽ quatenus ꝓgredit̃ naturæ lumen:cæteris oibus lõge antepoſuerim:nec ſolum inq̃:in eloquẽtiæ/laude:cuius illi cõſenſu oium palma tribuit̃:uerum etiã maximarũ rerũ uel cognitione/uel gloria. Dicat Catullus noſter lepidus uates hunc diſertiſſimũ Romuli nepotũ quot ſunt:quotq; fuere & quidem oẽs:quotq; alius erunt in annis dicam ego ſummum fuiſſe oratorẽ:ꝑfectum philoſophum quod idem Hieronymus eius ipſius:quẽ laudat nõ diſſimilis: idem flumen Tullianæ facundiæ Lactantius Firmianus cõprobat:uere ꝑfectum philoſophum:optimum Senatorẽ:Imperatorẽ clarum. Iuris cõſultorũ peritiſſimum: iuris cõſultiſſimum peritorum. Sapientia/cõſilio/anima/magnitudine doctrina:ingenio præſtantiſſimum. Plurimũ in negocio claruit:in ocio ſumma cum dignitate uerſatus eſt. Seipſum probo excoluit:cæteris oibus hoibus profuit eloquentiã habuit:qualem nemo unq̃ mortalium eſt aſſecutus. Philoſophia ut Latinis litteris naſceret̃: effe-

cit. Domi: militiæ claruit: ſaluam rem publicam fecit: nec ab externo ſolum: ſed etiam a domeſtico: atq; inteſtino hoſte uindicauit. Patriæ ſalutem: ac pacem peperit. Nec ꝓfecto temere Roma patrē patriæ Ciceronem libera dixit. Quid de ammirabilibus eius ingenii monumentis? Fidenter dicam. Plura ſcripſit. M. Tullius: q̃ legere quiſq̃ accurate: & plane noſſe queat: & quidē eiuſmodi: quæ ne faſtidiētem quidē ſtomachum reformidēt. Multi enim multa ſcribunt qui & ſi fortaſſis recte ſentiunt: polite tamē loqui nō poſſunt. Quo fit: ut nōnunq̃ rectas aīorum cōceptiones ea oratione ꝓſequātur: quæ a uera mentis interpraetatiōe lōgiſſime abſit. Ipſi illa norunt: legunt ipſi cum ſuis: Quod ſi quiſq̃ ꝑter eos legēda ſuſcipiat: nouo linguæ genere fari putet. Alias cōiectore: alias œdipode opus ſit. Vnus oīum. M. Tullius plæraq; recte ſenſit: plæraq; oīa ſine menda ſcripſit apte diſtincte: ornate eſt ꝓſecutus. Vt nemo latinæ: & īcorrupte loqui poſſe uideaŧ: qui ſe ad Ciceronis imitationē nō accōmodauerit. Hic & uæhemēs oratoris: & nitidum philoſophi oratiōis genus cōplexus dicēdo: & declamādo: ſed & ſcribēdo: ac diſputando: cumulatiſſimā quādam adeptus eſt gloriā. Viuens in omni oratoꝝ numero Rex iudicioꝝ habitus eſt: in ſubſelliis: roſtris: curia: in foro nemini ceſſit: ubiq; floruit: ac dominatus eſt. Ipſa quoq; Græcia: quæ ſe doctrinarū inuētricem oīum fuiſſe gloriatur: quæq; eloquētiæ princeps eſſe uoluit. M. Ciceronē expauit: a quo ereptam ſibi litteraꝝ laudem: graui uel in hunc uſq; diem & iniquo aīo patiŧ. Pulchre & græca latinæ: & latina Græce eſt perſecutus. Quid multa? Tam facile eſt: duos in oībus ſæculis Cicerones: q̃ duas uno tēpore phœnices reperire: ut nō ab Arpinate loco: ſed a Regia ſtirpe Tullii alto ſanguine repertio ꝓfectus uideaŧ: in quo natura uires ſuas: ac ſummā poteſtatē experireŧ. In philoſophia autē nihil prætermiſit: qđ ad diſſerendi rōnē: qđ ad uitā: & mores: qđ ad naturæ obſcuritatē attinet. Quæ a pipateticis: quæ a Stoicis: quæ ab ipſis quoq; Epicureis: quos ubiq; maxime exerceatur: uel tradita: uel ſcripta ſunt: ea explicauit omnia: ſtudioſiſſime uero omnium: quæ Academicorum ſunt: & a Platone tractantur. Nulli ſe diſcipline addixit: nemini ſe dogmati omnino conſecrauit. Libero iudicio diſceptando: diſſerendo: ubiq; probabilia conſectatus eſt. Vt uere perfectum philoſophum Ciceronem Lactantius dixerit: quoniam unus omnium: atq; præcipuus Platonis eſtiterit imitator. Quod cum alia ꝑmulta declarant: tum uel maxime quod de animi īmortalitate: & ſenſiſſe & ſcripſiſſe noſcitur. Nam & quæ a Platone in uerbis Socratis explicata ſunt: diligenter collecta in ſuos libros tranſtulit: & ad eius ſententiæ ueritatem aſtruendam multa ipſe: & ea quidem probatu digna in medium attulit: ita ſane plæraq; incorrupta: ita omnibus abſoluta numeris / ut non humana uoce: ſed diuino quodam oraculo prolata uideantur.

¶ Prologuium explicit. Tractatus Octauus incipit.

HIc igitur oſtenſurus īmortalē aīam in tuſculanis diſputationibus / eo ꝑſertim in loco: in quo / de cōtēnēda morte diſſeruit: q̃q̃ nihil certo affirmare auſus eſt: ne ab Academicoꝝ dogmate: ac ſuo īſtituto diſcederet: mortē tamē: qua uideŧ res plæriſq; notiſſima: diſceſſum animi a corpore definiuit: & quādā ueluti migrationē: cōmutationēq; uitæ appellare maluit: q̃ interitū tollentē oīa: atq; delētē. Id quod ꝑpriæ mutis cōtingit aiantibus quoꝝ aīa queadmodū oīs de materiæ poteſtate depromiŧ: ita cū illa labefactaŧ & perit. At rōne utentiū animi: quoꝝ nulla eſt materialis origo: minime cū corporibus pereunt: a quoꝝ labe longiſſime abeſſe noſcunŧ. Id. n. maxime ꝓbabile fit: ut quoꝝ diuerſus ortus ſit: ſit pariter diuerſus interitus. Prudēs uetuſtas diuerſam mortis rōnem diſcreuit: qđ aliter rationalia aiantia ſoluanŧ: aliter rōnis expta: & diuerſitatem quoq; nois prudenter adiecit. Neq;. n. diſſolutio animi: quēadmodū grex Epicureoꝝ ſenſit: ſed a corpore ſeparatio mors dicēda ſit potius: at nō interitus corpus ſimul: atq; aium delens. Teſtē īmortalitatis: antiquitatē producit Cicero: & priſcis illis: quoꝝ mentes nulla opinionū prauitate uideteŋ ībutæ: inſitum prodit: eſſe in morte ſenſum: neq; exceſſu uitæ: hoīem pœnitus interire. Patere idem pōtificio iure: & ſepulchroꝝ cerimoniis: quas ꝓſtātes ingenio uiri ꝓcipua cura: & magno coluiſſent ſtudio: & uiolatas īexpiabili religione ſanxiſſent. Manere poſt mortem aīos: ipſam quoq; tacitā ammonere naturā putat: ut etiā qui phyſica minime didicerūt: & rōnes: atq; rerum cauſas prorſus ignorāt aioꝝ īmortalitatē cōiectet. Sed eos: qui uita exceſſerūt: porro uiuere ſæpe uiſa qdā / ꝑſertim nocturna declarāt. Quod uſq; adeo ꝑſpicuum eſt: ut aioꝝ īmortalitatis / id qđ etiā de diuina eſſentia plane cōſtat / uideaŧ: & cunctis gētibus: & uel agreſtibus hoībus naturalis quædā inſerta cognitio. Quauis aūt in re eadem oīum cōſenſio lex naturæ putāda eſt. Hoc. n. cauſe eſt: ut oībus curæ ſint: & quidē maximæ: quæ poſt mortem futura ſunt. Hic ſerit arbores diligēs & uel ſenio cōfectus agricola: quaꝝ baccas aſpiciat ipſe nunq̃. Hinc uir magnus: nō arbuſta: ſed leges: īſtituta: rēpublicam cōſerit. Diligenter parat: quæ alteri ſæculo ꝓſint: quid obſecro ſpectans aliud: niſi etiā ad ſe poſtera ſæcula pertinere? Hinc ꝓcreandoꝝ liberoꝝ cupiditas: & feruentior coniunctionis appetitus ſobolis gratia. Hinc tanta ꝓpagandi nois cura. Hinc adoptādi: arrogādi ue filios / iure: & legibus cōſtituta ratio. Hinc teſtamentoꝝ & codicilloꝝ / ac bene collocandæ hæreditatis: & quodāmodo ꝑpetuo cenſus tuendi diligētia. Hinc ingentia ſepulchra: & ꝓclara monumēta. Hinc elogia / & epigrāmata: & ære / ac marmore inſcriptæ litteræ. Quæ certe oia futura nos ſæcula cogitare ſignificāt: ut maxime ꝓbabilis animoꝝ īmortalitas idcirco uideri debeat: qđ ea de re imprimis nō modo uulgus hoīum: ſed præſtantes quoq; ingenio uiri una pariter ratione cōſentiunt. Quod ſi naturæ ſpecimen ex optima quaq; natura capi decet: quæ melior / Cicero inquit: in hoīum genere natura eſt: q̃ eoꝝ: qui ſe natos ad hoīes iuuandos / tutandos / cōſeruandos arbitrātur? Quocirca & multi pro cōmuni ſalute: ſponte ſe morti deuouerunt: & ꝑmulti apud præclaros populos ob rempublicā uolentes interfecti ſunt: exiſtimātes hāc uitam ſuis finibus terminari: ſed futurā cōſequi meliorē. Vt nō obſcure ſuſpicientur: neminē unq̃ ſine ſpe magna īmortalitatis: pro patria ſeſe ad mortē offerre: quaſi ī hæreat mētibus quoddam ueluti ſæculoꝝ augurium futuroꝝ: idq; in altiſſimis: ſplendidiſſimiſq; ingeniis & exiſtere maxime: & facillime patere. Multa poſſint afferri exēpla eoꝝ: qui certo ſtatuētes animoꝝ īmortalitatē: in laboribus: & periculis uerſari: q̃ uiuere ocioſi maluerint. Sed & multi ob eam cauſam nō principes ſolum: ſed poetæ quoq;: & opifices

nobilitari poſt mortem uoluntrut ſublati humo poſteritatem ſpectantes uoliteng uiui per ora uirum. Quod ſi
oium cōſenſus naturæ uox eſt: oēs autē qui ubiq; ſunt: cōſentiunt eſſe aliquid: qđ ad eos ptineat: qui uita deceſ
ſerunt: id qđ & ſummus philoſophus in Ethicis libris Ariſtoteles inquit: idē nobis itaq; exiſtimādum ſit. Et ſi eoꝝ
quoꝝ aut igenio: aut uirtute animus excellit: quia natura optime ſunt: putamus tum maxime naturæ cernere:
uero maxime ſimillimū eſt: cum optimus quiſq; pcipue poſteritati ſeruiat: eſſe aliquid cuius is poſt mortem ſen
ſum ſit habiturus. Quis igitur dubitet maxime pbandum: qđ cum plærīq; oēs uulgo arbitrētuntum ſapiētiſſi
mi: & optimi quiq; imprimis opinenſ: & ſentiāt: Deum eſſe: uel nemine præcipiēte natura putamus: ſic & pma
nere aīos/collocutione hoīum: & cōſenſu nationū oīum: qđ alio loco/nos ipſi uberius patefecimus. Illa ultro pte
rea: quæ de auernis: lacubus nōnulli tradunt unde excitari aīas uolunt obſcura umbra perinde atq; aperto Ache
rontis oſtio: ſalſo ſanguine imagines mortuoꝝ. Prodigioſa hæc mea ſnīa: nec ſatis rationi cōſentanea: cum præſer
tim eas ipſas imagines loqui uelint: qđ fieri abſq; corpore: & ſictis de articulandæ uocis inſtrumenti nullo modo
pōt. Veteres: & ſumma præſtātes auctoritate philoſophos teſtes in mediū adducit Cicero: e quibus Pherecides
Syrius primus oīum aīos dixit hoīum ſempiternos. Eandē porro ſnīam diſcipulus eius Pythagoras confirmauit.
Acceſſit mox Plato: qui nō modo animoꝝ imortalitatē cōſtituit: ſed etiā eius ſnīæ rōnem attulit. Quā cū locis
aliis plærīſq;: tum in Phædone/Phædro/Axiocho: Gorgia/ubi & Socratē loquētem facit: diligētiſſime pſecutus
eſt: id certo affirmans nullo modo ex craſſioribus elemctis/putiſſimā animi cōſtare naturam: ſed ex tenuioribus
potius quibuſdā primordiis: quæ alii æthera: & coelum putius: alii/quintā naturā eam: quæ præter quattuor no
tiſſimas foret: dicere maluerunt: quare & aīos corporis uinculis abſolutos ſurſum uolare: ſupera petere: in ſubli
me ferri Plato cēſuit. Nihil ni inferiora hæc/cōcretioraq; cum tam uegeta mēte: & animi tenuitate cōueniunt/cu
ius leuitatē/& incredibilē ē in corpore pmanentis facile pcipimus ipſi: ſi oīum uelociſſimum/mens eſt auctore
Thalete: quippe quæ paruo momēto ē uniuerſa percurrit: calorē autē nemo/niſi forte inſanus ignorat/quando
quidē & corpora ipſa terreno principioꝝ genere cōſecta: ardore animi cōcaleſcunt. Multa de animi ſumma præ
ſtantia & diuinus Plato tradit/& optimus Platonis imitator Cicero: quæ ad eius imortalitatē indicandā ptinere
noſcunſ. Nam & in ipſo corpore cōſtitutus: innumerabilium ferme reꝝ cognitionem præſefert: cum natura inſit
noſtris mentibus inſatiabilis quædam uidendi ueri cupiditas: & longe tum lucidius/atq; liberius præclara/& coe
li: & terræ ſpectacula cōtemplari natus ſit: corporis carcere/ac uinculis liberatus/quippe cum nulla tum res ob
ſeſſa impediat/quo minus pcipiat/quale ſit quidq;. Nō cadit in cōſpectū animus: cuius/tanta tenuitas eſt: ut aciē
fugiat. Cuius naturā diligētius cōtemplantulla difficilior/multoq; obſcurior uideri cogitatio ſolet: qualis aīus
ſit in corpore: tanq̄ alienæ domui: q̄ qualis cum exierit: & in liberum coelum quaſi domū ſuā puenerit. Siquidē
& deum ipſum: & diuinum animum corpore liberatum ſola mentis intelligentia: & cogitatione complectimur.
Summa eſt animi/ac mentis pſtantia: quæ res diſſimillimas: & ſenſum obiecta omnium cōprehēdit colorem/ſa
porem/calorem/odorem/ſonum: Rerum omnium nanciſci cognitionem natus eſt animus: ſiue occultæ/aut ani
mirabiles/ſiue celeſtes/aut terreſtres/ſiue ſuperæ/mediæ/inferæ: ſiue materiales & concretæ/aut permixtionis
ac totius concretionis expertes. Quod autem maximum uidetur omnium ſeipſum cognoſcit: quod & uox ſapien
tis iubet: & pro foribus delphici templi diuinitus ſcriptum ferunt. γνῶθι σεαυτόν quod quidem non ad corpus
& corporis mēbra/ut inquit Cicero/ſed ad mentem ſolam animumq; referri debet. Ad pbandam uero perpe
tuam animorum durationem: illa adducit M. Tullius/quæ in Phædro Plato Socratem loquētē facit: & uerbum
interpretatur e uerbo/tanti ea faciens/ut eadem & in primum Tuſculanarum diſputationum tranſtulerit/& ni
hil prorſum mutatis uerbis. In ſextum quoq; de Republica librum longioribus quibuſdā ratio ipſa/ueluti aptis
connexionibus explicatur/ſed ita tamen breui collectione conficitur. Animam ex ſe moueri: quod autē ex ſe mo
ueatur: principium motus eſſe animam igitur principium motus eſſe: quod autem principium motus ſit/natum
non eſſe. Animam igitur natam non eſſe: quod autem natum non eſt: immortale eſt. Animam idcirco inmortalē
eſſe. Quod ſi cui: quæ de animi immortalitate affertur/Platonis ratio non probatur: is cōtempletur: quæſo diui
nam animi uim: atq; naturam: quæ nō modo uitam/ac ſenſum: ſed intelligentiam quoq;: & infinitam quandam
rerum innumerabilium memoriā/pſtātiſſimo omnium animātium homini pſtat. In animo multarum/maxima
rumq; rerum inſitæ: & quodāmodo cōſignatæ notiones latēt: hæc inq̄ quas ἐννοίας Greci uocant. Magna pter
ea & tā admiranda animi illa uis eſt: in qua innumera uerborum ſimul atq; rerum ſignātur ueſtigia: ut nō teme
re rerum theſaurus omnium memoria nuncupetur. Accedit illa quoq; uis mentis: quæ inuentio: & excogitatio
dicitur: quæ inueſtigat occulta pclara res quidem: & perſpicuæ cuiuſdam diuinitatis index. Hæc rebus omnibus
quæ pene ſunt innumerabiles/impoſuit nomina/diſſipatos in mōtibus/ac ſiluis hoīes cōgregauit: & ad uitæ cō
uocauit ſocietatē: ſonos uocis: qui ifiniti uidebanſ: paucis litteraꝝ notis terminauit. Errantium ſtellaꝝ curſus no
tauit. Multipliciū artium uarietatē iuenit: Muſicæ harmoniæ cōcētum: & uariā ſonoꝝ tēperationem pſpexit: &
in quibuſdā uſq; adeo pſtāti mēte hoībus ualuit/ut diuinitatis ſimilitudo ē māifeſtiſſima pferaſ. Cuius rei te
ſtis eſt Archimedes ille Siculus: qui ſeptē errātiū ſtellaꝝ motus/ita in ſpæra illigauit: ut tarditate: & celeritate diſ
ſimiles motus una regeret: ac moderareſ cōuerſio. Effecit idē: qđ is qui in Timæo mūdū ædificauit Platōis deus.
Quod aūt in hoc mūdo ſine deo fieri nō potuit: idem ſine diuino īgenio minime Archimedes imitari potuiſſet.
Quod dum aſſecutus eſt/facile oſtēdit ſimilē ſe habere eius aīum: qui pclara illa ſit fabricatus in coelo. Sed quid
nō ne æternoꝝ natura capax/atq; imortaliū: & ipa quoq; ſempiterna ſit: atq; imortalis? Nihil Plato/nihil itē M.
Tullius eē putarūt: qđ ipſum oriaſ: atq; intereat. Veꝝ id ſolū qđ quidē ſemp tale ſit: q̄le Græci ideā appellāt: nos
Cicerone teſte/alias ſpēm/alias formā uocitamus. At ideas quidē mens noſtra ītelligētia: & cogitatiōe cōplectiſ:
& uniuerſales illas reꝝ ſpecies: ſiue in ſingulis poſitas: ſiue pter illas aliud qddā: qđ & ſeorſum exiſtat: & ſeorſum
quoq; in mētis noſtræ agitatiōe uerſeſ. Quod utiq; icorruptibile ab incorruptibili mente pcipiſ. Huic uero ſoli

in hiſce inferioribus/ſapiētia id eſt diuinarū:& humanarū rerū: eſt tributa cognitio. Quā etiā abſolutam philoſophia duce:quæ diuinū:uel donum eſt:ut ſentit Plato:uel inuentum:ut ait Cicero:& ſi difficulter tamen cōparare poſſit. Viget mirum in modū:īcredibiliter ſapit:præclara inuenit:uniuerſa/ac ſingula cōtēplatur:innumerabilia meminit alia. Quis dubitet igitur:ſi nō deum:qd auſus Euripides eſt:at diuinū ſentire animū:& cæleſte uim eius:atq naturā? Recte itaq Cicero hāc ſniam in cōſolatione expreſſit:& in tuſculanis diſputationibus repetiuit his uerbis. Aiorum īterris inueniri nulla origo pōt. Nihil eſt.n.in aīs mixtū:uel cōcretū:aut qd ex terra natū atq fictum eē uideatur. Nihil ne aut humidū quidē:aut flabile:aut igneū. His.n.ī naturis nihil ineſt:qd uim memoriæ:mētis:cogitationis habeat:& qd pterita teneat:& futura puideat:& cōplecti poſſit pſentia:quæ ſola diuina ſunt:neq inuenietur unq̄ unde ad hoiem uenire poſſint niſi a deo. Singularis igitur eſt quædā natura/atq uis animi ſeiuncta ab his uſitatis:notiſq naturis. Ita quicquid eſt illud qd ſentit:qd ſapit/qd uiuit/qd uiget:cæleſte:& diuinum eſt. Ob eāmq rem æternū ſit/neceſſe eſt. Nec uero Deus ipſe:qui itelligitur a nobis:alio modo itelligi pōt:niſi mens ſoluta:& libera:ſegregata ab omni cōcretiōe mortali oīa ſentiēs:& mouēs: ipſaq pdita motu ſempiterno. Hoc ex genere atq eadē natura eſt hūana mēs. Illa deinceps pſcite adiciunt:ut Deū:quē certe nemo uidit unq̄:ex admirabilibus eius cognoſci operibus:quæ īnumera in cœlo:quæ in terris patēt:ſic ex rerū memoria:atq inuētione:ex celeritate motus:oīq pulchritudine uirtutis uim:diuinā mētis agnoſcit. Sed quicquid eſt:qd aliqū pereat:ob eā rē fit:qd quippiā/uel mixtū/uel cōcretū/uel copulatū/uel coagmētū/uel duplex cōtineat:quorū cū nullū in aīo ſit:neq ſecerni/neq diuidi/neq diſcerpi/neq diſtrahi/neq denique ullo modo interire poſſit:ſi eſt interitus nihil aliud:q̄ uelut diſceſſus:ſecretio:diremptus earum partium:quæ ante interitum/iunctione aliqua tenebantur. Quæ quidem ratio Socratē compulit/ut nec ſupplicii capitis depraecaretur:& e morte ad meliorem uitam profecturus:q̄ diutius uiuere mallet. Præſertim cū diſſeruiſſet duas eē uias:duplices e corpore excedētiū animorum curſus/ut qui ſe humanis uitiis cōtaminauerint:& turpiter/iprobe/flagitioſe uixerint:his demū quoddā pateat iter ſecluſum a beatorū cōcilio:qui aūt integros ſe:pios:caſtoſq ſeruauerint:& quoad hæret in corpore:pter corpus ætatē degerit:iis ad eos cōmigrādū ſit:quorum uitā in terris fuerit imitati. Ut boni:& ſapiētes uniqd facere Cignos Phyſica pibēt:qui quo pprius a morte abſint:eo iucūdius modulantur:cū cātu:& uoluptate moriantur:diſſolui cupiētes meliorē uitā aſſecuturi. Eius modi & M. Cato fuiſſe phibetur:qui e corporis tenebris ultro ſolutus mortē:q a nobis uita dicitur:uerus eē exiſtimauit:& quā plerique tātopere expetēdā arbitrantur: perſpicue cōtēnendā putauit. Studioſi uirtutis/ac ſapiētiæ uiri nō mō nō iuiti moriuntur:ſed ita uiuūt quoq:ut pſæpe moriantur:eo uidelicet mortis genere/qd Philoſophorū maxime pprium ē/ut a uoluptate/ut a corpore/ut a rebus oībus:quæ corpori famulantur:animū ſe uocantes:& a cōſuetudine abducētes:cogāt aium ſecū eſſe:& tū plura:& ea quidē pclara agere:cū longius ſeſe a corporis ſocietate diſiunxerit. Ita & Marcus Tullius:& ante Ciceronē Plato totā philoſophorū uitā cōmentationē mortis dicere ſoliti ſunt. Nō igitur iniuria redarguitur Dicearchus peripateticus:qui tātæ diſciplinæ principi in hoc incōſtanter aduerſatus ſtatuerit aios eſſe mortales. Iure improbetur Panætius in hac una de immortalitate aīorū ſnia a Platone diſſentiēs:quē oium/tū ſapientiſſimū/tū ſanctiſſimū eē putauit. Sed illi quoq reiciantur:qui ſeparatos a corporibus animos diu manere arbitrantur:ſemp negāt. Dāt hi quidē/qd difficillimū in hac tota q̄ſtione eſt:fatenturq poſſe aium manere uacantē corpore:qd porro creditu facile:ſuperiore cōceſſo cōſequēs diffitentur:cū diu pmāſerit aius:ne intereat. Qui cū nō ſatis acute philoſophari uideantur:merito ab hac de animi īmortalitate diſputatiōe repelluntur. Terreſtre oraculū aſciſcitur Socrates:qui intelligēs pclare actū iri poſt uitæ huius labores cū iis pſertim:qui iuſte uixerint:mortē cū liceret effugere noluit:quaſi meliorē ſortē adepturus. Et qui pulchrū:ac fauſtū putaret adire ſummorū uirorū cœtū:qui multi per ſupiora tēpora ex hac uita migraſſent:adireq beatorum cōciliū:ēt cū uoluptate corripuit mortiferum poculū/ac nihil uenenū reformidauit q̄ſi relicturus mala:quæ innumera in hac uita uerſantur:ueri boni portum aſſecuturus. Quo neceſſe eſt mortalē hanc uitam carere uiuentes. Quod idem feciſſe fertur Theombrotus ille Ambraciotes:quē ait Calimachus nō ignobilis auctor:cū ei nihil accidiſſet aduerſi lecto Platonis libro:e muro ſeſe dediſſe pcipitē. Addit. M. Tullius clarorum uirorum exempla:quorum Dux Spartiatarum Leonidas ad Thermopylarū anguſtias ad mortē pro patria ſubeundam cōmilitones hortatus. Pergite:inquit:forti aio Lacedæmonii apud inferos cænaturi. Quāq̄ innumerabiles alii afferri poſſunt uiri ſapiētia:& gloria celebres:qui contēpſiſſe noſcuntur mortalē uitā:ut futura:atq imortalem aſſeq̄rentur. Sed quid Imperatores præceſſere opus eſt:quibus pro animi magnitudine/nihil difficile:nihil arduū uideri ſolet? Legiones interdum:ſi ſummis Hiſtoriarum ſcriptoribus credimus:in ea loca alacres ſunt pfectæ:unde ſe minime redituras arbitrarentur:futurā animorum imortalitatem cōicientes. Non prætermittuntur a Cicerone eiuſdē hois teſtes Biton:& Cleobis:qui matrē Argiā ſacerdotē/in Iunonis tēplū curru traxerunt:id qd nō modo Herodotus prio hiſtoriarum libro meminit:ſed & Valerius maximus grauis auctor:& pro ſumma in parētē pietate:qd maximū hoi a deo dari poſſit:ſortiti ſunt mortē. Triphonius:& Agamedes/qd Apollini tēplū delphis ædificaſſent:pclarā tanti operis:ac laboris mercedē a deo ipſo accepiſſe feruntur mortem. Quod ea Apollo/is qui præ cæteris diuinationi pſtatus eſſet:nihil melius hoi eſſe putaret:futurā uitā auguratus. Ita q̄ & mortē. Laudare Silenus uiſus eſt:qui captus a Mida Phrygū rege Gorgii Bubulci filio:qui oium pene regū opes īgenti externarum rerum affluētia ſuperaret:magni muneris loco docuit eū:bonū eſſe mortalibus:q̄ ociſſime mori. Alii pterea idē ſentientes:mortē laudauerūt:in quis Crantor ſtoicus:quē Cicero in cōſolatiōe ſecutus eſt:ſed & laudationē mortis Rhetor ſcribit Alcidamus. Nec ſine certa ſpe imortalitatis clare pro patria oppetitæ mortes:& glorioſæ Rhetoribus:& beatæ ēt uideri ſolent:& tātopere pdicantur Erithei Atheniēſiū regis filiæ:quæ cupidæ pro uita ciuiū mortē expetiuerūt:Codrus dux item Atheniēſiū:qui parēs oraculo:in medios ſe immiſit hoſtes:& locū fecit oraculo. Præterea Menecheus:qui pro patriæ ſalute cecidit:& illi ſuū largitus eſt ſanguinem. Tum Iphigenia Agamenonis filia:quæ ſe Aulidæ duci imolandā pbuit:ut hoſtium cruore ſuo eliceretur. Celebrāt ueteres Græcorum hiſtoriæ:Armo-

dium:atq; Ariſtogitona:Leonidã:Epaminundã. Sed abundãt Romani exẽplis/eoꝝ/qui ultro ſeſe morti optulerunt. Imprimis Decii pater/filius/nepos. Curtius is:qui in apertum terræ hiatum ſe æquo inſidens coniecit. CN. &. P. Scipiones/qui in Hiſpania perierunt:& Charthagineſium ad uẽtũ corporibus ſuis itercludẽdum putarunt: Innumerabiles alii:quos & lõgum referre eſt:& illuſtres gloria ſponte patere arbitramur. Et hæc quidẽ oĩa:ut intelligãt oẽs ſuppremum illum uitæ diem/nõ extinctionẽ uitæ:ſed loci potius mutationẽ afferre. Vt quẽ iperita multitudo/& iſanum uulgus mortis diem horribilem/ſapiẽtiſſimus/atq; optimus quiſq; lætum/ac fauſtum putet. Sitq; ob id mors portus quiſpiã habẽdus potius. & ꝑfugium paratum/poſt uaria uitæ mortalis diſcrimina:& magnos labores/q̃ malum/cladeſue mortalibus. His igitur Cicero ꝓcipuæ rõnibus/in quæſtionibus Tuſculanis ĩmortalitatẽ aĩoꝝ explicauit:ſed eam ipſam pluribus locis/nõ minus grauiter:ac ſplẽdide eſt ꝓſecutus. Itaq; in libris:quos de republica elegãtiſſimos edidit:quoꝝ ſextus:& is quidẽ unus/atq; ultimus extat multifariã aĩorum incorruptibilẽ ſubſtãtiam:atq; ĩmortalitatẽ aſſeuerat. Quo quidẽ in loco potiſſimum qualis reſpublica a maioribus eſſet inſtituta/diſeruit cũq; ſupioribus quinq; libris/de iuſtitia uberius locutus eſſet:quæ una maxime ciuitatem cõtinet:populos ſeruat:ſtabilit rempublicã hoium cõciliationẽ tuetur:quo eius uirtutis/& cultæ præmia & ſpretæ ſupplicia demõſtraret:docet iuſtitiæ fructum/nequaq̃ cũ uita hois terminari:ſed ſupſtitem potius durare:& ita aĩam poſt animal nõ perire. Quare aſſerta ĩmortalitate/habitũ poſt corpus aĩoꝝ/Platonem imitatus oſtẽdit. Proinde locoꝝ ſignificat diſtinctio:quæ e mortali uita migrãtibus ea lege debeat:quã ſibi quiſq; uiuẽdo ſanxerunt. Hinc Scipio ſuperior ꝑ uiſum recte:quẽ uehemẽter amabat:Scipionẽ Aemilianum hiſce uerbis alloquitur. Quo ſis Aphricane alacrior ad tuendã rempublicã:ſic habeto. Oĩbus/qui patriã conſeruauerint/adiuuerint/auxerint/certum eſſe in cœlo definitum locum:ubi beati æuo ſempiterno fruantur. Vere aũt uiuere idem Aphricanus ait:eos/qui e corporũ uinculis/tanq̃ e carcere euolarunt. Quod noſtra hæc:quæ dicit uita:mors ſit potius. Repetere aũt liberos corporibus aĩos/unde ꝓfecti ſunt:cœlum/dari hoibus ꝓfeſſus aĩum ex illis ſempiternis ignibus:quæ ſidera uocamus/& ſtellas/ad cultum iuſtitiæ cohortatur/& pietatis/maximaꝝ uirtutum:per quarũ alterã diuinitatis honori ꝑ alteram hoium generis ſaluti/& cõmuni utilitati ꝓſpicitur:ꝑ utranq; uero facilis/atq; expeditus patet in cœlum aditus. Ac paulo poſt/ætherea & elemẽtarẽ quodãmodo regionẽ partitus cũ ſeptẽ ordine errãtes/& uagas ſtellas enumeraſſet:quaꝝ lunã in infimo orbe cõſtituit pulchre/adiecit/infra nihil eſſe/niſi mortale & caducum:ꝓter aĩos/munere Deoꝝ/hoium generi datos. Supra Lunã autem æterna eſſe oĩa. Quod autẽ docti hoĩes/neruis & cantibus cœleſtẽ armoniã imitati muſicoꝝ ſonoꝝ rõnem/ac uarietatẽ excogitauerunt:facile aperiunt cœleſtẽ aĩoꝝ originẽ:ut ꝓpterea cœleſtia ſemp ſpectare oporteat/humana contẽnere: quæ fragilitati obnoxia nõ modo nõ æterna:ſed ne diuturna quidẽ eſſe poſſint. Per q̃ ſcite igit ad æternã cœloꝝ ſedẽ/cogitationẽ uertendã ſuadet Aphricanus:& ĩmortalitate ꝓbata aĩoꝝ/idem qđ in Tuſculanis diſputationibus repetit:nepotẽ hiſce uerbis afflatus. Sic habeto/non eſſe te mortalẽ:ſed corpus hoc. Nec.n.tu is es:quẽ forma iſta declarat. Sed mens cuiuſq; is eſt quiſq;:nõ ea figura:quæ digito demõſtrari põt. Et cõtinuo deũ/iquit te ſcito eſſe:ſi qui uiget:qui ſentit:qui meminit:qui ꝓuidet:qui tã regit/& moderat:& mouet id corpus/cui præpoſitus eſt:q̃ hunc mundũ ille pĩceps Deus. Vt nõ abſq; rõne phyſici ueteres mundũ magnũ hoĩem/& hoĩem breuem mundũ dixiſſe. Addit idcirco. M. Tullius:& ut ipſe mundus ex quadã parte mortalis/ipſe Deus æternus: ſic fragile corpus aĩus ſempiternus mouet. Tum ex Phædro Platonis eandẽ rõnẽ ſunectit:quã uno ſyllogiſmo in hunc modũ nõnulli Platonici cõplectunt. Animã ex ſe moueri:qđ ex ſe moueat:principiũ motus eſſe:natum nõ eſſe: ĩmortale eſſe:igitur aĩam ĩmortalẽ eſſe. Liquere.n.affirmãt:æternũ eſſe:qđ a ſe ipſo moueat:& hãc naturam animis plane eſſe tributã. Quæ cum ſit una ex oĩbus:quæ ſeſe moueat:neq; nata certe eſt:& æterna eſt:aiebat Plato. Porro ad ſapiẽtis cohortatur officium:& probe ſuadens Aphricanus: Hanc tu/inquit/exerce in optimis rebus. Sunt autẽ optimæ curæ de ſalute patriæ/quibus agitatus & exercitatus aĩus uelocius in hãc ſedẽ & domum ſuã peruolabit. Idq; ocius faciet:ſi iam tum:cũ erit ĩcluſus in corpore eminebit foras:& ea quæ extra erunt/cõtẽplãs q̃ maxime ſe a corpore aſtrahet. Nanq; eoꝝ animi:qui ſe corporis uoluptatibus dederunt:eorũq; ſe quaſi miniſtros ꝓbuerũt/impulſuq; libidinum uoluptatibus obediẽtiũ Deoꝝ:& hoium iura uiolauerunt/corporis elapſi/circum terrã ipſam uolutãtur:nec hunc in locum/niſi multis exagitati ſæculis/reuertunt. Paucis uerbis multa:& ea quidẽ magna cõplectit ꝑ q̃ breuiter:ſed grauiter certe/& accuratiſſime diſputata:de ſumma aĩoꝝ ꝓſtantia/origine/ĩmortalitate:& qua pro uaria uitæ rõne debent diſtinctione locoꝝ:quæ quidem magna ex parte a Platone ſumpta/ornate/ac ſplẽdide a ſummo latinæ ſapiẽtiæ auctore expoſita/atq; explicata ſunt. Cui cum firmiter aĩorum ĩmortalitas foret explorata/eam ipſam pluribus locis/magno ſtudio/ſummaq; induſtria roborare cõtẽdit. Hinc ſunt illa in Catone maiore. Nunquã digne ſatis laudari poſſe philoſophiã:cui qui pareat omne tẽpus ætatis ſine moleſtia degere poſſit:qđ philoſophia duce/ueritas eluceſcat:illa imprimis ꝑ quã aĩoꝝ ĩmortalitas inoteſcit:quæq; & firmiſſimis rõnibus & ꝑſpicuis declaratur exẽplis. Nihil eſt enim/qđ tam permulcere ſenectutẽ poſſit/q̃ intelligere:& uitæ huius fragilitatẽ & fœlicem aĩoꝝ poſt mortalem hanc uitã/ſortẽ paratã iis/qui recte & cum uirtute uixerint. Itaq; in eodẽ aureolo libello/quum dicit Deum nihil homini mente dediſſe oĩno præſtabilius:& eandẽ diuinum munus appellat:Deum plane creatorẽ ſignificat:a quo homini iſpirata mens eſt:quæ mortali corpore abſoluta/quaſi ad ſuam originẽ/unde ꝓfecta eſt:Deum inquã remigrare uideatur. Fruſtra ſollicitari ſenem oſtẽdit. M. Cato uir ille ſapiẽtiſſimus:uel potius Cicero:ob mortis appropinquationẽ:quæ quidẽ a ſenectute lõgius abeſſe nõ poſſit/mortẽ cõtẽnendã putat uitæ melioris ianuã:quæ eo ſit aĩum deductura:ubi ſit futurus æternus. Recte etiã Ennium cenſuiſſe:nõ eſſe lugẽdã mortẽ:quã ĩmortalitas conſequat. Claros uiros memorat:ſponte q̃plurimos mortẽ oppetiſſe:& uel legiones/ac numeroſos frequẽter exercitus in eum locũ ꝓgreſſos alacri/atq; erecto aĩo:unde plane reditum deſperarẽt. Cũq; præſtantes uirtutis laude uiros/qui ſoluti eſſent corpoꝝ uinculis/uiuere cõteſtatus eſſet:& eã quidẽ uitã:quæ uere uita nominãda eſt/pulchre illa ſubiecit. Atq;

eſt/inquit/animus cœleſtis ex altiſſimo domicilio depreſſus:& quaſi demerſus in terram: locum ſcilicet diuinæ naturæ/æternitatiq; cōtrarium. Sed credo Deos īmortales ſparſiſſe aīos in corpora humana:ut eſſent: qui terrā tuerenť:quiq; cœleſtium ordinē cōtēplantes/imitarenť eum uitæ modo/atq; cōſtantia. Quibus plane uerbis/& aīoꝝ e cœlo fluētium declarať origo:& ſapiētis in hac mortali uita munus oſtendiť:nos autē ad ꝓbandā aīorum īmortalitatē/nō ſolum rōne ac diſputatione cōpelli:ſed etiā ſummoꝝ philoſophoꝝ auctoritate: ac teſtimonio cōfirmari. Pythagoræ imprimis Pythagoreoꝝ:quos italicos philoſophos nominarēt:qui utiq; nunq̄ dubitarūt quin ex uniuerſa mēte diuina delibatos aīos haberemus. Quid Socrates is:qui ſit oīum ſapiētiſſimus Apollinis oraculo iudicatus:nō ne ſupræmo uitæ die ſuſius:q̄ unq̄ alias cōſueuiſſet/de aīoꝝ īmortalitate diſſeruit? Quid illa? Quā pulchre? Sic mihi pſuaſi:ſic ſentio:cum tanta celeritas aīoꝝ ſit:tanta memoria præteritoꝝ:futurorum prudētia:tot artes:tot ſcientiæ:tot iuenta nō poſſe eam naturā/quæ res eas cōtinet/eſſe mortalem. Cumq; aīus ſemp agiteť:nec principium motus habeat:quia ipſe ſe mouet:nec finem quidē habituꝝ eſſe motus: quia nunq̄ ſe ipſe ſit relicturus. Et cum ſimplex animi natura eſſet:neq; haberet in ſe quicq̄ ammixtum:neq; diſpar ſui/atq; diſſimile nō poſſe eum diuidi:qđ ſi nō:nō poſſe interire. Sed quid apud Xenophantē moriēs cyrus generoſus rex ille Perſaꝝ maior:nō ne eandē ipſam de īmortalitate ſniam maxime roborauit:quum illa dicit:quæ eodem loco explicant his uerbis. Nolite arbitrari o mihi chariſſimi filii/me quum a uobis diſceſſero:nuſq̄ aut nullū fore. Nec enim dum eram uobiſcum/aīum meum uidebatis:ſed eum eſſe in hoc corpore ex iis rebus:quas gerebā/ītelligebatis. Eundē igitur eſſe/creditote:etiā ſi nullum uidebitis. Nec uero claroꝝ uiroꝝ poſt mortē honores permanerēt:ſi nihil eoꝝ ipſoꝝ animi efficerēt:quo diutius memoriā ſui teneremus. Mihi nunq̄ quidē perſuaderi potuit/aīos/dum in corporibus eſſent/uiuere cum exiſſent ex iis:emori. Nec uero tum aīum eſſe inſipiētem:quum ex inſipiente corpore euaſiſſet. Sed cum omni ammixtione corporis liberatus/purus/& īteger eſſe cœpiſſet: tum eſſe ſapiētē. Atq; etiā quū oīs natura morte diſſoluiť/cæteraꝝ reꝝ ꝑſpicuū eſt:quo quæq; diſcedāt. Abeūt.n.oīa/unde orta ſunt:aīus autē ſolus:nec quum adeſt:nec quum diſcedit/apparet. Iam uero uidetis:ꝓſequiť Cyrus: nihil morti eſſe tam ſimile/q̄ ſomnū. At q dormiētium animi maxime declarāt diuinitatē ſuā. Multa enim quū remiſſi/& liberi ſunt/futura ꝑſpiciunt:ex quo intelligiť/quales futuri ſint:quum ſe plane corporis uinculis relaxauerint. Quare ſi hæc ita ſunt/ſic me colite/ut Deum. Hæc uero poſteriora/& paucula:quæ ex ea oratione reliqua ſunt/idcirco adiecit:quo certa affirmādi cōſuetudinē/& ꝑſpicuā reꝝ ſcientiā:quæ ſua ſolius Dei iure credať/arroganter ſibi uendicantiū/temeritatē aſpernareť. Numerat exinde p Catonis uocē Cicero ad domeſtica exēpla cōuerſus:præclaros/qui tum multi apud Romanos extiterunt uiros/nunq̄ tanta conatos:niſi animi notione pcepiſſent/poſteritatē ad ſe ptinere:& idcirco a ꝑſtantibus uiris ſuſcipi multos/ac magnos/& diurnos/nocturnoſq;/domi/militiæq; labores:qđ nō iiſdem finibus gloria:quibus uita termineť. Sed miro quodā modo natura ipſa duce/erigens aīus ipſe ſeſe/ita ſe cōparat:ut cum uita exceſſerit/tum deniq; uere uicturum exiſtimet.

❡ Auguſtinus Dathus ſcribere multo plura uolebat e.M. Tullii Ciceronis deprompta codicibus:at ſæuo peſtilentiæ morbo correptus/media moriens diſputatione/conticuit.

❡ Auguſtini Dathi Senenſis & Oratorum & Philoſophorum ſui temporis longe omnium præclariſſimi Liber Nonus incipit de animi īmortalitate/ex ſententia Poetarum.

MVltiſariam/multorūq; p ora lucet ueritas:quæ tam etſi multis ſæpe tenebris circūfunditur: latere tamē diutius nequit:& ipſa ſeſe e latebris ꝓmens/ſua ipſius ingētis fulgoris claritate diſpiciēdā præſtat. Acres aīos inuitat:ſplēdida ingenia ſua ui allicit:altiſſimis ī pōte ſua ſe mētibus igerit:ultro diſcutiendā/ac pnoſcendā exhibet. Hinc oēs hoīes natura ſcire deſiderāt. Trahunť ac ducunť oēs ad cognitionis/& ſcientiæ cupiditatē. Ad ueritatē idagandā/quo elegātiore nati ingenio/eo flagrantiore feruntur ſtudio. Eius ſolius quærēdæ/atq; iueſtigandæ gratia:a puriſſimis ꝑfectæ fontibus ueritatis ortæ ſunt oēs igenuæ diſciplinæ:emerſit oīs oīum laudataꝝ mater artium philoſophia. Primā ac diuinā nemo eſt:qui neſciat. Quæ cū icorporea plæraq;/& cœleſtia cōtēplatur:tum uel oīum creaturarū cōditorē attingit Deum. Phyſicā porro:quæ naturæ ſecreta rimatur/naturaliū reꝝ inueſtigat cauſas:& occultiora elemēta diſquirit: Mathematicā pariter/quæ numeros recenſet:quæ magnitudinē dimetitur:quæ uocis & cantus iterualla diſtinguit:quæ ſiderū rōnem/atq; aſtroꝝ motus obſeruat. Logicā quoq; ac differēdi uiam/quæ diſcreto rerum ordine/& rebus accōmodatis uocibus/diffiniendo/diuidēdo/cōponēdo/argumētādo:uerum falſumq; diiudicat: ſed eam prætereа/quæ mores & uitæ iſtituta cōplectitur:quæ domos/& familias regit:quæ populis moderať:atq; hoīum tuetur cōcilia: quæ itē leges ponit:pœnas īprobis:bonis præmia ſtatuit:quæ legibus cōſtituta luce orationis illuſtrat:ſapienti uoce hominum cœtibus/atq; iplenda ſuadet:quæ execratis facinoribus præclara geſta īmortalitati cōmendat: eam prætereа diſciplinā/quæ hoīum uitæ ac ſaluti proſpicit:ipſa quoq; quæ figmēta cōminiſci uulgo putatur/& fabuloſa cōſabricari:ſi nō Regio tramite:ſi nō pro trito curriculo/ac ſecretiore calle/& quibuſdā ueluti cuniculis ingreſſa/ad calcē quoq; ueritatis itendiť. Itaq; & diuus Thomas in iis cōmentariis:quos in Ariſtotelis poſtremos Analeticos edidit:cum rōnalis philoſophiæ partes enumeraret:quā Græci λογικα uocāt:poeticā quoq; diſciplinā recēſuit:qđ nōnunq̄ ſola æſtimatio (Thomas inquit) p quāpiam repræſentationē in aliqua parte cōtradictionis inclinat. Quam quidē ad rem poetica excogitata perhibeť. Quocirca ſuū eſſe poetaꝝ arbitranť ad pulchra/honeſta/præclara p decorā quāpiā actionē ducere/atq; pellicere. A quo haud quaq̄ alienū eſt:qđ Lactantius in diuinis īſtitutionibus tradit:ſtatuens poetæ ac Vatis officium:ut uera in alias ſpēs obliquis figurationibus cum decore aliquo cōuerſa traducat:ut plæraq; uera ſint:quæ Poetæ cōcinūt. Sed obtētu aliquo/ſpecieq; uelata. Idē.n. qđ ipſe idē teſtať auctor:& Philoſophi & poetæ ſcriptoreſq; reꝝ antiquaꝝ tum humāis de rebus/tum diuinis loquunť. Neq;.n.Poetæ:qđ quidā temere affirmāt:mētiri penitus cōſueuerūt:ſed figuris iuoluere/atq; obſcurare quæ ꝓdi

animi male:& iniuſte factorum dignas luant poenas. Qui uero eos ſua opinione tollunt:non ob aliam cauſam facere mihi uidentur:niſi ut impunitate quadam propoſita:licentiam ſibi pariant delinquendi. Quod autem longius euagari ſumus:res ipſa poſtulauit:coegit ratio:quae docet ea quae & ambigua:& per obſcura ſunt:pluribus uerbis illuſtrari oportere. Hactenus de inferis:deque triplice inferorum ratione:ac beatorum ſedibus:pro ueterum ſententia pertractauimus. Nunc de infernis fluuiis dicimus. Saepe in noſtrorum ueterum libris:quos nominauimus:inferni fluuii commemorantur:eos nos:ſi cui ubi ſint:paucis aperire inſtituimus:primum quot ſunt:deinde quo pacto ſeſe apud inferos habeant. Apud M. Tullium in primo Tuſculanarum diſputationum libro duos legimus:Cocytum:& Acherontem:cum illa dicit Marcus ad Atticum:Num te illa terrent triceps apud inferos Cerberus:Cocyti fremitus:trauectio Acherontis? Macrobius ſuper ſomnio Scipionis quinque enumerat:Lethen fluuium obliuionis:Phlegetontem:qui ardorem ſignificat:Acherontem:qui triſtitiam:Cocytum:qui luctum:Stygem:qui odium exprimit. Hos uero eoſdem fluuios cum alii plerique Poetarum:tum inprimis in ſexto libro clarae Aeneidos Virgilius Maro decantat. Verum in Phaedone Plato multa alia fluentia oſtendit eſſe:ſed praecipue quattuor:Oceanum:Acherontem:Phlegetontem:Tartarum:cui ſecundum Poetas Cocyto nomen eſt. Addit Acheruſiam paludem:paludem item Stygiam:Pyriphlegetonta. Quae fluentia omnia quomodo ſe habeant ſecundum Platonis ſententiam explicandum eſt. Eſt inanitas quaedam profundum Barathrum/ & altiſſimus terrae hiatus:quem Tartarum ſolent appellare poetae:quem in locum uniuerſi confluunt amnes; ruſuſque inde effluunt. Fluentia uero/ſicuti paulo ante diximus/cum multa ſint:omnium maximum atque extimum terram circundat Oceanus. Huic e contraria regione fluit Acheron:qui per deſerta & ſubterranea fluens loca/in Acheruſiam paludem influit. Horum medius interfluit phlegethon:qui haud longum iter profectus:cadit in medium locum/multo igne flagrantem:efficitque ex eo palus quaedam aqua:& luto feruens:quae etiam noſtri maris aequat magnitudinem. Hinc circumfluit turbidus:ac lutulentus/terraque circundata:ad extrema Acheruſiae paludis peruenit:nec tamen irrumpit:ſed circum abſortus a terra:intra Tartarum influit/ atque ab eo riui nonnulli deriuati/ in quibuſdam terrarum locis emergunt/Contra hunc porro Tartarum excidit:& primum quidem in loca(ut tradunt)inculta/& aſpera eiuſmodi colore:qualis Oceani eſt:eius/quem Stygium uocant. Idem hic fluuius paludem Stygiam efficit/qui in hunc locum decidens/uireſque ampliſſimas in aqua aſſumens ſeſe ſub terram condit/ recluſuſque excurrit aduerſus Pyriphlegethonta/& illi in Acheruſia palude fit obuiam. Neque illic tamen huius fluuii aqua cum aliqua miſcetur/ſed in giro currens:fluit in Tartarum contra pyriphlegethonta. Hunc uero fluuium Poetae/ut dictum eſt/ Cocytum appellant/Atque haec de infernis fluuiis & in phaedone ſcribit Plato:& nos hoc loco ſatis explicuimus. In praeſentiarum uero/ueterum de infernis iudicibus ſententiam aperiamus. Fingunt poetae apud inferos iudices Minoa Rhadamantum:& Eacum:quorum examine:atque iudicio defunctorum animi uel ad beatorum foelicitatem/uel ad poenarum:ſuppliciorumque loca deſtinantur. De his apud Ciceronem in Tuſculanis diſputationibus mentio eſt his uerbis: Inexorabiles iudices Minos Eacus:& Rhadamantus. Plato uero in Gorgia longiorem ſermonem de his iudicibus inferit:quo pacto uero Minos:& Eacus:& Rhadamantus iudicio animarum praefecti ſint:liquido:ac perſpicue manifeſtat. Nam cum aliquando iudices uiuentes eſſent uiuentium:eaque die iudicaretur:qua quis mortem eſſet obiturus: compertum eſt: male: atque iniuſte a uiuentibus iudicari. Adhibuit remedium Iupiter(ut Plato comminiſcitur)atque ut iuſte:& recte iudicia procederent:prouidit primum ne homines mortem ſuam praeſcirent:idque mandatum eſt prometheo:ne ſentire homines permittat. Iudices quoque ipſos nudos eſſe uoluit:& mortuos:ut ipſa anima/ipſam animam inſpiciat: mori inſuper inſperato unumquenque:deſertumque a ſuis relinquere in mundo ornatum omnem. Atque ob eam cauſam ita Plato in Gorgia Iouem inducit loquentem. Conſtitui filios meos iudices:duos quidem ex Aſia Minoem ſcilicet & Rhadamanthum:unum uero ex Europa Eacum. Iſti ergo mortuos iudicabunt in triuio:ex quo portant uiae altera ad beatorum inſulas:altera ad Tartarum. Et aſiaticos quidem Radamanthus iudicabit:ab Europa uero qui uenerint:Eacus. Minoi autem committam:ut iudicet:ſi quicquam aliis occultum exiſtat:ut ſic iuſtiſſime procedat iudicium:rectaque ſit animarum tranſmiſſio. De eiſdem uero iudicibus/haec quoque in eodem loco Plato ſubnectit. Radamanthus:& Eacus uirgam tenent:dum iudicant. Minos uero conſiderans ſedet ſolus:habens aureum ſceptrum: ut de eo inquit Vlyxes apud Homerum:uidiſſe illum ſceptrum aureum tenentem:iura mortuis dantem. Verum nemo dubitet pulcherrimo ſermoni:& uulgo fabula exiſtimatae pulcherrimam ſubeſſe ueritatem. Hic namque frequens Platonis mos:crebro uſitata conſuetudo eſt:& quidem Gygis fabulam:& aurei anuli a Platone prolata accepimus: quam tertio de Officiis libro proſecutus eſt Cicero. Nouimus:quae in Phaedro de equis deorum:& aurigis ſcripta ſunt : quae de alato curru Iouis:& deorum:daemonumque inſtructo exercitu alia multa. Quid in libris de republica? Nonne ab eodem philoſopho Pamphilus miles inducitur qui caeſus in praelio:& duodecim dies inter peremptos habitus reuixit:& miranda refert de exutis corporeis uinculis animis? Sed quid plura? Multitudine exemplorum habundamus. Quae omnia quanquam fabuloſa eſſe uideantur:non ſine cauſa tamen ficta ſunt:ut intelligant omnes : diuinum numen diligentiſſimam quandam habere & piorum:& impiorum rationem:acerrimo autem:ſolertiſſimoque iudicio illos caelo: hos Tartaro adiudicari. Itaque ea plato quae ad infernos iudices ſpectant:non ſolum in Gorgia:ſed etiam in Axiocho proſecutus eſt:unde haec quoque uerba ſunt:Acherontem:& Cocytum primum tranare opus eſt:deinde accedere ad Minoem & Rhadamanthum:qui conſtituti ſunt iudices ad examinandum animas:quae illuc deducuntur : quali ſcilicet uita uixerunt:quibus artibus:quibus ue ſtudiis dum fuerunt in humanis:ſe exercuerunt. Locum uocari campum ueritatis:quoniam mentiri ibi minime locus datur. Alia inſuper adiungit:quae ſupra de inferis commemorauimus. Tres uero/quos nominauimus inferni iudices:cum in terris eſſent:magna & uirtute:& prudentia floruerunt:ac propterea Iouis filios fuiſſe antiquitas tradit. Quos enim uirtutis:atque humanitatis laudibus praeſtare intelligebant:eos(ut ait) etiam Aulus Gelius appellare conſueuit Iouis filios. Quocirca & in libris de officiis Eacus : & Minos a Cicerone laudantur. Si Eacus:Aut Minos diceret oderint:dum metuant:aut ſepulchro natis ipſe eſt parens indecorum uideretur : quod eos fuiſſe iuſtos accepimus. At Atreo dicente plauſus excitantur. Quibus uerbis ſignificat

Cicero

Cicero ſummã quandã in illis fuiſſe probitatẽ. Sed ab Homero: Plauto: & Marone paulo crudelior Minos inducitur: contra Eacus: & Rhadamanthus mitiores. Diximus de infernis iudicibus. At modo pœnarũ apud inferos: pro ueterũ opinione / uaria: ac diuerſa genera breuibus percurramus. Multiplicia exerceri apud inferos pœnarũ: ac ſuppliciorũ genera teſtes multi in mediũ adduci poſſint. Sed quos pcipuos habẽt: pferamus imprimis. M. Ciceronẽ: Macrobiũ: Platonẽ: a quo uno pleraq; uelut a fonte quodã ex hauſta ſunt. Et. n. Cicero in prio libro Tuſculanarũ diſputationũ pœnarũ nõnulla genera hiſce uerbis attingit. Num te illa terrent: Triceps apud inferos Cerberus: Cocyti fremitus: traiectio Acherontis: mento ſummã aquã attingẽs enectus ſiti Tantalus: tum illud quod Siſyphus uerſat ſaxum: ſudans nitendo: neq; pficit hilum. Vberius hæc plato: cuius in axiocho hæc de uarietate: & deſcriptione ſuppliciorũ ſcripta ſunt. Qui fœdã / turpemq; uitã malis imbutam artibus aegerunt: hos aiunt peruehi p chaos / & erebũ / ubi cœtus impiorũ plectit̃. Nã turba danaũ cribro aquã ſine fine haurit / & ſine requie defatigat̃. Tantalus epulis ante ora poſitis / angit̃ fame excruciat̃ / ac media tabeſcit. Vultures ſine ulla miſeratione iecur Tityo laceſſunt. Siſyphus rotarũ radiis pẽdet diſtrictus: nec ſcelus aliquod manet ĩpunitũ. Nã uoluunt alii ingentia ſaxa inefficacibus laborioſiſq; conatibus. Atra ſilex & cadẽti ſimilis imminet aliis: alii fediſſimis beſtiis obiciunt̃: uirgis cædunt̃ alii / qdã icẽſis facibus torrent̃. Dat qſq; pœnas ſuis ſceleribus cõdignas. Atq; hæc apud Platonẽ ſcdm Gobriæ magi illius oium eruditiſſimi ſniam: & refert / & cõfirmat Socrates. Sed iã plures Philoſophorũ / ut referã ſnias / phibet iſtituti cõſilii rõ. Illuſtriũ Poetarũ nolo hac in re auctoritatẽ ptermittere / q̃ plærũq; haud q̃q̃ cõtemnẽda eſt. Bene apud Macrobium Vetius. Caue / inquit / exiſtimes mi Auiene / Poetarũ gregẽ / non ab adytis plærunq; Philoſophiæ ſemina mutuari. Nã & ob eam cam Philoſophiæ partem cõſtat eẽ poeticam: ut Fabius Quintilianus ait / ut philoſophi ipſi ſæpe teſtantur. Itaq; nõ ſolum ex geſtis / atq; hiſtoriis: ſed etiam a Poetis: & fabulis / quæ fidẽ rerũ faciant / optima argumẽta ducunt̃. Illud nobis obiciant Flacci Horatii.

Quidlibet audendi Pictoribus / atq; Poetis:

Aequam ſemper fuiſſe poteſtatem: quibus illud reſpondeo Firmiani Lactantii in ſacris inſtitutionibus: non adeo liberam / ac ſolutam poetarum licentiam habendam eſſe / ut quæ ſcribant / omnino a ueritate remota ſint. Neſciunt; inquit Lactantius: quis ſit poetice licentiæ modus / quouſq; progredi fingendo liceat / cum officium poetæ in eo ſit / ut ea / quæ ueræ geſta ſunt: in alias ſpecies / obliquis figurationibus / cũ decore aliquo conuerſa traducant. Res altiores poetæ / atq; inueſtigatu p difficiles: quibuſdã figurarũ operimentis contexerunt. Quod ni ipſi quoq; ſimplicem ueritatẽ: ſinceramq; cõſectarent̃: profecto nõ idẽ apud prudẽtiſſimos ueteres: Muſici: uates / ac ſapientes appellati eſſent. Neq; abſq; diuino furore (ut eſt in Phædro Platonis) quicq̃ Poetæ: q boni poetæ ſunt: cõcinunt. Et. n. qui abſq; furore Muſarũ: & qui ex deo pficiſcit̃: poeticas ad fores accedit: ſperãs ſeſe arte q̃dã poetam bonum euaſurum: inanis ipſe (ait Plato) atq; eius poeſis præ illa: quæ ex furore eſt: alla: quæ ex prudẽtia eſt diſperditur. Hunc mentis ardorem: & honeſtiſſimam: atq; diuinam inflammationem ingenii: per belle declarat ſuo initio Thebaidis / magnus Vates Statius: ita inquiens.

Fraternas acies / alternaq; regna prophanis
Decertata odiis: ſonteſq; euoluere Thebas /
Pierius menti calor incidit.

Conſimilia his cecinit Claudianus: quum raptum Proſerpinæ narraturus: incepit.

Iam furor humanos noſtro de pectore ſenſus
Expulit: & totum ſpirant præcordia Phœbum.

Quid ipſe longe oĩum eminentiſſimus Mantuanus Homerus? Nõne hanc ipſam: de qua nũc loquimur: mentis ac ſenſuum omnium metamorphoſin luculenter expreſſit: ſexto Aeneidos libro his uerbis loquẽs de Sibylla?

Ventum erat ad limen: quum uirgo poſcere fata
Tempus ait. Deus / ecce deus: cui talia fanti
Ante fores ſubito non uultus: non color unus:
Non comptæ manſere comæ: ſed pectus anhelum:
Et rabie fera corda tument: maiorq; uideri:
Nec mortale ſonans: afflata eſt numine quando
Iam propiore Dei.
Et rurſus de eadem.
At phœbi mundum patiens immanis in antro
Bacchatur Vates: magnum ſi pectore poſſit
Excuſſiſſe deum: tanto magis ille fatigat
Os rabidum / fera corda domans: fingitq; premendo.

Philoſophos legimus non furentes: ſed conſopitis corporeis poteſtatibus: longeq; a ſenſibus alienos: in ſola maximarum rerum contemplatione uerſari. Hinc eſt illud Platonis pulcherrimum documentum philoſophum oportere: ſi nihil indigens erit: & omni fortunæ contumax: & ſuperior iis: quæ homines acerba toleratu arbitrantur: nihil ſic agere: q̃ ut ſemper ſtudeat animam corporis conſortio ſeparare: & ideo exiſtimandam philoſophiam eſſe mortis affectum: conſuetudinemq; moriendi. Teſtis eſt Socrates: quem legimus a ſummo lucis ortu ſæpenumero / ad Solem uſq; alterum orientem: intentum adeo contemplationi fuiſſe: ut non mõ nõ immutaretur: Sed ne conniueret quidem. Eodem ſpectat quodammodo regeneratio Trimegiſti: qui in Pimandro ſic ait ad filium ſuum Tatium. Quicunq; propter benignitatem generationis: quæ ſecundum deum eſt: ſenſum dimittit corporeum: ſe ipſum cognoſcit ex diuinis compoſitum: factuſq; indeclinis diuina potentia: tota mente letatur. Et rurſum paulopoſt. Hæc eſt regeneratio filii: non adeſſe ulterius corpori quãtitate dimenſo. Hæc Mercurius. Sed de philoſophis alias dicemus uberius / Nunc ad Poetas redeamus. Quid tu: inquiet aliquis: poetis ne credendum putas? Quid ni putem? Credidit Socrates: credidit Lactantius: credidit Auguſtinus: crediderunt & alii / qui acriter Poetarum uim atq; auctoritatem perſpexerunt potiſſimum uero credendum iis cenſeo qui nõ minus: q̃ Orpheus: Muſæus: Linus inter ſapientes numerandi ſunt. Sit igitur & poetis præſertim magnis habenda fides: & cæteris præludat Virgilius diuinus poeta / ac Vates omnium facundiſſimus: nullius (ut Macrobius recte inquit) diſciplinæ expers: denĩq; ſpectatus imprimis Tartari: atq; inferorum aſſertor. Hic igitur cum in aliis locis: tum maxime in ſexto librorum præclari operis: quam Aeneiden inſcripſit: perſpicuis teſtimoniis abditas inferorum ſedes comprobauit: Apte igitur: concinneq;: & piorum: & impiorum loca uerſibus hiſce complexus eſt.

Facilis deſcenſus Auerni.
Noctes:atq; dies patet atri ianua ditis.
Sed reuocare gradum:ſuperaſq; euadere ad auras/
Hoc opus:hic labor eſt.

Q uid Auerni deſcenſus:atq; atri ianua ditis aliud:q̃ in uiſceribus terræ inferorum locus? Q uid tum ſuperæ auræ aliud:q̃ beatorum ſublime domicilium? Q uid demum aliud ſignificat:reuocandi greſſus:tantum opus:tã magnus labor:q̃ anguſtam uiã:quæ ducit ad patriã? Q uid patens illa ſemper atri ditis ianua:q̃ latam:& ſpatioſam uiam:quæ tendit ad mortem? Ac ipſa inferna loca uaria in eo carmine/nominum appellatiõe depingit. Hi ſunt Stygii lacus:hæc nigra Tartara:hæc triſtes ſine ſole domus. Hæc turbida loca:hæc telluris operta. Hi Stygii luci: hæc regna in uia uiuis:quid eſt quæſo aliud:q̃ infernus? Q uid erebus:quid Orcus inquã:ſignificãt? Q uid umbræ ſilentes/& Chaos:& Phlegeton:loca nocte ſilentia late:ſenta ſitu/alta terra:& caligine merſa? Q uid referam domos Ditis uacuas:& inania regna? Infernum reſpectant Tartarei Acherontis undæ:turbidus ubi cæno/uaſtaq; uoragine gurges æſtuat:atq; omnem Cocyti eructat arenam. Nempe & illud de Inferno apud eundem Vatem Charon nauta indignatus proclamat.

Vmbrarum hic locus eſt:ſomni:noctiſq; ſoporæ.
Corpora uiua nefas ſtygia uectare carina.

Vaſtus is locus/incultus/horridus/formidoloſus a poeta merito iure traditur:cuius ueſtibulum ante ipſum/ac primis faucibus. Luctus:& ultrices poſuere cubilia curæ. Q uid inferni cinguli:q̃ apte q̃ concinne deſcribuntur? Infantum enim animæ flentes in limine primo.

Q uos dulcis uitæ exortes:& ab ubere ractos
Abſtulit atra dies:& funere merſit acerbo.
Hos iuxta falſo damnati crimine mortis.
Proxima deinde tenent mæſti loca:qui ſibi lethum
Inſontes peperere manu:lucemq; peroſi
Proiecere animas.
Nec procul hinc partem fuſi moſtrantur in omnem
Lugentes campi
Hic:quos durus amor crudeli tabe peredit
Secreti cællant calles.

Poſtremo ultima illa arua:q̃ bello clari ſecreta frequentãt. Illud quoq; nõ indocte Cumea Sibylla biuiũ refert:quod a Platone ſupra memoratum prodidimus. Hic:inquit:locus eſt:partes ubi ſe uia findit in ambas.

Dextera:quæ Ditis magni ſub menia tendit.
Hac iter Elyſium nobis:at leua malorum
Exercet poenas:& ad impia Tartara mittit.

Atq; ſub rupe ſiniſtra menia illa lata refert triplici circundata muro:

Q uæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis
Tartareus Phlegethon:torquetq; ſonantia ſaxa.
Porta aduerſa ingens:ſolidoq; Adamante columnæ:
Vis ut nulla uirum/non ipſi exſcindere ferro
Cælicole ualeant. Stat ferrea turris ad auras.
Hinc exaudiri gemitus:& ſæua ſonare
Verbera:tum ſtridor ferri:tractæq; catenæ.

Hic magnis urgentur poenis:hic magnus plangor ad auras. Hoc eodem in loco ſtridentes æriſono cardine ſacræ panduntur porte.

Tum Tartarus ipſe
Bis patet in præceps tantum:tenditq; ſub umbras
Q uantus ad æthereum cæli ſuſpectus olympum.

Hic impii flagitiorum:ac ſcelerum luunt poenas:quibus exercentur aſſidue:ueterumq; malorum
Supplicia expendunt:ibidemq; ſub gurgite uaſto
Infectum eluitur ſcælus:aut exuritur igni.

Sed audite quæſo o uiri boni:qui Deum ſperatis fandi memorem pariter:atq; nefandi:uos ſimul etiam mentem parumper aduertite:& ueſtra nunc omnia futura mala perdiſcite:qui nihil mortalium ſuper eſſe caput exiſtimatis:& unum:atq; eundem exitum hominis:& iumenti. Audite inquam: atq; eſte præſentes: & arrectis auribus/animos intenti percipite grande carmen Virgilium intonantem:atq; horrenda Boantem ſupplicia damnatorum in his uerſibus:quibus loquentem facit Aeneam:atq; narrantem quas poenas uiderat apud inferos

Hic genus antiquum terræ Titania pubes
Fulmine deiecti fundo uoluuntur in imo
Hic & Alcidas geminos immania uidi
Corpora:qui manibus magnum reſcindere coelum
Aggreſſi:ſuperiſq; Iouem detrudere Regnis.
Vidi & crudelis dantem ſalmonea poenas.
Dum flammas Iouis:& ſonitus imitatur Olympi.
Q uattuor hic inuectus equis:& lampada quaſſans
Per Graium populos mediæq; per Elidis urbem
Ibat ouans:diuumq; ſibi poſcebat honores.
Demens qui nimbos:& nõ imitabile fulmen:
Aere & compedum curſu ſimularat equorum
At pater omnipotens denſa inter nubila telum
Contorſit:non ille faces:nec fumea tedis
Lumina:præcipitemq; immani turbine adegit.
Nec non & Tityon terræ omni parẽtis alumnum:
Cernere erat:per tota nouem cui iugera corpus;
Porrigitur:roſtroq; immanis uultur obunco
Immortale iecur tundens:fæcundaq; poenis
Viſcera rimaturq; epulis:habitatq; ſub alto
Pectore:nec fibris requies datur ulla renatis:
Q uid memorem laphitas:Ixiona:Pirithoumq;?
Q uos ſuper atra ſilex iam iam lapſura cadentiq;
Imminet aſſimilis:lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris:epulæq; ante ora paratæ
Regifico luxu:furiarum maxima iuxta
Accubat:& manibus prohibet contingere menſas.
Exurgitq; facem attollens:atq; intonat ore.
Hic quibus inuiſi fratres dum uita manebat.
Pulſatuſue parens:& fraus innexa clienti.
Aut qui diuitiis ſoli incubuere repertis.
Nec partẽ poſuere ſuis:quæ maxima turba eſt.
Q uiq; ob adulterium cæſi:quiq; arma ſecuti
Impia:nec ueriti dominorum fallere dextras.
Incluſi poenas expectant.ne quære doceri
Q uam poenã:aut quæ forma uiros fortunaue merſit.
Saxum ingens uoluunt alii/radiiſq; rotarum
Diſtricti pendent:ſedet:æternumq; ſedebit
Infoelix Theſeus:Phlegiaſq; miſerrimus omnes
Admonet:& magna teſtatur uoce per umbras.
Diſcite iuſtitiam moniti:& non temnere diuos.
Vendidit hic auro patriam:dominumq; potentem
Impoſuit:

Impoſuit:fixi leges precio:atq; refixit.
Hic thalamum iuaſit natæ:uetitoſq; Hymeneos.
Auſi omnes immane nefas:auſoq; potiti.
Non mihi ſi linguæ centum ſint:oraq; centum:
Ferrea uox:omnes ſcelerum cõprendere formas:
Omnia pœnarum percurrere nomina poſſem.

Atq; hæc hactenus de iis:qui ſcelenbus cõtaminati opaca:ac duriſſima Inferorum tenent Regna. Quid de piis:iuſtiſq;:qui exuti corporum uincula:ut digna præmia reportent:

Deuenere locos lætos:& amæna uireta
Fortunatorum nemorum:ſedeſq; beatas?

Quid noſter:anquã:uates de beatis poſt mortẽ animis:deq; beatorum ſedibus grãdiloquo modulatus eſt carmine? audi melliflui reſonantia uerba Poetæ:quibus feſtiue/ſimul & luculente depinxit domicilia beatorum.

Largior hic campos æther:& lumine ueſtit.
Purpureo:ſolemq; ſuum ſua ſidera norunt.
Pars in gramineis exercent membra paleſtris.
Contendunt ludo:& ſulua luctantur harena.
Pars pedibus plaudunt choreas:& carmina dicunt
Hic manus ob patriam pugnãdo uulnera paſſi:
Quiq; ſacerdotes caſti:dum uita manebat:
Inuentas aut qui uitam excoluere per artes:
Quiq; ſui memores alios fecere merendo.
Omnibus iis niuea cinguntur tempora uitta.

Quãtis obſecro uiribus pclara domicilia/ac nitẽtes beatorum cãpos conat Latinus Homerus/ac Platonicus Vates oſtẽdere? Quænã ſint ea loca:quoq; ẽt pacto ſeſe habeãt:quis niſi diuinitus illuſtratus potuit explicare? Nouit tamẽ ſummus poeta:diuinus Vates piorũ:atq; ipiorũ/adeo maximã haberi rõnẽ:& pmiis/ac ſuppliciis:& Tartaro:cœloq; diſtingui. Proximus Virgilianæ elegãtiæ Silius italicus:qui egregiũ carmẽ Romanorum:& Carthaginẽſiũ bellis cõtexuit:& poematis uẽuſtatẽ ueritate cõdiuit hiſtoriæ:q recte de cæleſtibus:deq; tartareis ſedibus modulatus eſt. Apud hunc igitur inductus iuppiter:quem optimum:maximum:quẽ hoiumq;:diuumq; patrem appellarent ita Iulum præcinit.

Nec Stygis illæ lacus:iudicataq; lumine regna
Sed ſuperum ſedem:noſtroſq; tenebit honores.

Atq; alio loco poeta ipſe:pios:ac beatos:qui pro patriæ ſalute cecidiſſent:his uerſibus alloquitur.

At uos ſidereæ:quas nulla æquauerit ætas:
Ite decus terrarum animæ/uenerabile uulgus
Elyſium:& caſtas ſedes decorate piorum.

Præterea nõne & poeta idẽ pclariſſimus libro eodẽ Punicorum.xiii.uaria pœnarum genera:diuerſas ſuppliciorum:ac tormẽtorum formas:multiplices ſcelerũ facies:& fœliciũ aiarũ domicilia:cœtuſq;:& cõcilia fortunatorum/ac beatas ſedes elegãtiſſimo carmine decãtauit:quum Scipio Aphricanus:ut atros lacus nouiſſet:ita Sybillã percontatur.

Sed te oro:quando uitæ tibi cauſa labores
Humanos iuuiſſe fuit:ſiſte inclyta Virgo
Pauliſper greſſum/& nobis maneſq; ſilentum
Enumera:Stigiæq; aperi formidinis aulam.

Et cætera deinceps:quæ amæniſſimo ſilius noſter proſecutus eſt carmine. Eandem quoq; ſententiam comprobauit poeta idem ipſe libro Quintodecimo his uerſibus.

Degeneres tenebris animas damnauit auernis
At quis ætherei ſeruatur ſeminis ortus
Cœli porta patet.

Quid item ſignificant aliud apud Silium:q domiciliũ beatorum illa carmina:quã uirtus inducta loquitur?

Caſta mihi domus:& celſo ſtant colle penates.
Ardua ſaxoſo perducit ſemita cliuo
Aſpera principio:nec enim mihi fallere mos eſt.
Proſequitur labor.ad nitendum intrare uolenti.

Quid Ouidius Naſo? Nõne:& ipſe tum cæleſtes:tum infernas ſedes/præclariſſimo Metamorphoſeos poemate cecinit? Beatorum ita explicuit locos.

Eſt uia ſublimis cœlo manifeſta ſereno
Lactea nomen habet:candore notabilis ipſo
Hac iter eſt ſuperis:ad magni tecta tonantis:
Regalemq; domum.dextra:leuaq; deorum.
Atria nobilium ualuis celebrantur apertis.
Plæbs diuerſa locis habitat.a fronte potentes
Cælicolæ:clariq; ſuos poſuere penates.
Hic locus eſt:quem(ſi uerbis audacia detur)
Haud timeam magni dixiſſe palatia cœli.

Quid illa ipiorum:qua ſedes ſcelerata uocat? Nõne pro eiuſdẽ igenioſiſſimi:atq; doctiſſimi Vatis ſententia.

Eſt uia decliuis funeſta nebula taxo.
Ducit ad infernas per muta ſilentia ſedes.
Styx nebulas exhalat iners:umbræq; recentes
Deſcẽdũt illac:ſimulacraq; functa ſepulchris:
Pallor:hyemſq; tenent late loca ſenta:nouiq;
Qua ſit iter manes Stygiam qđ ducat ad urbem
Ignorant:ubi ſit nigri fera regia ditis.
Mille capax aditus:& apertas undiq; portas
Vrbs habet:utq; fretum de tota flumina terra.
Sic omnes animas locus accipit ille:nec ulli
Exiguus populo eſt:turbamue accedere ſentit.
Errant exãgues ſine corpore:& oſſibus umbræ.
Parſq; forum celebrãt:pars imi tecta tyrãni
Pars aliquas artes antiquæ imitamina uitæ.
Hic eſt ille accliuis per muta ſilentia trames
Arduus:obſcurus:caligine denſus opaca.

Hæ ſunt ſtygiæ umbræ. Hæc apud Ouidium/clarum poetam/uaſta:atq; inamæna regna. Hoc igens chaos. Hæc opaca Tartara. Hæc demq; loca plena timoris. Sed nec te ab inferorum opinione deterreãt:quum apud eundem Vatem Pythagoras ſic loquens inducitur.

O genus attonitum gelidæ formidine mortis.
Quid Styga:quid tenebras : & nomina uana timetis.
Materiem Vatum:falſiq; pericula mundi?
Corpora ſiue rogus flamma:ſeu tabe uetuſtas
Abſtulerit:mala poſſe pati non ulla putetis.
Morte carent animæ:ſemperq; priore relicta
Sede:nouis domibus uiuunt:habitantq; receptæ

Hæc nãq; nõ e ſuo ipſe poeta:ſed e Pythagoræ ſenſu deprõpſerat. Is.n.philoſophus:alias grauis/ac ſapiẽs ea ſenſiſſe de inferis peribetur:quæ a uero prorſus abhorreant:cum nihil forte aliud cõſtituiſſe inferos uideatur:q corpora ipſa:quibus animæ/quodam ueluti cæco carcere concluderentur:quã primã ſupra poſuimus de inferis ſen-

rentiam/nobis fuiſſe repertã. Quod autẽ ita ſit:uidelicet Ouidiũ ſenſiſſe aliud longe alienũ:atq; oĩno diuerſum ab opinione Pythagoræ:ſua ipſius poetæ carmina mãifeſtãt. Orpheus.n.apud eundẽ poetã libro decimo: ſic ait.

Oppoſiti ſub terra numina mundi.
In quem recidimus/quicquid mortale creamur.
Per ego loca plena timoris:
Per Chaos hoc ingens:uaſtiq; ſilentia regni
Eurydices oro properata retexite fata
Omnia debemus uobis:paulumq; morati
Serius:aut citius ſedem properamus ad unam.
Tendimus huc omnes:hæc eſt domus ultima.

Quænam autem una poteſt:atq; eadem:ultimaq; ſedes:aut domus eſſe oĩum aĩarum:ſi fœdũ corporũ carcerẽ: inferna loca eẽ credamus? Nũquid unũ erit oĩum corpus? Nũ domus una? Quomodo dixit ergo Pythagoras.

Semperq; priore relicta.
Sede:nouis domibus uiuũt:habitantq; receptæ?

Quænã ꝑterea domus erit ultima:ſi ſꝑ habitãt nouas:& ꝑpetuo mutant̃ oĩa:ſic docẽte Pythagora apud ouidiũ.

Omnia mutantur:nihil interit:errat:& illinc
Huc uenit/hinc illuc:& quoſlibet occupat artus
Spiritus:eq; feris humana in corpora tranſit:
Inq; feras noſter:nec tempore deperit ullo.
Vtq; nouis facilis ſignatur cæra figuris
Nec manet:ut fuerat/nec formas ſeruat eaſdem:
Sed tamen ipſa eadẽ eſt:aĩam ſic ſemp eandem
Eſſe:ſed in uarias doceo migrare figuras:

Demũ ita mea fert opinio:Ouidiũ in hac de ĩferis ardua ꝑtractatiõe/magis Orpheo:hoc ẽ iclyto Vati:quẽ ſummũ fuiſſe etiã philoſophoꝝ accepimus:magnũ quoq; Vatẽ adhæſiſſe:potiuſq̃ philoſopho. Sed nequeo Pythagorã nõ mirari ſubſtuliſſe. Inferos cũ ſuis aureis/ac uere aureis carminibus ſubterraneos dæmonas colẽdos ꝑcipiat. Quod ſi Dæmonas ſubterraneos eẽ fateant̃:quid Stygas:quid tenebras:& uera horũ noĩa eſſe ꝓhibeat? An pugnãtia loquunt̃ Philoſophi? At ſi Dæmones fuerint ſubterranei:ut ſint ẽt inferna loca:neceſſe eſt. Conceſſo aũt præcedente pronunciato:ut id etiam:qđ cõſequens eſt concedatur:oportet. Quis hæc uel mediocriter Dialecticis imbutus ignoret? Duplicem locum neq; Lucanus ignorauit:Hiſtoricus potius:q̃ Poeta. Itaq; apud hunc Iulia Cæſaris filia:Pompei uxor. Sedibus Elyſiis:campoq; expulſa piorum.

Ad Stygias:inquit:tenebras:maneſq; nocẽtes:
Poſt bellum ciuile trahor.

Et ad beatos ſpectãt pioꝝ cãpi:pars ætheris illa ſereni:Elyſiæ oræ. Ad iſœlices uero aĩas tacitæ erebi ſedes:Ditis ꝓfundi pallida Regna:Stygii lacus:ripa ſonans ignibus:Tartareũ antrũ:pallẽtis hiatus Orci. Sed quid mirũ/rem magnã uariis appellare noĩbus? Quod & Surculus Statius eoꝝ:quos modo nouimus:Poetaꝝ aſtipulator/fœlicibus/ac beatis aĩs:lucidã cœli plagã tribuit:ſtellãs ſoliũ: aurea tecta:aſtriferas arces:Et quæ radiãt maiore ſereno.

Culmina & arcano florentes numine poſtes
Et loquens de augure:ſic ait.
Nunc quoq; Tartareo multũ diuiſus Auerno
Elyſias ideſt carpe uias.
Alio uero in loco his uerſibus tartareũ aggreſſus eſt
Panditur Elyſium Chaos telluris opertæ
Diſſilit umbra capax:ſilueq;:& nigra pateſcunt
Flumina liuentes Acheron eiectat harenas:
Fumidus atra uadis Phlegethon incendia uoluit
Et Styx diſcretis interflua manibus obſtat.
Hæc ſunt torua cubilia:ubi undiq; pigræ
Ire uetant nubes:& turbidus implicat aer:
Et fœda ſilentis gradum rapit aura poli
Hic obiecta uias torrentum incendia claudunt.

Quid quas idẽ ſæpe cantat poeta:pallẽtes umbras referam:lethiferas domos:Stygias res infernus:ac Tartareum Barathrũ plagã cæcam tenebris:pigros/ac ſegnes lacus:uaſtas paludes:umbriferas undas:iſœlix Regnum: inane ſolum:Stygẽ umbrifero liuidã fundo:inamænum Cocyton:triſtes ripas/caligantes campos: ſteriles lucos/ferrugineũ nemus:ꝓphanatũ/atq; inane Chaos/atra/inania/ac funeſta Tartara/cauta uiſcera/atq; abruta terræ/profundas iter noctis/Stygias ſedes:ac tenebras/Stygioſq; penates/nocentẽ mundũ/nigras oras/atq; ima ſoli? Quid ſibi uult ingens ſpecus:aliud? Quid alta præceps humus oiæ ꝓfundo? Et Elyſios quidem ſecuros uocat Statius ac fœlicẽs lucos. At Inferni loci ſupplicia:& miſeram ſortem nequaq̃ ommittit.

Hoc ut fama loco pallentes deuius umbras
Trames agit:nigriq; Iouis uacua atria ditat
Mortibus:Archadii perhibent:ſi uera coloni.
Stridor ibi:& gemitus pœnarũ:atroq; tumultu
Feruet ager. Sæpe Eumenidum uoceſq;/manuſq;
In medium ſonuere diem.
Et alibi.
Forte ſedens media Regni infœlicis in arce
Dux erebi populos poſcebat crimina uitæ
Nihil hoium miſerans:iratuſq; oibus umbris
Arbiter has dura uerſat Cortinius urna
Vera nimis poſcens:adigitq; exponere uitas
Vſq; retro:& tandem pœnarum lucra fateri.
Nec funeſtorum operum reticet miniſtros
Stant furiæ circum:uarieq; ex ordine mortes:
Sæuaq; multiſonas exertat pœna catenas.

Claudianũ quid afferam teſtem? Nam raptã Proſerpinã quum ſcribit plura fortaſſe de Inferis concinit:q̃ neceſſe erat. Ac ne quis exiſtimaret eas cunctis prædiſcretas patere ſedes:ita Ditem patrẽ ad Proſerpinã iducit loquentẽ.

Amiſſum ne crede diem. Sunt altera nobis
Sidera:ſunt orbes alii:lumenq; uidebis
Purius:Elyſiumq; magis mirabere campum:
Cultoreſq; pios:illic pretioſior ætas
Aurea progenies habitat.

Et alibi:cum de Rufino ageret:hos uerſus de locis infernis elegantiſſimos edidit.

Vos pandite Vati
Pierides:quo tanta lues eruperit ortu.
Inuidiæ quondam ſtimulus incanduit atrox
Alecto/placidas late quum cerneret urbes.
Protinus infernas ad limina tetra ſorores
Concilium deforme uocat:glomerant̃ in unum
Innumeræ peſtes herebi:quaſcunq; ſiniſtro
Nox genuit fœtu:nutrix diſcordia belli:
Imperioſa fames:letho uicina ſenectus:
Impatienſq; ſui morbus:liuorq; ſecundis
Anxius:& ſciſſo mærens uelamine luctus:
Et timor:& cæco præceps audacia uultu:
Et luxus populator opum:cui ſemper adhærens
Infœlix humili greſſu comitatur egeſtas:

Fœdaq; auaritiæ complexæ pectora matris
Inſomnes longo ueniunt examine curæ
Complentur uario ferrata ſedilia coetu:
Toruaq; collectus ſtipatur curia monſtris.

Itaq; apud hūc Poetā/caligātes talami: trepidæ ſedes/imæ terræ/iners uulgus/liuētia uada/ſerale Barathrū/pallentia caſtra/rude ſoliū/nigra Maieſtas/ſqualletia/atq; īmania ſceptra foedus ſitus/rigēs iclemētia/diræ Plutōis formæ/iformes plagæ/deſerta aula/horrēda palus Stygii receſſus/nigrātia orci ſpatia/marcida lethes ſtagnia/durum/ac uerēdū Chaos/opaci anfractus/imanes hiatus erebi/flagrātes riui/pallida regio/tenebroſa ſilētia: æterna nox/formidatus furor/tenebroſus receſſus/picei caligo regni/tetra limina/deforme cōcilium/cōtraq; altera ſidera/purius lumē/Elyſii cāpi/pii cultores: prætioſior ætas/progenies aurea/mollia prata/perpetui flores/prædiues arbor/rami fulgentes/fortunatus autūnus/ac fulua poma/nōne hæc ſimul omnia facile declarat: aperteq; demonſtrant locorū uarietatem: & bonoꝝ item malorumq; diſcrimen? Eos uero poeta redarguens: qui poſt mortem/nec miſeri/nec fœlicitati locum eſſe cenſerent. Sic inquit.

Omnia mors æquat. Tu damnatura nocentes
Tu requiem latura piis. Te iudice ſontes
Improba cogentur uitæ commiſſa fateri

Sed iam præſto ſit. M. Anneus Seneca: qui & ipſe plæriſq; in locis/manifeſtum noſtræ ſententiæ perhibuit teſtimonium. Illi uero imprimis aureoli uerſus ſunt.

Nunq̄ Stygias fertur ad umbras
Inclyta uirtus. Viuite fortes:
Nec letheos ſæua per annes
Vos fata trahent.
Sed quum ſummas exiget horas
Dies iter ad ſuperos gloria pandet.

Et in hercule Theſeus multa de inferis: illud præclarum.

Eſt in receſſu Tartari obſcuro locus:
Quem grauibus umbris ſpiſſa caligo alligat.

In quo cōſtat (niſi fallor) atq; (ut ait Amphitriō) uera ē fama. Sceleris nocētes debitas pœnas dare. Hūc ſubire locū: extrema miſeria eſt: ubi plectunt impii: ubi ſempiterni luctus ſupplicia ppetiunt. Siquidem illud uerum eſt.

Cæleſtis ira: quos premit: miſeros facit.
Humana nullos.

Nūc uero audiēdus ē Iunius Iuuenalis: Poeta Satyrus/nec tā figmēti ullius amator: q̄ acerrimus flagitioꝝ/ac ſceleꝝ iſectator. Quis pteręat hūc: q pditos mores grauiter carpſit: lōge uero a poetaꝝ inuētis abſuit? Is igit cū animaduerteret maloꝝ cauſam eam præcipuam eſſe: ut putarent homines/nullos eſſe poſt mortem: patratorum facinorum cruciatus: acriter irreligionem: atq; impietatem redarguit Romanorum: & idignatione magna percitus: hos uerſus edidit ſerio: q̄ ioco potius/ut plane liquet.

Eſſe aliquos manes/& ſubterranea Regna
Et contum: & Stygio ranas in gurgite nigras:
Atq; una tranſire uadum tot millia Cymba

Nec pueri credunt. Adeo perditi: atq; corrupti ſunt mores hominum. Niſi: qui nondum ære lauantur/id eſt quos nondum prauæ conſuetudinis infecit error. Sed tu uera puta. Quiſquis rectam uiuendi uiam ſectari uelis: præſertim cum locupletiſſimi teſtes id ipſum firmiter comprobauerint.

Curius quod ſentit: & ambo
Scipiadæ: quod Fabricius: Maneſq; Camilli:
Quod Cremeræ legio: & canis cōſumpta iuuētus
Tot bellorum animæ: quotiens hinc talis ad illos
Vmbra uenit: cuperent luſtrari: ſiqua darentur.
Sulphura cum tedis: & ſi foret humida laurus.

Præcipit exoſus ipios errores mordax Poeta: ut ſubterranea Regna uera eſſe credamus: qđ. M. Curius ſenſit: qui cōtra Sānites Impator maluit paup eſſe: q̄ iniuſte maximā uim auri poſſidere: cuius uictus tenuitas ſolā uirtutē: atq; honeſtatē ſequebat: quæ ſola in cœlū uia eſt: ſicut & ad iferos iprobitas. Quod ſenſerūt duo illa ppugnacula Belli Punici: ut eximius Orator iquit: ut uero cecinit nobilis Poeta: duo fulmia belli. CN. & Publii Scipiones: qui Carthaginēſium aduentū corporibus ſuis itercludēdū putarūt: qui ſe uelut uictimas quaſdā pro patriæ ſalute hoſtibus deuouerūt. Quod Fabricius ſenſit: qui bello Sānitico cōtra Pyrrhū: Cōſul egregiæ uirtutis pbuit documēta: cuius cōtinētia tot: tātiſq; laudibus celebrat. Quod Furius Camillus ſenſit. Nōne hic exul patriā Gallorū ipetu: atq; obſidione liberauit? Quod trecēti ſenſere Fabii: qui tāto uirtutis ſplēdore claruerūt: ut pro ſalute patriæ/oēs apud Cremerā Fluuiū a Verētibus trucidati ſint: uniis ſeruatis reliquiis ex ea gente paruulo Fabio: q pp ipuberē ætatē: domi relictus eſt. Quod ſenſerūt tam multi: tamq; pclari uel Duces/uel Milites: qui oēs una cū Paulo Emilio: & Varrone Cōſulibus: diſſipato ab Hānibale exercitu apud Cānas uicū Apuliæ pierūt: qđ tā multi pſtātes igenio/ac natura uiri pculdubio crediderūt: qđ nō pbauerūt: quoꝝ turpitudine/ac ſcelere perdita mens: ueritatis lumine orbata eēt. Quales hi teſtes habēdi ſunt: quos ad hāc de iferis cōprobādā ſnīam in mediū Iuuenalis pduxit? Nōne eoꝝ ſtandū dicto eſt potius: q̄ pditoꝝ quorundā: qui ſcelerate: atq; ipie iferos falſa opinione ſubſtulerūt? Multi apud Atheniēſes: multi apud Lacedæmonios: multi apud Romāos: multi apud multas & nationes orbis & gētes: bello etiā uoluntaria morte perierunt: quid ſpectātes aliud: quid arbitrantes: q̄ iuſtis uiris: & fortibus paratum in cœlo locum eſſe: in iuſtis uero: atq; ignauis apud inferos ppetuos cruciatus? Sed omnis Poetarum chorus (ne in leuioribus) ut nōnulli fortaſſis arbitrantur (teſtimoniis immoremur diutius) noſtram hanc ſententiam ſæpe & confirmat: & concinit. Lucretium excipio: qui cum ſe ſapientiæ præcepta ſcribere profiteretur: ſolus mihi hac in re deſipere uidetur. Huius illi ſunt uerſus.

Atq; animarum quæcunq; Acheronte profundo
Prodita ſunt eſſe: in uita ſunt omnia nobis:
Nec miſer impendens magnū timet aere ſaxum
Tantalus: ut fama eſt: caſſa formidine torpens.
Sed magis in uita dominū metus urget inanis:
Mortales caſumq; timent: quēcunq; ferat fors:
Nec Tityon uolucres ineunt Acheronte iacentem
Nec quid ſub magno ſcrutentur pectore quicq;
Perpetuam ætatem poſſunt reperire profecto.
Quamlibet imani proiectu corporis extet:
Qui nō ſola nouem diſperſis iugera membris
Obtineat: ſed qui terra totius orbem

Non tamen æternum poterit perferre dolorem:
Nec præbere cibum proprio de corpore ſemper:
Sed Tityus nobis hic eſt in amore iacentem
Qué uolucres lacerant:atq; exeſt anxius angor:
Aut alia quauis ſcindunt turpidine curæ
Siſyphus in uita quoq; nobis ante oculos eſt:
Qui petere a populo faſces:ſæuaſq; ſecures
Imbibit:& ſemper uictus triſtiſq; recedit:
Ná petere imperium:qđ inane eſt:nec datur unq̃:
Atq; in eo ſemper durum ſufferre laborem:
Hoc eſt aduerſo nixantem trudere montem
Saxum quod tamé ſummo iam uertice rurſum
Voluitur:& plani raptim petit æquora campi.
Deinde animi ingratam naturá paſcere ſemper:
Atq; explere bonis rebus:ſatiareq; nunquam:
Quod faciunt nobis annoꝝ tempora circum:
Cum redeunt:fœtuſq; ferunt:uarioſq; lepores:
Nec tamen explemur uita fructibus unquam
Hoc opinor:id eſt æuo florente puellas
Quod memorát laticem pertuſum cogere in uas
Quod tamen expleri ulla ratione poteſtur
Cerberus/& furiæ iam uero & luce egeſtas
Tartaros horriferos eructans faucibus æſtus:
Qui neq; ſunt uſquá:nec poſſunt eſſe profecto:
Sed metus in uita pœnarum pro maleſactis:
Eſt inſignibus inſignis ſceleriſq; luela
Carcer/& horribilis de ſaxo iactus eorum
Verbera carnifices robur pix iam minat ede:
Quæ tamé & ſi abſunt:at mens ſibi cóſcia factis
Præmetuẽs adhibet ſtimulos:torretq; flagellis:
Nec uidet interea qui terminus eſſe malorum
Poſſit:neq; ſit pœnarum deniq; finis.
Atq; eadé metuit magis hæc ne in morte graueſcát
Hic a Cerufia fit ſtultoꝝ deniq; uita.

Sed nihil mirádũ eſt:hæc illũ ſenſiſſe de Inferis:qui aíoꝝ ímortalitaté ſubſtulit:in qua opinióe nimiũ turpiter lapſus eſt. Vno aũt abſurdo admiſſo(ut rectiſſime Ariſtoteles ait)multa exinde naſcunť.Id mirũ íprõptu eſt. Sed audite mortales.Volo.n.núc rõné afferre/in mediũ e ueteꝝ:atq; íprimis ſapiétiſſimi Ciceronis theſauris deprõptá:qua certo ꝓbabimus:ac firmiter cõcludemus:& ſupos dari oíno:& íferos eé: ut qui bene egerint & uixerint cũ uirtute bene ante actæ uitæ:ac multoꝝ recte factoꝝ debita reportét pmia:& ecõtra iniuſti & ípſi dignas pœnas luát ſceleꝝ patratoꝝ.Ná ſi & beatoꝝ domicilia/ſimul & ſupplicioꝝ loca ſubſtuleris:qđ tũ q̃ſo/erit bonoꝝ/malorũq; diſcrimé? Quæ tũ ét fuerit pietas? Quæ ſanctitas? Quæ religio? Quid.n.laborare oportet aſſidue:& ꝓ uiribus ſedulo bõis opibus íſudare:ſi nullá Deus habeat bonoꝝ operũ rõné? At ſublatis iis uirtutibus:q̃s mõ cõmemorauimus:pturbatio uitæ ſũma ſequeť:& reꝝ oíum magna cõfuſio:atq; haud ſcio(ut latinæ linguæ delitiæ Cicero inqt)an pietate aduerſũ Deũ ſublata:fides etiá & ſocietas generis humani/& una excellẽtiſſima uirtus iuſtitia tollať.Præterea(ut Cice. argumẽtať libro de Natura Deorũ tertio)ſicut neq; domus/neq; reſpublica rõne q̃dá & diſciplina deſignata eé uideať:ſi i ea nec recte factis pmia exiſtát:neq; ſupplicia peccatis:ſic mundi in hoíes diuina moderatio ꝓfecto:nulla eſt ſi i ea diſcrimé é nullũ bonoꝝ & maloꝝ.At rñdeat fortaſſe aliqs/uirtutis & uitioꝝ ſine ulla diuina rõne/graue ipſius cõſciẽtiæ pondus eſſe:qđ & Satyrus Poeta confirmat dicens.

Exemplo quodcũq; malo cõmittitur:ipſi
Diſplicet auctori.Prima eſt hæc ultio:quod ſe
Iudice/nemo nocẽs abſoluitur:improba quáuis
Gratia fallacis prætoris uicerit urnam:

Idem quoq; approbat.T.Lucretius his uerſibus.

Mens ſibi conſcia factis.
Præmetuens adhibet ſtimulos:torretq; flagellis.

Idem ſenſiſſe uidetur noſter Statius:quum ſic ait primo Thebaidos.

Aſſiduis circumuolat alis
Sæua dies animi:ſcelerũq; in corpore diræ.

Item libro Tertio Inuigilant animo:ſceleriſq; parati Supplicium exercent curæ.

Nõne & Agamẽnonius ſcænis agitatus Oreſtes rei huius fidé facit? Hic cõſciẽtiæ male actoꝝ ſtimulis cõmotus/uerſus in furoré/armatá(ut ait poeta magnus)facibus matrẽ:& ſerpẽtibus atris fugit:ultriceſq; ſedent in limine diræ.Hos etiá cõſciẽtiæ/ueluti ſubmonẽtis rõnis tacitos monitus/ac pungẽtes aculeos grauiter & luculẽte cõfirmat elegátiſſimus noſter Platonicus Apuleius eo libro:qué íſcripſit de Deo Socratis/his uerbis. Qui uero pp aduerſa uitæ merita nullis bonis ſedibus in terra uagatióe/ceu quodá exilio puniť:inane terriculamẽtũ bonis hoíbus:cæteꝝ noxiũ malis:húc pleriq; laruá phibẽt.Idé plane aſſerit ueteꝝ oíum ſapiẽtiſſimus/atq; optimus trimegiſtus:qui hác eandé ſniam explicaturus eo ipſius opere:qđ ſibi pſcripſit Pimádri nomé:íterrogatus a filio Tatio:quo cruciať hoís aía:qđ ue ſuppliciũ huius aíæ grauius:ſic reſpõdẽs ait.Impietas o fili mi Tati. Cuius ná ignis ardentior flãma/q̃ ípietas eſt? Quæ ná fera mordax ita corpus lacerat:ut ípietas laniat animam? Nõne uides/quot malis aíus pmitur ípius? Heu ſic fili uociferat aíus ípius. Vror:abſumor. Quid dicá:quid agá:neſcio:deuorát me miſerũ mala:undiq; cõfluẽtia. Nõ uideo quicquá.Heu miſer nõ audio. Tales aſfiicti ſunt animi uoces:talis naturæ cõgrua mulcta:non qualé tu forte fili/& alii quidá arbitranť:quibus uideť aía noſtra/poſtq̃ eſt humaná exuta figura/in corpora degenerare brutoꝝ.Hic.n.ípius error.Ité libro eodé:loco alio ſic patré Tatius ít errogat. Num ultores ítra me ſunt? Mercurius ſic reſpõdet.Nõ pauci fili:ſed horribiles/ac multi. Tatius.Ignoro pater: Mercurius.En fili hæc una eſt ultrix:ignorátia:ſecũda triſtitia:tertia íconſtátia:quarta cupiditas:iniuſtitia quinta: ſexta luxuries:deceptio ſeptima:octaua iuidia:fraus nona:decima ira:undecima temeritas:duodecia uero malitia. Hæ quidé ſunt numero duodecim. Sub his plures aliæ cõtinenť:q̃ p corporis carceré íclufum ítrinſecus hoíem ſenſibus pati cogũt. Abſunt aũt iſtæ ab eo q eſt Dei fulctus clementia. Hæc Trimegiſtus. Huic quoq; ſniæ Chriſtiani Theologi atteſtanť:qui eá aíæ potẽtiá rõne altioré/ſeu habitũ aíæ potius:ſiue etiá(ut alii malũt)rõnem ipſam:q̃ & íſtigare diciť ad bonũ:& ímurmurare de malo:ꝓprio noíe Syndereſin noíarũt: & eius opationé atq; actum ſuo quodá uocabulo appellauerũt Cõſciẽtiá:cuius ꝓpria munera eé affirmát(ut coꝝ ipſoꝝ uocabulis utar)teſtificari/ligare/mitigare/accuſare/remordere/repræhẽdere. Huc tendũt ét:q̃ ſcripſit auctor eminẽtiſſimus Cicero i paradoxis/ſic alloquẽs inimicũ. Te miſeriæ:te ærũnæ pmũt oés:q te beatũ:q florẽté putas. Tuæ libidines te torquẽt. Tu dies/nocteſq; cruciaris:cui nec ſat é:qđ é:& id ípm/qđ habes:ne nõ diuturnũ ſit futuꝝ/times. Te cõ-

ſciētiæ ſtimulāt maleficioꝝ tuoꝝ. Te metus examināt iudicioꝝ/atq; legū. Quocūq; aſpexiſti: ut furiæ: ſic tuæ tibi occurrūt iniuriæ: ſuſpirare q̄ te libere nō ſinūt. Quāobrē ut īprobo & ſtulto & inerti nemini bene eē pt: ſic bonus uir & ſapiēs & fortis miſer eē nemo pt. Hæc Cicero: q libro ēt de legibus prio ad hāc eādē ſniam firmius cōprobādā his uerbis ē uſus. Scelerū ī hoīes/atq; īpietatū nulla expiatio ē. Itaq; poenas luūt nō tā iudicis: q̄ quōdā nuſq̄ erāt. Hodie multifariā nulla ſūt: ubi ficta tn̄ pſæpe falſa ſūt: ut eos agitēt: īſectenſ q; furiæ: nō ardētibus tædis/ ſicut ī fabulis: ſed āgore cōſciētiæ/fraudiſq; cruciatu. Boetius quoq; id ipm̄ uideſ his uerſibus cōfirmare.

Habet hoc uoluptas omnis,
Stimulus agit fruentes
Apiumq; par uolantum:
Vbi grata mella fudit:
Fugit: & nimis tenaci
Ferit icta corda morſu.

His auctoribus/ſimul & argumētis annixi affirmāt mali & aī & mētis hoīes hmōi eē caſtigādoꝝ moꝝ: ac ſceleꝝ modū & ordinē. Sed nō ſatis iuſta hæc ,pfecto uideſ rō puniēdi. Ita eſt. n. īterdū nōnullis totius lumē rōnis extinctū: ac male uiuēdi cōſuetudie deprauata uolūtas: ut nulla re prorſus/niſi malis opibus delectenſ. Atq; hoc ,pculdubio uſu ſoleat euenire iis pſertim populis: qbus certa pateat peccādi licētia: & nōnulloꝝ uenia delictorū. Proditū mēoriæ ē id: qd grauis auctor ſcribit. A. G. Apud ægyptios genus hoīum ſolers/& ſagax/furta quōdā licita & pmiſſa fuiſſe: apud Lacædemōios aūt ſobrios uiros/& acies nō īpunita ſolū: ueꝝ ēt ſtudio affectata: & ,p exercitio utili celebrata: fit ēt ut īterdū qdā/quos hoīes ne/an belluas potius ī figura hoīs appellē: neſcio: qa uel male īgenio nati: ſeu q̄dā morū prauitate corrupti: uel deniq; ſecūdis rebus elati/īmorderatius exultēt: ſuæ libidini ſeruiāt: īſidienſ bonis: malos euehāt: pro ſuo oīa arbitrio gerāt: nullū relinquāt prudētiæ ac uirtuti locū. Hi ſūt: q diuturni/atq; atrocis belli cupidi/ac reꝝ nouaꝝ/nunq̄ cōtēti rebus pſentibus/ſancti fœderis ac iuriſiurādi temerata ac uiolata religiōe mirū in modū gaudēt: iniuſtis alienaꝝ reꝝ occupatiōibus īpinguanſ: ciuitatū direptiōes affectāt: clādeſtinis cōſiliis/multiplicibus artibus/occultis cōſpiratiōibus libertatē occupare/& dulciſſimæ pſiæ gloriā (proh ſcelus imane atq; īfandū/īmēſumq; flagitiū) uel extenuare/uel delere cōtēdūt: & ī diuio pſidio/cæleſti ,ptectiōe/mira Dei ptāte. & illa potēti dextra: quā nec hoīs lingua: nec Angeli fari uox poſſit/bonoꝝ uiroꝝ: īmo totius ciuilis ſocietatis/atq; humāæ cōciliatiōis/& cūctoꝝ uitæ mortaliū cā defendereſ: rueret orbis ſæpius & ſæpiſſime: īmo uero ſemp ſubuerterenſ humāa: cœlū terris & mare cœlo/oīa demū oībus miſcerenſ cōfunderenſ: cad erēt: tēploꝝ euerſiōes/iidē quos mō dixius/machinanſ: ſacris ædibus ardētes faces ac tacitā fauillā magni ſemē īcēdii ſubminiſtrāt: alienis diteſcūt laboribus: hoſpitas domos/dulce miſeris: & reꝝ oīum egenis ,pfugiū euertūt: & q̄ ī eis ſūt/diripiūt bona oīa: pauperū ſpoliis exultāt: īnocētes īcautos excipiūt: thalamos irrūpūt: ferro aggreſſi bonos uiros lecto ſecure iacētes/curis cōfectos/& ſomno grauatos īuadūt: iugulo enſem demergūt: & bacchatim miſelloꝝ diſcerpūt corpa: humāo cruore fœdanſ: iuſtoꝝ cæde ipſoꝝ dextera maculanſ: & fauces ſcelerāt uiuo ſanguie eoꝝ: quos chara domi uxor expectat: dulces nati & feſſi ætate parētes: quos eiulatus: quos fletus: qs lamētatiōes daturi: cū proh dolor/miſere trucidati/mortē miſeriores ipſi accepint/diutius expectati. Quæ poena: qd ſupplicii ac tormēti genus par eſſe pōt peccato eoꝝ: q dolū/fraudē/uim moliunſ: ac necē parāt īnocētibus: & ī abſcōdito q̄ſi leones ī ſpelūca īſidias texūt aurū poſſidētibus: & hoꝝ īhiant opibus: atq; ipſoꝝ captiuitatibus ac dānis inumerabilibus/& turpiter ab ſe cæſis hoībus glorianſ: fas oē abrūpūt: bonos uiros obtruncāt: auro ui potiūſ: Virgines rapiūt: & ueluti pecora/q̄ uētri ſimul & ueneri mater oīum natura obediētia finxit: temere in caſtiſſimaꝝ pudicitiā puellarū graſſanſ/bipedū cunctoꝝ lōge neqſſimi: & quos terra ſubſtinet/multo oīum ſceleſtiſſimi: ac demū ſtupris/īceſtibus/adulteriis/raptibus: & qd dicere aīus horret: ac pudore refugit: execrāda pueroꝝ abuſione miſcēt oīa: & rectā uiuēdi rōnē/modū/ordinēq; ſubuertūt: atq; confundunt.

Hic talamum inuaſit natæ: uetitoſq; Hymæneos.
Hi: quibus inuiſi fratres: dum uita manebat:
Pulſatus ue parens: & fraus innexa clienti:
Aut qi diuitiis ſoli incubuere repertis:
Hæc partem poſuere ſuis: quæ maxima turba eſt.
Hiq; ob adulterium cæſi: quiq; arma ſecuti
Impia: nec ueriti dominorum fallere dextras.
Auſi omnes immane nefas: auſoq; potiti.

Horū uitā & mores ſapiētiſſimus Cōcionator luculēter expſſit his uerbis ſapiētiæ libro: cū īpios ſic loquētes īducit. Opprimamus pauperē iuſtū: & nō parcamus uiduæ: nec ueterāo: nec reuereamur canos multi tpis. Sit aūt fortitudo nr̄a/lex iniuſtitiæ. Qd. n. īfirmū eſt: iutile iuenit. Circūueniamus ergo iuſtū: qm̄ iutilis eſt nobis: & cōtrarius eſt opibus nr̄is: & īpropat nobis peccata legis: & diffamat ī nos peccata diſcipliæ nr̄æ. Hæc ſalomō de iniuſtis & īpiis. His ne ſatis erit ſtimulus cōſciētiæ ad puniēda īfanda eoꝝ facinora/atq; horrēda flagitia/& imania ſcelera: Impūe ergo mali bonoꝝ colla calcabūt: Ita ne īpuniti/īprobi uiros ītegros ac uirtute pditos ſollicitabūt: nec ulla unq̄ poſt mortē ſeuni animi exercebūt ſupplicia: Nō ita Herculæ: nō ita: ſed grauiſſimas poenas/ac ſæua tormētoꝝ genera patienſ: ſicq; maior fiet noxa maloꝝ: & modis peioribus torq̄buntſ. Creſcūt ad culmia rerū iniuſti: ac tollunſ ī altū: pro Claudiani nr̄i uera ſnia: ut lapſu maiore ruant. Iuſtis aūt gloria fuerit longe maior: ſi graues hos/atq; acerbos caſus/& dura īfortunia ferēt æquo ac patiēte aīo/Sero licet forte poena ueniat: ueniet tamē aliqn̄ ac tādē hui q̄ dira ueniet. Magna Deus oīpotēs parat: ac maior uenit ira tardior. Ipſe qdē reꝝ oīum cōditor Deus: ac naturæ parēs/lētus/atq; iners aliqn̄ uideſ: & errare ſinit ,p arbitrio nocuos hoīes: atq; habēas laxat male agētibus: attamē diē expectat: tps obſeruat: neq; iraſciſ p ſingulos dies. Væ niſi cōuerſi hoīes fuerint: gladiū ſuū furēti ſimilis Deus uibrauit: arcū tetēdit: pharetrā reſerauit: ac uenēata cuſpide tela deprōpſit. Cernere mox poteris hoīum ſtrages: & turpiter paſſim iacētia/atq; defuncta corpora peccatoꝝ: quorū aīæ ēt poena icomparabili apud īferos cruciabunſ. Aīos īprobi ueſtros aduertite: q nihil ſub hoīum pedibus eē putatis. Sic creditote: ſic habetote: Deū optimū/atq; iuſtiſſimū grauiore poena lēta ocia/ac tarda piacula repēſurū: Diuinā ptātē effugere nō poteſtis: nec ullus eē ualeat oīno totus ſæculis: & uēturis tpibus oīum curriculis: q uos de manu poſſit oīpotētis eruere. Quæcunq; capeſſetis: teſtis ſemp fuerit factoꝝ Deus: q locis oībus pſens aſſiſtit: ui & eēntia cōplet: uni-

uerſo orbi imperat:& eius audiunt uocem:atq; imperio ſubiiciuntur:ac uoluntati parent omnia. Quo ibitis ab oculis eius:& quo a facie ipſius cõfugietis inſani? Si aſcenderitis in cœlum:ſedes illud eſt Dei: ſi deſcenderitis ad inferos/coram aderit id:quod ne ipſe quidem magnus Vates Virgilius ignorauit:quum ſic ait ſexto æneidos,

Principio cœlum/ac terras:campoſq; liquentes:
Lucentemq; globum Lunæ:titaniaq; aſtra
Spiritus intus alit:totamq; infuſa per artus
Mens agitat molem:& magno ſe corpore miſcet.

Item in Dameta. Iouis omnia plena. Quod & Trimegiſtus ſenſit:ſic ingens in Pimádro. Cuncta plena ſunt Deo, Item qui a Theologia Orphei profecti ſunt/ſic de Deo tradiderunt.

Ipſe & enim ſemper ſimul eſt:ac totus ubiq;.

condiderunt eo ſtabilius ſunt adepti Imperium? Neq; enim decem tabulis contenti/quas decē uiri/ Hermodoro Epheſio auctore tuliſſent. Duas inſuper adiecere:quæ oēs perſcriptæ ebore duodecim tabularum leges nūcupatæ ſunt. Mox ex his/ius ciuile:qđ Papirianū uocant:poſt legis actiones ꝓfectæ ſunt:qđ ius Flauianū dixerunt. Senſim uero & plebiſcitū:& ſenatuſcōſultū:aliaq; itē iura cōſtituta ſunt:ad quæ ſeruanda. TR.PL.COSS.PR. Aediliq; Magiſtratus creabant:qui cū iuridicūdo præeſſent/ius ſuū in ciuitate cuiq; tribuebāt. Atq; ita legibus cōſtitutis:iuſtitia:& æquitate ſeruata/res Romana facile orbis Imperiū necta eſt. Cum igit̃ tāta eſſet iuris utilitas/ac Maieſtas:oēs qui cōſtituerint reſpublicas:& leges uſpiā cōdiderint:ꝑpetua ſæculorum oīum admiratione celebrāt. Hinc apud Hebræos Moyſes:apud Aegyptios Mercurius Vulcanus: apud Athenienſes Cecrops Rex/Draco/q; Solon:apud Cretēſes Minos:apud Spartiatas Lycurgus:apud Argiuos Phoroneus:apud Calcideſes Traciæ Androdamus:apud Corinthios Phidon:apud Mileſios Hippodamus:apud Locros Occidētales Zaleucus:apud Mitilenæos Pittacus:apud Thebanos Philolaus:apud Carthaginēſes Phaleas:apud Catinenſes cæteroſq; ; qui circa Italiā:& Siciliā ſunt Calcidicos populos Carōdas/ac ꝑterea Socrates/Plato Ariſtoteles:oēs/diuinos quoſdā honores meruerūt: Quibus apud Romāos honoribus Numa pōpilius affectus ē? Quibus poſt exactos Reges.P.Papirius/Appius Claudius/Sēpronius/Scipio Naſica:Quin.Mutius:Tib.Corrūcanus/ Sex. Aelius.M.Cato/Pub. Mutius/Brutus/Māilius:qbus dehic/Pub.Rutilius/Ruſus/Q.u.Tubero/Cor.Antipater/Lutius Craſſus/Aquilius Gallus/Balbus Lucilius/Ser.Sulpi.Alfenus Varus/Offilius/Aufidius/Ateius Capito/Antiſtius Labeo/Maſurius Sabinus:Nerua.C.Caſſius/Proculus/Priſcus Labolenus:qbus itē Vlpianus Florētinus: Hermogenianus/Caius/Paulus/Papinianus/Pomponius/ Celſus/ Modeſtinus/ Martianus/Neratius/ Caliſtratus Trifonius/Iulianus/Marcellus/Venuleus/Aphricanus/Calphurnius/Terētius Clemēs/Claudius.Saturnius/Arrius/ Menāder .C.Trebarius/innumerabiles alii:a qbus orta/iura tradita interpretata ſunt:quibus inquā oēs ſunt affecti honoribus? Magna quippe ē eius ciuilis prudētiæ laus:q̄ colit̃ honeſtas:turpitudo cōtemnit̃:iniuria ꝓpulſat̃:multat̃ improbitas. Nā & q̄ de pignoribus:& ipothecis:q̄ de aqua pluuia arcēda:de cædēdis arboribus:a prudentibus uiris:ac iure cōſultiſſimis cauta ſunt oīa.ad bene/ac beate uiuendū ꝑtinent. Huic arti finitima eſt dicēdi facultas:q̄ tota cū honeſti/iuſtiq; diſciplina īplicita eſt:atq; cōfuſa utpote ex intimis ſapiētiæ fontibus manans. Eſt.n.& uirtutis comes:& humanæ uitæ gubernatrix. Itaq; fuit quoddā tēpus:cū iidē benedicēdi artē īſtituerēt:qui bene uiuendi præceptores eſſent. Sed inertia hoīum duo penitus cohærentia perperā/ſtulteq; diſtraxit. Magna uero eſt eloquētiæ uis/ac poteſtas/adeo ut Piſiſtrato/Soloni/Temiſtocli/Alcibiadi:Critiæ/Therameni/aliis pleriſq; plurimū apud Athenīēſes autoritatis peperent. Hanc primus Empedocles Agrigētinus nouiſſe tradit̃:qđ & ipſe ꝓbarem:niſi Homerus autor optimus/Vlyxem/Pœnicē/ Achillem/Neſtorē/lōge Empedocle antiquiores fuiſſe Oratores oſtēderet. Eiuſdē uero artis ſcriptores antiquiſſimi ferunt̃ Corax & Liſias Siculi/ Gorgias Leontinus: Thraſimacus Calcedonius/Prodicus Chius:Protagoras Abderites/Hippias Helius/& Platonis Palamedes/Alcidamas Eleates/Antiphon:qui primus oīonē ſcripſit. His accedūt Policrates:Theodorus Bizātius/Pericles/Athenienſis:Iſocrates q primus numeros oīoni adiecisse fert̃. Tū Ariſtoteles/Theodectes/Theophraſtus : Hermagoras Atheneus:poſt Apollonius Molon/ Areus Cecilius/ Dionyſius Alicarnaſeus/ Appollodorus Pergamenus/ Theodorus Gradareus:alii cōplures. Sed unus.M.Cicero Græcorum oīum ingenia ſuperauit:qui non ſolū habuit eloquētiā:ſed ꝑcepta ēt dicēdi cumulatiſſime cōplexus eſt. Illa quoq; philoſophiæ pars:quæ & Phyſica a Græcis dr̃:& tota in cōtēplatione cōſiſtit:nō mediocrē hoībus utilitatē affert. Hac.n.humanarum rerum: q̄ ortui/ & interitui obnoxie ſunt:cāſ/ac primordia īquirimus. Hac naturā ſpeculamur:quattuor oīa gignentiū corporum. Hac terrenas mundi partes/Humidas/Igneas/aīaleſq; cognoſcimus. Hac res inanimes:atq; animatas inueſtigamus. Hæc docet errantē lunā/Soliſq; labores:unde hoīum genus:& pecudes:unde imber/& ignis/Arcturum/Pliadaſq;/Hyadas Geminoſq; Triones. Quid tantū Oceano ꝓperent ſe tingere ſoles Hyberni:uel quæ tardis mora noctibus obſtet. Hac deniq; hō:qđ Delphicæ iubent lr̃æ:ſe ipſum nouit:qđ cū fit:ſi uera dicit Auerrohus/ꝓ nihilo habitis fragilibus rebus uera bona cōplectit̃/ac natura duce/prudēs/iuſtus/fortis/tēperās haud ambitioſe honorum appetēs/liberalis:māſuetus/uerax/magnificus facilis pudicus/comis/demū ſecurus/trāquillus/ magnanimuſq; euadit. Ea eſt enim bene degendæ ætatis cā/cognitio ſui. Huius inuentor/Thales Mileſius fuit/Ariſtoteles princeps. Quid diſſerēdi rō:quā in duas partes ſecant:unā inueniēdi/alterā iudicādi:nonne & ipſa quoq; uberrimos/ ac mirificos fructus uidet̃ afferre:Hæc nanq;(ut probe noſtis) quodlibet diffinitione circūſcribit:diuiſiōe ꝑſoluit: demōſtratione cōprobat. Huius auctorē Zenonē Eleatem fuiſſe perhibēt. Atq; in altera pte Stoici plurimū elaborarunt: Ariſtoteles uero Stagerites/in utraq; dominatus eſt. His igit̃ imbutus aīus(credite mihi)nunq̄ aberrabit in uita: Harū ſiquidē inſtitutiōe/Dei ipſius Maieſtatē/ex quadā pte intelligimus:trahimur/ac ducimur ad diuinū cultū. Spe ꝑmii uirtutē colimus:pœnarum/ac iudiciorum metu flagitia deuitamus:ob errāti multitudini ꝓbitatē perſuademus:nos ipſos ꝑſpicue intuemur:uera/a falſis ſeiūgimus:ꝑſtamus belluis:hoībus ipſis antecellimus: qbus muneribus:qd utilius:qd ꝑſtātius:qd eē abſolutius/ac ſublimius pōt? Vultis ne/& de Mathematicis diſciplinis. Arithmetica/Geometrica/Muſica/ paucula ſubnectā? Quod uos malle conicio hūc locū ſilētio ꝑteriero. Nam & ueſtro obtuitu:& nōnullorum cōtractis ſuperciliis admonitus ad eā partē Philoſophiæ:q̄ corporis curā attingit : oīonē cōuertam. Nā ut ommittam Gymnaſia:paleſtrā/diſcum:Pedotriuarum inſtituta:ludorum uarietatem : quibus rebus/ad uires/ac robur iuuentus impellit̃. Medicina ꝓfecto cunctas pene artes utilitate præſtat:q̄ & bonā ualitudinē tuet̃:& aduerſam ꝓpellit. Quo quid melius eē:quid utilius pōt? Stupet nanq; aīus ipſe quādiu fragile corpus:doloris aculeis cruciat̃:ut neq; cōtemplari quicquā:neq; uirtutis opus obire queat. Quo circa ꝑſto eſt Medicorum īduſtria:atq; ars:q̄ ita hoīum uitæ/ac ſaluti cōſulit:ut eius beneficio:immaturum plerūq; effugiat interitū. Primus omnium in ea ſcripſit Eſculapius:hūc ſecuti ſunt illuſtres Medici:atq; eius filii:Podalirius : & Machaon: quos canit Homerus Agamēnonē ſectos in Troiano bello:nō mediocre emolumētū Græcorum exercitui contuliſſe

tuliſſe. Eidē/& multi ſapiētiæ ſectatores plurimū tēporis tribuerūt: Pythagoras Samius: Empedocles Agrigētinus/Democritus Abderites/Heraclides/Herodius Selibrianus/Gorgias Leontinus: Prodicus Chius/Hippocrates Chous pter cœteros oēs/Democriti (ut qdā tradūt) diſcipulus/Peloponēſiaci belli: & Darii Hidaſpæ filii tēporibus. Poſt uero Diocles: Praxagoras: Chryſippus: tū Herophilus: q uenaꝝ pulſus: in Muſicos pedes diſcreuit: p ætatū gradus. Præterea Eraſiſtratus/ Serapiō/Apollonius/Glaucias/Heraclides Tarētinus: Aeſclepiades/ Themiſon/Antonius/Caſſius/Caſpitanus/Aruntius/Stertinius/Vectius/Valens/Corne. Celſus/ Plinius ſcds: Duo ſorani Epheſii: poſtremo doctiſſimus Hippocratis interpres/Galienus Pergamenus: Niconis Geometræ: atq; Architecti filius: Alii ēt cōplures. Cūq; Solis antea uulneribus mederēt: clarus Hippocrates/ cæteris quoq; & ægrotatiōibus: & morbis ferri opē: atq; auxiliū docuit. Sed ſatis multa uerba & de Medicia hactenus: & de cæteris Philoſophiæ generibus: habita a nobis ſunt. Atq; idcirco ipſe mihi frenos dicēti adhibebo. Nā difficillimū eſt huius oronis exitū iuenire. Incredibilis ē: ac pene imenſa Philoſophiæ laus: atq; utilitas: a qbus rebus/nr̄a defluxit orō. Veꝝ malo cumulatiore laude carere Philoſophiā: quā me moleſtū fieri. Quare pgite Magr̄atus iſignes: & clariſſimi Ciues: ad qđ acuratiſſime efficitis: honorē lr̄aꝝ ſtudiis adhibere/ut huic florētiſſimæ Reipublicæ: quā parentē lr̄aꝝ/ac bonaꝝ oium artiū plerīq; uocāt: maiorē in dies gloriā cōparetis. Nā eius pclaꝝ nomē/ cū pp aliam multa: tū maxīe ob ſtudioꝝ celebritatē/lōge lateq; diffuſum: ac puagatū ē. Oēs aūt hortor/ac moneo: q ſapiētes: qui beati eē uolūt: ut poſt habitis humanis curis: philoſophiā ſibi optādā/ac pponēdā cōſtituāt. Ea nāq; ſola ætatē oēm cōplectit: oibus tpibus apta eſt: nullo loco excludit: nunq̄ intēpeſtiua ē: nuſq̄ grauis: Expergiſcimini igit/iuuenes: atq; euigilate: oē curā/ac tps oēm cōferte in lr̄aꝝ ſtudia. Nihil. n. debet eē hoibus potius: quā ad ultimā uſq; diſcere ſenectutē: nec eſt ulla ſatis ad pdiſcendū ætas. Bene igit Themiſtocles centū ſeptē expletis annis/ ac magno uitæ decurſo ſpatio: uix ſe ſapiētiæ ieciſſe fundamēta dicebat. Intēdamus igit dū ſpiritus hos reget artus: ſapiētiæ ſtudiis diligēter: imitemurq; Platonē/Iſocratē Pythagorā/Democritū: q ēt lōgæue ætate confecti: cupidius ardētiuſq; inueſtigationē reꝝ amplexabantur. Quod ſi fecerimus (credite mihi) ueteꝝ: tandē ſtudioꝝ/dulciſſimos metemus fructus. Sed q cūcta creauit ſummus/atq; altitonans princeps: qui cœlū/ac terras mirabili puidētia regit: q mortaliū cōſilia dirigit: actiōes iſtituit: is & auditoꝝ fortunet: uota & noſtra icœpta ſecūdet. Dixi.

℄ Auguſtini Dathi Oratio altera de laudibus Philoſophiæ.

EXiſtimaui nefas eſſe patres clariſſimi: eoꝝ qui iuſte: qui ſecundū legē pēſſent: quōquā uel cōtēnere auctoritatē: uel iperiū aſpernari. Bene nanq; cæleſ inclytus Hieronymus tradit cuiuſq; præcepti cōtēptū præcipientis iniuriā eſſe. Atq; ita ſuperiores obſeruamus: eo pacto colimus: qui Reipublicæ præſunt ſi eoꝝ alacres accipiamus imperia: qui quāto maiore & auctoritate & gloria pſtant: tāto & nos illis ſtudioſius parere neceſſe eſt. Quāobrē in tā claro ſummoꝝ hoium cōſpectu rudē me: atq; imperitū loqui oportet: nō quia id melius: ſed qđ ſilentiū oino difficillimū eſſet: Et quidē rō ipſa/ac pudor: ab huius loci me amplitudine depellebat: ſed imperantiū preualuit auctoritas: atq; ad dicendū cōpulit. Itaq; nō tam mea accuſanda temeritas eſt: q̄ eoꝝ ſpectanda uoluntas: quoꝝ operæpretiū ſit: iuſſibus tēperare. Sed quid fruſta hæc? Meas ſtatuo partes eſſe: ut q̄ imparato mihi: & nec opinanti quidē de ſapiētiæ ſtudio/ac prædicatione ſuccurrerint: ea expectantibus uobis/in mediū proferam. Nā longā accuratāq; orationē phibent p breues tēporis anguſtiæ: quibus me circunſcriptū eſſe ſentio: ut nulla ſatis diligēs pparatio adhiberi potuerit: cū tamē nihil huc niſi perfectum ingenio: acri ſtudio: atq; induſtria expolitū afferri cōueniat. Dū igit mecum ipſe non unq̄ mortaliū uitā: mente: animoq; complector: facile intelligo gigni hoiem ad fœlicitatē: quādoquidē ad eā conſequendam oium hoium/ſpectat: ac laborat intentio. Sed ea profecto quādiu res humanas agimus: nuſq̄ niſi in ſola ſapientia ſita eſt: quā principē uirtutum oium/merito iure Philoſophi iudicarunt. Eſt. n. ſola dux uitæ: infirmitatis humanæ gubernatrix: nr̄æ imbecilitatis columen: adeo/ut hac ſine/hoium genus cōſtare non poſſit. Nimiū hoc loco admirari cogor: cæcū/atq; inſanū hoium errorē: qui cum ſibi oēs fœlicitatē cupiant: atq; exoptent: ibi tamen eā inueſtigare cōtendunt: ubi inuenīri: ubi eſſe nullo modo pōt. Longe aberramus miſeri/a recto fœlicitatis itinere: præruptos/ ac deuios ſectamur anfractus: regiā plerīq; oēs uiā ignoramus: per ea quæ perui a nō ſunt diuerticula incerti uagamur. O inanis noſtra cura. O fallax ſpes hoium: O uani conatus. Voluptates ſequimur: copias/ac diuitias concupiſcimus: opes: honores/gloriam affectamus: uires/ ac robur: formā admiramur: caducas res/atq; externas ſuſpicimus: & arbitramur quē quā fœlicē fore? Errat: neſcit: fallitur: nimiū inquā fallit: quiſquis ita ſenſerit. Quid ē quæſo fœlicitas? Nōne maximū bonū pfectū/certū/iucundū/ſempiternū: oīs perturbationis imune: deniq; id bonū: qđ totis (ut aiunt) uiribus expetēdum ſit? Sed quid hoꝝ obſecro in uoluptate: quid in diuitiis: quid in honoribus: quid in opibus ipſis: quid itē in reliquis eiuſmodi? Mea his in rebus hæc ratio eſt: ut nō mō/nō magna bona: ſed ne bona quidē habēda cenſeā. Quis adeo mētis inops: qui uoluptatē/bonū audeat appellare? Diffiniūt iuriſcōſulti ea nequaquā bona eſſe: q̄ plus incōmodi/q̄ cōmodi afferant. Quod quidē ſi eſt ita: certe ſummū malū uoluptas uideri debet: quæ inuentrix malorum ac ſcelerum Omnium: uirtutum expultrix: mentis/ac rationis inimica eſt: quæ conſiliū impedit: interioris hominis oculos præſtringit: eūdem ex ſua ſede: ac ſtatu dimouet: omne animi lumen extinguit. Hanc capitalem hoium peſtem uocabat Architas Tarentinus: eſcam maloꝝ Plato: animæ & corporis perniciem Hieronymus agreſtem/ ac furioſam dominam Sophocles: dominam blandiſſimam Cicero: inexpugnabilem belluam Diogenes: quod ei (ut aiebat Eraclitus) repugnare difficillimum ſit. Hanc momentaneam & corruptibilem eſſe oſtendit Periander Corinthius: hanc Cleobolus Lyndius cunctis uiribus frenandam/ & cohercēdam ſuaſit: hanc nobis doctiſſimi uiri omnes/non minus q̄ Charybdim: ac Syllam fugiendam cenſuerunt. Anxie nanq; uoluptas appetitur: ſordide perficitur: paulo momento effluit: graues aculeos relinquit: ſæuos dolores parit: tota deniq; a ratione fœlicitatis abhorret. Quid dicam de diuitiis: quæ q̄ plurimæ q̄ liber abūdantes/poſ

ſidentium aīos explere nequeunt:ſufficere nunq̄ poſſunt? Cōmutabilia mēbra ſunt (ut ſtoici tradunt) & fortu-
næ ludibria:q̄ mō huc trāſferunť:mō illuc:pēſi oīno nihil habēt. Equidē diuitiæ (ut ꝓbe ait Iſocrates) flagitii/ ac
turpitudinis/ potiuſquā uirtutis amminiſtræ ſunt:fomenta ignauiæ:maloꝶ ſubſidia:libidinū / ac uoluptatū in-
cendia:nocent probis:poſſidenť ab iprobis:magnus in his cumulandis labor eſt:maximus in poſſidendis metus:
ſummus quoq; in ammittendis dolor:deniq; nullum habēt cū fœlicitate cōmertiū. Quid itē opes: honores/ for
ma/ uires/ gloria/ q̄ fragiles res ſunt:q̄ icertæ:q̄ anguſti tpis? Nihil ſtabile in his:nihil diuturnū inueniri pōt. Falſus
ꝓfecto fuit Periander:qui īmortales honores cōſtituerit:quaſi ueritatis ludo nō ſubiaceant: opes uero etiā cum
perditiſſimis hoībus ſæpe cōmunes ſunt:imo plerūq; ad improbiſſimos quoſq; demigrant: Vires/ ac formā/ uel
tēpus ipſum diſſoluit (ut etiā teſtať Iſocrates) uel certe morbus extenuat. Gloriā inanem:fugacē:lubricā rem eē
quis ignorat? Quāobrem oīa mihi mēte/ animoq; luſtranti:ſola occurrit ſapiētia:q̄ totius fœlicitatis autor/ atq;
effectrix habēda ſit. Maximū bonum nō iniuria uideri debet:quia nō ſolū uirtus eſt:Sed etiam domina oīum &
Regina uirtutū. Perfectū bonum eſt:qđ ſatis ſuperq; ad beate uiuendū ſe ipſa cōtenta:nullis extrinſecus præſi-
dus adiuuať. Siquidē totā a deo eſſe cōſtat:nec ullo pacto pandere a fortuna poteſt. Certum bonū eſt: oīa nanq;
aliena ſunt ſolius uirtutis/ ac ſapiētiæ:& noſtra eſt:& certa poſſeſſio. Iucundū bonum eſt maximā nanq; operatio
num oīum:clarus inquit philoſophus: uoluptatem afferre eā:quæ per ſapiētiā eſt:oēs uno ore cōſentiūt. Videť
quippe ſapiētia/ mirabiles:atq; incredibiles/ quaſdā habere uoluptates. Sempiternū bonū eſt: & enim Iſocrates.
Sola inquit:poſſeſſionū oīum imortalis ſapiētia eſt:propria/ ac perpetua aīoꝶ comes: immune oīum perturba-
tionū bonū eſt:qđ ea īprimis cupiditatē repellit:libidinē coercet:iracundiā extinquit:motum quēq; concitationē
animi ſedat. Expetēdū bonū eſt:nā (ut præclare in Phœdone apud Platonē ait Socrates) glorioſum huiuſce rei
in hac uita præmiū eſt:& ſpes potiundi ingēs. Siquidē & nō nullū nobis futuræ beatitudinis hauſtum propinat:
ut iā plane liqueat:illud effici Stoicoꝶ:uere oēs Sapiētes ſemp fœliciter abſolute fortunate uiuere: nulla re im-
pediri:nulla prohiberi:nullius indigere. Quod ſi uirtutes propter ſe petendæ:atq; amandæ ſunt: hac ſine dubio
frui debemus:quæ una reliquas oēs cōplexa eſt. Hāc unā qui habet oēs habet. Quid mirum igiť ſi uirtutes oēs:
iugatæ atq; implicitæ ſunt:cū ex hac una ortum habere cernanť? Quid mirum ſi diſciplinæ omnes: atq; inge-
nuæ artes:aptæ interſe colligatæq; uideantur? Nā ex eodē germine profectæ/ cōmune habent uinculum: Sapien
tiam:& cognatione quadam inter ſe continentur. Eſt enim hic fons uberrimus:Scatens undiq; bonoꝶ oīum: hac
atq; illac perfluens. Inde actio manat:inde Prudentia uirtutum oīum comitatu ſepta:hinc manat ſcientia:hinc ra-
tio uera a falſis diſtinguens:hinc occultaꝶ reꝶ inueſtigatio:hinc iuris legūq; ſolertia:hinc eloquēdi poteſtas:quæ
& ipſa magna uirtus eſt:hinc deniq; oīum bonaꝶ artiū peritia:atq; perfectio. Vnde enim niſi a Philoſophiæ inex
hauſtis fontibus intelligibilium reꝶ cognitio:cœleſtium arcanoꝶ reuelatio incorporeoꝶ ſpirituū cōtemplatio
unde ſummi:& incōmutabilis boni ſpeculatio:unde oīs ueritatis/ ac ſcientiæ lumen? O præclaram:atq; ammira
bilem ſapientiā. Quid ſine ſapientiæ ipſius inſtitutione uita hominum eſſe potuiſſet? Hāc qui tollunt: Solem e
mundo abſq; dubitatione tollere uidentur:ſine quo dubio procul cæcutimus in tenebris. Ex huius nanq; præce-
ptis ſingulorum:paucorum:uniuerſorum profecta ſalus eſt:ciuitatum & rerum publicarum manauit tranquilli
tas. Quod qui ſapientiam contemnunt:nō longe abſunt ab immanitate beſtiaꝶ:ac ſocietate/ & conciliatione ho
minum merito repellendi. Quid homo inſipiens:atq; huius expers laudis:niſi quod Græci prouerbio uſurpant
infructuoſa arbor? Quid niſi agreſtis fera? Et enim ſi uerum uolumus perſcrutari:nihil poterit Sapientiæ laude
cogitari perfectius:quæ eius participem beatum efficit. Nihil præſtabilius/ quæ nos Deo ideſt incōmutabili bo-
no cōciliat:atq; amicos reddit: nihil utilius:quæ hominē ad immortalitatis gloriā perducit:nihil iucundius: quæ
miro nos ſemper gaudio:atq; incredibili afficit uoluptate. Proinde ſi fœlices eſſe uolumus/ eia omnes ſapientiā
omni induſtria cōplectamur:huic percipiendæ oēs neruos intendamus:huius ſuauiſſimi fontis aquam ſaluberri-
mam pleniſſimis faucibus hauriamus. Hāc capeſſite iuuenes:optimū eſt enim uiaticum:ut aiebat Bias prieneus.
Hæc ſola eſt certaq; poſſeſſio. Hanc amate ſenes:nam ſi habet aliquid tanquam pabulum doctrinæ/ ac ſapiētiæ:
niſi ſapiens fallitur Cato:quid poteſt eſſe otioſa ſenectute iucundius? Aurelius Auguſtinus/ nullā ad diſcendum
ætatem feram iudicabat. Laudatur Iuriſcōſultus Iulianus:qui diceret/ ſe adhuc quid uelle diſcere: uel ſi alterum
pedem in ſepulchro haberet. Laudatur & Solon uir ſapientia inſignis:qui diſcens ſeneſceret. Et enim ſapientiam
nulla auſert ætas:ſed indies magis/ ac magis excreſcit:ut iure optimo cunctis rebus aliis anteponenda ſit. Itaq; lau
do optimi & clariſſimi ciues omnibus inquā in rebus laudo uos:at hoc laudo plurimum:nec laudo ſolum: ſed &
oīum pene gentium/ ac populorum nomine īmortales uobis gratias ago/ & ſempiternas: quod hanc præclariſſi-
mam ſapientiæ laudē:quæ aduerſis tēporibus/ & grauiſſimis caſibus obſoleuiſſet ſummo ſtudio/ atq; conſenſu
reuocaſtis. Tibi uero urbs florentiſſima Sena gratulor:quæ quū paulo ante triſtis ingemeres:& ciuium tuoꝶ in-
teritum deplorares:quibus & multis & clariſſimis te ſæua peſtilentia orbauit: cum modo quaſi ſqualore obſita
luctuoſa iaceres:cū pene exulante ſapiētia tota in tenebris uerſareris/ magnum repente adepta es tot labori ſo
latium/ nunc tibi clariſſima lux orta eſt:nunc tua dignitas illuſtrata:nunc priſtino ſplendore refulges in ſolio:nūc
denuo aurea capiti tuo adiecta corona eſt. Euge lætare Sena:nunc te tota Italia:nūc Sicilia:nūc Gallia:nūc Hiſpa-
nia:nunc Britānia:nunc uel ultima quæq; gens/ atq; abditiſſima natio alumnam reuiſet:nunc parentem recogno
ſcet:matrem ſalutabit:nunc ad te confugiet:ut rurſum pro uetere conſuetudine lac ſuauiſſimum/ ac dulcia ſapiē
tiæ ſibi miniſtres alimenta. Ecce iterum ex ultimis uſq; terrarum finibus uoluntaria quædam (ut ita dixerim) tri
buta ampliſſima tibi munera deferentur. Nunc tibi magnus ſapientiſſimoꝶ hoīum præſto erit comitatus: nunc
de integro ſtudiorum laudibus gloriaberis. Pacem iam tibi diuturniorem:tutiorem tranquillitatem: firmiorem
auguror gloriam. Hos tibi ampliſſimos honores/ ac ſplendidiſſimum decus fortunet immortalis Deus. Tuq; an-
te alias/ duce ſapientia/ quæſo illa ſis:imperium occeano famamq; termines aſtris. Dixi.

¶ Auguſtini

¶ Auguſtini Dathi Oratio Tertia de laudibus Philoſophiæ.

MAgno ac ſplẽdido ĩgenio uiros:qui tam apud Hebræos ac Barbaros/q̃ apud Græcos & Latinos ſum
ma gloria floruerũt excellẽtiſſimi domini/patres optimi/atq; ornatiſſimi uiri/reperio opes/honores/
ac diuitias cõtẽpſiſſe:ut abiectis caducis & fragilibus rebus/cõmodius expeditiuſq; reꝝ cõtẽplatio
nẽ/ac ſcientiã cõplecterent̃. Qua mẽte Moyſes Vates clariſſimus reliquit Aegyptũ:atq; ad Heremi
ocium ꝓfugit. Cõtẽpſit Abaris Scytha patriæ delitias:atq; ex ipſis uſq; Hypboreis in Græciã traiecit. Luſtrauit
Plato pleraſq; mundi ꝓuincias/atq; oras. Veteres Romani/ac maiores noſtri:quos eiuſdẽ laudis cupido ceperat
frequẽtius Athenis in q; Græcoꝝ Gymnaſiis q̃ in patria ipſa uerſati ſunt. Cætera pro nihilo habuerũt:ſolã philo
ſophiã:in qua oĩs & cognitionis & ſciẽtiæ ratio cõtinet̃:dignã exiſtimauerũt:in qua exqrẽda/oẽ ſtudiũ atq; operã
collocarẽt. In ea uident̃ maximũ ac pcipuũ hoĩs bonũ poſuiſſe. Siqdẽ ſtatuerũt reꝝ oĩum/q̃ ad excolẽdã iſtituen
dãq; hoĩum uitã ptinerẽt:nihil philoſophia grauius eſſe:nihil utilius:nihil dulcius:nihil ĩgenuo hoĩe/ac libero di
gnius. Hãc cum hodierna die pro uetere/laudataq; cõſuetudine/exornatiſſimo hoc loco laudari oporteret:dela
tum ad me id munus eſt:cui tũ & ab ætate/& ab ĩperitia ſuſcepta/ſilentiũ ſuadebat:quẽ frequẽs clariſſimoꝝ ho
minũ cõſenſus/rectius mea ſñia audiẽtẽ/q̃ cõcionantẽ aſpexiſſet. Imbecillis hõ graue onus ſubſtineo:qd̃ neq; pro
magnitudine libẽter ſum auſus ſuſcipere:neq; pro ĩperatium auctoritate/aut debui/aut uolui recuſare. Supbũ
erat/iuſſa cõtẽnere:capeſſere temerariũ. Sed opinor arrogantia/odio maiore digna eſt:coacta uero temeritas ue
niam ultro ĩplorat:pſertĩm apud eos:q nõ minus humãitatis/q̃ doctrinæ/ac ſũmæ eruditionis laude pſtant. Atq;
ne uos morer diutius/nihil eſt:qd̃ aĩus ipſe uelit:& cupiat magis:nihil qd̃ noſtra ĩbecillitas minus poſſit/q̃ ſũmũ
philoſophiæ ſplẽdorẽ/atq; amplitudinẽ laudare. Veꝝ eniuero tam ſuſus eius/tamq; latus cãpus eſt:ut in eo etiã
indocti/ac rudis hoĩs puagari/atq; exultare poſſit oratio. Sæpenumero admirari ſoleo Patres optimi/quid cauſæ
fuerit:quã ob rem hoĩes grauiſſimi/ac ſũma auctoritate uiri multi nr̃a tẽpeſtate:plures patrũ memoria/philoſo
phiæ gloriã tantope cõcupierint:ut ad eã pcipiẽdã/oẽm & cõteri ætatẽ oportere:& cõferri operam iudicarẽt. Sed
excitauit eos(ut plane mihi uideor aĩaduertiſſe)ſumma rei ampliſſimæ dignitas/ĩcredibilis magnitudo:fructus
uberrimus:admirabilis in q̃ rei pclariſſimæ ſplẽdor ſummoꝝ hoĩum excitauit ĩgenia. Nõ fallax gloria:nõ inanis
oſtẽtatio:id qd̃ multi falſo opinãt̃:ſed recta ratio potius ad ĩueſtigãdã philoſophiã cognitionis cupiditate ĩcenſos
altiſſimos aĩos iflãmauit:atq; ita iflãmauit:ut ĩcredibiliter eius amore/ac ſtudio cõflagrarẽt. Nouerãt illi ſane qd̃
uel nemo dubitat:in quo lumẽ aliqd̃ extat ĩgenii:duobus hoĩem aĩo cõſtare & corpore:& alterũ qdẽ nobis cum
ſuperis:alteꝝ cõe eſſe cũ belluis:atq; eos:qui corpori ſeruiẽtes ꝓpriũ hoĩs ipſius bonũ deſerunt/ad naturã proxi
me accedere belluaꝝ:q uero ſapientiã cõplexi/uirtute aĩum/ac doctrina pficiunt:eos dignos eẽ quos & hoĩes/&
ſapiẽtes hoĩes tum habere/tum etiã appellare debeamus. Homo nanq; natura ꝓuidũ eſt aĩal/ſagax/acu/tum/ſo
lers/memor rõnis/cõſilii/prudẽtiæ/cognitionis particeps:uirtutis/ac diſciplinæ capax:pclara quadam cõditione a
ſummo ac præpotẽte Deo generatũ. Hoc præcipuũ eſt/& peculiare cõditoris opificium:qd̃ & ad imaginẽ ſuã/ac
ſimilitudinẽ finxit. Creauit enim ſummus artiſex hoĩem/quaſi quẽpiam mortalem/Deum quem minuit paulo
minus ab Angelis:quẽ gloria & honore decorauit:quem operibus ſuis præfecit:quẽ rerum oĩum principẽ conſti
tuit:cuius poteſtati uniuerſum ſubiecit orbẽ:cui paret terra:cui cœlum ſeruit:ad cuius uſum ꝓcreata ſunt:quæ
in terris gignunt̃:quæ peruagãtur in cœlo:quæ in mari degunt oĩa:huic uni Deus ex tot animantium generibus/
nõ mentẽ ſolum:ſed etiã ĩmortalitatem tribuit. Quo munere haud ſcio/an aliud eſſe poſſit/aut maius/aut præ
ſtabilius. Liceat humão generi quodãmodo gloriari:cuius cauſa mundus ipſe factus eſt:ad cuius fructum/quæ in
mundo cõſtant/parata oĩa/atq; inuenta ſunt. Sed hæc tam multa/tamq; præcipua/atq; admirabilia & ornamẽta
& munera tantiſper naturæ hoĩs tribuant̃:dum imaginẽ Dei retinet:dum ſimilitudinẽ cõditoris ſeruat. Et ima
go qdem in cognitione ueritatis:ſimilitudo uero in amore/atq; exercitatiõe uirtutis ſita eſt. Quod ſi homo in tã
to creationis honore cõſtitutus nõ intellexit:cõparatus eſt iumentis inſipientibus:& ſimilis factus eſt illis:ſi uirtu
tem negligit/præſtantiã amittit hoĩs:& in imanitatem uertitur belluaꝝ. Quocirca præclaræ tradiderunt qui ho
minẽ ad itelligẽdum/atq; ad agendum natum phibent:qui & natura ipſa trahitur:ac ducitur ad ſcientiæ cupidi
tatem:& ſine opere/atq; actione uirtutis/nec bene põt/nec beate uiuere:ut plane liqueat & ad cognitionis lau
dem:& ad uirtutis gloriã naſci hoĩem:quem cõtemplatorẽ mundi & quatenus imbecillitas noſtra ꝓgreditur cœ
leſtis uitæ:atq; altiſſimæ diuinitatis imitatorem/genitum fuiſſe nõ dubitamus:qbus in rebus qui excellunt/eos
admiramur:ſuſpicimus eos ſumma obſeruãtia:ampliſſimis honoribus ꝓſequimur. Sed nemo(mihi credite)præ
ſtãtiſſimi patres/aut ullam reꝝ ſcientiã cõſequi/aut ullum uirtutis munus obire recte poſſit:cum a philoſophia
diſceſſerit. Ad hãc nobis cõfugiendum eſt:in huius ſinum nos cõferre debemus:ab hac opem/atq; auxilium pete
re:hanc optare nobis ducem uitæ:quãdoquidẽ ſola põt recto calle ad ipſum nos beatitudinis calcẽ perducere. Ab
amore/ac ſtudio ſapientiæ philoſophia nomen inuenit. Eſt autẽ philoſophia/diuinaꝝ humanarumq; reꝝ ſciẽtia/
cognitioq;:quæ cuiuſq; cauſa rei ſit/bene beateq; uiuendi rationi cõiuncta. Eſt inquã philoſophia omnium uiſibi
lium/atq; iuiſibilium/occultaꝝ/admirabiliumq; rerum ſagaciſſima ĩdagatrix:eſt philoſophia magiſtra uitæ:bo
norum oĩum mater:parens quædã/ac ꝓcreatrix oĩum laudataꝝ artium:rationalis animæ lux:ſine qua hoĩum ui
ta uerſaretur in tenebris. Hæc nobis initio urbes peperit:diſperſum genus hoĩum cõciliauit ad uitæ ſocietatẽ:ad
ciuilem uſum cõuocauit:ad leges/ad mores/ad diſciplinã cõpulit. Hæc nos ad pietatẽ/ac Dei cultum inſtituit:ad
iuſtitiam/atq; ad oẽm uirtutis laudem erudiuit. Hæc ignorãtiæ caliginem ſubſtulit:eripuit menti tenebras:cla
riſſimam ueritatis lucem attulit. Hæc res ſummis obſtruſas difficultatibus/atq; abditiſſimas illuſtrauit. Hæc ſu
pera oĩa/atq; ĩfera docuit. Prima/ultima/media mõſtrauit. Huius munere illa nobis patefacta eſt/a ſummo Deo
ad ultima uſq; reꝝ ſordem mutuis ſe ligans uinculis/& nuſquã interrupta cõnexio:alia inquã Homeri præcipue

Varis aurea cathena:quã & pendere de cœlo ad imas terras/Deum iuſſiſſe prodit.Et enim præclarã molem/atq;
admirabile opificium fabricata eſt diuina ſolertia:qđ cœlum noie ornamenti:quẽ mundum a pfecta abſolutaq;
elegantia:quẽ orbem/a forma in ſpeciem orbis cõglobata/ueteꝝ auctoritas appellauit.Huius tam ingentis ma-
chinæ circunflexus/cuncta quæ cõſtant quæq; mouenť:quæ in aſpectũ cadunt oculoꝝ:quæ ſola mentis acie per-
ſpiciuntur imenſo circuitu coheret:& cõtinet.Hic ſe quattuor efferũt eleměta:quoꝝ terra in medio mundi po-
ſita/atq; æquis librata ponderibus:quo facilius circa eum uolubilis rotet uniuerſitas/ſtabilem firmitatẽ obtinet.
Huius & nõ nulla pars eminet e mari ad uitam animãtium tuendã:atq; eadem quinq; redimita eſt/& circundata
cingulis:e qbus duo ſubnixi cœli uerticibus/atq; inter ſe e regione diuerſi/ex utraq; parte frigore ac pruina rigẽt.
Medius:qui & maximus eſt/calore uritur:Solis ardore torretur:duo reliqui utriq; iteriecti/habitabiles oras præ
ſtant:auſtralem alterã ad meridiem poſitã:alteram/quam & ipſi colimus/Aquiloni ſubiectam.In eadem ipſa pra
ta ſuo tpe herbis ac floribus ueſtiuntur:uireſcunt nemora:arbores frondeſcunt:ſcatent fontes:defluunt lucidi li-
quores amnium:multiplicis æris uenæ recondunť:altiſſimi ipendent montes:patent imenſi cãpi:fertiles exiſtũt
agri:unde fruges:unde bacchas:unde uarias glandes/ac multiplices fructus efferri conſtat.Huic porro adiacet ma
re:terræ globum aquæ circunfluunt/lõge aliæ ab his:quæ tenuiſſimæ cœlo ſuperferunť:ac ſerenis noctibus ro-
rant.Maria inquã terrã circunfundũt/nũc æquata trãquillitate: nunc aduerſis tẽpeſtatibus horreſcẽtia:q̃ a ſole
collucẽt:albeſcunt:uibrãt ipſa quoq; in rotundã formã/atq; orbẽ cõglobata.His aer finitimus eſt aïabilis/ſpirabi
liſq; ſubſtãtiæ:qui mõ extenuatus ſublime fertur:modo cõcretus/in nubes cogitur:atq; humorẽ colligens:auget
terram in ibribus:diffluens uero uentoꝝ ſpiritũ efficit.Poſt hæc deinceps oïa cingit altiſſimus æther uelut extrẽ
ma ora mortaliũ oium & corruptibilium corpoꝝ.Ignitum & ſummũ elemẽtum/qđ & a terra lõgiſſime abeſt:&
iferiora oïa tenuitate præſtat.Intra hæc uero quaſi quædã cõmutabilium corpoꝝ ſepta/nõ ſolum aïantia uiuũt:
ſed cætera quoq; oïa cõtinentur.Quæcũq; oriuntur/itereunt:augenť:cõſeneſcunt:quæ uarietati obnoxia ſunt:
& in eodem ſtatu nunq̃ permanẽt.Hic uaria ac pene inumerabilia gignunť beſtiaꝝ genera:alia/quæ in terris ſer-
punt:quæ humi gradiuntur:alia quæ flutant:atq; innant aquis:alia/quæ teſtis cõcluſa ſaxis affiguntur:alia quæ
in littoribus reptant:alia/quæ remigio alarum libero cœlo fruunť.Hiſdem in locis fulgent pretioſi lapilli:ruti-
lant gẽmæ/Sardia/Iaſpides/Smaragdi lucent.Sed & dẽſanť nubes:humores ſoluunť in ibrẽ:cõcreſcũt i pruinas:
coguntť in niues:glacianť in grãdines:in uapores extenuãť cõſpiſſanť craſſæ & caliginoſæ nebulæ:ſtillãť rores:ab
exortu atq; occaſu:a ſeptẽtrione & meridie uenti perflant.In eiſdem oris ſtrident pcellæ:turbo cõflictatur:coru
ſcant fulgura:exaudiunť tonitrua:iciunt fulmina:reſonat Echo:cœleſtis arcus coloribus uariatur:iflammanť Co
metæ ſæua luce coruſcum & crinitũ ſydus.Nihil ppetuum in his:nihil diuturnũ eſt:ſed uiciſſim oïa ortui/interi
tui/cõmutationi patent.Iam uero cœlum ipſum excelſum & ſublime ſuſpendiť:cuius ſpeciẽ/candorẽ/pulchritu
dinẽ/quæ uis ulla eloquẽtiæ amplecti poſſit?Bene diuinus Vates cecinit.Cœli enarrãt gloriã Dei: & opera ma-
nuũ eius annuntiat firmamẽtũ.Hic iprimis icredibilis qdam ſplẽdeſcit ornatus:emicant ſtellæ:aſtra refulgẽt:ſcin
tillant ſydera:candet lacteus orbis:oïa clariſſima luce ac ſplẽdore cõplenť.Vagãtium ſtellaꝝ ſeptẽ globi/atq; or-
bes uertunť:q oẽs certa lege/diuerſis tamẽ tẽporum ſpatiis regẽtium itelligẽtiaꝝ ipulſu ac ductu certos ratoſq;
cõficiunt curſus.Ex his quaſi Dux qdam/ac Princeps luminũ oium Sol principatũ tenet:qui oriens atq; occidens
dierum & noctiũ uiciſſitudines/nunc ad ſeptẽtrionẽ/nunc ad meridiẽ curſum iflectens/quadripartitas tẽporum
efficit uarietates.Luna infimũ cœli orbẽ poſſidet:ac terræ pximã obtinet regionẽ:quæ quanq̃ luminare minus
appellata eſt:radiis tamẽ Solis accendiť.Atq; hæc duo pcipua luminaria/quaſi alternis regnãt:ut Sol diebus:Lu-
na noctibus præſit.Accedunt & aliæ quinq; uagæ ſtellæ:Phenon:Pheton:Pyrois:Stilbon:Phoſphoros:quæ a no-
ſtris pdunť:Infenſus Saturnus:Salutaris Iuppiter:Horribilis Mars:Splẽdens Mercurius:Alma Venus:quæ So-
lem antegrediẽs Lucifer:ſubſequẽs Heſperus appellať.Hæ uero ſtellæ:quæ Planetæ ſuo noie nuncupanť:non
quidẽ ab errore:ſed quia cõtrario motu/atq; cœlum uerſanť:in defeſſis laboribus/ſigniferũ orbẽ luſtrant:& Zo
diacũ circũ:quẽ duodecim illa etiã uulgo nõ ignota ſigna diſtribuunt.Sequiť poſt ſeptẽ Planetaꝝ Zonas octauũ
cœlum:in quo infixæ ſtellæ uoluunť:& ipſe qdem inumerabiles:quarũ diſtinctio atq; ornatus incredibile dictu
eſt/quãtã cõtẽplantibus afferat uoluptatẽ.Huic inumeræ cum reꝝ aliarũ/tum aïalium iprimunť effigies:uariæ
ac multiplices imagines pſcribunť.In hoc cœlo ſeptẽtriones:phœnix/atq; Elice:Boetes:Arcturus fulgẽt:Tortus
Draco ſerpit ſubter/ſupraq; reuoluẽs ſe cõficienſq; ſinus e corpore flexos:ut iquit Aratus.In hoc ſplẽdent Hya-
desquæ & Succulæ:Pliades/q̃ & Vergiliæ nuncupanť.In hoc lucent Andromeda:Perſeus:Coruus:Delphinus:
Argo:Triangulus:Hydra:& cũ aliæ inumerabiles ſtellaꝝ figuræ/ac ſigna:tum etiã Nimboſus Orion.Poſt hæc
rapidum cœlum:qđ & primũ mobile/& nouũ circum atq; globũ appellare ueteres cõſueuerunt:icredibili qua-
dam uelocitate cõuertitur:qđ duobus ipſius firmamẽti cardinibus/ac Polis Arctico:& Antartico in requieto mo
tu/circum latũ reliquos orbes:ut imenſo cõplexu arcet:ita etiã celerrimo impetu rapit.Nec uero ſilent tanti mo
tus:ſed acutorũ:& grauium tẽperatione dulcis quidã cõflatur ſonus:& incredibili ſuauitate cõcẽtus.Sed hæc ple
raq; omnia oculis peruia ſunt:ac ſenſibus patent.Empyreum cœlum/ac beatorũ domicilium reliquum iam eſt
nobis:cuius ineffabilem gloriã/nec oculus uidit:nec auris audiuit:nec cuiuſquã uel acerrima mens ſatis intelligẽ-
tia cõprehendit.Hic locus eſt cœleſtiũ Spirituũ/hoc auguſtiſſimũ templum:hæc inclyta ſedes altiſſimi/ac ſemp
uiuẽtis Dei:hæc ſacroſancta domus æterni pris:in qua/& mãſiões multæ ſunt:cui nullæ fortunatæ iſulæ:nulli
Eliſii cãpi:nullæ fœlices oræ ualeãt cõparari.Hæc amœniſſima padiſus eſt:in q̃ Beati æuo imortali/ac ſempiter
no fruunť:in q̃ ſacra beatiſſimorũ ornatuũ cõcilia perẽnẽ uitã/ac fœliciſſimã degũt.Angeli tuẽdis hoïbus pfecti:
qui ſemp uident faciẽ patris:& increatorẽ pſpiciũt.Archãgeli altiſſimorũ myſteriorũ cõſcii:Virtutes quorũ uel
nutu/uel opere ad cõmouẽda mortaliũ corda/ſigna/ac pdigia i terris fiũt.Ptãtes qbus adiuuãtibus/poteſtas te-
nebraꝝ cõprimiť:aeris cohereť iprobitas:Principatus/quoꝝ moderatione:& ſapientia oïs:in terris Principatus

omnis regēdi ratio cōſtituitur:dirigitur:gubernatur:cōmutatur:trāſfert.His dominationū ordo ſupereminet
ac regnat:ad cuius(ut ita dicā) Imperium:Pricipatuum regimē.Poteſtatum defenſio:Virtutum operatio:reue
latio Archangelorum:Angelorum demiq; cura/ac pudētia referunt.Altiore ab his Throni euolant receſſu ſum
mæ quietis/ac trāquillitatis auctores. Cherubin ſubſequunt multis oculis ornati:qui ex ipſo inexhauſto Sapien
tiæ fonte fluenta qdā ſcientiæ haurire nō deſinunt.Poſtremo ſex alis Seraphin attolluntur:incredibili quodam
charitatis ardore cōflagrātes.Cumq; his & homines:q iuſte & pie in terris uixerint/corpis ſolutos uinculis uiue
re beatos:ut omittā alios/teſtis pdeat coeles inclytus Bernardinus Senēſis:quē ipſi uidimus:audiuimus:allocu
ti ſumus:nunc uero in coelis illum regnare cum Chriſto ambigere/magnæ impietatis eſt.Nunc perhorreſcit ani
mus:caligat mentis acies:lingua contremiſcit:ſtupeſcunt uires omnes:cum ad inenarrabilē Dei maieſtatem ſe t
mo conuertitur:de qua tamen/quantum fas eſt/nobis timide & pauca dicamus. Præeſt nāq; tātæ moli qui eam
principio perfecit e nihilo ſummus opifex/effector/arbiter/omnipotēs rerum omniū creator/mundi totius pri
ceps/cuncta gubernans dominus increatus/imenſus/ æternus/ineffabilis Deus:qui terrā ſtabili firmitate ſuſpē
dit:qui coelum ſtellis ornauit:ſyderibus diſtinxit: qui Solē clariſſimum/ac ſingulare lumen rebus humanis accen
dit:qui terris maria circunfudit:flumina perenni lapſu fluere pcepit:iuſſit & extēdi campos:ſubſidere ualles:frō
de tegi ſiluas:lapidoſos ſurgere mōtes.Hic eſt bonorum omnium auctor:pater luminum:a quo omne datum bo
num:ac perfectum donum eſt:lux uera:quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum:ſuperex
cellens ſummum/incōmutabile bonum:principium: unde omnia:finis/ad quem omnia:qui cum Aurelio Augu
ſtino intelligi debet:ſine qualitate bonus:ſine quantitate magnus:ſine indigentia creator:ſine ſitu pſens : ſine ha
bitu omnia continens:ſine loco ubiq; totus: ſine tempore ſempiternus:ſine ulla ſui mutatione/mutabilia faciēs
nihil patiens:cuius ſolius poteſtate/ac uirtute cæci uidēt:ſurdi audiunt:muti proloquuntur:claudi ambulant:le
proſi mundantur:ſtulti ſapiunt: conualeſcunt ægroti:mortui reuiuiſcunt.Hic eſt qui recte dicitur Trinitas unus
Deus:ex quo omnia:per quem omnia:i quo omnia:Pater/& Verbum/& Spiritus ſanctus:quoꝝ ſingulus quiſq;
Deus eſt:& ſimul omnes/unus Deus:cuius celſitudini ac ſublimitati:conueniens nomen etiam ignorant Ange
li.Poſtremo hæc & uera eſt/& ſola beatitudo:ad quā adipiſcendā geniti/ac nati ſumus.Creauit enim Deus homi
nē:ut Deum ipſum intelligeret:amaret:poſſideret:frueretur:quem qui non intelligit proculdubio ſtultus eſt:
qui nō amat/improbus:inanis/qui non poſſidet:qui non fruitur/infortunatus:infœlix/ac ppetuo miſer: cui for
taſſe ſatius erat:ſi hāc uitā nūquā ingreſſus eēt.Quātis igitur/q̄ multis/q̄ pcipuis Philoſophia digna ē laudibus: q̄
cum primum nobis ante oculos poſuit tam pclari operis machinam: tot tantarumq; rerum creationem : infini
tam multitudinem ac uarietatem:naturæ ordinem:mundi ſplendorem:pulchritudinem coeli : fulgorem ſtella
rum/ſyderum ornatum conſtantiam admirabilem : ſingularem prouidentiam: ſenſim nos ad ipſius conditoris
contemplationem perducit:ut inuiſibilia Dei p ea q̄ facta ſunt/intellecta conſpiciamus. Tradunt Philoſophi/ap
petere unumquodq;:ut ſuo principio coniungat:quod ea ex re/uniuſcuiuſq; etiā perfectio conſtet/atq; integri
tas.Hominis autem principium quidnā aliud eſt quæſo/niſi Deus? Huic uero haud dubie ſola nos iūgit: atq; an
nectit contemplatio:in qua & ultima/atq; extrema hominis fœlicitas eſt.Hoc eſt enim proprium hominis ipſius
bonum:hoc peculiare munus/& naturæ hominis accōmodatiſſimum.Scite apud Platonē in philophos dictum ē
quod in ueri inueſtigatione uerſentur:quod pecuniā:quod gloriam:quod res omnis humanas contemnant:& p
nihilo putent:propterea iuſtos ac beatos eſſe:uiuunt nāq;:aluntur:creſcunt etiā uirgulta/& plantæ:ſentiunt: p
grediuntur:pcurant uictum uētrē explēt & pecudes. Homo uero qui ratiōis eſt particeps/ ſolus ex cunctis mor
talibus intelligit:ſapit:res cōtēplat:earum cauſas inueſtigat:cognoſcit:iudicat. Sed quis intelligere abſq; philoſo
phia:quis ſapɇ:qs noſſe aliquid pclaꝝ q̄at.Profecto hoīs ratio nō in corpore:ſed in mēte potius cōſtituēda eſt. At
uero incorpeā mentē/indiſſolubilē/imortalē/nō cōcretæ/nō fragiles/non lubricæ res delectant:ſed incorruptibi
lium/æternarum:& q̄ ueræ ſunt cōtēplatio:quā nobis philoſophia ſola ſuppeditat.Fit oīa:fit totus mundus ani
mus:nō abſurdum dictu/ſi cumulate/ſi pfecte philoſophia fuerit expolitus:quo quid pōt eſſe pſtabilius? Audē
ter dicā/nondum eſſe hoiem:q nullā philoſophiæ prē aſſecutus eſt. Sed ea patet latius:coeleſtia cōtēplat :naturæ
arcana inueſtigat:ſyderum uias radio dimetit:diuina autē tranſferens ad nos:ac uirtutē e coelo deuocās hominū
uitā ac mores:ad coeleſtis ordinis exēplar inſtituit. Reſpublicas gubernat:ſancit leges:domos regit. Quid hone
ſtum/quid turpe/quid iuſtum/quid iniuſtū/quid æquum/quid iniquum/quid rectum/quid prauum ſit:quid de
niq; expetēdum ut bonum:qd fugiēdum ut malum:nō ambigue demōſtrat.Hæc docet:ut honorē exhibeamus
parētibus:Magiſtratus obſeruemus:maiores natu uereamur:legibus obtēperemus : diligamus amicos:charam
uxorē:charos habeamus & liberos:nō ſæuiamus in ſeruos:bñ & iuſte uiuamus:diuina & humana iura tueamur:
oibus demq; in rebus modum ſeruemus:q̄ qui effecerit/uel ſine ulla rerum ſcientia rite Philoſophus appellan
dus ſit.Hanc igit rē adeo pclarā dum inquirunt ueteres ſapientes/contemptis rerum humanarum delitiis/grauiſ
ſimos etiā labores ppeſſi ſunt:duriſſimā uitā exegerūt.Ita Aegyptioꝝ Sacerdotes/Perſarum magos/Indoꝝ Gym
noſophiſtas/tum Bragmanas/tum Samaneos/Iudeorum/ Phariſæos/ Sadduceos:Eſſenos autē imprimis tenuiſſi
mo uictu cōtētos ferunt omnē in philoſophiæ ſtudio ætatē/atq; operā conſumpſiſſe. Quid referā Græcorū /Phi
loſophos? Academici etiā peſtilētē locū & paluſtre Gymnaſium delegerunt:ut uidelicet caſtigato corpe/ facilius
ad cōtēplationē animus intenderet. Stoicorum nota cōtinētia/& uictus tenuitas ē:e quibus Antiſthenes philoſo
phiæ emācipatus/q̄ poſſidebat/uēdidit oia:ac publice diſtribuit.Diogenes Synopeus/ ſordido palliolo/ pera/ &
bacillo cōtētus/in pſentē horā poſcebat a quolibet/ unde uita tueret.Multi uero nō pauptatē ſolum ptulerunt
ſed etiā uolūtariis/nō tā pegrinationibus q̄ exiliis ſuſceptis potius/etiā ultimas terras & poene uniuerſum pagra
uere orbē.Pythagoras Samius Pherecidē Syriū.Hermodamāta Creophili poſterū.Aegyptios & Caldæos Sacer
dotes:Magos Perſarū adiit patria poſt habuit:Italiā incoluit:tenuit magnā Græciā:ex lōginqua ac diuerſa pegri

natione magnã ſibi ſapiẽtiæ & doctrinæ laudẽ cõparauit. Apollonius uero Philoſophus eadẽ allectus cupidita/
te/id qđ ſcribẽte Hieronymo nobis cõpertũ ẽintrauit Perſas:ptrãſiuit Caucaſum:Albanos.Scytas:Maſſagetas:
Indos poenetrauit:Phiſon amnẽ trãſmiſit:puenit ad Bragmanas:adiit Elamitas/Babylonios:Caldæos: Medos/
Aſſyrios/Parthos/ Syros/Phoenices/Arabas/Paleſtinos/reuertit Alexãdriã:ad cõueniẽdos Gymnoſophiſtas:pre
xit Ethiopiã:cũctas poene terraꝝ regiões pedibus obiit. Sed quãto nobis ſtudioſius elaborãdũ ẽ/qbus ad melio
rẽ diſciplinã oblatus ẽ aditus:qbus etiã unigenitus Dei filius/& humani generis ſaluator miſſus a pře/uiã & ue
ritatis pcipiẽdæ & cõſequẽdæ imortalitatis oſtẽdit:quã incorruptã doctrinã:neqꝫ Pythagoras : neqꝫ eius poſteri
aſſeq potuerũt. Telauges filius Xenophanes/Parmenides/Empedocles/Zeno Eleates/Leucippus/Democritus
Nauſiphanes/Naucydes/Epycurus. Non ſunt adepti Ionici/Philoſophi / Thales / Anaximander / Anaximenes/
Anaxagoras/ Archelaus:& quẽ terreſtre oraculũ uocabãt. Socrates. Nõ ſocratici Plato/Anthiſtenes/ Ariſtippus:
Nõ Cyrenaci/Ariſtippus iunior/cũ Areta ſorore:Theodorus Atheus/Epitimedes/Parabates/Hegeſias/Annice
ris Libys. Nõ Cynici:quibus Antiſthenes pfuit/Diogenes Synopeus Crates/Thebanus/Zeno/Cittiæus/Clean
tes Caſſius/Chryſippus. Nõ Academici priceps/Plato/Speuſippus/Xenocrates/Polemõ/Crãtor/ Crates Athe
niẽſis. Arceſilaus/Lacydes/Euãder Phoeneus/Damõ Leõtheus/Moſchiõ/Euãder/Atheniẽſis Hegeſinus/Carne
ades/Clitomacus/Armadas/Non Peripatetici/Ariſtoteles/Menedemus/Theophraſtus/Demetrius phaleræus.
Sed neqꝫ illi quidẽ/quos Sapiẽtes cãtauit Græcia/ Solõ/Chilõ/Pittacus/Bias priẽnẽſis/Cleobolus Lidius/Periã
der Corinthius/Myſo cheneus/Anacharſis Scyta/Epimenides cretẽſis:piſiſtratus. Nõ tota ueterũ philoſophoꝝ
cohors:quoꝝ mãcã ſapiẽtiã Chriſtianæ ueritatis:uincit integritas. Itaqꝫ uos maxie decet igenui uiri/ad acquirẽ
dã diſciplinã/oẽm induſtriã ac diligẽtiã accõmodare:quibus igenia nõ deſunt:qui urbẽ clariſſimã/qſi alteras athe
nas/& florẽtiſſimũ quoddã lraꝝ domiciliũ nacti eſtis. Qđ ſi pcellẽtiſſimã Theologiæ laudẽ:ſi põtificia : ſi ciuilia
iura:ſi moralẽ ſapiẽtiã q̃ritis:ſi medẽdi ars:ſi phyſicæ obſcuritas:ſi diſſerẽdi ſubtilitas:ſi certiſſimaꝝ artiũ diſcipli
na:ſi cũcta hæc illuſtrãs eloquẽtia/magis cordi ẽ:pſto hic ſunt nobis in oĩ gñe doctrinaꝝ clariſſimi pceptores. Incũ
bite obſecro uos in hæc ſtudia diligẽter. Quid.n.oĩno fieri poſſit melius? Bene Hebræus concionator: Chitoba
och mach/mi peninim ue colhaphazi lois Vubah: qđ cũctas opes Sapiẽtia pſtet:& eius pciũ cũ nulla re alia cõfer/
ri debeat. Bene græcus Iſocrates τα μερ Χρηματα ταχέωσ απολειπει τα δε ακουσματα παρμερει τορ χρο
ρορ παραμερει:σοφια γαρ μορη τωρ κτηματωρ αθαρατορ:quod diuitias antecellat Sapientia : illæ pere/
ant:hæc ſempiterna ſit/atqꝫ immortalis poſſeſſio. Bñ noſter Boetius. Cætera fere caduca/labãtia/imbecilla:& ſi
ad fortunæ uicẽ ſpectes/poene ſemp aliena. At uero opulẽtiã lraꝝ/nec pſens imminuit ætas:earũqꝫ auctoritatẽ ip
ſa etiã cũcta cõficiẽs/auget potius:& cõfirmat uetuſtas. Eia igitur oẽs ſimus uerũ Dei ſimulachrũ/ philoſophiã
oĩ ſtudio cõplectamur:ut ea nobis mõſtrãte uiã/poſſimus bene/ſapienter/laudabiliter/ac beate uiuere. Qui cun
cta gubernat imortalis Deus:is nobis uberrimum Sapientiæ fontẽ aperiat:& glorioſis pcibus ſancti Lucæ/bea/
tiſſimi Apoſtoli/ac diuini Euangeliſtæ recte philoſophantium uota ſecundet. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio quarta de laudibus Philoſophiæ.

MAgni/ac pclariſſimi philoſophi Socratis/apud Platonẽ ſententia eſt:unũ opus/ unũ recte pficere: unũ
uero plura/nõ ſatis recte. Quã quidẽ/dũ ipe mecũ reputo:uereor/ne nõ ſatis laudabiliter cuiquã ue/
trũ feciſſe uidear:qui philoſophiæ pfeſſiõe/& diuinæ Sapiẽtiæ diſciplina /eloquentis uiri/ac diſerti
Oratoris munus ſuſceperim. Nã q̃uis uerũ ſit illud Platonis teſtimoniũ:quo pdit:maximã quandam
eſſe liberaliũ diſciplinaꝝ/atqꝫ ingenuarũ artiũ ſocietatem:& ueluti naturale cuiuſpiã cognationis uinculũ: tñ ex
ſingulis certa officioꝝ gña naſcũt. Qđ de ipis quoqꝫ moralibus uirtutibus conſtat:ut aliud Oratoris:aliud philo
ſophi aliđ Iuriſcõſulti ſuũ/ac pprium munus/& eẽ & uideri đbeat. Qđ iterdũ cõſiderãs/ſtatuebã nullo pacto mihi
huius loci ãplitudinẽ patere:cuius aditus eloquẽtiſſimis uiris/nõ iniuria ſp dari conſueuit. Sed has omnes rõnes
una uicit ſententia/& eoꝝ auctoritas longiſſime ſupauit:quoꝝ munus eſſe iudico:ut mihi imperent:meum aũt
abſqꝫ dubitatiõe/ut illoꝝ iuſſibus ac uolũtati pareã. Rem maximã aggredior:& imbecillitati meæ pculdubio i/
parem:ſed ſpem capio nõ mediocrem:qđ tã crebro ex hoc ipo loco/ab eruditiſſimis ac ſapientiſſimis uiris/de ſtu
dioꝝ laudibus & gloria dictũ ptractatũqꝫ eſt:ut breuiore oratione/ob eã ipam cãm/ opus eſſe intelligã. Sed nec
lõgior cohortatio noſtra apud uos eſſe debet:quoꝝ animos mira doctrinæ/ac ſapientiæ cupiditate flagrare cõ/
ſpicio. Duo igitur ſi paucis abſoluero/merito erit noſtræ incõpoſitæ orõni:nec ſatis tãti loci dignitati cõgruenti/
modus ac terminus cõſtituendus. Primũ de doctrinæ excellentia:mox de illius utilitate pſtringã. Nã ſapientia q̃
oĩa ſtudioꝝ genera noie uno cõplexa eſt:reꝝ oium tũ diuinaꝝ/tũ humanaꝝ cognitiõem pfitetur:quam qui ade
pti ſunt ſoli uerã hoĩs rõnẽ ſunt aſſecuti:ſoliqꝫ lõgiſſime abſunt a natura feraꝝ :cũ id re ipa teneant:cuius cupidi
tatẽ/hoium mẽtibus natura ingenerauit:atqꝫ benigne largita eſt. Qđ aſſerens Peripateticoꝝ princeps Ariſtote/
les/oẽs hoĩes/inqt/natura ſcire deſiderãt:ac p magni Oratoris ſententia/oẽs trahimur/& ducimur ad cognitiõis
& ſciẽtiæ cupiditatẽ:in q̃ excellere pulchrũ putamus. Cũ igit̃ particeps rõnis animus/hoĩem diſtinguat a bellua
& ſimillimũ coeleſtibus mẽtibus reddat:qđ eſt qđ dubitare quiſquam poſſit:quin doctrina & reꝝ cognitio/ſit ex
cellẽtiſſima oium ac pclariſſima:ad quã adipiſcẽdã/natura aĩus fert̃ atqꝫ induciť? Siquidẽ p hãc unã ſapimus:/co/
gnoſcimus. intelligimus/ſupera/infera/media/coeleſtia/atqꝫ terreſtria cogitatiõe ptigimus:ſciẽtiaqꝫ cõplectimur
ut id ppheticũ oraculũ ſacratiſſimi Vatis oſtẽdit:qđ iminutũ teſtať hoĩem paulominus ab Angelis:q glĩa & ho/
nore coronatus eſt:& p doctrinæ ac ſciẽtiæ gloriã cætera q̃cũqꝫ a natura pcreata ſunt lõgiſſimæ antecellit & pſtat
Cũqꝫ alia / q̃ fragilitas humani gñis poſſidet/caduca/tenera ac momentanea ſint & uariis fortunæ caſibus ſub/
iacentia/ſola uirtus & ſapientia/in q̃ reꝝ cognitio ineſt res ppetua/ſempiterna atqꝫ imortalis exiſtit/ q̃ neqꝫ nau/
fragio/neqꝫ incendio ãmittiť /nec a latronibus eripi/nec ſubripi a furibus põt. Quãobrẽ laudatur Bias Priẽnẽſis

unus e ſeptē:cuius cū patriā hoſtis diriperet:āmonitus/ut aliqd e ſuis rebus ſecū aſportaret:ſecum ferre oīa ſua
ꝓdidit:cū neq; aureū poculū/neq; argēteū ſcyphū/nec eburneū uaſculū/nec ſplēdidā ueſtē/nec precioſam quā
piā ſuppellectilē:ſed ſapiētiā/ſed uirtutē/ſed doctrinā ſecū portaret:quā itelligebat fortunæ uarietati/ac mutabi
litati minime ſubiacere. Nā reliqua pleriq; mortales/ignorātia excæcati tātopere expetūt/nō tā bonorū numero
recēſent/q̄ cōtrariā habēt uirtuti cōditionē:quēadmodū Cratetis Stoici/ac Thebani philoſophi declarat exēplū:
qui magnā uim auri abiecīſſe ferť:cū Athenas philoſophaturus accederet/ratus abſonā eē uirtutis/ac diuitiarum
ſocietatē:& utrāq; rē/ſimul uni eidēq; homini/difficile poſſideri. Sed nemo ſatis huius tā ꝑclari/tāq; diuini mune
ris ꝑſtantiā referre poſſit:pro quo adipiſcēdo magni:& præſtātes uiri cætera contēnunt oīa:ac pro nihilo putant.
Quid de eius utilitate multa dicā? Pretioſiorē cūctis opibus:& oīa quæcūq; ab hoībus poſſidenť/uni huic neq̄
quā ualeāt cōparari:habet fructū uitæ/q̄ nūc eſt & futuræ/& oī ætati/oībus tēporibus/oībus locis maxime con
uenit:nullū a ſua poſſeſſione excludit:nullius naturā reformidat:in aduerſa fortuna nō deficit:in rerū uarietate
nō imutať:in īfirmitate perficiť:quæ quidē res/tū uniuerſa/tū in mēbra uaria diſpartita/magnā frugē/& ſingula
rē quādam/ac mirificā utilitatē ꝑſtat hominibus:ſiue Grāmatica ars fuerit:quæ cōgruā orationē/& rectā ſcriptio
nē edocet:ſiue Dyalectica:quæ totū diſtribuit in partes:ſpecies diffinitione patefacit:res obſcuras iterꝑtādo ediſ
ſerit:ābiguas cognoſcit:ac diſtinguit:uera deniq; diſtinguit a falſis:ſiue eloquētia/ac dicēdi ars/& exercitatio:quæ
ad ſalutē hoīum ſuenta:& ſūmis ornata laudibus/accuſat īprobos:bonos defendit:uirtutē laudat:uitia execrať:
ſuadet res ſalutares:noxias diſſuadet:ſiue Mathematica fuerit diſciplina:q̄ i prio certitudinis gradu cōſtituta:ut
Phi tradūt:aut cōſiderat dimēſiōes/formas/ac figuras:qđ Geometriæ ſuū munus ē:aut nūeros cōtēplať:qđ pro
priū Arithmeticæ ē:aut Syderū rōnē ſpeculať/atq; Aſtrorū motus:qđ Aſtronomia efficit:aut deniq; uocū/ ner
uorūq; cātū ꝓdit:qđ Muſicæ modulatiōis oſtēdit rō:ſiue Medicinæ ars:q̄ aut bonā ualitudinē tuetur:ac ſeruat:
aut recuperat iterpellatā:ſiue Phiſica cōtēplatio:q̄ generabiliū:& corruptibiliū rerū/& corpoꝝ pueſtigat ratio
nem:& latētes cauſas meditať:ſiue Moralis ſapiētia:quæ humanæ uitæ ſocietatē/& gubernationē cōſtituit:de
rebus bonis:& malis q̄rit:hoīum mores cōfirmat:familiam recte diſpēſat:ciuitatē & Rempublicā regit:ſiue lega
lis ſapiētia:quæ honeſtas res iubet:ꝓhibet cōtrarias:bonis ꝑmia:iprobis poenas cōſtituit/ſiue iura pōtificia:quæ
ſacrorū ſciētiā/& ritus tradit:ac ſacrificioꝝ cerimonias/& diuini cultus religionē præcipit ſiue deniq; ſacratiſſima
diuinarū rerum ſapiētia:quæ Dei maieſtatē/mundi creationē/ſacræ incarnationis myſteria ꝓdit:ſacramētorum
ſaluberrimā inſtitutionē aperit/ac demōſtrat. Magna hæc & præclara ſunt oīa:quæ uitā noſtrā uehemēter exor
nant:& ad foelicitatē:qui finis oībus propoſitus eſt/facilē/atq; expeditū aditū præſtant. Hæc igiť cunctis uiribus
amplexamini uiri eruditiſſimi:his exercitationibus incūbite:hæc uobis uera parate adiumēta/ac uitæ præſidia:
qđ ſi feceritis/facillime foelicitatis/ac beatitudinis(q̄tū a Deo datū eſt)nō modo poſt hūc uitæ curſum:ſed aliq̄
etiā ex parte/in hac mortali luce participes efficiemini. Cætera poſthabenda ſunt:hæc dies noctesq; & expetere:
& āplexari debemus. Si cupimus fructū/laudē/ac beatitudinem adipiſci. Vos aūt Magnifici/ac potentes domini/
& cæteri uiri Senēſes pro mea erga patriam charitate:& ingēti amore:quāq̄ intelligā ſponte incitatos:tamē cum
ſint literaꝝ ſtudia ueſtræ inclytæ:& præclariſſimæ reipubli.ꝑcipuū/ac ſingulare decus:cū ueſtri ampliſſimi noīs
ubiq; gētium illuſtrēt:atq; augeant gloriā:cū apud oēs Italos populos/atq; longīquas:& exteras nationes/Senen
ſis urbis ꝓpagent ſplēdorē:cū apud oēs Reges:& Principes/gratiā & beniuolentia pariant:cū oīs generis fructus
uberrimos proferant/oro/obſecro:& cunctis uiribus deprecor ueſtram auctoritatē:ut ad tuēdam ſtudiorū cele
britatē/in omni literaꝝ genere/ad amplificandā tam eximiā laudē/præſertim Senenſi uigēte Pōtifice ueſtræ ad
mirabilis/tū ſapiētiæ/tum ꝓuidentiæ adhibeatis iduſtriam:quæ oīum cōis ſpes/atq; expectatio eſt. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio quinta de laudibus Philoſophiæ.

OPortebat eū:qui hūc tantæ dignitatis locū aſcenſurus eſſet:ac in tanto litteratiſſimorum hoīum con
uētu uerba facturus/extellentiſſimi Magiſtratus/ac ſapientiſſimi uiri/habere magnū/ac præclarum
ingenium:ſummā & exquiſitam doctrina:maximam dicendi copiam/atq; ubertatem:quæ cū a me lō
ge aliena ſint/uereor/ne quiſquā me cōfidentē/aut temerarium eſſe arbitreť. Quod tenuis homo/ac
minime eruditus/& uelut Anſer inter olores orationē habere ſim auſus. Vertit ſe nāq; animus ad ſpectādā hinc
ueſtræ āplitudinis:ac ſublimitatis præſtantiā:illinc huius rei/de qua hodie agēdū eſt/ꝑcipuā dignitatē:quæ ꝓfe
cto oīa/nō infantis hoīs iperitiā:ſed uiri diſertiſſimi copiā/atq; eloq̄ntiā poſtulare uidebanť. Fuiſſet apđ me me
rito ſilentii locus:ſi non ſapientum hominum uox una omnium:atq; conſenſus/cum cæteris uirtutibus/tum
etiam taciturnitati obedientiam prætuliſſet. Quamobrem rudem me atq; imperitum loqui oportet:non quia
id melius:ſed ne imperantium auctoritatem aſpernari uideat:quorum non iuſſa capeſſere/abſq; iuſta reprehen
ſione/ac ſummo ſine dedecore nequeo. Siquidem cuiuſq; præcepti contemptus præcipientis iniuria eſt:ut bene
ecles inclytus tradit Hieronymus. Atq; illud nūc mihi uideo cōtigiſſe:ut idē & loqui neſciam:& ſilere non poſ
ſim. Nā quid eſt:qđ hoc loco ſatis dignū mea tenuis/ac puſilla facultas poſſit afferre? cum ſæpenumero ex hoc ip
ſo loco ab eruditiſſimis/ac ſapientiſſimis uiris:hac de re dictū/ꝑtractatūq; ſit:poſt quos me tacere modeſtiſſimū
erat:ſi nō ſola parendi neceſſitas me ad hoc dicendi munus etiā inuitū/ac reluctantem cōpuliſſet. Veꝝ nō medio
cri dicendi onere me leuatū eſſe intelligo:cū de ſtudioꝝ laudibus/ac gloria tā multa/ac tam ſæpe in hac eadē ipſa
celebritate dicta/& ꝓnunciata eſſe recordor:quæ ſi repetere uoluero/iuſtam proculdubio reprehenſionem īcur
rerem:& nō tam uoluptate/q̄ tedio potius/ac ſerrio audientes afficerē:quos cū benigne adeſſe perſpiciā:quæ no
ſtro propoſito congruere ſum arbitratus/celeri/& q̄breuiſſima licebit oratione percurram. Video nāq; cogitans
ipſe mecum duo genera eorū:quæ hominibus expetēda uideantur. Et unū quidem genus eorum:quæ uel cor
pus attingunt:& in fortunæ poteſtate ſunt ſita:uel animi inſtitutionem/& confirmationē complectuntur. Quo
circa in ſumma mortalium uarietate:quos multiplicium ſtudiorū labor exercet:ut ait Seuerinus:alii alia præfe

runt:& in maxima erroꝝ peruerſitate & opinionum uarietate uerſanť. Qui ſapientes apud maiores noſtros habiti/atq; appellati ſunt:quiq; ad uerá ſapientiam conſectandam/in rerum inueſtigatione:& in perſpicienda ueritate/curam oém/atq; operam poſuerunt:nunq̃ illa quæ uulgo tantopere affectant:de quibus etiam inter ſe digladiari ſunt ſoliti in bonis rebus/aut expetédis/collocanda eſſe arbitrati ſunt. Ac proinde neq; uoluptates:qbus maxime humanũ genus aſtringiť:neq; copias/atq; diuitias/quarũ cupiditas mortalium mentes maxime labefactare conſueuit:neq; honores:pro quibus adipiſcendis/pleriq; dies nocteſq; laborát:neq; gloriam/ac popularem auram:nec opes/ac ciuilem poteſtaté:nec deniq; aut corporis formá/aut uires/aut pernicitaté:& quæ ſunt generis eiuſdẽ bona uel putare/uel appellare ſunt auſi:cum tamé pleriq; omnes eiſdem rebus comparandis/ ſtruẽdis opibus/cumuládis honoribus/poſſidẽdis facultatibus inhiare uideanť:& explendæ lacunæ corporis/ uires oẽs/ ac neruos intẽdere. Sed ſi recte/ac ſolertiſſime hæc oia/ & eorũ ſingula cõſiderare:& perſcrutari attentius uoluerimus/cõſtabit(ni ipſe fallor)plane cõtẽnẽda/ & prorſus habẽda pro nihilo:quæ neq; præſidiu ſatis habeant ad bene/beateq; uiuendũ:neq; momenti tantum:ut ad fœlicitatem:quæ cunctis mortalibus comparanda proponiť: ualeát aſpirare. Nam ut a uoluptatibus primum exordiamur:ſi de eis dicere iſtituerimus:quæ ad corpus attinẽt: & iucunda ſenſuum titillatione mouentur:ille certe contra ſtulta Epicureorum dogmata nõ mõ nõ ſalutares/& ad uitá bene degendá/accõmodatæ:ſed peſtiferæ potius/noxiæ/ac pernicioſæ ſunt exiſtimádæ. Neq;.n. in regno beatitudinis ponenda ſunt:quæ non habẽt perfecti boni abſolutioné:nec per ſe ſufficere poſſunt:niſi aliunde accitis iis quæ nõ modo cũ uoluptate ſunt iuncti. Sed ab ea abhorrent potius uehemẽter:ac longe diſſentiũt. Quocirca nõ inſcite Peripatetici magni Philoſophi imprimis:& qui omnibus de rebus luculente/ elegáterq; diſſeruerunt/fœlicitaté bonũ eſſe ſcdm rationem:& ad intellectiuá animi parté referri/optimis argumentati ſunt/ac perſpicuis documẽtis. Cumq; tria uidẽ p̃clari Philoſophi bonorũ genera cõſtituerit:quáq̃ eadé ipſa diſtributio/multo ante a Platone fuerat explicata:certe nec corporis cõmoda/nec fortunæ adiumẽta talia ſunt:ex qbus uera poſſit fœlicitas:ac beatitudo coſtari. Quis igiť tá excors:q adeo mẽtis:& rõnis inops:q nõ ipſe animaduertat/ quáta ſit huius:quá uoluptatem appellamus:imbecillitas:quáta eiuſdẽ labes:quáta ſordes:deniq; turpitudo/ fœditas: ut nõ modo nõ putari ſummũ bonũ debeat:ſed belluarũ/ac mutorũ animantium/magiſq; propria iudicari? Senſum pene uoluptas/diuinam animi parté aſpernatur:haurienté ſeſe ſatiare/atq; explere nunq̃ poteſt:cum iſatiabilis ſit uoluptatis appetitus:& ubi ea ſit/ibi locũ uirtus habere poteſt nullũ. Quæ duo pugnant utiq; inter ſeſe:ac longiſſime ſunt diſtincta. Quod ſi diuitias/copias/facultates/atq; pecuniæ affluentiá p̃ſpicere uoluerimus/ quid obſecro habẽt in ſe certi:quid explorati:quid/qđ nõ totũ i fortunæ mutabilitate ſit poſitũ? Illud ĩprimis arguit humanarũ rerum labem/ ac noſtrorũ temporũ fœditatem:qđ a Poeta nõ uere:ſed per ſtomachũ/atq; indignationé diciť. Sanctiſſima diuitiaꝝ maieſtas:& aliud rurſum. Quátũ quiſq; ſua nũmorũ ſeruat in arca: Tátum habet & fidei. Neq; Sancti quicq̃ poſſunt habere diuitiæ: q̃ illa quoq;:quæ ſancta ſunt/labefactát ſæpe:atq; corrũpunt:ut id probandũ multo certe uehementius uideať:qđ a Vate ſapientiſſimo canitur. Quid non mortalia pectora cogis:Auri ſacra fames? Nempe diuitiæ táq̃ miniſtræ/ac pediſſequæ turpiſſimæ uoluptatis:id qđ uiſum Iſocrati eſt:ad magna plerũq; flagitia/ac nefaria ſcelera iuuát:atq; propellũt. Quod quidẽ ex aio dolens elegátiſſimus Elegiaci carminis auctor inquit. Auro pulſa fides:auro uenalia iura. Aurũ lex ſequiť:mos ſine lege pudor. Ac neq; ad rem aliá magiſter gentium/ q̃ ad pecuniam/& ad lubricam externaꝝ rerum poſſeſſionem proſpexit: cum caput malorũ/cupiditatem eſſe aſſeuerauit. Fides uero/quá ſocietaté cũ diuitiis:quod cũ pecunia poteſt habere cõmertium? Fides(ut Stoici tradiderũt)Iuſtitiæ fundamẽtum eẽ dignoſciť:per quá potiſſimũ humana cõciliatio/ac ſocietas cõſeruatur:cum e cõtrario liqueat/ab externarũ reꝝ/uel cupiditate/uel poſſeſſione bella/ſeditiões/diſcordias/inimicitias/ odia/ac diſſenſiones cõflari:quæ imprimis hoíum coetus/atq; cõcilia ad perniciẽ ſæpe interitũq; perducũt:ac perſpicuũ cõſtabit/ſi uetera p̃ſcrutari/ac memoria repetere inſtituerimus/multos ſæpenumero:q opibus & diuitiis reliquos anteirẽt/ꝓpter opes ipſas:ac diuitias iteriiſſe:nec priuatos ſolum:ſed Reges iterdũ opulẽtiſſimos:quoꝝ regna/ac florẽtiſſimá gloriam/pecuniæ cupido ſubuertit:& ad extremũ excidiũ uſq; redegit. Quid dicá de honoribus? qđ de dignitatibus? Quam utraq; fluxa/ac lubrica res eſt? Neq;.n. honores huiuſmodi ſunt:ut ꝓpter ſe expetẽdi eſſe uideantur:quádo ad aliud referuntur:aliunde pendẽt:& in alio potius q̃ in eo:cui exhibenť poſiti/& cõſtituti eſſe cernunť. Quocirca ſi cõtẽtio fiat/& comparatio in deferẽte honoré: potius an in ſuſcipiente/ſitum eſſe dicamus:Ociſſime occurret:nõ ſolum quæ ab Ariſtotele lata hac de re ſententia eſt:ſed id quoq;/qđ a.C.Plinio luculente tradiť/nõ minus præclarum: & iſigne eſſe/ſtatuam in foro populi Romani ponere/q̃ habere. itaq; cũ ueros honores ſola gignat:ac proferat uirtus:cõfirmát tamé Philoſophi:& uiri oẽs ſapientes:uirtutem/nõ ꝓpter honoré/aut gloriá:ſed ꝓpter ſe ipſam colendá/atq; expetendam eſſe. Quæ certe eadẽ& de gloria/ac populari fama/pari ſunt exanime/ac ratione cenſenda. Gloria pleriq;:q ſe magnos & claros haberi uolunt/ omni ſtudio:atq; labore confectanť:exiſtimantes nõ ſolũ magnũ bonũ:ſed ultimũ bonorum oium: quo mortalium oium cõtendit:atq; aſpirat intẽtio. Sed ne illa quoq; id bonum cõplectiť:qđ & ueri boni cõtinet rationem:& toto(ut aiunt pectore)cunctis uiribus petere/atq; inueſtigare debemus. Quid eſt.n.qđ uel glorioſũ/uel magnũ/atq; uere p̃clarũ hũana cõtineát:q̃ nec diuturna ſũt nec certi:aut explorati qcq̃ ꝓrſus habẽt. Vbi nam gentium illa/quá ſtulti pleriq; arbitranť:famæ imortalitas cõparabitur? Quáti tandem exiſtimandum eſt bonũ illud:quod eſt populari fama glorioſum? Miror equidẽ Peripateticos hoc loco/qui cũ cæteris de rebus ſubtiliter/elegáterq; diſſerere cõſueuerint:hac una nimirũ de cauſa perperá ſenſiſſe/nõ imerito iudicátur. Ac lõge Stoici luculentius ſplendidiuſq; eiuſcemodi aurá/inaneſq; fallacis gloriæ rumores contempſerunt. Bene igiť: ac ſcitiſſime Scipio ille Africanus maior: qui per quietem Corneliũ Scipionem æmilianum affatus eſt apud.M. Ciceronem. Tu inquit:quá celebritatem ſermonis hoíum:aut quá expetendam conſequi gloriam potes? Breuia hæc/& ad exiguum tẽpus duratura:nullá certe uim habẽt:quapropter aut expetẽda/aut optáda mortalibus tan

topere uideãtur. Quid porro de corporis dicendum eſt: aut ſentiẽdũ cõmodis? Donum forma breue: ut ait Ly/
ricus Vates: pluribus excidio: q̃ uel ſaluti/ uel utilitati fuit. Quã de magnis uiribus/ ac igẽti robore reportauit ſo/
lidam/ ac uerã laudẽ Milo Crotoniates: qui ea re/ cæteris uiſus eſt hoibus præſtitiſſe? Quid Dario Perſarũ Regi
quid Lydorũ Creſo? Quid Romano Craſſo: uel ampliſſimæ facultates/ uel potẽtia/ uel opes profuerũt? Natu/
ra ipſa nõ artifex ſolũ rerũ oiumq;: ſed ueritatis ipſius acerrima iueſtigatrix: & iudex tacita ãmonet: qd ſentire/ qd
ꝓbare/ quid optare/ qd reſpuere/ quid expetere/ qd cõtẽnere deniq;/ ac deſpicere debeamus. Ea nos ſurſum ere/
ctos genuit: qd coelũ ſuſpiciẽtes ꝓcreauit: ut per corporis ipſius formã edocti: iſeriora: & terreſtria hæc deſpicere:
atq; aſpnari: ſupiora/ & coeleſtia/ cupere/ deſiderare: atq; affectare debeamus. Eiuſmodi uero eſſe conſtat illa oĩa:
quæ ſecreta a mortalitatis cõtagiis: & a labe fragilitatis oĩs/ nec iteritui/ nec uarietati/ nec mutatiõi obnoxia ſunt:
quæ ſemel parta/ dilabi: auferri eripi nunq̃ poſſunt: ſequuntur nos: comitant̃ amplectunt̃: quocunq; nos duxerit
uolũtas: ſors tulerit: rapuerit neceſſitas: nunq̃ nos deſerũt: nunq̃ aut percuius q̃ iſidias: aut peruim aliená auellũ/
tur a nobis. Quæ in noſtra poteſtate ſita: atq; arbitrio cõſtituta: non alienæ patẽt libidini: ſed ꝑpetua in nobis/ ac
ſtabilia ꝑſeuerant: qbus ne illa qdem: quæ in humanis rebus tã magnã/ a Stoica diſciplina/ putat̃ habere poteſtatẽ
fortuna dominatur: quæ qualeſcũq; uerſat uices illa nec lædere poteſt: nec ualet attigere: quæ uero nomine ap/
pellamus bona: qualia Stilphon magnus: ac ꝑilluſtris Philoſophus: ẽt ſola nõ abſq; magnis rationibus appellauit
bona. Quãobrẽ ſi ſolerti idagine iueſtigare: & iuolutã magnis tegminibus ueritatẽ/ atq; explicare uoluerimus:
honeſtas utiq; ſola: & cũ illa itellectiua uirtus occurret: quã capere: quã ſectari: ãplecti: quã tenere/ ac firmiter tue/
ri opporteat eos: qui ſapiẽtes/ q boni/ qui beati eſſe cupiũt. Proinde Peripatetici: & eorũ Priceps Ariſtoteles: qui in/
genio/ & doctrina/ & diligẽtia Philoſophiã oẽm patefecit: atq; ꝑſpicue illuſtrauit: cum eſt de foelicitate locutus:
& duplicem illã cõſtituiſſet: alteram ex prudẽtiæ actionibus: alterã ex cõtemplatione cõficit: & proficiſci iudica/
uit. Hinc recte aiebat ad Patritium Seuerinus. Cætera fere caduca: labãtia/ imbecilla: & pene ſemꝑ aliena. At ue/
ro opulentiam litteraꝝ: nec præſens iminuit ætas: & cuncta cõficiens auget potius: & confirmat uetuſtas. Et uere
ille quidẽ/ atq; elegãter: nam ſiue diuina: & altiſſima ſpeculemur: ã quibus de rerũ omniũ creatore: ac mundi cõdi/
tore agitur: & quæ ad diuinæ naturæ ſublimitatẽ ſubſtantiáq; referunt: quæ Theologia ꝓfitetur: ſiue ad templo/
rũ cerimonias: ac ſacros ritus: & ad cõponẽdã catholicæ religionis ſanctitatẽ: qbus in rebus Pontificia iura uerſan/
tur: ſiue ad cõformãdos hoium mores: & ad redigendã hoium ſocietatem: ad bene uiuendi diſciplinã: ut uitia: ac
ſcelera repellantur/ ꝓpoſitis iuſtis ſuppliciis. Colãtur uirtutes: atq; expoſitis p̃miis exerceat̃ honeſtas: qđ ſuũ le/
galis ſapientiæ/ ac iuris ciuilis propriũ munus eſt. Siue ad ꝑſcrutanda naturæ arcana: pernoſcendaſq; occultarum
rerum cauſas: qđ multifariam philoſophia pollicetur. Siue ad effugiẽda morborum ſemina: & ad uarias corporũ
ægrotationes repellendas: qđ medendi ars certa ratione ſpõdere uidetur: cum & incolumes eſſe hoies: & uiuere
faciat. Siue ad perſuadẽdã rectã uiuendi rationẽ: atq; honeſte uiuendi uiã: atq; laudẽ: qđ eloquentia facit: quæ iũ/
cta ſapiẽtiæ/ diſperſos hoies initio cõgregauit: & ad cõcilia/ coetuſq; iure ſociatos redegit. Siue ad uerũ/ falſumq;
ſecernendum/ ad congrui ſermonis: & incõgrui diſcretionẽ cõparandam: in quibus Logicæ ſubtilitas: & Grámati/
cæ artis ratio tota conſiſtit. Proculdubio hæc illa ſunt: per quæ maxime expolit̃ humanũ genus: humanæ naturæ
ꝑſtantia a belluarum feritate diſtignit̃: hoium uita præclara: laudabilis: elegãs: & diuinæ celſitudini ſimillima red/
ditur. Hinc merito ſtudiorum: & lr̃arũ exercitatio plurimũ laudatur. Hinc illæ iprimis floreſcunt ciuitates: in q/
bus hiſce artibus: atq; igenuis diſciplinis: hoium excolunt̃ igenia. Hic pacis tẽpora maxime expetunt̃: ſtudioſeq;
ſeruant̃: ut aſcita ociĩ: & quietis firmitate belloꝝ ſeuitia: atq; contentione remota: quæ mirifice cõmendantur:
uaria ſtudioꝝ genera: multo ipenſius/ ac lõge accuratius celebrari poſſint. Quare magnifici/ atq; excellentiſſimi
Dñi: tuemini/ fauete/ amplificate q̃ſo ueſtræ florẽtiſſimæ urbis: & bene iſtitutæ ciuitatis ꝑclara gymnaſia: ample/
xamini (ut facitis) doctos/ ac ſapiẽtiæ laudibus ꝑſtantes uiros: cumulate debitis p̃miis: q cæteris poſt habitis rebus:
uirtutẽ: ſapiẽtiam: ac doctrinã capeſſunt: iuuentutẽ ad amplectendã ſtudioꝝ gloriã: impellite: iuitate: inflámate:
ut ueſtra glorioſa reſpublica: maiorem indies ubiq; gentium ſplendorem/ cumulatiſſime laudis adipiſcatur. Illo
operãte: ac benigne tribuẽte: qui ut ſolus imortalis: ita bonorum oium largitur cumulum. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi: Oratio Sexta de laudibus Philoſophiæ.

MVlta me dehortabant̃: excælſi & illuſtres Dñi: patres ampliſſimi: atq; eruditiſſimi uiri: & ab huius lo/
ci ſumma claritudie repellebãt. Nã res magnas: atq; ꝑclaras tenue reformidat igeniũ: & patere debet
tã excelſi: tãq; ſplẽdidi loci aditus iis: q doctrina q eloquẽtia: q ſumma auctoritate: reliquos ãtecellũt.
Erãt ꝑfecto multi (ut ipſe arbitror:) quos decebat potius tãtæ rei maieſtas: & huius grauiſſimi mũe/
ris ãplitudo. At uero tãdẽ/ qđ obtrudi nemini poſt: itur ad me: Vereor nimiꝝ: & qdẽ plurimũ uereor: ne quis me
uel arrogãtẽ nimis: uel forſan ieptũ iudicet: q minime oium ꝑſtãs igenio: & ab oĩ pene dicẽdi copia/ ac reꝝ doctri/
na ꝓrſus abhorrẽs/ tã breui tpis curriculo/ terq; quaterq; illuſtris loci huius auctoritatem ſueri repetere auſus. Il
lud mihi cõpertũ erat patres ãpliſſimi: de igenio/ ac doctrina audaciã ꝑiculũ facere. Nõne latebat exigui ingenii
ibecillitas: nouerã ipſe me: qđ & uox ſapiẽtis. Et Delphicæ iubent lr̃æ. Veſtrã dignitatẽ: & meã ſimul iperitiã aio
repetebã: nequaq̃ neſcius iuſtũ/ ac par eẽ: ut aliquãdo: & alioꝝ ſe ꝓferrẽt igenia: & illi i aciẽ deſcẽderẽt: q & ſubſti/
nere graue onus poſſint: & magnis uiribus freti fortiter dimicare nõ dubitẽt. Verũtñ coegerũt me: & ad repetẽ/
dã hãc dicẽdi ꝓuiciã iuitũ quodãmõ/ ac diutius reluctãtẽ cõpulerũt: quoꝝ qd fieri debeat explorare labor: mihi
iuſſa capeſſere fas ẽ. Quãobrẽ iparatũ me dicere oportet: nõ qa id agere melius ſit. Sed qm̃ recuſare difficile. Di/
cã igit̃ iuſſus uobis: & q̃ i uariis multaꝝ reꝝ tẽpeſtatibus repẽtina qdã ſugeſſerit cõmẽtatio/ maiora forſan expe/
ctãtibus uobis ipolita: nec ſatis exculta oŕone ꝑcurrã/ breuius tñ: atq; icõcinius: q̃ res tãta dici debeat. Itaq; Philo/
phiæ ipſius: qđ ẽ rei oium ꝑclariſſimæ/ ꝓ uetere huiuſce: ciuitatis cõſuetudie: hodie nobis iſtituit̃ laudatio. Hãc
finire certũ ẽ: hãc ꝑtiri decretũ: & nõnullis ꝓſeq laudibus: qbus ꝑtibus abſolutis: totius nr̃æ oŕonis termiabit̃

modus.Eſt igiť philoſophiæ ĩprimis ſacrũ:atq; Auguſtũ nomen:res ipſa tũ grauis/ac ſplendida tũ frugifera maxime:& hoium generi ſalutaris.Quid ē.n.philoſophia aliud/q̃ amor:q̃ ſtudiũ ſapientiæ?Quid deide ſapiẽtia:q̃ eximia:& excelles q̃dã:atq; ãmirabilis uirtus:q̃ uirtutũ oium comitatũ/ac ſocietatẽ cõplexa ē?Qđ ſ rõnẽ ipſam q̃rimus:p̄clare Græci tradidere/a qbus oē initio ſtudioꝝ genus:& ĩgenuæ diſciplinæ fluxerũt.His namq; uerbis huius p̄clari/uel iucũ/uel muneris ſplẽdorẽ/uiq; demõſtrãt.φιλοσοφια εςι γνωσισ θειων τε και ανθρωπινων πραγματων.Et iterũ φιλοσοφια ὁμοιωσισ εςιν θεω.Ruſum uero.φιλοσοφια εςι τεχνη τεχνων και επιςημη επιςημων.αρχη γαρ φιλοσοφια αρχη εςι πασησ τεχνησ.δια ταυτησ γαρ πασαι τεχναι ευρηνται και επιςημαι.Tria ꝑ Græcoꝝ uera ſnia de p̄ha ꝓdũť.Quoꝝ primũ diffuſam ui eius pateſacit:alterum ſplẽdidiſſimũ demõſtrat effectũ:tertiũ Philoſophiæ oſtẽdit p̄ſtãtiã:ac decus illuſtrat.Oia namq; Philoſophia/& diuina & humana cõplectiť:atq; eoꝝ oium iueſtigat altiſſimas rõnes:& cãs diligẽter inqrit.Per hãc uerã illã Dei imaginẽ/ac ſimilitudinẽ exp̄ſſam:atq; iſignẽ reddimus:& ad diuinã ſublimitatẽ philoſophia duce/accedit ꝓprius humana cõditio.Fõs ē aũt uberrimus q̃dã:atq; iexhauſtus:ex quo uarii/ac pene innumerabiles multipliciũ bonorũ riuuli manãt:oium laudataꝝ mr̃ artiũ/ac liberaliũ diſciplinarũ ꝓcreatrix:a q̃ ois:& ſciẽtiæ pueſtigatio:& diſſerẽdi ꝑfecta rõ ē.Qđ ſi uolumus/tã igẽtis corporis mẽbra ꝑſpicere:primũ ſe offert nobis Grãmaticæ artis eruditio:q̃ ĩ duas p̄tes ſcidiť:recte loquẽdi ſciẽtiã:cui q̄ ſcribẽdi rõ iungiť:& Poetaꝝ enarrationẽ:quã p̄cedit emẽdata lectio:q & pp metrorũ modulos:& rythmorũ cõſonãtiã:muſicã quoq; diſciplinã ãnectit/ac multaꝝ artiũ aſciſcit peritiã.Hæc neceſſaria pueris ē:qđ Fabius Quintilianus oſtẽdit:iucunda ſenibus:dulcis ſecretorũ comes:& q̃ uel ſola oĩ ſtudioꝝ gn̄e/plus habet opis:q̃ oſtẽtatiõis.Seqtur Dialectica:q̃ docet rẽ uniuerſam tribuere ĩ p̄tes:latentẽ explicare definiẽdo:obſcurã explanare iterp̄tãdo:ãbiguã primũ uidere:deide diſtiguere:poſtremo habere regulã:q̃/uera & falſa iudicanť:& q̃ qbus ꝓpoſitis:q̃q; nõ ſint cõſequẽtia.Ars oium artiũ p̄cipua q̃ſi lux q̃dã eoꝝ:q̃ ab aliis cõfuſe:aut rñdenť:aut aguť.Sequiť poetica diſciplina/q̃ uel cõciliat auribus uoluptatẽ/uel ad quãdã uirtutũ ſpeciẽ/mẽtẽ/atq; aium legẽtis hortať:cuius id maxie ꝓpriũ ē:ut q̃ uere geſta ſunt ĩ alias ſpẽs obliqs figurationibus:cũ decore aliquo cõuerſa traducat:& decora q̃dã (ut ita dixerĩ) actiõe ad uirtutis amorẽ cupiditatẽq; pelliciat.Sequũť Mathematicæ:qbus nihil quõdã fuit apud Græcos illuſtrius.Quarũ Arithmetrica quodãmõ reliquaꝝ mr̃ nũeros cõtẽplať,Geometrica/dimẽſiões:formas/ac figuras.Aſtronomia ſyderũ rõnem:atq; aſtroꝝ motus:Muſica neruoꝝ uocũ ꝙ cãtus:q̃ primũ mũdi cõcẽtũ efficit:hũanæ fabricæ armoniã cõponit:mox ad neruorũ:& uocũ trãſlata modulos:magnũ cũ ſapiẽtia/& diuinaꝝ reꝝ cognitiõe uř habere cõmertiũ:q̃ cũ lr̃is gymnaſtica figuratiõe pleriq; oli apud Græcos diſcebãt iuuenes ſequiť domina reꝝ eloquentia/res p̄clara:atq; diuina:q̃ ut Lucilius ſtoicus uere inqt:primũ efficit:ut ea:q̃ ignoramus diſcere:& ea q̄ ſcimus:alios docere poſſimus:Deinde hac cohortamur/hac ꝑſuademus/hac cõſolamur afflictos/hac deducimus p̄territos a timore/hac geſtiẽtes cõprimimus/hac cupiditates iracũdiaſq; reſtiguimus.Hæc nos iuris legũ urbiũ ſocietate deuixit/hæc a uita imanis & fera ſegregauit:cuius officiũ ē:tenerẽ hoium cætus:mẽtes allicere:uolũtates ĩpellere quo uelit/unde uelit abducere.Populi motus:iudiciũ religiões:Senatus grauitatẽ cõuertere.Opẽ ferre ſupplicibus:excitare afflictos:dare ſalutẽ:liberare periculis/retinere hoies ĩ ciuitate.Itaq; bene ſũmus p̄hũs ad Alexãdrũ ſcribit:quẽadmodũ Imꝑator ſui ē ſeruator exercitus:ita & eloquẽtia/q̃ ſapiẽtiæ cõiuncta ſit/hũanæ ē uitæ gubernatrix:Sequiť medẽdi ars ob p̄cipuã eius utilitatẽ deorũ iuentiõi:& muneri cõſecrata/q̃ ut agricultura ſanis corporibus alimẽta/ſic ſanitatẽ egris/& bonã ualitudinẽ polliceť/cuius tãta uis ē:ut nõ mõ ſoſpitatẽ tueri:morbos pellere/curare languores poſſe/ſed ẽt mortuos hoies:nõnũq̃ ab extrema clade/& ab ĩteritu quodãmõ reuocare uideať.Et illa ĩ tres partes diuiſa ē:unã/q̃ uictu:alterã/q̃ medicamẽtis:tertiã/q̃ mãu medeť/& opa/q̃ græci χειρουργιαν uocãt.Seqť phiſica cõtẽplatio/q̃ pueſtigat mobile corpus:q̃ moueť/& q̃eſcit:naturaliũ cõpoſitorũ rimať elemẽta:eãrum genera inqrit.trãſmutatiõis formã edocet:ortũ rerũ:atq; ĩteritũ oſtẽdit:& eorũ uarietatẽ:q̃ oriunť/& occidũt:ſimplicia uero corpora:& mixta:ꝑfecta atq; iꝑfecta/aiata/atq; ĩ aĩa differẽs ad nobiliſſimã uſq; ĩtellectiuã hoĩs formã ſpeculãdo ꝓgrediť.Seqtur Metaphyſica ſciẽtia:q̃ q̃q; uerſať circa ens/inq̃tũ eiuſmodi/eiuſq; ꝓprietates:p̄cipue tamẽ primã cãm exqrit/& illã habet ultimã ĩtẽtionẽ:qđ Auicena ꝓdidit:ut cognoſcat gubernatiõem altiſſimi Dei:ſpirituales Angelos:atq; illorum ſacros ordies/denıq; abſtractæ ĩtelligentiæ/quo pacto habeãt ſeſe ad circos cæleſtes:& globos.Seqť Ciuilis iuris ſanctio:& legũ prudentia:q̃ a P̄hiæ ĩtimis fontibus ꝓfecta.Iubet honeſta:ꝓhibet cõtraria:cuius ſũma ui:atq; auctoritate (ut apud Ciceronem ait Craſſus) uerus/iuſtus/honeſtus labor/honoribus/p̄miis:ſplendore decorať:uitia hoium/ac fraudes/dãnis ignominiis/uiclis/uerberibus/exiliis/morte mulctãť/Hæc boni:& æq cognitionẽ ꝓfiteť:Iuſtitiã colit æquũ ſepat ab iniquo:licitũ ab illicito diſcernit/ad ꝓbitatẽ uero hoies/tũ metu pœnaꝝ/tũ p̄mioꝝ quoq; exortatiõe deducit:q̄ ē Vlpião teſte/uerã nõ ſimulatã P̄hiam affectare.Seqť Moralis ſapia:q̃ prius iuexit Socr.Hãc.n.ille uir magnus deuocauit e cœlo:& ĩ urbibus collocauit/& ĩ domos ĩtroduxit/& coegit prius de rebus bõis/& malis q̃rere.Hãc laudat magnus Orator:& afflať his uerbis.O uitæ p̄hia dux/o uirtutũ ĩdagatrix expultrixq; uitioꝝ:qđ nõ mõ nos:ſed oĩo hoium uita ſine te eẽ potuiſſet?Tu urbes ꝑpiſti:tu diſſipatos hoies ĩ ſocietatẽ uitæ cõuocaſti:tu eos ĩterſe p̄rio domiciliis:deide cõiugiis/tu lr̃arum/& uocũ cõione cõiunxiſti/tu magiſtra morũ/& diſciplinæ fuiſti.Eſt autem unus dies bene/& ex p̄ceptis tuis actus peccãti ĩmortalitati ãteponẽdus:Seqtur Reipublicæ gubernatio:q̃ & ipſa Philoſophiæ laudatiſſima pars eſt.Itaq; laudat Plinius Euphratẽ Philoſophũ Syriũ:q affirmare cõſueuerit eã eẽ philoſophiæ ẽt pulcherrimam p̄tẽ/agere negociũ publicũ:& q̃ P̄hi docẽt:ad uſum/atq; actionẽ accõmodare.M.Tullii uero ſnia a Lactãtio comprobať:q ciuiles uiros/q Rẽpu.gubernẽt/q urbes/aut nouas cõſtituãt:aut cõſtitutas æqtate tueanť:P̄hiæ doctoribus ãtepoſuerit.Sequũť Põtificia iura:& Canonica ĩſtituta:q ſacroꝝ ritũ cõſtituũt:tẽplorũ cærimonias cõponũt:x̄p̄ianæ religiõis pietatẽ erudiũt:Sacerdotũ mores cõformãt:ut ſobriæ:& iuſte:& pie uiuẽtes:nõ minus exẽplo:q̃ uerbo/reliquos hoies/ad uerũ dei cultũ cõpellãt:& ad rectũ dirigãt ꝓbitatis iter.Quid tãdẽ ſacratiſſimã re

ſerā diuini eloq̃ ſapiētiā? Hæc ſublime tradit: atq; ineffabile myſteriū trinitatis: ammirabilia dei opa cōmēdat: diuinæ incarnationis ꝓdit incōprehēſibile ſacrm: ſalutis uiā mōſtrat: rectū beatitudinis iter oſtendit. Huius amore & guſtu ſuauiſſimo/ diuinus Vates pellectus ait. Quā dulcia faucibus meis eloquia tua: ſup mel ori meo. Hæc una illa docet in terris: quoꝝ nobis ſcia pſeueret in cœlo. In hac uelut Dux qdā p̃cellit Moyſes: cuius Geneſis mūdi creaturā & humani generis primordia manifeſtat. Exodus decē plagas/ ac diuina p̃cepta: Leuiticus ſacroꝝ uarietatē: Numeri multaꝝ rerū ſacra: Deuteronomiū Euāgelicæ legis p̃figurationē. Extāt iudicū monumenta: Regū hiſtoriæ/ Machabeoꝝ geſta: ſanctarū rerū ſcriptores/ Ioſue/ Ezras/ Neemias/ Tobias: Iudith/ Heſter: Iob/ Dauid inclytus Vates: Sapiētiſſimus Salomō. Accedit p̃clara ꝓphetaꝝ cohors: Eſaias/ Ieremias/ Baruch/ Ezechiel/ Daniel/ Oſee/ Ioel/ Amos/ Abdias/ Ionas/ Micheas/ Naū/ Abbacuch/ Sophonias/ Aggeus/ Zacharias/ Malachias/ Præterea ſancta quattuor aīalia: q̄ Prophetaꝝ oracula multo ari p̃duxerāt: Mathæus/ Marcus/ Lucas/ Ioānes is q̄ quū ſupra pectus Dn̄i in cœna recubuit: altiſſimorū: & cœleſtiū arcanorū factus eſt cōſcius. Cūq; his Simō Petrus: Iacobus/ Iudas: Poſtremo p̃co ueritatis & doctor gentiū Paulus Apoſtolus: q̄ cū Romanos/ Corinthios/ Galatas/ Epheſios/ Philippēſes/ Coloſſenſes/ Theſſalonicenſes/ Thimotheū/ Titū. Philemonē/ Hebræos īſtruxit totius mūdi gētes ac natiōes iſtituit Romanos rerū dn̄os: Græcos humanæ ſapiētiæ pricipes: Hebræos diuīe legis auctores. Hāc uero diuinā ſapientiā/ cū primis Hieronymus ꝓdidit: enucleauit Auguſtinus: cōfirmauit Ambroſius: Gregorius illuſtrauit: nuper uero q̄ſi obſoleſcentē renouauit Bernardinus Senenſis nr̄æ totius ſplēdor/ ac decus ætatis. O p̃clarā atq; imenſam ph̄iæ laudē q̄ ſuo cōplexu tā multa: tāq; p̃ſtabilia cōtinet ornamenta. O ſingularem atq; inenarrabilē diuini muneris muneris amplitudinē: ꝑ quā humana eluceſcit p̃ſtātia. O fœlicē/ ac ꝑ beatā hoium ſortem: q̄ tātæ lucis claritatē: ac ſplendorē excæperit: Cōſiderate q̄ſo uiri p̃ſtātiſſimi: ac diligēter īſpicite ampliſſimā ph̄iæ gloriā: ſummū decus: multiplicē fructū: uoluptatē icredibilē: p̃cipuas/ atq; innumerabiles laudes. Hāc capeſſire iuuenes: hāc diligite ſenes: ſi iuuentutē agit: ſenectutē oblectat: oī ætati cōuenit: utrāq; fortunā iuuat. Vos aūt potentes dn̄i/ ac p̃cellentiſſimi Magiſtratus: q̄ huic præeſtis florentiſſimæ reipublicæ: cōſeruate hoc p̃cipuū bonū: augete illud idies: exercete foris qdē fortitudinē: q̄ ſumma ꝓudētia magnū/ ac munitiſſimū cōflaſtis exercitū/ ad ꝓpulſandas iproborū hoſtiū iniurias: & ſtultā libidinē cohercendā. Domi cuſtodite prudentiā: quā copioſe: & abunde ph̄ia ſuppeditat: & beatas facit reſpublicas. Vos alloquit̃ magnus Cōcionator: diligite ſapientiā: ut regnetis i perpetuū: diligite lumen ſapientiæ oēs q̄ præeſtis populis. Vos affat̃ diuinus Vates: Intelligite/ erudimini/ qui iudicatis terrā: & app̄hendite diſciplinā. Melior eſt nāq; ſapientia: q̄ uires. Foris arma: conſiliū domi uſæ Reipublicæ ſempiternā: & imortalē gloriā cōparabit: pace/ & trāquillitate fruemini ꝑpetuæ firmitatis: quæ omnia ille fortunet clæmentiſſimus cælorum Princeps: qui oēm mundum regit: & mirabili ꝓudentia cuncta gubernat: ut florētibus philoſophiæ ſtudiis ſit illa ueſtra Ciuitas: Imperium Occeano: famam/ quæ terminet aſtris. Ad decus illius & gloriam: qui trinus: & unus æternis ſæculis regnat. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi oratio Septima de laudibus Philoſophiæ.

IAmpridē/ Magnifici/ & excælſi Domini/ ac ſapiētes uiri a ueſtris ſtudiis factus alienior: ruſticabar plane libēs: nō ruſtico itentus opi: quod tn̄ ne magni qdē iterdū aſpnant̃ uiri: ſed cogitationibus meis deditus: & nō indignis lr̄aꝝ ꝓfeſſore oblectamentis. Repēte accerſitus parui & ad hāc paleſtrā uocatus: quā frequenter tyro primū mox ueteranus luſi: quotiens nemo (ut opinor) alius (nā octaua hæc mihi) nihil fallor: (de philoſophiæ laudibus habet̃ ofo) etiā nunc emeritus luctari rurſum inuitus: quā uolentibus uobis reluctari malui: q̄ dicturus ſum ſtatuēs: nō tā longa ofone: q̄ uendicationis atq; oſtentationis ſit & calentis ætatis: q̄ cōpendiario quodā ſermone potius explicāda: q̄ ſenili exercitationi cōgruat: & iā ingraueſcentis ætatis trāquilitati potius: q̄ deſidiæ/ Veritas nobis ꝓpoſita ē celebres Magiſtratus: ac ſapiētes uiri: ad inuegādā atq; exquirēdā ueritatē nati ſumus: ad reꝝ ueritatē adipiſcendā: natura hoium capiunt̃ igenia. Hinc illud Ariſtotelis ſūmi philoſophi in diuinæ philoſophiæ libris. Oēs hoies natura ſcire deſiderāt. Sed qdnā ſcientia aliud: q̄ cognitionē atq; adeptionē ueritatis ſpectat? Nā ut acutiſſimus Peripateticus: & oium ſolertiſſimus tradit Auerroys: cōprehenſio ueritatis: multis qdē in rebus nequaq̄ ipoſſibilis eſt: q̄d nihil ocioſum i natura exiſtimari cōueniat: cōſtat nos āt ad ꝑcipiēdā ueritatē naturali quodā ferri deſiderio. Mentibus nr̄is igenita eſt/ ac naturalis uidendi ueri inſerta cupiditas. Quāobrē. M. Tullio: quē ſummū Oratorē: quē ueteris/ Iuris Pōtificii/ ac Ciuilis cōſultū: quem p̃clarū/ atq; illuſtrē philoſophū fuiſſe cōſtat: & oīs diſciplinæ participē: teſte utimur nō inuiti. Eius eſt. n. illa ſn̄ia: hois naturæ & rationis ꝓpriam eſſe ueri inueſtigationē: atq; notitiā ut cū ſimus neceſſariis negociis: curiſq; uacui/ tū auæamus aliqd uidere/ audire/ diſcere: q̄d acerrimā ſenſuū oium ſint oculoꝝ: atq; auriū: & ad ſcientiā ſuppeditandā cæteris accōmodatiores. Hinc diſciplina eſt: & reꝝ tū occultaꝝ/ tū ammirabiliū cognitio/ ad bene/ beateq; uiuēdū (ut ſapiētes arbitrant̃) maxime neceſſaria. Bene ille ipſe ꝓbatiſſimus auctor: oēs inq̄t trahimur ingenio uidelicet & natura: oēs ducimur uoluntate: ac ſtudio: ad cognitionis: & ſciētiæ cupiditatē: in qua excællere pulchrum putamus: ut ſit cognitio principioꝝ/ cauſaꝝ/ elementoꝝ: ſcientia uero reꝝ potius: q̄ ꝑ cauſas: ac demōſtrationem innoteſcunt. Ac ſcire porro ſubiicit̃: Labi/ errare: neſcire/ decipi: & malū: & turpe ducimus. Labunt̃. n. qui a recto ueritatis: & uirtutis calle deflectunt: qui plerūq; ꝑ inſcitiā ferunt̃ in p̃ceps. Errant: qui regiæ ignari uiæ incerti animi/ nullo ꝓpoſito fine uagant̃. Neſciunt: quos ipſa ſimpliciter ueritas latet: & rudes ſunt: atq; ignari reꝝ oium. Decipiunt̃ uero: qui temere falſa ꝓ ueris amplectunt̃. O ammirabilē/ ac p̃clarā ſapientiā: q̄ īdagatrix ueritatis: ſola medet̃ his malis. Eſt. n. ſapiētiæ munus oibus in rebus iueſtigare ueritatē. Eſt aūt ueritas: ſi finire uolumus: atq; Anſelmo credimus: rectitudo quædā: q̄ ſola mente ꝑcipit̃. Si cū Seuerino Boetio ſentimus: rerum ad intellectū adæquatio: ut Philoſophi oēs una uoce fatent̃: ſuū intellectiuæ partis obiectū: humanaꝝ certe lux mentium: dulce aioꝝ pabulū: beatitudinis auctor: ueræ fœlicitatis effectrix. Quæ diſpulſis ignorantiæ tenebris: oia ſplendidiſſima luce/ ac fulgore complet. Iure igit̃ philoſophiā Ariſtoteles laudauit: quod eā ſcientiā ueritatis eſſe

arbitraret. Iure cōtēplatiuā antepoſuit: cuius finē/ueritatē eē putaret. Bñ/& elegāter: ut pleraq; oīa Lactātius Firmianus. Nullus ſuauior aīo cibus ē:q̄ cognitio ueritatis: huius tāta: tāq; admirāda uis ē: ut oīpotēs regū oīum prīceps: & idē creator gñis hūani: atq; redēptor: ad hoc natus ſit: atq; ī mūdū uenerit: quo phiberet teſtimoniū ueritati. At ꝑinde oēs: q ex ueritate ſunt: audiūt uocē eius merito igiẜ/ac iure oēs laudādæ ſunt īgenuæ diſciplīe: q̄ ſiue a Græcis: ſiue a Chaldæis: Phoenicibus/Thebæis: ſeu deniq; qbuſuis gentibus ꝓfectæ: nos optīæ comites: uel duces potius ad ueritatis fontē uſq; deducūt. Ad ueritatē ducit prīa: ac diuina phīa: quā θεολογιαν uocāt Græci: q̄ deū trinū & unū: qđ eſt trinitatē pſonaꝝ: ſubſtātiā unā: beatificū obiectū: diuina eſſentiā: diuinas emanationes diuina attributa: mūdi creationē: īcarnatiōis myſteria: ſacramētoꝝ īſtitutionē cōtēplaẜ: & docet. Ad ueritatē ducūt ſacra/& Pōtificia iura: q̄ ſacros ritus: ſolēnes cerimonias: cultū pietatis īſtituunt. At ueritatē ducit Phyſica: & naturalis ſciētia: q̄ circa ſenſibilia corpa: mobilia entia: & reꝝ ortū īteritūq; uerſaẜ. Ad ueritatē ducit Mathematica ī prīo gradu certitudinis collocata: q̄ numeros ſpeculaẜ: q̄ magnitudinē dimetiẜ: q̄ uocis/& cātus īterualla diſtīguit: q̄ ſyderū rōnē: & aſtroꝝ motus obſeruat: Ad ueritatē ducit Logica: q̄ differēdi uia ē: q̄ diffinīēdo/diuidēdo/cōponēdo/argumētādo: ueꝝ/falſumq; diiudicat. Ad ueritatē ducit Ethica: q̄ mores & uitæ īſtituta cōplectiẜ. Oeconomica: q̄ familias regit: Politica/q̄ populis moderaẜ. Ad ueritatē ducit Homothetica: q̄ leges pōit bonis pmia: ſupplicia īprobis ſtatuit. Ad ueritatē ducit reꝝ domīa. Eloq̄ntia: q̄ legibus cōſtituta/ſplēdore oronis hoīum cōcilii pſuadet. Ad ueritatē ducit Hiſtoria: q̄ p̄clara geſta īmortalitati cōmēdat/ac multa docet exēplo: Ad ueritatē ducit Medicinæ rō ad tuēdā ſalutē: ad pnicīē uitādā diuinitus cōceſſa mortalibus. Ad ueritatē ducit: uel Poetica/q̄ uera in alias ſpēs obliqs figuratiōibus cū decore aliquo cōuerſa traducit. Oēs demū liberales artes: atq; ingenuæ diſciplinæ: ad calcē ueritatis īcendūt. Cætera lubrica/fluxa/momētanea/ſunt/externa & corpis: q̄ putanẜ bona. Donū: forma: breue eſt: & qđ recte Tragicus nr̄ ait. Raris forma uiris/ſæcula ꝓſpice īpunita fuit. Bona ualitudo facile morbo deleẜ: ætate labefactaẜ & ſenio. Vires robuſta qdē īdicāt corpa: at plerunq; rudes: atq; īperitos aīos. Sed & his Tauri: & Elephātes hoībus antecællūt. Quid: qđ ſæpe cladē īnferūt? Extat Milo Crotoniata teſtis: q miſerabiliter colliſus/ac uinctus īteriit. Velocitas & ipſa: parui momēti eſt. Ac pniciores ſunt nobis Cuniculi & Capreæ/timidū/fugax/abiectū aīal. Voluptas ſordida: & oſcæna res eſt/ ac belluaꝝ maxīe ꝓpria uel ipſa potius ſeua/& īmanis bellua (& ut Diogenes Synopeus ait) īexpugnabilis bellua: hoīum eos tāgēs/quoꝝ deus/uenter eſt/quos ſanna Lucilii mordet: dicēns/ Viuite lurcones/comeſtōes uiuite uētris. Diuitiæ/an nō bonū ſint/neſcio/miniſtræ certe ſunt uoluptatis/ut dicit Iſocrates/fomēta maloꝝ: radix ſceleris. Quid nō mortalia pectora cogit. Auri ſacra fames? Auro pulſa fides: auro uenalia iura. Aurum lex ſeqẜ mos ſine lege pudor. Indoluit recte Propertius. Quin etiā multi ob diuitias pierūt. Nobilitas generis: cur tāti pendiẜ? Qui genus iactat ſuū: aliena laudat/ac certe miſeꝝ eſt alioꝝ īcūbere famæ. Quāq̄ ſi altius repetere uoluerimus: uere dr̄: oē hoīum genus ī terris ſimili ſurgit abortu. Fallax res gloria eſt/ac ꝓrſus inanis: & q̄ſi uentus qdā: & umbra leuis. Opes/honores/īpia/dignitates/q̄ plurimos fallunt: leui ictu fortunæ pereunt. Facile mō huc/mō illuc trāſferunẜ & qđ turpe dictu eſt: ī īpitos ſæpe/īglorios/abiectiſſimos hoīes cadūt. Cōuertamus nos igiẜ ad aī bona: q̄ uera bona ſunt: atq; expetēda: q̄ & nos quoq; bonos faciūt. Qualia ſunt bonaꝝ artiū ſtudia: & laudata hæc aīoꝝ curricula. Hæc firma & ſtabilia ſūt/hæc ppetuo durāt/hæc hoīem ſeparāt a natura feraꝝ. Hæc pficiūt aīos. Hæc nos beatos reddūt: hæc oī ætati cōueniunt. Hæc utrāq; fortunā iuuāt. Hæc mores cōformāt: hæc mōſtrāt bona: q̄ ſequi mala/q̄ cōtra uitare debeamus. Hæc domos regūt/& familias gubernāt. Hæc reſpublicas: hæc pricipatus: hæc regna tuenẜ: ut bñ dixerit Plato beatas Reſpublicas: in qbus aut phi regnāt: aut Reges philoſophanẜ. Amplexamini igiẜ hæc ſtudia: & ī ea incūbite cūctis uiribus. ſi ſapiētes/ſi bti eē uultis: & cōpotes ueritatis. Verſeẜ ī pectore Græcoꝝ puerbiū illud ανθρωπος αγραμματος εστιν το ξυλον ακαρπον. Hō illiteratus lignū īfructuoſum ē īfœlix arbos. Indoctus hō: uix hō ē: trūco potius ſimillimus Hermæ. Amplexamini inq̄ bonaꝝ artiū ſtudia/ atq; īgenuas diſciplīas: dū molliora īgenia ſunt: & aī ad formādū faciles. Memētote Græcoꝝ itē ꝓuerbium γεροντα ουκ ενδεχεται γραμματα ... Ethiops ſenex lrās non adiſcit. De p̄ceptis/de īſtitutis uitæ/de moribus/de lrīs/ de doctrina ueꝝ eſt. Vos āt excellentiſſimi Magr̄atus fauete q̄ſo doctis uiris: fouete ſtudioꝝ gymnaſia: habete ī p̄tio eos: q ſimul eruditi: & boni ſunt uiri. Preſto ſit uobis eoꝝ cōſiliū: q uere ſapiūt. Quod ſi feceritis/quēadmodū ſp cōſueuiſtis: pacatā/tranqllā/glorioſā/beatā hēbitis hāc rēpublicā: nec bene fundatū īmpiū/ malus hoſtis audebit īuadere: quod ſi inuaſerit: iuſtas pœnas luet. Teſtis ſit nobis Karolus Mōtanarius: cōis hoſtis: & temerator pacis. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi īuectiua orō ordine. viii. ī ciuē Vrbinatē delirū: & nebulonem ſenem: ad Antoniū comitem.

CVm nup uir clariſſime: iter cōfabulādum idq; ī magna etiā eruditoꝝ hoīum corona: ī regiæ dignitatis quæq; pricipis foret: ſermonē īcidiſſemus: tū bonus uir qſpiā credo explicaturus pricipis laudes dedecet tādē: inqt: ſiue regē/ſiue pricipē: in reꝝ ſtudio & cōtēplatiōe uerſari. Nā agere oportet ſp uiꝝ eiuſmodi. Quod ſi qñ a reꝝ gubernatiōe ceſſauerit: p̄ter ſuā fecerit dignitatē. Atq; eiuſmodi portēta uerboꝝ/multa in eā ſñiam effudit potius: q̄ dixit: ut cū ante hac uiꝝ ſapientē exiſtimarim ī primis: mox ſtatuerī illū: cū cæteraꝝ laudū rudē quēdā/atq; ignaꝝ: tū ſapiētiæ oīs/atq; humanitatis ex p̄tē. Quiſnā obſecro adeo demēs: qs tā excors: qs tā rōnis/ac mētis iops: cui tā ſtulta/tā inanis/tāq; etiā pniucioſa ſñia ī mentē uenerit? Vbinā didicit illa uir bonus? In philoſophoꝝ ne ſcola/an ī Socraticoꝝ ludo: Platonicorū ue Gymnaſiis/tā fabuloſa uel ꝓdigioſa potius oſtēta/uel audiuit/uel nouit? Quodnā eſt id ſñiæ dedecus? Sniæ ne: an amentiæ dixerim. Neq̄ qn doleā: qn iraſcar: cum ī tā celebri urbe: tā florenti ciuitate: quæq; ab eo Principe gubernaẜ: & regiẜ: q & humanitatis: & iuſtitiæ laudibus multos antecællat: ſint qui tā temere/tā cōfidenter: in tā uanis: tāq; manifeſtis uerſenẜ erroribus: quiq; ea ſentire ac ꝓferre nō dubitent: q̄ dictu quidem turpia: fœdiſſima ꝓbatu ſunt. Miror/& quidē miror plurimū: q ea nō mō dicere: ſed uel cogitare potuerit is: quē & uiꝝ eē: & ſenē cōſtat. O ſenē delirū qſqs es. Quid referam:

referá:q̃ta ſiccũ iecur ardeat ira:cũ iſ in tantá erroꝝ labé:inq; ſordidá/ac lutulétá q̃dam ſniæ prauitaté inciderit:
qui leuare cæteros erroribus:q grauia/qui utilia/qui uera/ q honeſta tradere cæteris hoĩbus/ ac ꝑcipere debeát?
Quis tá patiés qs tá ferreus/qn iraſcat/qn excandeſcat/qn mœrore ꝑmat? Quá eſt ætati grauiſſimæ:q̃ aptũ ſe-
nis auctoritati:minores natu ab eruditionis laude.i.ab humanitate/ac uirtute deterrere? O hoíem dignũ:qui in
Athenienſiũ:Lacedæmoniorũue Republica naſceret. O q̃ ꝑclará:q̃q; egregiá ꝓtulit ſniam delirus ſenex: nõ de-
cet:inquiens:pricipis dignitaté ſtudiũ lraꝝ? At nos decere putamus:q nõ minus fortaſſe ſapimus. An non decet
pricipis dignitaté lraꝝ ſtudiũ? Stomachari eqdé tũ ego:& dolore plurimũ cæpi:nec tñ in tãta uel uiroꝝ frequẽ-
tia/uel loci auctoritate/uerboꝝ ullũ facere auſus ſum:ne qd cõtumelioſe:ne qd ĩpudenter dicerẽ:magna/ & idi-
gnatiõe:& ira pectus. Húc uero & ſi dixerim qcq̃ fortaſſe moleſti:incõſulto tñ effundá nihil. Neq;.n.ex lenonũ/
aut baiuloꝝ ſenſu:ſed ex eruditoꝝ:atq; ſapiẽtũ hoíum mẽte:nſa depromet oro. At dixerit qſpiá:qd eos obiur
gas:qd iis maledicis:q te ꝓfecto ætate ſupant:ſed & igenio fortaſſis/ac ſapiẽtia ꝑſtant. Abſit/ut eos arguá:q ut ſe
nes ſunt:ita ẽt cõſilio. & ſapiẽtia ꝑditi. Veꝝ in eiuſmodi nebulones:q nõ tá ætate:q̃ mente cõfecti ſunt:q inanes/
ac pueriles effuderũt nugas: ſenũ & auctoritaté/& officiũ uẽdicauerim. Nõ decet:igr: pricipé delirus ſenex lras
nos ſe:ſed eaꝝ laboribus pliis/atq; ocioſis derelictis hoĩbus:in reꝝ ſemp amminiſtratiõe uerſari. Credo heſterná
(ut de Iouiniano ait Hieronymus)crapulá ructás tá ſordidá/tá ſpurcá nõ dico ſniam: ſed ſentiná uomuit. Ná qd
primũ intereſt a liberaliſſimaꝝ artiũ pricipé ſtudio deterrere:& ad neqtiá/atq; íprobitaté ípellere? Tá.n.eſt: dice
re nõ eẽ pricipi in reꝝ ſtudio laborádũ:q̃ aſpnandá ſapientiá:fugiendá iuſtitiá:aĩ magnitudiné negligédá:cõtẽnen
dá moderationé:uirtuté deniq; oẽm/ac laudẽ deſpiciẽdá eſſe:& habẽdá ꝓ nihilo. Quæ utiq; oĩa/ aut nunq̃ habe
mus:aut ab eruditis uiris/ac ſapiẽtibus mutuamur. Quoꝝ plane ſnia hac una í re/paucis explicáda eſt ſiqs antea
nouerit nõ de ichoata/ac uulgari quadá:ſed pfecta potius abſolutaq; uirtute: q̃lis pricipẽ decet : eſſe diſſerendũ.
Oẽs eteni hoíes : q̃ hoíes ſunt:ut priceps philoſophoꝝ teſtat Ariſtoteles:ſuopte igenio ſcire deſiderát:ad ſciẽtiá
adipiſcẽdá trahimur:ac ducimur oẽs. Ex oí át reꝝ oĩum numero:nihil eſt:qd tá deceat hoíem q̃ iueſtigatio ueri:
cuius exqrendi/ſingularis qdá/atq; inexplebilis ineſt nris mentibus appetitus:q ſi in aliquo minus apparuerit:li-
queat eũ ſane oblitũ humanitatis:turpiũ atq; obſcœnaꝝ uoluptatũ bládiméta ſectari:quaꝝ qſqs titillatione:&
dulci quodá calore pfundit:is ſeſe in cœnũ abiicit/ in lutũ ꝓſternit:infra pecora ducit: quẽ initio(ſi memoria te-
nemus)haud multo dæmone íferioré natura finxerat. Quod qdé:& in prõptu eſt oĩbus:& nos alio in loco pate-
faciemus uberius. Iis igit :ne digrediamur lõgius:q nũ ſolũ hoíes ſunt:ueꝝ etiá reliqs ꝑſunt hoĩbus maxie labo-
randũ eſt/ut reꝝ doctrina. & cognitione excelleát. Ita.n.ſupra hoíem erũt & pricipes iudicãdi : ſi q̃ hoíes feris/ ac
belluis ꝑſtás/antecellent ipſi cæteris hoĩbus. Quod ſi fuerit huius muneris laudiſq; exortes:nõ mõ nõ ſupiores
exiſtimádi:ſed & íferiores potius:atq; abiectiores ducendi ſint. Veꝝ ut iá acutius hæc:& ſubtilius pſeq̃mur/ oĩs
hoíes:q populis:q gẽtibus:q nationibus ꝑfuturi ſunt:ab iis quos in ſuá fidẽ/ac ditioné/quouis iure receperit ulla
í re uinci ſapiẽtibus uiris/etiá turpiſſimũ uideri ſolet: At uero/q ignorãtiæ tenebris cæcati errát:labunt/neſciũt:
ii nõ ſolũ pricipes hoíum nõ ſunt:ſed ne hoíes qdem. Ná ut a nobis etiá ipſis:ſæpe diſputatũ eſt:idoctus hõ.i.ſa-
pientiæ inops/incõpletus qdá eſt/atq; ipfectus:& ut ẽt recte dicá:interpellatus hõ. Demũ æq; hõ eſt: Atq; Praxi-
telis:Copætie: aut Phidiæ ſimulacrũ:nõ tá re hõ:q̃ uerbo ſolo:ac noíe. Recte itaq; ſubtilis Auerroys : q nõ é:iqt:
ſciẽtiæ íſtitutus laudibus tá hõ eſt:q̃ quẽ artificis manus finxerit:nullo qppe alio(ut ait Poeta)uícit diſcrimie : q̃
qd illi marmoreũ caput é:ſua uiuit imago:ſed hæc ignorat delirus ſenex:q tá abiectá ſorté cõſtituit:& regis & pri
cipis. Triplex náq; eſt(ut Ariſtoteli placet)uitæ genus:ac primũ qdé ſere actiuũ: quod ερμ οιχοισ πρακτικομ
appellat:ocioſum & cõtẽplatiuũ alteꝝ:qd dicit θεωρητικομ tertiũ uoluptuoſum:qd qa íſimoꝝ eſt hoíum:uel
belluaꝝ potius:libẽter omittimus. Reliquoꝝ át tãta cõiũctio/ac ſocietas eſt:ut ſine alterius cõmertio/alteꝝ/aut
nullus/aut parui certe momẽti ſit. Siqdé actiuũ(ut ẽt Plutarchus aiebat)Philoſophiæ exps:ineptũ ſane é:& deli
ctis maximis:plurimiſq; inuoluit: ut tollerabilius ſit:nihil agere:q̃ ꝑperá ꝑter rõné:ꝑter philoſophoꝝ iura agere.
Atq & cõtẽplatiuũ quoq;:ſi ab actiõe ſeiũgit:ſit ꝓrſus íutile:Itaq; dáda opa é:ut habita rõne tẽpoꝝ:parti in reꝝ
ſtudia nſam opam/parti in reꝝ amminiſtratioẽ cõferamus. Quod cũ facere cæteros hoíes:æquũ ẽ:tũ Reges/ac
pricipes omittere ſine dedecore:& ignominia nõ poſſunt. Eo náq; ſolum pacto doctria íſtructi:atq; a phis íſtituti
pericula q̃q; cauere facile q̃ant. Et nos pariter ita gerẽdis ſi uerſemur í rebus:nõ ſolũ nobis ꝓfuerimus ipſis:ſed ẽt
cæteris: Siqdé í ocio a phis pcipiẽda prius:& tenenda ſunt:q̃ uel rerum publicaꝝ rectores/uel ciuitatũ/ac populó
rũ pricipes:ad ſua tádé negocia cõferát. Ea uero é(ut Euphrates ſyrius affirmabat)Philoſophiæ ps pulcherrima:
ut ab eruditis edocti negociũ publicũ agamus. Ná ut ꝓbe Iſocrates Nicoclé Cypri Regẽ ammonere uiſus é : ſola
phia/regẽdi pricipatus aditũ ꝑbet:uiá demõſtrat.ciuitaté át reuocat a pnicie:& ad ſaluté/dignitatẽq; deducit. Ita
ꝓhibent icõmoda/calamitates ꝓpulſant/pax diuturna demũ ſœlicitas q̃dá ciuitatibus/ac pricipatui cõparat. Ex
paruis ne plura dicá/res magnæ fiũt. Quod ſi q rudes:& ignari reꝝ ad gubernationé ullá/ regimẽq; acceſſerint: ui
ardi qdá tenues/ ac ieiuni uirtutis/ac ſapiẽtiæ deſiderio/aut ſe:& populũ pdát:aut pricipatũ amittát:neceſſe eſt.
Ná ſiqs ſtabilẽ firmũ/duraturũq; gerere pricipatũ/ac Regũ uelit:is ſibi pniam uẽdicet:ad mortale e cælo deuo-
catá genus:is e philoſophoꝝ fõtibus/pleniſſimus faucibus hauriat:is ſapiẽtũ ꝑceptis mõumẽtiſq; lætet. Sed hæc
fortaſſe moleſta ſint deliro ſeni:q obloq:q gãnire nõ deſinit. Veꝝ redeo ad ꝓpoſitũ. Qui.n.reꝝ cognitiõi ammi-
niſtrádaꝝ quoq; reꝝ laudé adhibuerit:ii ꝓfecto nõ potuerũt nõ magni qdé:atq; ammirabiles:tũ uideri/tũ ẽt iu-
dicari. Hic apud Atheniẽſes Pericles(ſi Plutarcho credimus)hũc í modũ ciuilia obiẽs munera ícredibilẽ q̃dá ade
ptus é gloriá. Hic Syracuſii Dioniſii Pricipatus/Plurimũ ſp habuit & firmitatis:& roboris. Taceo Epaminũdá/q
qm negociũ ſp:cũ ocio uixit:oĩum huius eſt ſuæ ciuitatis/& uirtute:& gloria ꝑſtãtiſſimus. Plena exẽploꝝ ſũt oĩa.
Sed rñdeat mihi obſecro delirus ſenex/q̃ ná res tá áplũ/tá claꝝ/tá glorioſum/tá magnificũ/tá ſublime/ ac toto ẽt
pene orbe diffuſum Rõanoꝝ/& cõſtituit/& ſeruauit íperiũ? Stultoꝝ credo:rñdebit nebulo/ hoíum íſcitia : atq;

ſperitia gubernãdi. Quis nã is ẽ furor? Quæ tãta iſania? Quis ĩ hoĩs mẽtẽ: tã prauæ opiniõis iniecit errorẽ? ꝑ ſmanis bellua: nõne ſiue Romanoꝝ: ſeu quoduis aliud ꝑclaꝝ Imperiũ: ſapiẽtia/iuſtitiaq́ munitũ radices ægit altiſſimas: ꝑpagatũ eſt? Atq ubi cõſiliũ: & ꝑſidiũ deſuit ſapientũ uirorũ eorũq́: qui plurimũ ſemp in rerũ cognitiõe: ope: ac tp̃is poſuiſſent: cõtinuo res periere oẽs? Hæc oportebat dicere hoĩem ſenẽ: potiuſq̃ Principẽ a ſtudio reꝝ. i. ſapiẽtia deterere ꝑnitioſiſſimis uerbis. Quid itẽ ad ultimos terraꝝ terminos: & ad latiſſimos pene totius orbis fines: uictorẽ ꝑuexit Alexãdrũ? Nõne ſtipatus Philoſophoꝝ munimẽtis: ſummũ nactus ẽ Regni/ac gloriæ culmẽ? Hæc dicere: hæc ſentire uir bonus debet: & ſapiẽs. Sed blacterans nebulo olẽtia uinũ uerba ꝑfudit. Veꝝ ad nos eat capularis ſenex: ut ſapiẽter e nobis diſcat: & bñ uiuere. Hui quidnã hoc eſt rei? Nõne mõſtri atq oſtẽti ſimile? Iã. n. ſenectutis inſania iuuenũ moderãda. ac regẽda ſapiẽtia eſt. Sed delirus ſenex obiiciet ſcio. Nã Dionyſius iunior: cui munitiſſimus a patre relictus eſt dominatus: nec Platonis iſtitutis: nec Sophiſtaꝝ: quos multos alebat doctrina reflantẽ: potuit uim fortunæ repellere: quin a Dione eiectus dominatũ oẽm amitteret & gloriã. Hoc quoq (ut cõiectari licet) docẽdus eſt ignarus: & delirus ſenex Pulſus nãq q mõ noĩatus ẽ tyrãnide Dionyſius/cũ a iocabũdo quopiã rogaret: qd tibi pħia ꝑfuit? Quid ſapiens docuit Plato? Scite ille/ac ꝑclare: huiuſcemodi inqt fortunæ uarietatẽ moderate: & æquo aĩo ferre. Nũqdnã parũ id erat: qđ ex Platone didicerat? Nõne & ipſi quoq deliro ſeni maximũ uideat? Sed ſi ſingula uelim ſæcula percurrere: inueniã ꝑfecto qbuſq in regnis plurimũ ſemp lr̃aꝝ doctrinã põderis habuiſſe. Quid nr̃æ referã tempeſtatis: & memoriæ clariſſimos Principes? Quid Eſtenſem Leonellũ cõmemorẽ. Mõtis feret ræũ: noſtrũ Oddãtoniũ: qd eius fratrẽ Federigũ: qd numerẽ generoſum Alphõſum Regẽ: qd magnanimũ Cæſarẽ quẽdã Philippũ Mariã Angelũ: quid alios itẽ multos: qui ſtudio/ac doctrina rerum ſemper delectari noſſe in dies ſapere/ac ſcire laborant: Didicere utiq Heſiodum illud.

ουτοσ μεν παμ αριϛοσ οσ αυτοσ παντα νοησει:	Optimus ille quidem: qui per ſe omnia noſcens:
φρασσαμενοσ τα κ επειτα και εισ τελοσ ησιν αμεινω	Præceptor ſuus ipſe ſibi meliora peregit.
εσθλοσ δ αυ κακεινοσ οσ ευ ειποντι πιθηται	Ille bonus rurſum: monitus qui recta ſequetur
οσ δε κε μη τ αυτοσ νοεη: μητ αλλου ακουων	Qui nõ ipſe uidit: neq credit recta monenti
εν θυμω βαλληται ο δ αυτ αχρηιοσ:	Hic nulla in parte utilis.

Quod latine interpretatur

plinam/& uitæ inſtitutionem continet. Nam diuiditur Moralis ſapientia in duas partes. Vnam/ quæ in præce/
ptis: alteram quæ in inſtitutis poſita ẽ. Præceptum ẽ enim quod quid faciendum aut non faciendum ſit/ docet. In
ſtitutũ aũt: quod tã in legibus/q̃ in moribus ad honeſtatẽ ducit. Præcepta nũc his libris & diſciplinã/ac ſciẽtiã quan
dã beneuiuẽdi docet. M. Cicero. Libris autẽ de officiis ad honeſtatẽ ducit. Nã & Rhetoris alia ſunt pcepta dicen/
di: aliud cum declamãdo ad exercitationẽ iſtituit. Studio ſapiẽtiæ. Philoſophiæ nomẽ iterp̃tatur φιλία eſt apud
Græcos ſtudium/uel amor/uel affectio (ut ait Seneca) ſapientiæ. Nõ quia Philoſophia Græcis. Præoccupatione
utitur: & tacite his reſpondet: qui forte obiciant Græcis tum legendis: tum pceptoribus philoſophandum eſſe.
Doctrina duplex eſt. Vna/q̃ p inuentionem paratur: altera/q̃ ab alio accipitur. Cicero iudicat/& inueniſſe multa
Latinos ſapientius: & quæ a Græcis mutuati ſunt/etiã pfectiora reddidiſſe. Sed q̃ a Græcis ſumpta ſunt / partim

ſtatuerunt digna eſſe in quibus uerſarentur: partim uero non ſatis digna. Dignã ſtatuerunt oẽm actiuam Philo/
ſophiam: Ethicam: q̃ mores & inſtituta: Oeconomicam quæ res domeſticas & familiares. Politicam/ q̃ rẽpublicã
complexa eſt. Sed Reſpublica in res urbanas partitur/ & bellicas. In urbanis rebus ſunt inſtituta: q̃ mores & mu/
nicipalia iura deſignant: & leges/ quæ & cõmuniores ſunt: & latius patent. In re militari ſpectat̃ diſciplina/ & ſciẽ
tia bellicarum rerũ: & uirtus/ q̃ exercitationem/ ac diſciplinæ uſum ſignificat. Atq; his oĩbus laudibus dicit. M.
Tullius p̃ſtitiſſe Romanos: quas pleriq; lr̃is & inſtitutione aſſequimur. Sunt & aliæ laudes: q̃ naturæ ingenitæ
ſunt non quidem pfectæ/ & ad ſummũ pductæ: ſed a natura potius inchoatæ: quarum Latinis promptiorem na
tura ingenerauit poteſtatem. Sunt enim q̃dam/ ad q̃ pcipienda maiorẽ Romanis tribuit natura facultatẽ. Græci
natura leues phibent̃: cõtra Romanis grauitatis & conſtantiæ innata ſunt ſemina. Græci natura uani iudicant̃:
Romani uero ad magnitudinẽ animi/ ad probitatem/ & ad fidẽ nati uident̃. Quo loco & oĩa fortaſſis uirtutum
genera cõplexus eſt: ſi grauitatẽ ad Prudẽtiã: ſi cõſtãtiam ad moderationẽ: magnitudinẽ animi ad fortitudinẽ: pro
bitatẽ ad bonitatẽ & Iuſtitiã. Fidẽ deniq; ad fundamentũ humanæ ſocietatis referre uoluerimus. Doctrina Græ
cia nos. Doctrinã nouimus ptinere ad Philoſophiã/ & ad Mathematicos: quoꝝ exploratiſſima ſciẽtia eſt: lr̃aꝝ au
tem genus/ atq; eruditionẽ credimus potiſſimũ hoc loco ad Oratores/ ac Poetas referri: qui ꝓximi Grammaticis
ſunt: a quibus etiã ptractant̃. Sed poeticã Romani ſero arripuerunt: Mathematicã uero nõ ſatis dignã putaue/
runt: in qua uehæmẽter elaborarẽt. Itaq; facile erat uincere nõ repugnantes. Sed Romanis iam lr̃aꝝ & doctrinæ
ſtudia capeſſentibus/ tã de eloquentia q̃ poſt de Philoſophia/ tã de doctrina q̃ de clariſſimo lr̃arum genere cœpe
runt. Latini dubio procul certare cũ Græcis. Noſtris uero tẽporibus Latini & Theologi & Philoſophi Græcos ip
ſos lõgiſſime antecelluntꝫ a quibus tñ eloquentia & dicẽdi copia ſuperant̃. Nã cum apud Græcos. Oſtẽdit poeti/
cam primũ/ & ſero cognitã/ & ſerius receptã a Romanis: cum tñ apud Græcos antiq̃ſſimũ e doctis ſit genus Poe
tarũ/ exemplo Homeri: qui Meliſigenis ꝓprio noĩe appellatus eſt: & eius fratuelis Heſiodi: qui eadẽ tempeſtate
apud Græcos claruerunt: q̃q̃ ferunt Homerũ aliquanto/ natu fuiſſe grãdiorẽ: ſed certe fuerũt ante Romã cõditã
Siluiis Albæ regnãtibus annis poſt bellum Troianũ circiter. C. & lx. Archilocus aũt claruit regnãte Romulo: uel
ut Cornelius Nepos tradit: Tullio Hoſtilio Rege pœne inter ipſa incunabula Romani Imperii. Primus apud Ro
manos. L. Liuius Fabulã primus docuit annis. XDX. Poſt urbem conditam: uel ut in Bruto ait anno. XIIII. & D.
Eſt inter ſcriptores de numero annoꝝ cõtrouerſia: ſed certe. C. Claudio Appii Cæci filio. M. Sempronio Tudita
no Coſſ. Quo tempore & cum pœnis pax facta eſt. Claudium: & Tuditanũ Conſules ſecuti ſunt. Q. Valerius
& C. Mallius: quibus conſulibus natum eſſe. Q. Ennium Poetã Tarentinũ ſcribit. M. Varro in primo de poetis
libro. Anno deinde poſt Romã conditam. d. unde uigeſimo. C. Neuius Poeta natione Cãpanus fabulas apud po
pulum dedit: qui & primo punico bello ſtipendia fecit. Itaq; & id bellũ carmine ꝓſecutus eſt. Qui deinde pulſus
Roma factione nobiliũ p̃cipue Metelli Vticæ diẽ ſuũ obiit. Poſtea uero annis paulo amplius. XV. floruit in ſcæ
na Plautus: quo tp̃e in ciuitate. M. Cato orator dominari uidebat̃. Plautus aũt ſaſſinas fuit genere ex umbria: q
ita annonæ difficultate p̃mebat̃: ut ad molas manuarias Piſtori ſe locauerit: ubi cũ ab ope uacaret ſcribere fabu/
las/ ac uendere ſolicitus conſueuerat. Neuium autem & Plautum Comicos fuiſſe Poetas cõſtat. Sed ſunt: qui nõ
Liuium. ut ait Cicero: ſed Portium Licinium poeticam Romæ cœpiſſe opinent̃. Sed ut res ſe habeat: ſero uel co
gniti Poetæ apud Romanos uel recæpti ſunt. Nec ſi apud maiores mos fuit epularum: ut deicẽps qui accubarẽt
canerent ad tibiam clarorum hominum laudes ac uirtutes. Honos tamen habebat̃ Poetis: quando uituperatus
eſt a Catone ipſo. M. nobilior: in cuius exercitu in Etolia. Q. Ennius poeta militaſſet. Q. Ennium Tarentinum
Cato Quæſtor Romã trãſtulit. M. nobilior in Etoliã cõſul duxit. Quintus uero nobilior Marci filius ſtudioſiſ/
ſimus lr̃aꝝ ciuitate donauit. Veteri Romanoꝝ epulis fides/ ac tibias adhibere moris fuit: id oſtendit. F. Quinti
lianus libro oratoriæ inſtitutionis. Idẽ. M. Cicero in hac libri p̃fatiõe: & poſt in ꝓlogo quarte diſputatiõis: ſed an/
te alios. M. Cato ſenex in eo libro: quas inſcripſit Origines: quẽ librũ ſcripſit ſenex: & in ſeptẽ libros diuiſit: quo/
rũ primus cõtinet res geſtas populi Romani: ſecũdus & tertius unde q̃q; italica ciuitas orta ſit: q̃ ſunt totius opis
inſcribẽdi ratio: quartus cõtinet primũ bellũ punicũ: quintus aũt ſecũdũ: reliqui reliqua bella pſequunt̃ uſq; ad p̃
turã Seruii Galbæ: qui Luſitanos diripuit: in quibus Duces belloꝝ nõ nominauit: ſed ſolũ res notauit. Iiſdẽ duo
bus libris exponunt̃ q̃ in Italia: q̃q; in Hiſpania admirãda uiderent̃. Et hæc de originibus Catonis q̃ ab eodẽ in li
bro Ciceronis de ſenectute cõmemorant̃. Quoniam igit̃ honoris. in oĩbus & diſciplinis cõtingit & artibus: ut q
bus maior laus tribuat̃: & plus habeat̃ honoris: ad eas ſe hoĩes potiſſimũ cõferãt. Itaq; par ratio eſt: & ſtudii/ atq;
exercitatiõis: & p̃mii: qui eſt honor: quãtus honos eſt: tãtũ erit. & ſtudii. Sublata aũt impellẽte cã: & effectus deſi/
nit. Tamẽ & aliqui qui magnis ingeniis in eo genere poetandi extiterũt: fuerũt Græcis nequaq̃ inferiores. Quod
ſi Maronis æneidẽ. M. Tullius inſpicere potuiſſet/ etiã in eo genere Latinos antepoſuiſſet. Vere dictũ a Cicero/
ne de Virgilio. Magnæ ſpes altera Romæ Duplex Latinoꝝ decus Tullius: & Virgilius. Et ille teſtimonio Apol/
lonii Molõis Græcos eloquẽtia ſupauit. Hic oĩum eruditoꝝ hoĩum cõfeſſiõe/ ac iudicio uel Homeꝝ carmiẽ an
tecelluit. Nã & Gemiſtos doctiſſimus memoriæ nr̃æ Platonicus/ apud Ioannẽ Paleologũ Græcoꝝ/ Virgiliũ Ho
mero p̃ferre auſus eſt. Deniq; artiũ alimẽtũ honos eſt: gloria ſtudioꝝ exercitationẽ parit: illa reiciunt̃: q̃ in nullo
apud hoĩes p̃tio ſunt. Ac ſi laudatus eſſet Fabius Pictor qđ pingeret: & nos habuiſſemus multos Policreti ac Par
raſii ſimiles fuiſſentq; excitati cõplures & ad pingẽdi & ad fingẽdi artẽ. Hic Fabius etiã pictor cognominatus eſt
fuitq; (ut ait in Bruto Cice.) & iuris & lr̃aꝝ & ãtiq̃tatis bñ peritus. Policretus Statuarius ĩ arte fingẽdi apđ Græ
cos decoris palmã meruit. Parrhaſius pictor plurimũ pingẽdi artẽ illuſtrauit. Cũ hoc & Socratis ſermo apud Xe
nophontẽ repit̃. Floruit aũt circa Peloponeſia tp̃a: queadmodũ & Zeuſis priſcis ſæculis Græci oĩ laude excellere
merito putabant̃. Sed multaꝝ poſtmodũ reꝝ gloria in Latiũ trãſlata ẽ: in q̃s & pingẽdi ars: q̃ Etruſci ĩ mirũ mo/
dũ p̃ſtiterũt: & Sena inclyta Etruriæ ciuitas/ oĩum cõſenſu pricipatũ obtinuit. Summã eruditionẽ Græci. Ponit eã

quibus Græci multū ope Latini nihil pœne tpis tribuebant. Muſicā Græci colebant qđ eam etiā cū bene uiuē-
di rōne cōiūctā exiſtimarēt. Itaq; & mos fuit apud illos (ut ait Quintilianus) ut in cōuiuiis poſt cœnā lyra circū-
ferret. Quare & Socrates iā ſenex iſtitui lyra nō erubuit. Epaminūdas quoq; & ſi magnus eſſet & phūs & Impa
tor: tñ in neruoꝝ pulſu & uocū modulatiōe uerſatus ē: quoꝝ & utrūq; cātus/ſeu cōcētus appellat. Et laudatus
eſt Epaminūdas Thebanoꝝ Dux: qđ fidibus pclare cecinit: uitupatus Themiſtocles Atheniēſiū Princeps: qđ in
cōuiuio lyrā recuſauit. Philoſophia cultura aīoꝝ ē: nā excolit animus uirtute/ac doctrina. Qui igit oēs Philoſo
phiæ ptes adeptus ē: is oīno doctrina excultus putari debet: q uel Muſica/uel quis Philoſophiæ pte defecerit: is
nō ſatis excultus doctrina exiſtimat. Ex hac fortaſſe cā Græci oēs diſcebāt fidibus. In ſummo apud illos hono-
re. Quæ fuit apud Græcos Muſicæ: eadē fuit & Geometriæ rō: ut i magno atq; illuſtri honore haberet. In hiſce
Mathematicis diſciplinis Græci ab initio ætatis uerſabant: qđ his inſtituti adoleſcentes aptiores faciliores q; ad
altiores doctrinas pcipiēdas redderent. Nā & Pythagoras quos erudiēdos ſuſcepiſſet: prius mathematicis iſtrue
bat: tū phiſicis. Mathematicas uero potiſſimū Geometriā: Gnomonicā: Muſicā: cæteraſq; eiuſmodi diſciplinas
ueteres Græci appellabāt: qs & in primo gradu certitudinis atq; exploratæ cognitiōis collocauit Auerroys. Et
Quintilianus quoq; nō ſine cā ſūmos etiā uiros ipēſam Geometricæ ſciētiæ operā dediſſe confirmat. Sed Geo
metria innumeros: quos Græci Ariſmos uocāt: & formas: q hoc loco Ioannes Damaſcenus Schemata appellat: a
Græcis ipſis diuiſa eſt. Itaq; & Cicero metiri ad alteram ptē: ratiocinari ad numeros retulit. At nos metiēdi Arti
ficioſe hoc loco Cicero Græcos redarguit atq; accuſat inſipiētiæ. Quid. n. tā cōtra ſapiētiā eſt: temeritate excepta
q nimis multā operā in res obſcuras/ac minime neceſſarias cōferre? Ariſtoteles ēt. vii. libro Politicoꝝ diſciplinā li
beralē: atq; honeſtā cōſtituit Muſicā: ſed nō utilē neq; neceſſariā ſicut cōtra lrāe (ut idē ipē ait) ad lucrū & ad rem
familiarē: & ad ſtudia/& ad ciuiles actiōes q plurimas cōferūt. Figurādi aūt peritia utilis Ariſtoteli uidet ad iudi-
candū ſolertius artificū opa: quēadmodū & Gymnaſtica ad ſanitatē/ac robur. Sed de his alio loco plura. Latini ex
his ſapiēter tm̄ accipe uoluerūt: qtū uel ad dimetiendū/uel ad ratiocinādū ſatis eſſet. At cōtra Oratorē. Nūc eas
diſciplinas pſeqtur explicare/qs Romani & acceperūt a Græcis: & ſuo dignas labore cēſerūt: æloquētiā & ſapien
tiæ ſtudiū q Philoſophia dr. Dicit aūt primū Romanos cōplexos Oratorē aptū qđ naturæ eſt atq; ingenii: deinde
ſtudioſum tñ artis expertē: qlis fuit Cato ſenex: q adoleſcēs orōnes confecit (ut ait Cornelius Nepos) ſenex hiſto-
rias ſcripſit: in qbus oibus multa induſtria & diligētia cōparet. ſ. ex ingētī ſtudio: nulla doctrina. ſ. ex arte. Poſt Ro
mani cōplexi ſunt Oratorē ēt eruditum: & artis pceptis inſtructū: ut Sergius galba princeps ex latinis: q illa Ora
toꝝ ppria & qſi legitima opa tractauit: ut Scipio Aphricanus. ſ. Pauli filius: q dr in libro de officiis: Eloquētia cu
mulauit bellicā gloriā qui ēt orōnes habuit cōtra. M. Neuium. Tr. pl. a quo fuerat accuſatus: qđ a rege antiocho
pecuniā accepiſſet: ut. C. Lælius: quē doctum fuiſſe: atq; æloquētē pditum memoriæ eſt: qui & filiā habuit elegā
ti ac paterna eloquētia pclarā. De tribus his & in Bruto ita Cicero inquit. Sed inter hos Lælium: & Aphricanum
paululum his antecedēs ſine cōtrouerſia Ser. Galba eloquētia pſtitit. Sed poſtmodum habuerūt Romani Ora-
tores ita magnos/atq; ita claros: ut nec ēt Græcis inferiores eē uiderēt. Teſtes ſunt Lepidus Cato Vticēſis: Grac
chi quorum eloquentiæ (ut ait Quintilianus) multum cōtulit Cornelia mater: q & filium in petitiōe Tribuna-
tus: grauiter/ac ſplēdide allocuta ē/& filii: qui oēs nemini græcoꝝ ceſſerunt: philoſophia iacuit uſq;. Hactenus de
ipa Eloquētia explicatum eſt: quā celeriter Romani cōplexi eſſent: nunc ad philoſophiā ſermo cōuertit q & ipa
reipublicæ plurimum uidet utilitatis afferre. Quæ cum nullum ad id tps lumē habuiſſet lraꝝ Latinaꝝ: qm̄ aut
philoſophiā cōtēnebāt: aut græce philoſophabant: nunc & illuſtranda ē: qđ fit Ciceronis de philoſophia libris/&
excitāda: ut alii quoq; Ciceronis exēplo ad eiuſdē ſtudii cupiditatē/& exercitationem cōmoueant. Ita. n. cum. M.
Tullius occupatus pfuerit ciuibus ſuis uel ſingulis: amicos defendēs/uel uniuerſis: rēpublicā gubernās ocioſus
nunc pſit ea illuſtrās ſcriptis ſuis: q nō parum ad beneuiuēdum afferāt adiumēti. In quo magis eſt. Oſtendit hoc
loco lōge eē melius iacere/ac negligi philoſophiā: q pperā tradi. Qđ faciūt illi: qui cū ignari ſint: & rudes Eloquen
tiæ: q ſola lucē rebus ſolet afferre: ſuas ſentētias & philoſophiæ ipſius frugē/ita icōſiderate/ita pter rōnē atq; or-
dinē ſcribūt: ut p lumine tenebras rebus effundāt: & eas nō tā illuſtrare: q cōfundere uideant. Nā id in prōptu eſt
uerā ac pfectā philoſophiā duobus cōſtare: recta ſentētia: & luce uerboꝝ. Illuſtrē aūt ſniam abſq; orōnis luminei
nullā oīno reperiri. Quod ſi quis alteꝝ hoꝝ aſſecutus ſit: altero careat: erat fortaſſe uir bonus: ſed certe non ſatis
eruditus. Sed mādare quēq lrīs. Qui tēperāter & cū recta rōne ocio qđ philoſophiæ ſtudiis ipendi ſolet/& lraꝝ
eruditione uti uoluerit: eū neceſſe eſt ita cogitatiōes ſuas ſcriptis mādare: & lrīs: qđ ad inuētionē ptinet: ut eas &
recte diſponere: qđ diſpoſitiōes: atq; ordinis ppriū eſt: & copioſe illuſtrare poſſit: qđ ad elocutionē ſpectat: q res
lectorē allicit: ac delectat plurimū. Qui aūt ſecus fecerit: intēperanter abutet: qđ eſt pter rōnē: & ocio: & litteris.
Eritq; eoꝝ labor paucis: quos illi inſtituūt/frugifer: nec ad cōem utilitatē quicq cōferret. Legēt fortaſſe nōnulli
qui cū & ipſi indiſerti ſint/ac parum eloquētes: eādē ſcribēdi licētiā icōſideratā: nec ſatis eruditā ſibi pmitti uolūt.
Permitti. n. pñt/q nō ſatis laude digna ſunt: ſed tñ tollerari pñt: qlis ſapiētia ē ſine æloquētia. Ex utraq; pfectū do-
nū cōſtat: ut Victorinus ait. Quare ſi aliquid. Duo cōmemorat: q ad laudē: atq; utilitatē holum: & ad ciuitatis ſa-
lutē/ac decus ptinēt. Eloquētiā ac philoſophiā: & illā dicit ſua induſtria ſatis expolitā: hāc ſe in pſentiaꝝ illuſtratu
rū pollicet. Fontis. Cōparat philoſophiā: atq; eloquētiā: cū philoſophiā fontis quoſdā appellat: eloquētiam inde
manare/ac fluere: quaſi a fonte phēni riuū. Nā philoſophia parens eſt: & pcreatrix oēm reliq; artes: ac laudatæ di-
ſciplinæ inde ortū habēt: qſi liberi/ac filiæ. Bene igit de Eloquētia Fabius Quintilianus libro. xii. Oratoriæ inſti-
tutionis. Cicero inquit pluribus libris & æpiſtolis teſtatur dicendi facultatem: ex intimis ſapiētiæ fontibus flue-
re. Manare aut aquarum proprium eſt/unde & manalem fontem dicimus: ex eo quod aqua inde ſemper manet
ac fluat: aut ad ſolem refertur. Siquidem priſci illi manare ſolem dicebant: cum ſolis orientis radii ſplendorem ma-
nere cœpiſſent. Sed utrūq; huic loco conueniat: & quidem primo modo manāt omnes ingenuæ diſciplinæ: quo

niam ex Philoſophia:quaſi ex manali fonte deſfluunt:altero uero Philoſophia ipſa manat:quæ ſolis fulgentis inſtar obtinet:atq; ex ſe cœteras diſciplinas tanq̃ radios quoſdam emittit. Quocirca & a Daniele ſanctiſſimo uate, docti uiri fulgere perhibentur:quaſi ſplendor firmamenti:in quibus.ſ.lux philoſophiæ refulget. Sed ut Ariſtoteles. Cõparat ſe.M.Tullius & Ariſtotelẽ qui uir magno ĩgenio fuit:qđ ẽ naturæ & ſciæ copia:qđ ẽ ĩduſtriæ. Ponit aũt ĩ quo cõuenerit:& ſimul ĩ quo differat. In hoc itaq; cõueníũt:qđ uterq; priſtinũ ſtudiũ alia exercitatiõe cumulauit. In hoc aũt differunt:qm̃ Ariſtoteles cœpit cum prudentia:& ſapiẽtia:quæ in rebus uerſaẽ: iungere æloquẽtiam:q̃ maxime in uerbis conſiſtit. Cicero contra:cũ æloquentia philoſophiã copulauit.i. nec eloquẽtiã deſeruit & ad phiam animũ contulit:q̃q̃ in eadem adoleſcens diutius uerſatus eſſet. Cõmotum dicit Ariſtotelẽ Iſocratis rhetoris gloria:ad quem docentem Athenienſium uulgus confluebat. Cuius magnam in docendo ſuauitatẽ fuiſſe tradunt. Recte autẽ Rhetor appellatus eſt:qđ rhetoricã artẽ & dicendi p̃cepta inſtitueret : ſed non Orator quoniam ut dicit in Bruto Cicero:forenſi luce caruit. Ariſtoteles teſte etiam Fabio Quintiliano:non modo rhetoricam docuit:ſed prima quoq; litterarum elementa tradere Alexandro Philippo hortãte non erubuit. Duo autem feruntur commentationum ſuarum:atq; artium genera:ex Oterica:& Acroatica:& illa quidem ad Rhetoricam:& Ciuilem facultatem conducebant:hæc ad Dialecticas diſceptationes:& ad naturæ contemplationẽ pertinebant. Acroaticam autem diſciplinam docebat in Lycio/matutino tempore: Exotericã uero/in eodem loco ueſperi. Eum Dilinon Peripaton appellabat:alterum illum Eothinon. Rhetoricæ autem p̃cepta non docuit ſolum ſed etiam litteris commendauit. Extat elegans eius philoſophi rhetoricorum liber ad Nichomachum:quem quidam Theophraſti fuiſſe contendunt:ſed alter dubio procul eadem de re liber ad Alexandrum Regem:quem nuper Franciſcus Philelphus uir æloquentiſſimus/ac princeps huius ætatis Oratorum:e Græco in Latinum cõuertit. Quo deteſtabilior quorũdam philoſophorum conſuetudo uideri debet:qui ſeipſos nimis amantes: nudam philoſophiam reiectis aureis eloquentiæ ueſtimentis ꝓfitenẽ. Ariſtotelem ſeſe imitari oſtentant:eius cõſuetudinem aſpernanẽ. Qui omnes philoſophiæ altiſſimas q̃ſtiones:non minus ornate:ac ſplendide:q̃ grauiter:ſubtiliterq; diſſeruit. Quare ſapienter adiecit Cicero. Hanc enim perfectam philoſophiam. Quid enim aliud perfecta philoſophia eſt:q̃ maximarum rerum inueſtigatio:& earũdem copioſa/atq; ornata explicatio? Hinc recte diciẽ. iii.de oratore:nullã eẽ illuſtrẽ ſniam ſine luce uerborum. Nam ut ibidẽ dictum eſt. Oratio lumen rebus adhibet. Victorinus autem perfectum bonum duobus ad plenum conſtare dicit:re ipſa/& ſpecie : & rem ſapientiam intelligi uoluit:ſpeciem eloquentiam:quibus ex rebus perfecta quædam hominis amplitudo cõficitur. Maiorem atq; uberiorem artem philoſophiam appellat:maiorem quidem quoniã pluris eſt benefacere:quod philoſophia profitetur:q̃ benedicere:quod ſuum eſt eloquentiæ. Vberiorem uero quod ille fons ſit:hic riuulus. Ornate dicere quid ſit:declaraẽ.iii.librorũ de oratore. Nã is ornate dicit:q diſticte dicit:q explicate/q abũdãter/ qui illuminate & rebus & uerbis:cum & numero:& uſu: qualis uidelicet ſolutam deceat orationẽ. Sed hæc alibi opportunius. In quam exercitationem. Non ſufficit nobis ipſis didiciſſe:niſi & alios doceamus:quæ ipſi nouimus. Quare laudatur eloquentia:quaſi p̃clara uis quædam:atq; diuina:ut in libris de natura. Deorum traditur: q̃ primũ efficit ut ea q̃ ignoramus:diſcere:& ea q̃ ſcimus: alios docere poſſimus. Nam ut ait Ariſtoteles : omnino ſciẽtis ſignum eſt:poſſe docere: quod tunc potiſſimum perfectum aliquid in ſuo genere haberi conueniat:cum & alterum ſimile ſui efficere poſſit:ut in.iiii. Metæororum tradidit Ariſtoteles. Itaq; Cicero cum iam abſolutam quandam philoſophiæ cognitionem foret aſſecutus: cœpit & ipe/pro Græcorum conſuetudine:& habere ſcholas: & alios inſtituere. Nam ante Ciceronis tempora:quantum Romani exemplis:ideſt exercitatione uirtutis:tantum Græci p̃ceptis ualebant:q̃ ad ſolam inſtitutionem/ac doctrinam pertinent:cuius ſententiæ:& ipe Quintilianus teſtis eſt. xii.libro oratoriæ inſtitutionis. Omnes autem in Græcis legendis operam conſumebant:cum nondum philoſophia Latinis eſſet illuſtrata litteris. Vt nuper tuum ponit ſui inſtituti exemplum:& quo in loco alios erudire cœperit patefacit. Nam tum ad eam exercitationem cœpit dare operam : cum remotus a foro:atq; a ſenatu:in Tuſculano feriareẽ :& ocioſus eſſet. Vt enim antea. Pro ætatum uarietate:uaria quoq; ſtudia adhiberi neceſſe ẽ. Nã ſicut infirmitas puerorum:ferocitas iuuenum: grauitas cõſtantis:ſenectutis maturitas propria dicitur eſſe:ita & aliud ſtudium calentem ætatem:aliud maturam grauitatem decet. Itaq; Cicero iuuenis cauſas declamitauit:in q̃ exercitatione diutiſſime laboraſſe oſtenditur: ſenex illuſtrandæ philoſophiæ rationẽ : ideſt cauſam ueritatis defendendam ſuſcepit. Quocirca cum ante illa/agendis litibus operam/ac tempus impendiſſet:nunc ſenior/ ſenilẽ declamationem ſuſcipit.i.patrocinium/ ac p orationem ueritatis. Huiuſmodi quippiam: & ſe Lactantius feciſſe oſtendit in p̃fatione ſacrarũ inſtitutionũ. Declamationẽ bifariã intelligere poſſimus. Nã ꝓprie declamatio eſt iudiciorũ cõſiliorũq; imago:& q̃dã uerarũ cauſaꝝ imitatio:quãobrẽ/& ſimilis debet eſſe ueritati. Conſueuerũt enĩ Oratores priuſq̃ in forum/aut in Senatũ ꝓdirent: fictarũ litium exercitationẽ ſuſcipe:quo audẽtiores ad dicẽdũ ac prõptiores redderenẽ. Et Ciceronẽ id nõ unq̃ feciſſe cõſtat/nec Latine ſolũ:ſed etiã græce: & Rhodũ cũ ueniſſet:apud Apolloniũ Molonis clariſſimũ dicẽdi magiſtrũ declamauit. Aliter declamationẽ forenſem cõtẽtionẽ & cauſaꝝ acriorẽ defenſionẽ intelligimus: q̃ in re Cicero uere reliquis Oratoribus diutius uerſatus ẽ. Non imerito igiẽ (ut ait Quintilianus)ab oĩbus ætatis ſuæ hoĩbus regnare in iudiciis dictus ẽ. Ponere iubebã. Declarat cõſuetudinẽ qua indiſputãdis rebus utereẽ. Nã ſi quis noſſe/ac ſcire aliquid cupiebat: ponebat ſuã ſniam: nos dicimus ꝓponebat. Quare & Cice.theſim ꝓpoſitũ interp̃taẽ. De quo qs. Audire ẽ pcipe:qđ audit⁹:ut ariſto.i li.đ ſenſu.

℄ Cœtera:quæ ſequuntur:ſubrepta ſunt:atq; deperdita.

℄ Auguſtini Dathi Orõ.XIII.cũ publice.M.Tullii Orationes legere incœpiſſet.

MArcus Tullius/Cicero apte diſticte/ornate dicere:qđ ẽ utiq; Oratoris ꝓpriũ merito/ac iure ſibi quodãmõ uẽdicauit:ut q i eo ſtudio totã pœne cõſũpſit ætatẽ. Et cũ de arte dicẽdi/multa elegãter p̃cepit tũ p̃ cœteris oĩbus ornate/ex arte ẽ. Splẽdideq; locutus. Indicant ſũmã eius eloquẽtiam : q̃ ab eo orõnes habitæ

ac poſtmodũ ſcriptæ ſunt. Extãt illius orõnes cõplures: & quidẽ in oĩ cauſarũ gñe. Nã & in iudiciis: & in deliberationibus: & in cõcionibus uehæmẽter floruit. Sed ex magno illarũ nũero: quã ꝓ erudiriſſimo poeta orator quoq; erudiriſſimus habuit: & copia ſane antecellit & laude. Quã priuſq̃ explanare aggrediar totius orõnis argumẽtũ pſtringã paucis. A. Licinius Archias Antiochenus fuit: & poeta inſignis. Hic ꝓdiu romæ uixit. Claris aũt plæriſq; romanis ciuibus familiariter uſus eſt Lucullorũ ĩprimis familiã cõplexus. Ob eius egregias uirtutes/apd multos græciæ ipſius populos ciuitate donatus ẽ. Hic igiẽ cũ aliqñ e ſicilia decedẽs cũ L. Lucullo Heracleã ueniſſet: in ea quoq; ciuitate aſcribi curauit. Facile id ſibi Heraclieſes uiri tũ ꝑp eius uirtutẽ/tũ ob Luculli auctoritatẽ gratificati ſunt. Aſcriptus ẽ. Litẽ de ciuitate nõnulli excitarũt/ĩuidia/atq; odio ducti. Accuſauit eũ Gracchus qſpiã hõ certe qſquis extitit ſane illepidus. Itaq; M. Cicero: ut erat ingeniorũ ſtudioſus/& eruditorũ hoĩum amãtiſſimus, Liciniũ pulcherrima hac orõne defendit. Magnis illũ afficit laudibus: maiorib⁹ ſtarũ ſtudia. Et cuiuſmodi tãtæ defenſioni cõgruere putauit/hoc ꝑclarũ/ac pulcherrimũ dedit exordiũ. Argumẽtũ patuit. Duplex ipſius cauſæ genus: principale: atq; ſecũdarium: & id quidẽ biſariã certe ĩprõptu ẽ. Sed nec eiuſdẽ duplex cauſæ cõſtitutio obſcura ẽ. Partes orõnis: q̃ nõ artis: ſed cõſilii ſunt: ẽt facillime cõſtãt. Harũ prima exordiũ in ſuas quoq; ptes diſtribuiẽ. Id q̃ primum dilucide patebit. Nam ad uerborum explanationem feſtinat Oratio. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XIIII. cũ libro Ciceronis de officiis publice legere incœpiſſet.

¶ Qui bona cuncta mortalibus tribuit: & fons ẽ ſapiẽtiæ: & ĩmortaliũ diuitiarum largitor Deus pater & filius: & Spiritus Sanctus: ille ſit nobis ꝓpitius: & fœliciter uota noſtra ſecundet.

MVlta ſunt: q̃ petere/q̃ optare/q̃ ſequi: in quibus elaborare poſſimus: ad q̃ uariis plærũq; cõplicata erroribus: hoĩum aſpirat intẽtio. Alii alia ãplectunẽ/ac trahit ſua quẽq; uoluptas. Sed ex oĩ numero/ii ſoli Regia uia ad fœlicitatẽ gradiunẽ: qui ad uirtutẽ ꝑcipiẽdã: & ad adipiſcẽdã rectã bñ uiuẽdi rõnẽ: ĩduſtriã oẽm/atq; operã cõtulerũt. Qđ faciunt: qui magnis ſunt: & ꝑſtãtibus ingeniis: altiſſimiſq; aĩs uiri: qui poſt habitiſ cæteris: q̃ falſo appellanẽ bona: ſolidã ſunt ãplexati ſapiẽtiã: in q̃ ultimi boni rõ/ac uere beatitudinis ſumma uerſaẽ. Qui uero hãc unã deſerunt ſapiẽtiã hi innumeris cõplicantur erroribus: per diuerſos/ac cæcos aberrãt calles: deuios ſequuntur anfractus: labuntur in ꝑceps: ad fœlicitatẽ ꝑuenire nõ pñt. Inueſtiganda igiẽ & q̃rẽda oĩ ſtudio ſapiẽtia: capeſſenda: & colẽda uirtus ẽ: ut & ꝑſpecta ueritate: quã ſapiẽtia pollicetur: & firmiſſimo uirtutis allato ꝑſidio: & laudabiliter uiuere: & beati eẽ poſſimus. q̃re ea oĩa: accurate/ac diligenter cõplecti debemus: in quibus uel de ꝑfectæ ſapiẽtiæ ſtudio: uel de optima uitæ diſciplina ꝑcipitur: q̃les certe eẽ putamus quos libros de officiis Romanus philoſophus ſcripſit Cicero: qui doctiſſimorũ hoĩum teſtimonio reliquos libros oẽs: qui de uirtute a philoſophis ſcripti ſunt: ꝑſtare creduntur: quoſq; nos ob eã cãm cupidius explanãdos ſuſcipimus: & uos ad ꝑclarã illorũ ꝑceptionẽ labore & induſtria ꝑcipiẽdã uehæmẽter hortamur. Ita. n. id qđ elegãter Peripateticorũ prĩceps Ariſtoteles tradidit: facillime fieri poterit: ut & uirtutẽ ĩtelligãus: & ꝑ illã cognitã atq; ĩuẽtã exercitatiõe adhibita boni efficiamur. Sed ne iã uagemur lõgius: opis pulcherrimũ hoc afferẽ initiũ. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XV. cum Valerii Maximi libros publicæ legere incœpiſſet.

¶ Aſpiret cæptis/ac uotis nr̃is: & adſit nobis ꝓpitius: q ẽ trinus: & unus Deus/Pater/Filius/& Spiritus Sanctus.

MAgna auctoritate philoſophi/ac ꝑſtãtes doctrina uiri oẽs pœne uno ore/ac uoce cõſentiunt/aut ſolũ quẽadmodũ Stoicis uiſum ẽ aut ut Peripatetici: & Academici tradunt: ſummum bonum eẽ uirtutẽ. Turpitudinẽ uero/ac dedecus: uel eẽ ſolum malum: uel maximum certe malorũ oĩum abſq; dubitatiõe cõfirmãt: Nã cætera ꝑter uirtutẽ: q̃ quidem uidẽtur pleriſq; expetẽda bona lubrica fallacia: momentanea/atq; incerta ſunt. Vna uirtus altiſſimis (ut ait orator) defixa radicibus nec uinci ab ulla re põt: & ipſa ꝓculdubio uincit oĩa/ac ſupat. Prodeſt ſemp: nocet nũq̃ ad fœlicitatẽ uero adipiſcẽdã iter expeditiſſimum parat. Quæ res una uel maximo argumẽto ẽ: ſolã uirtutẽ plus hr̃e momẽti: q̃ reliq̃ oĩa q̃ imperitum uulgus magnope expetit: magni/& ſapiẽtes uiri re ipſa cõtẽnẽda eẽ demõſtrãt. Si uerũ ẽ: qđ ſapiẽs Iabolenus de uerborũ ſignificatione dixit. Proprie bona dici nõ poſſe: q̃ plus incõmodi: q̃ cõmodi hñt. Itaq; eum rerũ oĩum ꝑſtãtiſſima ſit uirtus: ad eã recte adipiſcẽdã/nõ ſolum rõne/ac ꝑceptis inſtruimur: ſed ẽt ꝓuocamur exẽplis. Quæ duo cum ſint: alterum a philoſophorũ ſchola petẽdum eſt: alterũ ab eorũ uita: qui ita ſe cõparauerunt: ut uitia & turpitudinẽ aſpnarenẽ: & in maximis quibuſq; uirtutibus colendis: totos ſe ac pœnitus collocaret. Qua pp Valerius maximus auctor ꝓbatiſſimus/multorũ exẽpla collegit: & ĩ unũ redacta uolumẽ/accuratiſſime explicauit: ut bõis/maliſq; exẽplis ĩ medium allatis: hæc fugiamus q̃ noxia ſunt: illa tãq̃ maxime ſalutaria: imitatiõe/atq; ope cõplectamur. Hoc nos luculentum ſane: & elegãtiſſimum opus: cum explanare cupiamus: quinq; anteq̃ ad ipſam expoſitionem ueniamus: ꝑmittenda ducimus. Primum Auctoris nomen. Alterum libri ſubiectum. Tertium/ſcribendi modũ. Quartum tractandi ordinem. Quintum/intentionem ſcribentis.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XVI. in principio Legalis cuiuſpiam lectionis.

CVm ꝑſpicuum ſit: uiri ꝑſtãtiſſimi: nihil ſapientia aut maius inueniri/aut ꝑclarius poſſideri: illa tñ eius ps cæteris oĩbus ꝑferenda eſt: ꝑ quã ad bñ: & cum uirtute uiuendum humanũ genus inſtruitur/ac dirigitur. Nã cum rõnis ꝑſtãtia hõ cæteris aĩantibus antecellat: ea nimirũ rõnis uis: uel maxĩa ꝯcernitur: q̃ ad colendã/exercendãq; uirtutem inuitamur/ac deducimur. Id ãt ſi q̃ ars: ſi q̃ diſciplina ꝑſtat: ea legalem ſapientiã ꝓculdubio eſſe cõſtat: cuius uis tota/ac ratio in eo ſita eſt/ut tum declinare: q̃ turpia & fœda ſunt: tum ſectari cõſueſcamus: q̃ bona/& honeſta eſſe cernanẽ. Quare ſcite & eleganter diffiniunt legẽ ſanctiſſimam ſanctionẽ/iubẽtẽ honeſta: cõtraria phibẽtẽ. Huius legalis prudẽtiæ rõ: ab optimis ꝑfecta primordiis: ꝑſtãtiſſimis auctoribus inuẽta/cõprobata/illuſtrata eſt/ea latiſſime patet & ad cõem hoĩum ſalutẽ atq; utilitatẽ ſpectat: ꝑ eã

ſingulo℞ uita rectiſſime inſtituit̃:familiæ optima rõne regũt̃:reſpublicæ:& ciuitates/ac cætera cõcilia/cœtuſq; hoíum/iuris æq̃litate:& p̃claris cõſtitutiõibus gubernent̃.Quæ cũ ſit tota neceſſaria/frugifera/ſalutaris:illã tñ potiſſimũ partẽ explicãdã/ exponẽdãq; ſuſcepit:quã exercẽdi gr̃a ingenii:& diſcẽdi ſtudio:potius q̃ docẽdi:uobis gratã fore arbitratus ſum.Expiar igit̃ mearũ uirĩũ ĩbecillitatẽ:& quãtũ diuini numinis benignitas annuerit:ue ſtris humanitatibus fretus:ꝓpoſita p̃ſentis tituli materia:rẽ ĩpam in medium ꝓferemus.

℄ Auguſtini Dathi Oratio.XVII.quã habuit eius filius Nicolaus:cum pater.P.Terentii fabulam legere incœpiſſet:& ſcholaſtici adeſſent q̃ plurimi.

MAgnus hodie/& ĩprimis nobilis auctor:optimi iuuenes:explanãdus ꝓponit̃.P.Terentius poeta Carthaginẽſis.cuius in oĩ latio:inter alias celebres habent̃ fabulæ:orõnis elegãtia/ac nitore p̃ſtãtes.Exponẽdas ſuſcepit p̃ceptor in ſignis:cuius in eſſem filius:libẽter laudes ꝓtuliſſem.lucida tractatio ẽ:argumẽtũ piucũdũ:lucidior multo cognitio:p̃ceptor lõge iucundiſſimus.Propoſitæ ten:Perſonæ:ꝑ materies locus ĩpe cõgruit.Fauete igit̃ oẽs q̃ ſo:adeſte ſilẽti/& æquo aĩo:ut tẽ p̃clarã ꝓloſcatis: & ipſi augeamini magis eruditione:& laude.Poſtremo date tenella ætate:puero ueniam. Dixi.

℄ Auguſtini Dathi Oratio.XVIII.ad idem.

PVblius Terẽtius Carthaginẽſis Poeta inſignis/ac facetiſſimus uerbo℞ ꝓprietate:dignitate orõnis:dicẽdi elegãtia plurimũ claruit.Romã ductus:ꝓ ingenii bonitate:& integris/ac ꝓbatis moribus/ ſũmorum uiro℞.Scipionis ĩprimis:& Lælii ſibi beniuolẽtiã cõparauit.Cũ ad ſcribẽdas fabulas aĩum/ac ſtudiũ cõtuliſſet:ita Comœdiæ excelluit laude:ut ueteꝶ/& noſtro℞ pœne oĩum:uel æquiſſe gloriam uel etiã ſupauiſſe uideat̃.Ad uerborũ lucem/ac ſermonis decorẽ:frugẽ quoq; nõ mediocrẽ adhibiut:q̃ñ& hominũ pinxit mores & blãda deſcribens neq̃ hoíum lenocinia/ac flagitioſo℞:oſcænas/ac noxias uoluptates/ turpes illecebras:ſtultã uanitatẽ ante oculos ponẽs docet plane cũctis uiribus fugienda cõtẽnẽdaq; pnitioſa amo℞ delitamẽta.Quod ſi nõ mõ ad benedicẽdũ:ſed ad bene uiuẽdũ quoq; clarus.Comicus Terentius/ maximũ affert adiumẽtũ:amplecti illũ legere/ediſcere ac ſtudioſe noſſe debemus.Hũc igit̃ cum ꝓ ſua facilitate expoſiturus ſit charus genitor:& optimus(niſi me animus fallit)p̃ceptor:adeſte attẽti oẽs q̃ ſo:& ad iucũdiſſimi patris uocẽ.aĩum ſimul & aures cõuertite. Vt magni Poetæ mẽtẽ:& optimi interp̃tis expoſitionem facilius ꝑcipiatis. Dixi.

℄ Auguſtini Dathi Oratio.XIX.ad idem.

PVblius Terẽtius alius lõge eſt:doctiſſimi iuuenes:a.L.Terẽtio:quẽ Plutarcho teſte:conſtat fuiſſe Romanũ.Sed hic ſi patriã q̃rimus Carthaginẽſis fuit.Si fortunã Romã captiuus ductus eſt.Si mores:modeſtia/uerecũdia integritate claruit.Si ingeniũ floruit eo quidẽ p̃ſtãti ac ſplẽdidiſſimo.Si ſtudiũ/ inter Comicos elegãtia orõnis:cõmẽti lepore:uerborũ luce:uehæmẽter emicuit.Sin ſcripto℞:& Fabularũ numerũ extant ex multis/ Andria/Eunuchus/Eautõtimerumenos/Adelphoe/Echirra/Phormio. Si poſtremo gloriã:Erudiriſſimi ueteres.M.Tullius ĩprimis laudãt plurimũ:& cũ ꝓprietate Latini eloquii:ornatũ ſimul atq; facetias uehæmẽtiſſime ꝓbãt.Delegit dulciſſimus pater ꝓ ſua ingẽti humanitate Adelphos Fabulã explãnãdã. Et illi ſummã habeo gratiam:& uos ut attentiſſime audire uelitis:Diligenter exhortor. Dixi.

℄ Auguſtini Dathi Oratio.XX.ad idem.

FLoret Latina lingua:uiri p̃ſtãtes:& adoleſcẽtes ingenui:floret inq̃ Latina lingua.Romanũ ſplendeſcit eloquiũ.Nec iã tãdẽ Græcis cedit̃:ſi æloquẽtiã/ſi lĩarũ ſplẽdorẽ:ſi Poeticæ nitorẽ diſciplinæ:ſi ſtudiorũ oĩum ubertatẽ & ſummã p̃ſtãtiã ꝑſpicere:& cõſiderare uoluerimus. Teſtis eſt primus oĩum poſt M.Tulliũ.P.Terẽtius:cuius fabulæ/quãtã habeãt uel elegãtiã:uel leporẽ:iã nemo ẽ qui neſciat.Quãtũ uero hic nr̃is ꝓfuerit hoibus. Cicero ĩprimis ſummus oſtẽdit Orator:in cuius ore frequẽter admodũ Terentii & comœdiæ uerſabant̃ & nomẽ.Hic natus Carthagine:& Romã captiuus ductus/factus eſt ob ſplẽdidũ ingeniũ:& ꝓbatiſſimos mores Scipioni Aemiliano:& C.Lælio ꝑfamiliaris:quo℞ aduerſus ĩuido℞ inſectationẽ/ope fretus:p̃claras dedit fabulas:atq; cũ cœteras ꝑpulchras/& luculẽtas:tũ Adelphos ſimul & frugis/ ac grauitatis pleniſſimã.Habeo ſuauiſſimo parẽti gr̃am:qui illã exponẽdã ſuſcepit. Vos aũt hortor:quos delectant bona℞ artiũ ſtudia:ut attẽtius p̃ris uocẽ haurire inſtituatis:ut humaniter accedẽtes ad facillimũ p̃ceptorẽ doctiores ſemp abire poſſitis.Fauete adeſte ſilẽti:& æquo aĩo:date ꝑuulo mihi ueniã/ac macti eſte doctrina ſemp:& laude.Dixi.

℄ Auguſtini Dathi Oratio.XXI.quũ Virgilii librũ æneidos quartum publice legere incœpiſſet.

TRadũt ueteres ſapiẽtes:qui oĩbus de rebus grauiter/copioſeq; diſſeruerunt:uiri eruditiſſimi:triplex hoíum genus & ꝓbro maximo:& acerrimo dignũ odio. Vnũ eo℞ qui cũ ſint re℞ oĩum ignari ꝓrſus atq; rudes:nullã ad capeſſendã cognitionẽ/ac doctrinã:operã atq; induſtriã cõferũt:qui id unũ deſerẽres:quo cõditiõis humanæ dignitas antecellit:certe nõ lõge ab imanitate belluarũ diſtare uident̃/ ac ſuã ipſo℞ p̃ſtãtiã cõtẽnẽtes:in maxima re℞ oĩum ignoratiõe:& turpiſſima labe uerſant̃.Sũt q cognitionẽ & ſcientiã ſe adeptos arbitrant̃:& poſt lõgos ſtudio℞ labores/uigiliaſq;:poſt multas lucubratiões:poſt accuratiſſimã cõtẽplationẽ:poſt exilia/ꝑegrinatiõeſq; cõplures:tãq̃ ſoli ſibi:& nõ cœteris hoibus nati ſatis ſupq; ſe feciſſe putãt:ſi cõparatã ſapiẽtiã:tãq̃ in pœnariã cellã cõgerãt:& p̃cioſiſſimos recõdãt doctrinæ theſauros:q certe graui/ ac ꝑnicioſo capiunt̃ errore:nõ intelligẽtes/gratis tribuẽdũ eſſe qđ ipſi quoq; gratis acceperũt:& illud Auguſtinianũ nõ plane ꝑſpiciẽtes.Rẽ oẽm:q̃ dãdo nõ deficit:dũ habet̃:& nõ dat̃:nõdũ haberi quomõ ſit habẽda. Nã & docere oportet:qui ſcire cupiũt:& q̃ ipſi p̃ceperit:ad alio℞ inſup cognitionẽ/intelligẽtiãq; cõferre.Sũt nõnulli p̃terea:q cum multa fuerint aſſecuti:& ipſam quoq; uirtutis cognitionem comparauerint:uirtutis tamen exercitationem ac beneuiuendi uiam deſerunt:& fœdiſſimis ſeruiunt dominis/turpitudini/ac uoluptati:quos ratio ipſa redar-

guit:& inanē uēditationē faciliſſime patefacit. Nāq aliorſum uoluptaq qui uiuere didicerunt:ipſi ſeducūt ſeſe:& pectā itelligēdi rōnē uitæ diſtorquēt:& cōtamināt prauitate:quoq; audiēdā qdē uocē:ſed deuitāda opa/ſūmus dñs & Magiſter:& uerus noſter Saluator āmonuit. Hi ſtultiſſimi oīum ſunt habēdi:& tāto flagitioſiores exiſtimādi quāto minor ob pceptā uirtutis diſciplinā relinquit excuſandi locus. Nā pclare tradidit diuus Gregorius. Ibi trāſgreſſorē grauiori ſubiacere culpæ:ubi maius ſciētiæ donū/ac lumē fulſerit. Siquidē Ariſtotele teſte nō ſolū ad intelligēdū:ſed uel maxime ad agēdū natus ē hō:atq; ob eā cām pcipue uirtutis laus oīs merito in actiōe cōſiſtit. Si igit ſapiētes:ſi beati eſſe uolumus:q̄ maxima mortaliū oīum debet eſſe cōtētio:neceſſariis negociis curiſq; uacui enitamur ſtudio uidere ſemp/aliquid audire/ac diſcere:q̄ nouimus/docēdo/diſceptādo/diſſerēdo īpartiri:& cōitare cū aliis:& pfectā uirtutis diſciplinā ad uſum/atq; exercitationē accōmodare. Duo ſunt aūt q̄ īprimis ſapiētē recte pcipe:& plane tenere cōueniat Res malas:a quibus abſtinēdū/declinādūq; ſit:bonas quas ſequamur/ac ſtudioſiſſime cōplectamur. De rebus bonis/q̄ ſunt uirtus/honeſtas/officiū Decus/unus oīum. M. Tullius cumulatiſſime pcepit iis libris:quos d Officiis ælegātiſſimos ad. M. filiū. De rebus malis cuiuſmodi ꝑturbationes animi ſunt:& una oīum grauiſſima amatoria leuitas:q̄ uirtuti maxime aduerſat:& mētes hoīum labefactat:docet q̄rere:& uitare ſimul Virgilius Maro Didonis exēplo:q̄ huiuſmodi obſcenæ libidini/ac flagitio obnoxia:ſi Poetarū figmentis credere dignū eſt:& in luctus acerbiſſimos incidit:& miſerabili exitu uitā finiuit. Et nos quartū Aeneidos librū explanādo ꝓſeq̄mur:ut carmē oīum pclariſſimū aſpirātibus ſupis adoptatū finē pducamus:idq; mea uoluntate cōprobātibus uobis:librum Ciceronis de Officiis explanādū idcirco ſuſcæpi:qd ægrotat Petrus Fundius Sororis filius:cui quartana febris īpedimēto eſt:ne hodie lectiōes ſuas exordiri poſſit. Spes eſt in auctore ſalutis:ut iā ꝓpediē cōualeſcat:qd cum cōtigerit/Orōnes Ciceronis quas ſum pollicitus:nō omittā:& quātū a reipublicæ negociis ſuperit tpis:adiciā & alia:q̄ & utilia uobis & non ingrata erunt. Sed iam ad propoſitam explanationem noſtra progrediatur oratio.

❡ Auguſtini Dathi Oratio. XXII. pro eo qui Ciuilis iuris cognitionem profeſſus:in ea egregia facultate/Doctoratus petit inſignia.

HVmanum genus/quod lōge uobis exploratiſſimum eſt:uenerāde pater celebres iuriſcōſulti/atq; optimi/& inſignes pceptores/ac doctiſſimi uiri:eo maxie cœteris antecellit aīantibus:quod ratione præditum eſt:& illius præſtantia uſq; adeo eminet:ut propiſſime ad incorporeas ſubſtantias accedere uideatur. Vt nō iniuria ob eā cauſam:quemadmodum præclariſſimus teſtatur Orator: præ cœteris rebus omnibus id cupiat/id efficiat/id magno ſequat ſtudio:ut natura/ac ratione duce/multa ſcire/ multa noſſe/multa adipiſci nunq̄ deſinat. Atq; illud homini imprimis propoſitum eſt:ut dum multarum rerum ſcientiam & cognitionem aſſequatur:cœtera cōtēnenda/ac pro nihilo habenda putet. Qua quidem mente ducti plæriq; magni/& pclaro uiri ornati ingenio:qui uel apud Græcos/uel apud ueteres Romanos maxime floruerunt:humanis relictis/uel potius abiectis rebus:ad inquirēdæ ſtudium ſapientiæ:tēpus omne:atq; operā accōmodauerunt. Plærīq; lōginquas regiones atq; remotiſſimas oras/ſummis laboribus/ uoluntariis exiliis:longis peregrinationibus petere nō dubitarunt. Quod Pythagoram illum ſapientiſſimum:& ſummum pœne Philoſophorum omnium Platonem feciſſe conſtat. Si quo pacto ratione præſtat homo cœteris animantibus ita ſciētiæ laude/ac ſplēdore cognitionis/ cæteris quoq; antecellit hominibus. Cūq; multæ ſint/& quidem ingenuæ omnes/ac laudatiſſimæ diſciplinæ/ ac liberalium ſtudiorum genera: quæ omnia Philoſophiæ nomine : atq; ratione tenentur: unam tamen imprimis legalem prudentiam cœteris præferre cōſueuerunt:quippe quæ rationis ſummam præſtantiam patefacit:& hominum generi maxime ſalutaris:frugifera/ac præclara perſpicitur. Quid enim uel cogitari maius:& mente uoluptari/uel grauius/ac ſplendidius uerbis enarrari Legalis ſapientiæ ſtudio/ ac iuris ciuilis æquitate/atq; præſtantia. Cenſent uiri ſapientes nihil optabilius/nihil ammirabilius eſſe uirtute. Nihil cōtra/nel odioſius/uel prorſum exectabilius turpitudine:atq; uitio. Quam magnam igitur/q̄ diuinum/ & ammirandum donum legalis ſapientiæ uideri debeat:quæ ſectandum uirtutem quæ uitandam turpitudinem præcipit. Quæ ſola naturali quadam/uel ſanctimonia/uel auctoritate/iubet honeſta prohibet contraria:Iuſticiam ſeruat:humanam conciliationem tuetur:ſanctam ſocietatem continet:& una præter cætera omnia/humanæ dignitatis ſplendorem illuſtrat. Sed uagatur oratio longius:q̄ mei erat conſilii. Incredibilis eſt enim huius diſciplinæ amplitudo:ſumma ubertas/ammirabilis gloria:qua qui pollent/uero ac merito ſapiētiæ nomine gloriari queāt. Quandoquidem uera noſſe/obſcura interprætari:ambigua ſoluere dubia quæq; enodare:falſa conuincere/& refellere faciliime poſſunt. Iracūdiam reſtringuere/cupiditatem coercere:perturbationem ſedare:uitia comprimere:diſcordias amoliri:conciliare concordiam:homines inter ſeſe pari iure continere. Tante igitur laudis ego iā pridem amore ductus:ſtatui hanc diſciplinam ſtudio omni:mihi imprimis proponendam:& in ea accuratiſſima exercitatione uerſari:ad quam facilius aſſequendam:hæc mihi clariſſima ciuitas in mentem uenit: quæ alūna q̄dā & mater bonarum artium non iniuria nuncupatur:& in qua omnium diſciplinarum ſtudia iam pridem ſumma gloria floruerunt:ſed ueſtræ ammirabilis doctrinæ/atq; inſtitutionis/multo quoq; ardētius fama pellexit: quos & excellere ſumma iuris & ſapientiæ laude nouetam:& docēdi mira quadam humanitate/facilitateq; præſtare. Atq; ut mittam cœteros Franciſci Aretini decus uocauit:non ſecus q̄ Gaditanum illū Titi Liuii lacteo æloquentiæ fonte manantis fama commouit/& nomen : cum in uno ſplendeſcat doctrinarū decus omne:& uelut nouus quidam exortus Sceuola præluceat iuris conſultorum omnium iuris conſultiſſimus:cuius reſponſa/quaſi Delphici Apollinis oracula haberi conueniat. Non conſueuit ueſtra benignitas laborantibus præmia / & decertantibus pro uirili ſua/coronam & optatam præbere lauream. Eam igitur a uobis clariſſima iuris lumina doctorea præcor inſignia:quæ ſi minus tenuis mea depoſcit facultas: illis me quæſo dignetur paternæ ueſtræ charitatis affectus. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XXIII. uice eius qui doctoratus in ciuili iure inſignibus decorandus/metuẽdum doctiſſimorum hominum ſubit examen.

RES magna/& ſuapte natura pclara reuerẽdæ pater: celebres iuris cõſulti: & inſignes patres: magnum quoq; & ſplẽdidũ poſtularet ingeniũ. Tenue meũ: & pexiguũ eẽ ſentio. Impitia hic pſus auſum denegabat. Sufficit/& abunde mihi hodie in hoc metuendo examine: ſpes illa maximã fiduciã pbet: qđ neq; ſinceris mentibus diuina grã unq̃ defuit: & ueſtra iã pridẽ explorata benignitas aium erectiorẽ efficiet: & loquẽdi ac legẽdi fouebit officiũ: & qđ natura lõge abeſt: beneficia ueſtra pſtabit uolũtas. Veniã igr̃ ad rẽ ipſam/ac ppoſitas hodie mihi lectiões in legali ſapiẽtia: orãs ſuperoꝝ numẽ/ut benigne quoq; annuere dignẽt uotis meis & uos pr̃es ãpliſſimũ ad bene de me merẽdũ alacriores reddat ſuo ipſius ĩprimis iuocato pſidio. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XXIIII. eius uice: q doctoratus eſt in ciuili iure collaturus inſignia.

CONſtat: patres/ac uiri pſtãtiſſimi: id qđ Ariſtoteles ſummus Philoſophus tradidit: ad intelligendũ/atq; ad agẽdũ natũ eſſe hoiem. Quid ẽ aũt agere aliud/q̃ rectã ſectari beneuiuẽdi rõnem/atq; uirtutẽ colere? Quid deinde intelligere aliud: q̃ ſtudiorũ doctrinã: & rerũ cognitionẽ amplexari? Vtriuſq; uero exercitationis/laborioſis certaminibus ampliſſima ueteres ſapiẽtes/ac maiores noſtri inſtituerunt pmia: quibus inuitati/atq; allecti hoies/facilius maximarũ rerũ ſtudia capeſſerẽt: & induſtria oĩ/ac toto (ut aiũt) pectore pſeq̃rent. Itaq; bene diffinire ſunt ſoliti: laudẽ: honorẽ/decus uirtutis pmiũ. Quod nõ mõ philoſophorũ uoce: ſed multo certe melius natura duce didicimus. Siquidẽ uera Platonis uox eſt: honoribus ali artes: oẽſq; accendi ad ſtudia gloria. Nã cũ natura ſit a labore hoium ingeniũ ad libidinẽ/atq; ad uoluptatis illecebras pcliuius: ſcite/ac ſalubriter factũ eſt/ut p laudis/& gloriæ cupiditatẽ/ad uirtutis exercitationẽ: ad ſciẽtiæ laudẽ traherẽt homines: atq; ducerent. Proinde uetus fuit ſemp maiorũ/ac priſcorũ oium cõſuetudo. ut ſtudioſos doctrinæ/ac ſapientiæ uiros: uberrimis pmiis/ac ſummis honoribus pſequerent. Quocirca qui recte/legitimeq; pugnauerit/ac bonũ/& uirile certamẽ decertauerit: pclarã ſummi pmii debet & gloriæ coronã adipiſci. Hoc igit merito iure illi iuuenio cõgruit/qui florẽti patria/ſplẽdido genere/claris parẽtibus natus: bonarũ artiũ ſtudiis deditus/itegerrimis moribus/ac plæriſq; ornatus laudibus: in iuris ac legalis ſapientiæ iãpridẽ uerſatus ſtudiis/atq; hiſdẽ laboribus/uigiliis/ſumptibus relictis patriæ deliciis/accuratiſſime ſemp incũbẽs in pclariſſimo Seneñ/Gymnaſio annos cõplures/p ſuis uirtutibus magno cõſenſu pfectus uere dignus: tãdẽ a tãto patrũ cætu habitus eſt: qui iã tãdẽ coronet: & accipiat palmã. Quare tua optima pſpecta: & pbata doctrina/auctoritate Reuerẽdiſſimi &c. ut præclara ſubeas doctoris inſignia: licẽtiã ſimul/& ius libẽter ipertior ut in ciuilis iuris diſciplina/legẽ docere/cauere/iterpetari: & doctoris oĩa exercere munera: q̃ abũde meritus es tã cumulatiſſime poſſis ad laudem Dei. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XXV. uice eius qui legalẽ pfeſſo prudẽtiã Doctoratus impartit inſignia.

VEtuſtiſſimus/ac pbatiſſimus maiorũ mos fuit qui poſteritatẽ oẽm/& pclaris inſtitutis/& bene geſtis rebus illuſtrauerũt: ut pmia/atq; honores ãpliſſimos/uirtute pditis uiris cõſtituerẽt: quo humana fragilitas: & tenerior ætas: q̃ ſuapte natura ad malũ uidet eſſe ppẽſior: cupidine ducta gloriæ ingenuis artibus: atq; optimis diſciplinis incũberet: qbus faciliimæ ad ſenectæ pducti annos: laudẽ & gloriã cõſequerent. Hinc laborãtibus: atq; in maximarũ rerũ exercitatiõe/tps atq; operã collocãtibus: uaria ſunt pmiorũ genera inſtituta. Hinc aurea ornamẽta: hinc multiplicium coronarũ diſtincta uarietas/hinc Lauri/hinc Mirti/hic Ederæ/ac Palmæ decus/hinc gẽmarũ rutilãtiũ fulgor/hinc innumerabilia id genus ornamẽta. Hinc a Romanis Põtificibus/hinc a Cæſaribus & magnis principibus ſtudiorũ pfeſſoribus/ppetuæ dignitatis/& laudis cõceſſa munera. Vt ſublata/ex humana cõciliatione deſidia oi: atq; inertia: ad uirtutis/& ſciẽtiæ faſtigiũ magnis ingeniis uiri: p ſtudioꝝ/ac uirtutis gradus puehererent: & in ſumma celebritate/& gloria uerſarent. Quocirca maximis eſt Seneñſis ciuitas digna laudibus: in qua ſtudiorũ oium pclara uigẽt ac florent Gymnaſia: in quibus iãpridẽ uir nobilis & ſummis ornatus laudibus illud. n. aliquãdiu poſt habita florẽtiſſima patria: & parẽtũ cõtẽptis deliciis/incũbẽs iuris diſciplinæ: & legalis ſapiẽtiæ ita labore/uigiliis: & dierũ ac noctiũ lucubratiõibus meditationibuſq; effecit: ut uere oium patrũ: & horũ doctorũ cõſenſu & approbatione digniſſimus habitus ſit: qui doctoratus ſuſcipiat dignitatẽ. En igit accipe tuorũ laborũ digna pmia: & qñ libuerit: interueniẽte Reuerẽdiſſimi Dñi. S. R. Ecc. Cardinalis Seneñſis: atq; Archiepi: & ſtudiorũ oium pfecti auctoritate: cuius ego tã & ſi indignus uicẽ gero: coronam/ac palmã glorioſi certaminis & debita tuæ uirtuti capeſſe inſigna: ut in iuris cõſultorũ & celebriũ doctorũ numero: p tuo iure/cũ tuæ illuſtratione uirtutis/merito cẽſearis ad laudem æterni Principis. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XXVI. uice eius qui eruditũ quẽuis iuuenẽ in cœtũ philoſophiæ/ac Medicinæ Doctorum ſuadeat aſciſcendum: & decorandum inſignibus Doctoratus.

MAgni ingenii: exquiſitæ doſtrinæ: ſũmæ eloquẽtiæ atq; exercitatiõis hoiem eſſe oportet uiri celeberrimi qui uel pclarã aliq̃ diſciplinã: uel ſapiẽtẽ quẽpiã uirũ: & doctrina pſtãtẽ/cõgruis uelit laudibus pſequi. Quibus rebus maxime opus eſſe intelligo: ſi quis Philoſophiã/ac Medicinæ artem laudaturus ſit: utrãq; pculdubio/& excellẽtiſſimã oium & humano generi ſalutarẽ. Eſt. n. Philoſophia: ut Græci tradũt: uere laudatarũ oium pcreatrix q̃dã/& mater artiũ: & donũ oium lõge pclariſſimũ ab imortali Deo diuinitus cõceſſũ mortalibus: lux uera illuſtrãs hoium mẽtes & humãæ dignitatis pſtãtiã ab imanitate ſegregãs belluaꝝ: unde ueluti a fonte uberrimo diſciplinarum omnium riuuli manant: cui tanq̃ Reginæ aſſiſtunt reliq; omnes: & ueluti Ancillæ atq; pediſſeq; obſequunt: etiã iuris ciuilis calliditas: & hũanaꝝ legũ pitia: quã tãto tempore & iterdũ iſolẽter nimiũ iactãt/atq; oſtẽtãt: earũ diſciplinarũ laudis/& oſtẽtatiõis: multo cupidiores q̃ ueritatis: q̃ noſſe ſolis eſt tributum philoſophis. i. indagatoribus ueritatis. Quid de Medicinali ſapientia multa? Hæc illius

comes: hæc uernacula ſoror: & uera philoſophiæ aſtipulatrix eſt. Nam ſi nobilis/ & pulcherrima omnium illa cognitio eſt: quæ & nobilitate ſubiecti/ & ſplendore p̄ſtat/ & certitudine quadã demõſtrationis antecellit: iure Medicina pleriſq; aliis interponenda eſt: quæ diuinum opificium .i. hominẽ & totius humani corporis ſecreta rimat̃ fabricam p̃clariſſimam perſcrutat̃: & compagem eius diuinæ compoſitionis totam patefacit: hominem: ideſt ueram dei conditoris imaginem ſeruat/ tuet̃/ iuuat: languẽti ſalutem/ atq; incolumitatem p̄ſtat: & quod uere diuinum eſt: mortuos quodammodo Medicinali ope/ a pnicie/ atq; ab interitu uindicat: & omnia perſpicuis/ & certiſſimis documentis oſtendit. Hãc qui uere/ & ſalubriter ꝓfitent̃ ſummis ſunt honoribus efferẽdi: & omni laude decorandi. Quippe quos p̃cipuos humanæ uitæ conſeruatores inſtituit totius mundi rector: quo ex nũero hodierna die refulget Tyro noſter: & uir tum philoſophiæ laude p̄ſtans: tum maximis pollens naturæ/ ac fortunæ muneribus: de cuius clara ꝓgenie: eximia uirtute: optimis/ ac probatiſſimis moribus: ſingulari eruditione: ac doctrina dicere idcirco ſupuacuũ eſt: quia oĩa ſua ſpõte ſplendeſcunt: & in promptu ſunt omnibus. Quid plura? Labore/ & ſtudio effecit: ut uere nanciſci debeat: q̃ iampridem optauit præmia: & in hoc coetu ornatiſſimo præclara Doctoratus inſigna. Dixi.

℄ Auguſti. dathi oẽo. XXVII. eius noĩe q̃ ĩ artibus (ut aiũt) a ꝓmotoribus quos appellãt: doctoratus petit ĩſignia

Erat meaꝫ partiũ reuerende pater/ p̃ceptores optimi/ ac doctores celeberrimi & doctiſſimi uiri. p̃clarã hanc noſtrã efferre patriã/ & nobile laudare huius urbis Gymnaſiũ ſimul philoſophiã & ſtudiũ eius uehæmẽtiſſime cõmẽdare: qd̃ ſemp apud oẽs p̃claras totius orbis nationes & populos maxĩe floruit. Sed ea certe eiuſmodi ſunt: ut ſileri debeãt potius/ q̃ tenuiter atq; exiliter laudari: Prohibet id ingenii mei ĩbecillitas: nec tpis anguſtiæ ꝓuagari lõgius patiunt̃: cũ p̃ſertim alii ſæpe ex hoc ĩpo loco earũ rerũ laudẽ cumulatiſſima oẽone ſint ꝓſecuti. Itaq; latius eẽ duxi/ p̃termiſſa huius florẽtiſſimæ cõmemoratiõe ciuitatis/ & ſacratiſſimæ diſciplinæ ac Philoſophiæ laude: q̃ una hoĩum uitã exornat: & a feraꝫ ritu lõgiſſime abducit/ remipſam aggredi. Quapropter hodie in hoc p̃claꝫ collegiũ p̄res ampliſſimi cõueniſtis. A te igr̃ Barthole/ q medicinæ Philoſophiæ/ & oĩum bonarũ artiũ in toto Latio magnũ decus/ ac lumen exiſtis: & ſimul a collegis tuis Doctoribus meis ſumma doctrina fulgentibus/ lauream & optatum laboribus & uigiliis præmium: non tam meo merito q̃ ueſtra & horum patrum gratia/ fidenter Doctoratus inſignia a ueſtra humanitate depoſco: ut inſignitus ueſtra auctoritate/ deſideratis muneribus ꝑpetuo lætari poſſim ãpliſſimæ diſciplinæ/ palmã & gloriã aſſecutus/ ad laudẽ eius: a quo munera ſunt omnia: & bona cuncta procedunt. Dixi.

℄ Auguſtini Dathi Oratio. XXVIII. Quam habuit/ quũ peritiſſimo iuueni/ ac philoſopho ſubtiliſſimo Petro Venantio conferret inſignia Doctoratus.

Non ſit mirũ q̃ſo/ uenerãde pater/ doctores celebres/ & ſapiẽtes uiri/ ſi nũc faciã ſenior: qd̃ nũq̃ anhac/ iunior cõſueui. Cogit amor: q oĩa uincit: cõpellit charitas: q̃ oẽm ſupat rõnem: & ſi dicere fas eſt: ui affert amici uolũtas: cui refragari ẽt ſcelus putãt. Sed relictis ſuauitatis oratoriæ blãdimẽtis/ nõ quod Oratoris ẽ propriũ ſplẽdidiorẽ dictionẽ. Sed quod ſuũ philoſophi ẽ: rẽ ipſam cõplectar paucis. In promptu ſunt. n. Philoſophiæ laudes. Nõ latet: nõ abſcõdit̃ illius honeſtas. Nã ſi bonoꝝ honorabiliũ noticiã arbitrant̃ honeſtiſſima ꝓculdubio & pulcherrima oĩum habenda Philoſophia ẽ: q̃ diuinarũ & humanaꝝ rerũ oĩum ſciẽtiã & cognitionẽ cõplectit̃. Hinc eſt illa ꝓbata græcoꝝ definitio η γαρ φιλοσοφια εσι γνωσισ θειωντε και ανθρωπινων πραγματων. Nõ eſt obſcura eius utilitas: quãdoquidem aĩoꝝ cultura dr̃. Patet latiſſime fructus eius Vberrimus illius cãpus exiſtit. Quid ẽ. n. uere bonũ atq; expetẽdũ: qd̃ nõ a philoſophia petẽdũ ſit & ab eiuſdẽ inexhauſtis fontibus hauriat̃? Ad fœlicitatẽ ꝓhia rectũ pãdit iter. Et actiua qdẽ/ q̃ eadẽ Pratice dr̃/ & in agẽdo cõſiſtit: tũ moralis/ Græce ηθικα q̃ ſinguloꝝ hoĩum uitã ĩſtituit. Tũ domeſtica & familiaris Græce οικονομικα q̃ rẽ familiarẽ gubernat. Tũ ciuilis. Græce πολιτικα q̃ populis moderat̃. Et cõtẽplatiua pariter. Græce θεωρικα q̃ in cognoſcẽda ueritate uerſat̃. Tũ ſupnaturalis & diuina Græce μεταφυσικα και θεολογικα q̃ ens & poſſeſſiões entis/ cãs altiſſimas/ ſubſtãtias ſepatas/ ac motores orbiũ cõtẽplat̃. Et ꝑ Auicẽnæ ſnia/ nõ mõ ꝓphetiã/ atq; Angelorũ ordines: ſed etiã excelſũ ad bñdictũ coeloꝝ Principẽ. Tũ naturalis: Græce Phyſice: q̃ naturã ſpeculat̃ & motũ naturaliũ reꝝ principia/ cauſas/ & elemẽta: cauſaꝝ genera: infinitũ/ uacuũ/ locũ/ tps/ multiplicẽ motus ſpẽm: creaturaꝝ uarietatẽ: diuerſa aĩantiũ genera: ſimplicia corpa/ & mixta: aĩata/ atq; in aĩa: ſupa/ atq; infera: coeleſtia/ ac terrena: q̃ generationi & corruptiõi ſubiacẽt: & ortũ/ atq; ĩteritũ patiũtur: metæora & ſublimiora nõ p̃termittit: ſed & q̃ propriſſime terrã fiũt/ nõ tacet: q̃ mota mouẽt: & q̃ cũ alia mouẽãt: ipa ĩmobilia p̄ſtãt: deniq; materiã primã atq; ultimã formã. Præterea doctrinalis græce Mathematica: cuius abſtractio neq̃q̃ mẽdaciũ ẽ. Tũ mineral̃ græce Arithmetrica. Tũ dimẽſiua: græce Geometrica. Tũ q̃ ſydera ſpeculatur & aſtra: græce Aſtronomia. Tũ q̃ mũdanã humanã/ atq; inſtrumẽtalẽ Muſicã cõtẽplatur. Poſtremo q̃ rõnalis dr̃: græc. λογικη cũ uniuerſalibus/ cũ p̃dicamẽtis: cathegoriis: cũ diuerſis ꝓpoſitiõibus: cũ argumẽtatiõibus ſuis/ & cuiuſq; generis ſylogiſmis. Nõ ẽ icognita philoſophiæ iucũditas: p̄ſerti ſapiẽtie ſectatoribus: q ipſi cõtẽplatiõe reꝝ mirifice delectãtur: ĩcredibilẽ ſuſcipiũt uoluptatẽ: mirabili quodã (ut ait Plato) ſapiẽtiæ afficiũtur amore/ ſupra modũ lætãtur: & qd̃ in Metaphyſicis Ariſtoteles prodit/ gaudio quodã inenarrabili gaudẽt. Ipa ꝑ ſe lucet philoſophie ãplitudo/ ac dignitas. Cuius profeſſores ſi forte arrogãtius Sophi: qd̃ ẽ ſapiẽtes: at certe philoſophi/ qd̃ ẽ ſtudioſi ſapiẽtiæ iure optimo nũcupantur. Hi ſunt maximaꝝ & occultaꝝ reꝝ ſcrutatores: inueſtigatores ueritatis: magiſtri uitæ: bene uiuẽdi duces: ĩdagatores uirtutis uitiorũ expulſores: qui cognitis bonoꝝ & maloꝝ finibus/ oĩa ad uerã fœlicitatẽ/ ac beatitudinẽ retulerũt. Hoꝝ tu numero Petre Venãti hodie p̃cẽſeris: qd̃ clara ortus p̄ria/ bonis progenitus parentibus: ſub clariſſimo quoq; Principe: qui cũ nr̃a Reſpu. cõiũctiſſime uiuit: cõſiderãs naſci hoiem ad decus: ꝑſpecta tui ingenii bonitate/ contempſiſti uana/ & fragilia omnia: neglexiſti corporis formam: habuiſti humana pro nihilo: percalcatis autem patriæ & parentum delitiis/ ad capeſſendã philoſophiam animum contuliſti. In qua q̃tũ profeceris/ hoꝝ pa

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XXXIII. Pro eo qui e Gymnaſio ſtudiorum rediens domum/doctoratus inſignibus decoratus:in cõcione de more/primum laudat Ius ciuile:deinde Principem:poſtremo in cætũ aſciſci/ac numero Doctorum ſuæ patriæ aſcribi ſuppliciter poſcit:& orat.

INtelligebam illuſtriſſime Princeps/patres ampliſſimi/atq; ornatiſſimi uiri/illi facundiam/ac ſummã dicẽdi copiã maxime neceſſariã:qui excelſo hoc loco orõnẽ eſſet habiturus. Quod quidẽ ꝓclarũ ornamẽtũ/cũ meæ ꝓrſus ĩbecilitati deſit/ꝓpoſitũ huic rationis cõgruens q̃ potero/breui orõne cõplectar. Nã ciuilis prudẽtiæ eiuſcemodi laus eẽ dignoſcit̃:ut eam dignis explicare ꝑconiis/ſi ab inferis reuiuiſcant:uix poſſit ex Latinis Romanus Cicero:ex Græcis Athenienſis Demoſthenes. Nihil hac ꝓclara diſciplina in oĩ hoĩum uita & cõciliatiõe melius:nihil tã frugiferũ:nihil adeo iucũdũ:nihil æq; ſalutare:nihil hoĩe libero dignius. Nã iura/ac leges:quibus ciuitates/ac populi ad bñ uiuendũ cõſtituunt̃:a rõne ꝑſpecta nihil ꝑter uirtutẽ atq; honeſtatẽ reſpectant:ſed ad eã rẽ potiſſimũ & colẽdã & ꝑſuadẽdã maxime dirigunt̃. Ad Iuſtitiã capeſſendam oĩs iuris ac legũ ſpectat ĩtẽtio:tota quoq; ciuilis iuris ſanctio ĩ uirtute ſolidat̃ a uirtute ꝑficit̃:uirtutẽ ſequit̃:æq̃tatẽ amplexat̃. Bene igit̃ legalẽ Iuſtitiã cõmemorat phoꝝ ꝓclariſſimus/ac Peripateticoꝝ Ariſtoteles Princeps: q̃ q̃dẽ nõ eã dũtaxat Iuſtitiã cõplectit̃:quã diſpartiunt̃ ſapiẽtes in diſtributiuã/atq; cõmutatiuã:Sed cæteraꝝ quoq; uirtutũ oĩum cumulũ cõtinet/nõ aliã ob cãm nũcupata. Legalis/niſi q̃d leges ĩpæ a uiris ſapiẽtiſſimis inſtitutæ nihil efficiunt aliud:niſi ut oĩs pellat̃ ĩprobitas:oĩs cõtra uigeat:ac floreſcat uirtus. Quæ utiq; uera ꝑ Vlpiani ſñia/Phiæ ꝓfeſſio eſt. Quã ueteres nõ iniuria indagatricẽ uirtutũ:expultricẽ uitioꝝ phibẽt: Quocirca ſublatis legibus magna ſequat̃/neceſſe eſt:humanæ uitæ ꝑturbãtio/atq; cõfuſio. Quod ſi diffinitio cuiuſq; rei ſubſtantiã patefacit/ex legis ipſius diffinitiõe facile cõſtare põt. Quæ nã uis illius exiſtimari debeat:ſi ſanctio ſancta ẽ:iubẽs honeſta:cõtraria ꝓhibẽs. Vere nãq; ꝑ leges:q̃d & ipſe quoq; noſter Hieronymus cõprobauit:mala ꝓhibent̃:ꝑcipiunt̃ bona:cõcedunt̃ media:ꝑfecta ſuadent̃. Nõ abſq; optimis rõnibus/magno ſemp in honore fuerunt. Ciuilis prudentiæ ſectatores. Ex quoꝝ uoce/tãq̃ ex oraculo quodã (ut uulgo ẽt dici ſolet) ea manãt:ac ꝓficiſcunt̃ oĩa:ꝑ q̃ ſublata iniuria:frenata maloꝝ audacia/cohercita ĩprobitate:tũ iuſte/pie/honeſte/cõtinẽter/tẽperanter:tũ q̃ete/pacate iucunde/tranq̃lle/beate in hoĩum ſocietate uiuat̃. Nã q̃d de ſapiẽtibus dr̃/hoĩes paſſim/quondã/ac uagos ferarũ more uiuẽtes/redactos poſtmodũ ad honeſtatis normã:ac rectã beneuiuẽdi rõnẽ cõpulſos:id ꝓculdubio ad legalis ſapiẽtiæ ꝓfeſſores & latores legũ/& ſanctiſſimoꝝ inſtitutoꝝ cõditores referendũ:nemo cõpos mẽtis ambigere poſſit:q̃ optimis & ſcitis & legibus rudes atq; aggreſtes cõponũt populos:ac regũt dictis aĩos: & pectora mulcent. Reges/ac Principes ſummis attollunt̃ laudibus:qui uel ipſi optimas ac ſanctiſſimas leges cõdiderũt:& ſuoꝝ obliti cõmodoꝝ cõmunẽ utilitatẽ/atq; uniuerſoꝝ ſalutẽ ſecuti ſunt:uel ampliſſimis honoribus/atq; ubertimis ꝓpoſitis ꝑmiis doctos uiros/ac ſapiẽtes/& huius ꝑcipue diſciplinæ ꝓſtãtes laude aſciuerunt:& ſtudio ſunt oĩ/humanitate/atq; officio ꝓſecuti. Q̃d cũ de aliis pleriſq; plane/ac ꝑſpicue cõſtare intelligo:tum de noſtro illuſtriſſimo Principe lõge exploratiſſimũ eſt:atq; ita exploratiſſimũ:ut id unũ ante oĩa illi ꝓpoſitũ uideat̃:& ꝑmio afficere bonos:ac malos iuſta pœna ulciſci:q̃d ſuũ maxime ꝓpriũ Iuſtitiæ munus eſt:& ſapientes ac doctrinæ/& ĩprimis Ciuilis Prudẽtiæ ſectatores magno ſtudio & amore cõplecti. Sed uideo me euagatũ eſſe longius q̃ initio propoſitũ erat. Iãpridem poſthabitis patriæ ſimul/ac parentum deliciis:quibus nihil in hominum uita putat̃ iucundius:longinquos populos:in ſtudiorum exercitatione:& in ciuilis Iuris diſciplina magnam ætatis partem & ſummam operam collocaui. Prohibuit forſam ingenii imbecillitas:ne ualde ꝓfecerim/uoluntas/ſtudium/labor minime defuit. Tandẽ in nobiliſſima Etruriæ urbe Sena/ſtudiorum ac lr̃arum alũna/palmã diuturnæ exercitationis/ad doctoream adeptus ſum dignitatem. Fateor me tãto honore nequaq̃ ſatis dignũ. Sed ueſtra benignitas certe uel ipſã meritũ efficiet:uel plurimũ augebit. Adeſte igit̃/ac fauete filio mihi/patres beneficẽtiſſimi:& in ueſtrũ gregẽ cooptate:date humiliter poſtulanti optatũ munus:& in quo libuerit loco/ſerui ſupplicẽ collocate:habituri me ꝑpetuo uitæ tp̃e pleniſſimũ fidei/& paratũ iubẽtibus uobis neq; etiã capitis uitare diſcrimẽ. Quod oẽ ita demũ peto:oro:obſecro/ſi honeſtũ:ſi decoꝝ:ſi cõſuetũ:ſi gratũ humanitatibus ueſtris futurũ ſit:nec imodeſtum nec arrogans:nec inſolitum:nec ꝑter ueſtræ uoluntatis placitum. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XXXIIII. Ac ueluti ꝑfatio q̃dã de laudibus legalis ſapientiæ.

QVum perſpicuum ſit glorioſiſſime Princeps/uoſq; uiri ꝓſtantiſſimi/ac celeberrimi patres/nihil ſapientia aut maius inueniri:aut præclarius poſſideri:illa tamen eius pars cæteris omnibus præferenda eſt: ꝑ quam ad bene & cum uirtute uiuẽdum/humanũ genus docet̃:inſtruit̃:dirigit̃. Nã cũ rõnis ꝓſtantia hõ cæteris animantibus antecellat:ea nimirum rationis uis uel maxima cernit̃: qua ad colendam exercendamq; uirtutem incitamur:ac deducimur. Id autem ſi qua ars/ſi qua diſciplina ꝓſtat/eam plane legalem ſapientiam eſſe conſtat/cuiuſuis tota:ac ratio in eo ſita eſt:ut tum declinare q̃ turpia & fœda ſunt:tum ſectari conſueſcamus q̃ bona & honeſta eſſe cernantur. Quocirca huius legalis Prudentiæ ratio ab optimis profecta primordiis/ꝓſtantiſſimis auctoribus inuenta/comprobata/atq; illuſtrata eſt. Ea latiſſime patet: & ad communem hominum ſalutem/atq; utilitatem ſpectat. Per eam ſingulorum uita rectiſſime inſtituit̃:familiæ optima rõne regunt̃. Regna/Principatus/ciuitates/ac cætera concilia/cœtuſq; hominum Iuris æqualitate:& ꝓclaris conſtitutionibus gubernantur. Quod cum ita ſit &c.

¶ Auguſtini Dathi Orationis. XXXV. Thomos de ſui ipſius cognitione.

CVm ſint pleraq; oĩa cognitu ac ſitu laudabilia/ac decora:tũ illa oĩbus ẽ ãteponẽda cognitio:ꝑ quã hõ ſeipſum nouit. Hoc ẽ n. ſalutare illud ſcriptũ ꝓ foribus delphici tẽpli q̃ſi diuinitus demiſſum mortalibus ac ueluti ꝓlapſũ de cœlo oraculũ γνῶθι σεαυτόν & a græcoꝝ ſapiẽte:ſiue is Thales Mileſi⁹ unus e ſeptẽ ſiue Monymus:ſiue quiſalius tandem fuerit/ſalutari inſtitutione ꝑceptum. Non iniuria redarguit.

M. Cicero eos: qui nimis magnum ſtudium & operam multam nimis in res obſcuras/ ac minime neceſſarias cõferunt: iis uidelicet uel obmiſſis: uel neglectis: quæ ſapientis tum officio: tum etiam dignitati cõueniunt. Quod dum Archimedes Siculus ille diligentior Mathematicus efficit: extremum excidium non uitauit. Sciũt enĩ multa nõnulli: & ſeipſos neſciunt. Quos diuus Bernardus diuinarum & humanarum rerum ſtudioſiſſimus contemplator/ ac uitiorum cenſor acerrimus/ uehæmentiore accuſatione notauit. Cum nihil pro ſapientis uera ſententia/ nec turpius ſit ignorantia ſui: nec omnino dementius. Cum nihil contra rerum omnium/ quas ſcientia attingit humana: uel melius ſit: uel prorſus ſalubrius cognitione ſui: quæ initium ſalutis eſt: p̃cipuum ſapientiæ munus: uirtutis plenitudo: officii conſumatio. Hanc unã maxime & ratiõi hominis cõſentaneam/ & omnium neceſſariam cunctis ſtudiorum generibus ſcientiſſimus Aurelius Auguſtinus firmo animi iudicio prætulit.

¶ Auguſtini Dathi: quum. M. Tullii de officiis librũ publicæ legere incœpiſſet. Oratio. XXXVI. Ac p̃fatio q̃dam mutila/ mendoſa/ corrupta/ imp̃fecta. Diuinos q̃m Mures roſere libellos.

Vplicem Philoſophi uirtutem eſſe tradiderunt: alteram intellectiuam: quã ΔΙΑΝΟΗΤΙΚΗΝ Græci uocant: alteram moralem: quam appellant ΗΘΙΚΗΝ: & illa quidem tum generationẽ: tum etiam incremẽtum plurimum ex doctrina habere cognoſcitur. Hæc uero ex aſſuetudine fit. Sed morale opus eiuſmodi eſt: ut non ſolum inueſtigari/ uerum etiam ad exercitationem accomodari cõueniat. Id nãq; uoluit Ariſtoteles in eo libro: quem de moribus ſcripſit.

Nõ enim cõtemplatiõis gratia/ quemadmodum reliqua ſed ut boni ſimus/ uirtutem inueſtigamus. Quod ſi ſecus contingat/ nulla prorſus ſit uirtutis utilitas: cuius laus omnis in actione cõſiſtit. Itaq; Cicero/ cum. M. filiũ Athenas ad Chratippum Peripateticũ audiẽdum miſiſſet: decreuit tũ inſtituendi filii/ tum doctrinæ teſtificandæ gratia/ librum ſcribere de Officiis/ apud nationẽ/ q̃ ſtudiorũ Princeps eſſet/ teſtem futurum Tullianæ eloquentiæ: ſummæq; doctrinæ. Officium enim non uirtutis habitum ſed exercitationem complectit̃. Quemadmodum uero inter uitium ac peccatum intereſt: quod illud animi habitus: hoc prauũ opus eſt: ita & uirtute conſtat habitum eſſe: officium autem: quæ a uirtute atq; honeſtate ducitur/ actionẽ. Quocirca & ab efficio uerbo originẽ ſumpſit: ut oſtendit Ambroſius: ſed p̃pter decorem orationis lſa immutata/ officium uelut efficiũ appellatum eſt. Tanta eſt autem officii uis/ atq; p̃ſtantia: ut nulla humanæ uitæ actio expers eſſe officii queat: in cuius exercitatiõe uitæ honeſtas oĩs conſiſtit: & in neglectu turpitudo. Nã quemadmodum pleræq; artes exercitationem deſiderãt: ita & uirtus maxime laudem magnã conſequit̃: ſi cõſuetudo uſuſq; adhibeat̃/ & exercitatio: qua in re ineſt officium/ atq; honeſtas. Virtutis igr̃ colendæ & officii cõſeruandi p̃cepta pulcherrima: & imprimis utilia Cicero ad filiũ ſcribit/ Opus uniuerſum in tres libros partit̃: & in primo quidem poſtq̃ p̃fectum officiũ a medio ſeiunxit: & utrũq; diffiniuit: cœpit oſtẽdere: q̃ illa ſunt: in quibus deliberãdis hoĩes uerſari ſolent. Atq; quia prima deliberatio ad honeſtatẽ ac turpitudinẽ ſpectat/ ſecat honeſtũ in quattuor p̃tes. Primã Prudentiæ & ſapientiæ: alteram Iuſticiæ & liberalitatis: tertiã/ q̃ in animi magnitudine ac robore uerſat̃: poſtremã Modeſtiæ ac tẽperãtiæ: ex his oĩbus locis/ uelut e quibuſdã fontibus ducit officia/ docẽs ſeruãda q̃ honeſta ſunt cõtẽnẽda q̃ turpia. Tũ aggredit̃ cõparationẽ eoꝝ: q̃ honeſta ſunt: q̃ ſæpe cõtigit: cũ duo honeſta/ aut plura p̃ponunt̃: ac ſtatuit uirtutũ oĩum Principẽ ſapiẽtiã/ & Iuſticiæ officia ſtudiis ſciẽtiæ p̃ferri: demũ officioꝝ gradus diſtinguit. Secũdo aũt libro de utili atq; inutili ſermo eſt: oſtẽditurq; tria gña re cõfuſa/ iuſti/ utile honeſtũ ſola cogitatiõe diſtingui. Ponit̃ eaꝝ reꝝ diuiſio: q̃ uel prodeſſe hoĩbus: uel obeſſe poſſint. Sed quod præceteris utiliſſimũ eẽ cernit̃/ rectiſſime explicat̃: q̃m mõ hoium ſtudia ad utilitates noſtras allicere/ atq; excitare poſſimus. Multa afferunt̃ de gloria: & ea numerant̃: q̃q̃ ea de re duo ſunt alii Ciceronis libri: ex q̃bus maxĩa gloria cõparari queat. Oſtendit̃ quo pacto nõ ſolũ ſingulis ciuibus: ſed etiã uniuerſis cõſulẽdũ ſit. Adhibent̃ ex Antipatri ſentẽtia duo utilitatũ p̃cepta: ualitudinis p̃curatio/ & pecuniæ: q̃ Panetius etiã p̃terierat. Demũ incedit. M. Tullius in utilitatũ cõparationẽ: docẽs quo pacto corpis cõmoda cũ externis: & utraq; ad iuicẽ cõparari cõueniat. Tertio uero libro/ utilitatis/ atq; honeſtatis ptractatur cõtẽtio: q locus in tota Philoſophia maxime neceſſarius ẽ ſed nõ idcirco a Cicerone ſuſceptus: ut poſſit aliq̃n utilitas cũ honeſtate pugnare: cum utilitate honeſtas: ſed quia nõnullos plerũq; fallit utilitatis/ atq; honeſtatis ſpecies. Nã ſolitus eſt Socrates execrari eos: qui plurimũ hæc natura cohærẽtia/ opinione diſtraxerint: cui Stoici oẽs aſſenſi ſunt: quos Cicero ĩprimis in his libris auctores habet. Quare in hac utilitatis honeſtatiſq; cõparatiõe bene ac ſcire dixit Panetius ſolere hoĩes dubitare: nõ aũt oportere: quia nihil utile eſt: quod nõ ſit honeſtũ: nec honeſtum quicq̃: quod nõ ſit idẽ utile. Itaq; formulã/ ac normã quã dam Cicero cõſtituit ſcdm Stoicorum præcepta/ rationi ac diſciplinæ maxime conſentaneam: quam qui ſequetur/ in comparatione rerum nunq̃ ab officio/ honeſtateq; poterit aberrare. Sed id imprimis præcipitur: ut quotiens utilitatis ſpecies obiecta eſt: cui adiuncta turpitudo cernitur: non utilitatem eſſe requirendam: ſed intelligendum potius: ut ubi turpitudo ſit/ ibi utilitatem eſſe non poſſe. Opus igitur omne de Officiis inſcribitur quod eſt de conſuetudine/ atq; actione uirtutum: conſilium eſt bonorum Philoſophorum omnium: ſed Stoicorũ imprimis imitari ſententias/ & conſeruãdi officii fuit in hoc uiro uis Demoſthenis: copia Platonis: iucunditas Socratis/ Neq; plurimas (ut ait Pindarus) aquas colligit: ſed uiuo gurgite exundat: dono quodam prouidentiæ genitus: in quo oẽs experiretur uires ſuas æloquentia. Quis docuit unq̃ diligentius? Mouit uehæmentius? Cui tanta affuit ſuauitas? Non immerito igitur ſuis temporibus regnare in iudiciis dictus eſt. Apud poſteros uero id conſecutus/ ut Cicero iam non hominis nomen: ſed eloquentiæ putetur. Quamobrem iuuenes optimi ſi exquiſitam doctrinam: ſi diuinam eloquentiam aſſequi concupiſcitis: legẽdus ſemper uobis & perdiſcendus eſt Cicero: habendus in animo: & ſi fieri poſſit/ geſtandus ſemper in manibus. Hunc ſpectate: hoc propoſitum ſit uobis exemplum. Ille ſe credat proficere: cui plurimum Cicero placeat. Sed huius uiri ſtudio/ uel ueſtro potius amore progreſſus ſum/ q̃

ſum/q̄ inſtituerā lōgius. Rurſum capeſſite doctrinā:imitamini præſtātes uiros:amplectimini Ciceronē:& imortalis atq̧ oīpotens:ſine cuius numine factū eſt nihil ueſtra Deus incæpta ſecūdet. Nūc uero ſpectemus illa/quæ in explanandis auctoribus/principio ſpectari cōſueuerunt. Eſt aūt in hoc opere Ciceronis intentio/ uitæ præcepta tradere:recta ab illo utilitas demōſtraƭ/nō filii ſolū. M. Ciceronis:ſed oīum quoq̧ hoīum inſtitutio:atq̧ optimus in uirtute progreſſus. Libri initium hoc. M. Tullius dedit. Quanq̄ te Marce fili &c.

℄ Auguſtini Dathi Orationis. XXXVII. Thomos pro diſputante.

SOlent q̄ inueſtigādæ ueritati dant opam:q̧q̧ i cognoſcēdis rebus uerſanƭ:plurimū laudari. Quoniam ex oībus humanis actionibus nulla melior:nulla præſtabilior iudicaƭ:& naturæ hoīum magis accommodata: ſi quidē pro Quintiliani ſnīa: ſicut aues aduolatū:equi ad curſum:ad ſæuitiā feræ gignunƭ: ita nobis ꝓpria eſt mētis agitatio:atq̧ ſolertia. Vnde origo animi cœleſtis crediƭ: nulluſq̧(ut Lactantius ait) aīo ſuauior cibus/eſt q̄ cognitio ueritatis:fœlixq̧ eſt ille(ut Poeta inq̄t)q̄ potuit rer̃ cognoſcere cauſas: & oēs hoīes(ut Philoſophus aſſerit)natura ſcire deſiderant: Imprimiſq̧(ut Orator affirmat)hoīs eſt ꝓpria ueri inquiſitio/atq̧ inueſtigatio. Itaq̧ eū ſumus neceſſariis negociis/curiſq̧ uacui:tū auemus aliq̄d uidere/ audire/ diſcere/quærere/inueſtigare/rimari/cōtēplari/intelligere/cognoſcere/ſcire/cōprehendere. Oēs.n.trahimur:& ducimur ad cognitionis/ſciētiæ cupiditatē:in qua excellere pulchrū putamus. Labi autem & errare/neſcire/decipi: & malū & turpe ducimus. Hoīs aūt mens diſcēdo aliƭ: & cogitando ſemp aliq̄d/ aut inquirit/ aut agit: uidēdiq̧ & audiēdi delectatione duciƭ. Sed qm̄ ſapientes uiri arbitranƭ pro nr̄æ mētis ībecilitate/ perſpicuā ueritatē/ niſi per diſceptationē lucere nō poſſe:quādoq̄dē nemo unq̄ inter mortales optimus ſit inuētus:q̄ p ſeſe oīa noſcat:idcirco diſſerendo/cōmunicando/mutuaq̧ collatione/quadā ueluti īgenior̃ cote/ præſertim apud uiros rer̃ oīum doctrina præſtantiſſimos:quales eſſe uos liquido cōſtat/qui adeſtis/certa rerum cognitio cōparanda eſt.

℄ Auguſtini Dathi Orationis. XXXVIII. Thomos de laudibus Chriſtianorum Theologiæ.

SIquis cœleſtibus/ac diuinis de rebus/uiri religioſiſſimi/atq̧ optimi patres/orōnē habiturus ſit:illi ꝓculdubio nō hoīum eloquiis:ſed Angelor̃ līguis/& ſupra hoīem facultate opus eē ītelligo. Quod ſi ueteres aut Græcor̃/aut Romanor̃ eloquētiſſimi Oratores nō abſq̧ magna quadā formidīe/ac pauore orōnis ſuæ initia exorſi ſunt:uideo mihi multo magis ꝑtimeſcendū:cui de re altiſſima:atq̧ ſublimi in ornatiſſimo ſapientū/atq̧ eruditor̃ hoīum cōſpectu grauiſſimū hodierna die dicendi onus incūbit. Quū mecū īfinitā rer̃ uarietatē ſæpe cōſidero:aīoq̧ cōplector:quū ipſam mundi machinā:ac præclarū Dei opificium mēte & cogitatione uoluto aīaduerto nimirū cætera oīa nullius eſſe momenti:præ imenſa atq̧ inenarrabili Dei maieſtate/atq̧ ſubſtātia:quā diuina Philoſophia ea:quā Græci Theologiā uocāt:altiſſima indagine quadā/ & perſpicaciſſima ſpeculatiōe cōtingit. Nota ac uulgata ē illa nobilis ac ꝓclariſſimi Phi̅ ſnīa/nō ſecus ſe habere nr̄æ mētis aciem ad ea quæ ſcd̄m naturā latiſſime patent:manifeſtaq̧ ſunt/q̄ imbecilis uolucris & noctuæ infirmos oculos ad ſplendidā/ ac fulgentiſſimā Solis lucē. Quod ſi(ut ait ī Phedone Plato ille ph̄or̃ prīceps)q̄ aī naturā diligentius cōtēplanƭ/eor̃ mens caligine quadā/atq̧ obnubilatione cōfundiƭ:euenitq̧ id q̄d acriter oculus deficiēntē Solē intuenƭ:aut aſpectū ꝓrſus amittat:ad multo magis ī cōtēplanda diuinæ cælſitudinis Maieſtate cōtingit. Nō ē tāti ſplēdoris/ac fulgētiſſimi luminis hūana capax fragilitas/tā eximiæ claritatis amplitudinē pati nō pōt ībecilla humani generis facultas. Sed miſerta noſtræ debilitatis diuina clementia/p mediatorē filium illa cœlitus reuelauit:quæ nulla humana/at curioſa ꝑſcrutatio:nulla ueterum Philoſophor̃ ſolertia: nulla cuiuſquam acerrima perſpicacia ualuit adipiſci. Ab ingenti uero atq̧ īmenſa cœleſtis Principis benignitate uera illa/ac diuina Philoſophia ſumpſit exordium:quam nō Græci ſolū:ſed Latini quoq̧ uetuſtiſſimo noīe Theologiam appellare conſueuerunt. Ex hac nobis illa profecta ſunt:quæ ſapientibus uiris incredibiles quoſdam & admirabiles amores excitant ſapientiæ. Nemo tam ferus eſt:nemo tam agreſtis/ac barbaris moribus:cuius menti non illa ingenita Dei ſit notio:p quā a cæteris animātibus differt humana præſtātia. Sed quiſnā ille ſit Deus quē colere:quē amare: quem timere:quē uenerari:quē deniq̧ adorare debemus:ſola īſinuauit nō humaniter īueſtigata:ſed potius diuinitus reuelata ſapiētia:ut p eam intelligeremus Trinitatē in unitate: Vnitatē in Trinitate indiuiſibiliter cōtineri. Hinc pater/Filius/Spūs ſcūs pſonar̃ trinitas:eſſentiæ unitas:ſummæ Maieſtatis æqualitas cōperta eſt: quā nullo pacto humana ratio īueſtigare potuiſſet. O inenarrabile/atq̧ inexcogitabile ſacramētū. Pater eſt:& filius: & ſpūs ſcūs: quorum ſingulus quiſq̧ Deus:ſimul oēs deus:ſingulus plena ſubſtātia:ſimul oēs ſubſtātia. Cūq̧ pater: nec filius ſit:nec ſpiritus ſanctus:filius nec pater ſit:nec ſpūs ſcūs:ſpūs ſcūs nec pater nec filius: deniq̧ pater tantum ſit pater:filius tantū filius:ſpiritus ſanctus:tantū ſpūs ſcūs:tamē(ut chriſtianæ religionis decus Auguſtinus tradit)eadem tribus æternitas eſt:eadē incōmutabilitas:eadē Maieſtas:eadē poteſtas. Et in patre quidē unitas æqualitas ī filio:in ſpiritu ſancto unitatis atq̧ æqualitatis cōcordia cōtineƭ:ut tria unū ſit pp patrē:æqualia pp filiū:connexa propter ſpūm ſcūm. O altitudo diuitiar̃ ſapientiæ/ atq̧ ſcientiæ Dei:quā humanæ imbecillitati pia quadam reuelatione impartiri dignatus eſt. Quā præclara/q̄ ineffabilis diuinæ bonitatis amplitudo:quæ cū de nihilo & ſpiritualem & corporalē creaturā/ideſt cœlū/ac terrā principio cōdidiſſet/eiuſdē nos ſummæ clementiæ participes fieri uoluit. Qui poſt glorioſum mūdi ipſius opificium:poſt admirabilia ſex dier̃ opera: tandē ad imaginē/ac ſimilitudinē ſuā hoīem effinxit:cuius ſub pedibus oīa ſubiecit:oues etiam & boues uniuerſas/ inſuper & pecora campi:quem conſtituit ſuper opera manuum ſuar̃:& gloria atq̧ honore coronauit.

℄ Auguſtini Dathi Oratio. XXXIX. De laudibus uirtutis.

SI diligēter aduertimus/patres chariſſimi/cætera ſunt caduca oīa momētanea/ fragilia ac fortunæ caſibus ſubiacentia:una uirtus eſt:quæ uera & certa poſſeſſio hoīs ſit habēda. Quæ aīum ipſum ad imaginem/ac ſimilitudinē Dei ꝓcreatum in ſua dignitatē/ac ſplēdore cōſeruat: & ad extremos uſq̧ uitæ terminos fidiſſima comes ad uerā tādē beatitudinē ſola perducit:Ad hāc nos colendā aſſequendāq̧ ge

niti ſumus. Per huius exercitationē creatori paremus. Hac reliquis animātibus pſtamus/& belluis. Hæc laudē/ac decus parit: Hæc ſolidā ac ppetuā uoluptatē adducit. Hæc mirificos/ampliſſimos/atq; uberrimos fructus pfert. Hæc nullius inſidiis/nullius inſectatione a nobis auferri pōt. Nō tēpeſtatibus: nō ferro: nō bello: non naufragio: nō ui ulla prſus labefactari. Hác capeſſite oēs: hác amplexamini cunctis uiribus: in eā incumbite: quā ut adipiſcamur/glorioſo intercedente Pontifice Nicolao/annuat ille qui trinus & unus infinitis ſæculis regnat Deus. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XXXX. ad idem.

OMnium rerum una maxima eſt/ac maxime expetenda uirtus/uiri patres/una præcipue: quam inueſtigare: quā amplecti: quā præ cæteris oibus colere/& rebus cunctis pferre debemus. Immortalis nanq; eius poſſeſſio eſt: & altis nixa radicibus: nullis fortunæ caſibus ſubiacet: nullis pōt uiribus expugnari: nulla quoq; externa ui: qđ ipſe ſentit ſummus orator: prorſus amitti. Ea una eſt ad beatitudinē ad quā mortalium oium tendit: atq; aſpirat intentio: & ad beate uiuendū ſe ipſa cōtenta: ut Stoici tradunt: oia quæ cadere in hoiem poſſunt: ſe ipſa inferiora putat. Hanc igit̃ exquirite oēs: & ad eam plane cōſequēdā uigili cura/accuratiſſimo ſtudio atq; opa cōtendite/ut uirtutem adepti/& uere ſapientes/& perpetuo fœlices/ac beati eē poſſitis: illo inſpirante qui uera uirtus eſt: & totius uirtutis ac beatitudinis auctor. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi fragmentum Orationis. XLI. Ad idem.

NIhil eſt uiri Senenſes rerū oium: quæ qdē in hoiem cadere poſſint/uirtute oino melius/ac pſtabilius: nihil uitiorū/ac flagitiorū turpitudine uel pnitioſius qcq̄/uel abiectius cogitari pōt. Sed nihil bonis/ac probis hoibus fœlicius eē: nihil perditis/atq; iprobis miſerius: ſatis/ſupq; iampridē ſapientibus uiris compertū eſt. Incredibilis quædā eſt uirtutis præſtātia/ac magnitudo: quā qui adipiſcunt̃: ii nō modo mihi ſolū: quē forſitan ob ingenii tarditatē/ac doctrinæ inopiā falli nō difficile erat: uerū etiā oibus: q natura: q ſtudio: qui ſapiētia cæteros præſtant: p beati abſq; ulla dubitatione uideri ſolent. Nā ſi uera dicit ille Iuriſconſultiſſimus Vlpianus aſſeſſor Impatoris Alexādri perinſignis: natura bona dicunt̃/ex eo/qđ beant: hoc eſt/beatos faciunt/qd erit putandū bonū pter uirtutē? Nec eſt .n. bonū qcq̄: niſi aut uirtus: aut id/qđ cū uirtutis atq; honeſtatis ſocietate coniungit̃. Quid enim eſt beare aliud (ut idem dicebat Vlpianus) q̄ prodeſſe? At ſola uirtus ſemper prodeſt: qđ ſi ita ē/ſola maxime nos beatos efficit: cætera uero nec ſemp proſunt: & obſunt plerūq; iis: q illa poſſideant. Nēpe diuitiæ/qbus maxīe uulgus hoium inhiat dignitates: honores: uires quoq; pnicitas/forma/cæteraq; uel corporis/uel externa/ut multitudo iperita noiat adiumēta: ut nos putamus fortunæ ludibria: multis ſæpenumero dedecori/dāno/ac malo & ſunt & fuerunt. Quā ſcite/q̄ ſapienter exclamat noſter Satyrus.

Omnibus in terris/quæ ſunt a Gadibus uſq;
Auroram & Gāgem: pauci dignoſcere poſſunt
Vera bona: atq; illis multum diuerſa remota
Erroris nebula.

Quæ ſunt uera bona: quæ iure expetēda/atq; exoptāda præter honeſtatis actiones/exercitationeſq; uirtutum? Senſit hic nō tā Poeta q̄ Doctor bene uiuēdi: Id qđ præclare Iabolenus Iurecōſultus admirabili uir igenio/ac ſapientia nequaq̄ iure bona dici/atq; appellari poſſe: quæ plus incōmodi habeant q̄ cōmodi. Magnifica ac præclara uox/& Iuriſcōſultiſſimo digna uiro ſnia: quæ declarat ſolū fere i humanis rebus uirtutē bonū: quæ oſtendit uerā ac ſolidā boni rōnē: quæ ſi acrius pſpiciat̃: externas/fragiles/caducas res ois a bonorū appellatione depellit: profecto intellexerunt uiri ſapientes id bonū eē: quod proſit omnibus: noceat nemini. Honores/imperia/pecunia/robur/opes nequaq̄ in rebus bonis habenda ſunt: p quæ & multa & magna nōnunq̄ hoibus mala importata didicimus. Atq; ea res imprimis Poetam impulit: ut acerbius inueheretur in fallaces hominum curas: ſtultas cogitationes: lubrica uota: uanos conatus: inanis cōtentiones: Nocitura toga/inquit: nocitura petuntur.

Militia & torrens dicendi copia multis
Et ſua mortifera eſt facundia uiribus ille
Confiſus periit admirandiſq; lacertis
Sed plures nimia congeſta pecunia cura
Strangulat: & cuncta exuperans patrimonia cenſus.
Quoſdam præcipitat ſubiecta potentia magnæ
Inuidiæ mergit longa: atq; inſignis honorum
Pagina.

Quid multa? Superuacua/aut pnitioſa petunt̃. Itaq; ipſa in bonis rebus (ut ita dixerim) eſſe ſe negāt. Laudo Biantem Priannenſem: qui unus fert̃ e ſeptē Græciæ ſapiētibus: q etiā direptis amiſſiſq; iis oibus/quæcunq; ea tempeſtate externa poſſideret: oia tamē/q̄ bona/q̄ ſua eſſent/ſecū auferre dicebat. Laudo Stilphonē Megarenſem: cuius cū patriā cæpiſſet: ac diripuiſſet hoſtis: eūq; moneret Demetrius/ut ſibi ſcripta traderet oia: q̄ perdiderat: ſcite reſpōdit/ex ſuis bonis ſe oino amiſiſſe nihil: qđ ex doctrina atq; eruditione & uirtute ſpolia ducit nemo. Laudo Anaxagorā Clazomeniū: q diuitias & malas appellauit: & in mare abiecit: eaſq; merſit: nec ipſe mergeret̃ ab eis. Laudo Craterē Thebanū: qui & ipſe magnā ab ſe uim auri proiecit: putans nō poſſe & uirtutes ſimul & diuitias in eōdē Regno cōſiſtere. Laudo Druidas Gallorū: Indorū Gymnoſophiſtas: Philoſophos demū oīs. Qui oia hæc humana contēpſerunt: ut ſolā expeditāq; uirtutē ſequerent̃. Magnis Iſocrates efferēdus eſt laudibus: qui præ cæteris oibus exquiſitā poſſeſſionē uirtutis lōge ait rebus oibus poſſe præſtare. Deteſtor Prothagoram/cæteroſq; qui ita philoſophantur: ut uehemētius augēdis copiis/amplificandis facultatibus/ſtruendis opibus/cumulandis diuitiis intendunt. Quanta uero uirtutis præſtantia eſt/atq; amplitudo/tāta quoq; peccati & ſceleris turpitudo ac fœditas declaratur. Stoicorū haud penitus reiicienda ſententia eſt: qui id ſolum malum conſtituerent: quod turpe eſſet. Quid enim tam malum: q̄ uitiorū labes: peccatorū ſordes? Quid porro tā miſerum: qd tā deteſtabile qd deniq; tantopere fugiēdum? Neq; enim aliunde magna detrimenta hominibus: nec extrema pernicies uitæ: atq; ultima clades aliunde q̄ a peccatorū ac ſcelerū ſeminariis profecta eſt. Et bonū quidē ſemper pdeſt: ac beatū facit: identidem malū eū ſemper obſit: eum/in quo fuerit/proculdubio miſerum efficit. Atq; illud maxime proprium uirtutis eſt atq; honeſtatis: hoc uitii ac facinoris. Ita fit: ut uirtus præ cæteris rebus expetenda eſſe uideatur: uitiū declinandū. Sed eſt pfecto aliquid uirtuti cōmune cū uitio: utrunq; .n. uia qdā eſt: quā intendunt quā ingrediunt̃

mortales

mortales:peregrini potius:q̃ incolæ terreſtris domicilii. At eo diſcrimine potiſſimum ſecernuntur:qđ ad fœlicita
tem uirtus:uitium autem ad miſeriam ducit. Siqdem hoies cum in hanc lucem prodeunt/confeſti ueluti e carce/
ribus quibuſdá miſſi/citato curſu ſemper ad calcem properant:& q uirtutis uiam igreſſi ſunt:nec ullis obicibus:
aut itercipiunt:aut retardant:palmam excurſo ſtadio/ optatæ uictoriæ coroná icorruptam imortalis premii con
ſequũt. Qui uero ꝑ uitiorum anfractus:ꝑ deuia turpiſſimæ uoluptatis:per horridas:atq; icultas flagitiorum ſir/
tes decurrerint:aberrauerintq;:nec metá unq̃ contingunt:& plerúq; ueri Ducis auxilio deſtituti/in præcipitiú mi/
ſeri dilabunt. Mea qdam ſententia/omni ſtudio:& iduſtria/atq; diligẽtia uirtuti opa danda eſt:q̃ ampliſſimi præ
mii expers eẽ non põt:uitii uero labes/uel nõ admittẽda/uel repellẽda eſt:q̃ magnis ſemp ſuppliciis eſt obnoxia.
Quá multa:q̃q; admirabilia uirtutis ſtudio præmia expoſita ſunt ad ſpem/ad gratiam/ad dignitaté/ ad delecta/
tionem/ad gloriam. Quá grauia contra uitiorum turpitudini propoſita ſupplicia:q̃ uaria:ac multiplex para poe
na eſt. Nam q flagitiis dediti/ſceleribus obnoxii ætatem agunt:ii profecto oibus ſenio ſunt/atq; odio: ſemp me/
tui:ſemper famæ/ſollicitudini/dedecori patent. Quamobrem ſi acrius rem ipſam explicata animi notione conté
plari uoluerimus/itelligemus eam uim/atq; amplitudinem eſſe uirtutis/ut cũ ꝑfecta:& cõfirmata ſit icredibili
quadá præmiorũ ubertate circũfluat. Nempe illa magna uideri debent:q̃ hoium inuentis ciuitatum iudiciis/ po/
pulorum ſcitis excogitata ſunt. Illa maiora:quæ hoium mẽtibus mater/ac diligens rerũ fabricatrix natura præ/
ſcripſit. Sed ea ingentia/atq; ampliſſima putanda ſunt:q̃ diuina ꝓuidentia conſtituta/eos q huiſce præmiis affecti
ſunt/ſine dubitatione beatos faciunt. Nec non ſuppliciorum/ac pœnarum eadem rõ habẽda eſt: quarum ſeuere
malos plectũtur:quæ hoibus iſtitutis iuentæ ſunt:grauius præmunt:quas natura cõſtituit/ acerbiſſime torquẽt:
cruciant:uexant:miſeros reddũt:quas diuina iuſtitia lege ieluctabili ſanxit. Nam qđ primum legum latores ma/
xie ꝓfitent:quo ſapientum:& ſummorum uirorum mens itendit:quo ſpectat conſilium/atq; ſtudium oẽ. Non/
ne uiciſſim ſuppliciis agunt/ac præmiis/ut illis a male uiuẽdo hoies deterreãt:his uero:ut ad uirtutis exercitatio/
nem ipellant:atq; deducant. Ac uirtuté ipſam táta ueneratione ꝓſecuti ſunt ueteres:ut tanq̃ Deam colerent: ac
ſumma pietate conſecrarẽt:exiſtimantes(ut ipſe opinor) nõ tá Deam eſſe/q̃ ſũmi/atq; imortalis pricipis Dei ſin/
gulare/atq; ampliſſimũ donum: eos uero quos eximia uirtute præſtare animaduertiſſent:itellexiſſentq; beneui
uendo magná ſibi gloriam cõparaſſe:diuinis etiam honoribus affecerunt. Itaq; in antiqs legibus hoc iprimis tradi
tum eſt. Diuos & eos:qui cæleſtes ſemper habiti colunto:illos quos nãciſcendo cœlo merita uocarũt: Aſt illa pro
pter quæ datur hoi aſcenſus in cœlum:menté/uirtuté/pietaté/fidemq; earum laudũ delubra ſunto:nec ulla ui/
tiorũ ſacra ſolẽnia obeunto. Hinc ſciri põt:quáto ſemp in honore uirtus:apud maiores noſtros habita ſit: cuius ẽt
dedicata publice tépla eſſent. Hic liquere arbitror bonorũ oium ampliſſima præmia:cũ ex hoium genere: eos q
egregia uirtute præditi uiderent/cõſecratos coli uetus lex iuſſerit: Quid.n.eſt tá legis ꝓpriũ:qđ tam iuri accom/
modatũ/q̃ bonorũ/atq; iproborum habere rõnem. Neq;.n.aliud cupiunt/neq; aliud ſpectare uident:ii q/uel le/
ges ferũt:uel iuris ſcientiá ꝓfitent:quos ſi uere Iuſticiá colant/non iniuria qſpiá Sacerdotes appellauerit: niſi id
maxie/ut nõ ſolũ metu pœnarũ:ſed ẽt præmiorũ exhortatione ois hoies bonos efficiant. Hoc præcipue legum
latoribus ꝓpoſitũ eſt:hoc iis in aio ſuit:q urbes initio conſtituerũt:hoc uolunt:q rebus publicis præſunt:hoc ma
xie deſiderát:q ciuitatum amminiſtrationé capeſſunt:q Magiſtratus gerũt. Oium profecto ea mens eſt:ut uirtu
tis/ac probitatis meritis multiplicium honorũ tribuát gloriá:malorum iprobitati tũ ignominiam/ tum exquiſi/
ta ſupplicia:quaſi iuſtũ pretium perſoluát. Quare &. L. Craſſus apud. M. Tulliũ in explicatiõe Iuris ciuilis/ac le/
gũ/uerũ & iuſtũ/atq; honeſtũ laboré oſtẽdit honoribus/p̃miis/ſplẽdore decorari:uitia át hoium/atq; fraudes/dá
nis/ignominiis/uiclis/uerberibus/exiliis/morte mulctari. Quid Cæſar Iuſtinianus ſummus terrarũ priceps/atq;
iuſtiſſimus totius orbis Impator/nõ ne uirtutũ p̃mia tribui merẽtibus opꝫtere iudicauit. Nõne ſtudiorũ labori/
bus ſpem præmiorũ/decus/ornamentum/ampliſſimos honores ꝓpoſuit. Neq;.n.bene morata reſpublica/nec re
cte iſtituta ciuitas eſt:in qua bonorũ ſit ac malorũ diſcrimẽ nullũ. Ná i oibus liberis populis/pacatis hoium cõcilia
tiõibus tráqllis ciuitatibus:quæ quidé moribus iſtitutis/legibus gubernant:maxio uirtus ſemp iuris/ac legũ ſũ/
morum honorũ ſplendore celebrat:uitiũ/ac flagitii turpitudo/dãnis/ignominia/iſamia notat grauiũ pœnarum
ſuppliciis plectitur. Nec.n.aliter ſtare ciuitas põt/cuius tuendæ gubernandæ/augendæ fundamentũ ſine dubio
Iuſtitia eſt. At Iuſtitiæ proprium munus id eſſe conſtituit:ut reddat unicuiq; quod ſuum eſt:bonis quidem præ/
mium:ſupplicium improbis. Quáobrem Cato ille apud Romanos ſapientiſſimus cũ ſublatum deplorabat ne/
ceſſarium diſcrimen uirtutis/atq; improbitatis:cum ex promiſcua illa confuſiõe oia agi tractariq; animaduertiſ/
ſet:cõfeſtim procliui ad excidiũ patriæ Romanæ ciuitati eſt ominatus interitum. Quod ſi uim legis iſpicere uo/
luerimus/intelligemus:qđ legis ipſius propriũ munus haberi cõueniat. Et.n.Philoſophi ex quorũ uberrimis fon/
tibus ois cõſtituendi iuris deſcribendarum legum ratio ꝓfecta eſt/his terminis legũ oium uim/ac poteſtatem cir
cũſcribere conſueuerunt:ut & iubeant:quæ honeſta ſunt:prohibeant turpia:media/atq; indifferentia (ut uulgo
appellant) permittant:uirtutum meritis præmia ipartiant:uitiorũ/ac fraudum dedecori/ac ſceleribus pœnas di
gnas impendát. Itaq; oportet quidem leges/ut ad Nicoclem de Imperio ſcribens teſtis eſt Iſocrates/ primũ iuſtas:
eſſe:deinde utiles:poſtremo ſibi ipſis cõſentaneas. Sed quid eſt/iuſtas fieri leges:niſi cum natura: cum honeſtate/
cum uirtute/cũ rõne cõgruentes. At natura & honeſtas:& uirtus & ratio:quæ a natura initium incoationẽq; ſu/
ſcipiunt:id præ cæteris poſtulant:id maxime expoſcũt:id in primis expetunt:ut nec uitio/atq; improbitati detur
uenia:nec uirtuti/ac laudi fiat iniuria. Non poſſunt iura abſq; Iuſtitia:aut deſcribi ullo modo:aut diutius conſer/
uari:a qua & appellata ſunt:nõ ſunt ullæ ſine Iuſtitia leges:quæ adeo eiuſce præſtantiſſimæ uirtutis ſolidis fun/
damentis/ac firmiſſimo robore innituntur:ut non ſecus ex Iuſtitia/atq; ex ſeminario fruges ortum habere uidean
tur. Parens Iuſtitia leges parturit:educat:ſemper geſtat in ulnis:perpetua tuetur:ac ſeruat. Nec.n. ciuitates appel
lãdæ ullo pacto ſunt:non concilia ad bene uiuendum congregata:non cœtus hominum iure ſociati:ubi nec legi

f

bus/nec moribus/nec deniq; inſtitutis utuntur:ſed latronum potius cōuenticula/gladiatorum manus/ agreſtium ferarum greges:nō apium aluearia:ſed ignauorum fucorum examina. Sed in omni gubernatiōe:ut in libris de republica grauiter:atq; accurata ōrone oſtendit Plato:palma ſine dubio Iuſtitiæ tribuenda eſt. Quæ ut ſola initio diſſipatum in montibus/in ſiluis diſperſum hoium genus compulit:unum congregauit in locum:in ſocietatē uitæ conuocauit/mœnibuſq; conſepſit:ita tutiſſimis ornauit:atq; armauit præſidiis/leges/ iudicia/ iura deſcripſit:ac peperit ciuitates. Et.n.in oibus ciuitatibus cōſtituendis/atq; ſeruandis præcipue Iuſtitia floret:ſemperq; dominatur:quæ uelut annoſa/ingens/ac procera arbor/frondes perpetuæ/atq; indeficientis uiriditatis:flores præcipui honoris/ atq; ampliſſimæ laudis/fructus mirificæ ubertatis effert. Hæc pœnam iprobis:hæc flagitioſis ſuppliciū comminatur: hæc iuſtis præmia uirtute præditis honorem/gloriamq; largitur. Quæ q̄ altis radicibus defixa:q̄ nixa firmo robore eſt/tam multis patuliſq; ramis diffunditur. Huius umbra ſuauis uniuerſum protegit hoium genus/hoc iucundiſſimum ſubſidium/tutiſſimum perfugium eſt ſalutaris portus mortalium oium. Nec uero aliud rami tam frugiferæ arboris ſunt:q̄ ortæ/ac ꝑfectæ a iuſtitia leges:& per totum orbem diffuſæ/ac ꝑſeminatæ.

¶ Auguſtini Dathi Orationis. XLII. Tomos ad idem.

BOnorum oium uiri Senenſes:quæ humana imbecillitas adipiſci pōt eruditi uiri/ac ſapientes/non ſine optimis rōnibus præſtantiſſimum duxerunt eſſe uirtutem. Nihil eſt.n.qđ tam late pateat:nihil qđ maiorē/uel utilitatē pariat/uel laudē. Siqdē quāta cuiuſq; extiterit uirtus: tā magnā apđ oēs hoīes gloriā cōſequeť:& qui maximæ uirtutis/ac probitatis participes fuerint:& maxime erunt laudabiles. Itaq; & Philoſophi laudem diffinire uirtutis præmiū conſueuerunt. Cætera expertia laudis ſunt:cum a uirtute defecerint. Illud Poeta mordaciſſimus uehementi indignatione commotus dixit. Probitas laudatur:& alget. Quinimo ſola uirtus:& beneuiuendi ratio ſolidæ laudis:& ueræ gloriæ auctor:atq; effectrix eſt:quæ altiſſimis defixa radicibus creſcit in dies:atq; etiam propagatur:& ita propagatur:ut uel ſeculorum omnium/& perpetui æui fama celebretur. Sed & uoluptas quoq; /quæ qdem uera/& ſtabilis uoluptas eſt:unde obſecro niſi a uirtute ꝑficiſcitur? Recte Cato ille ſenex:conſcientia bene actæ uitæ/multorumq; benefactorum recordatio: iucundiſſima eſt. Nā & contra grauia acerba/intollerabilia tormenta ſunt animi/turpitudini/ac flagitio obnoxii. Et boni quidem cultæ uirtutis mirificos/& ſuauiſſimos fructus capiunt:improbi uero/q̄q̄ publici iuris:& ciuilium iudiciorum pœnas effugiunt:iscerte exqſitiſſimum ſupplicium non conditæ:ſed ingenitæ legis uitare non poſſunt:qua ſe iudice nemo nocens abſoluitur:nec de ſe ſitam ullo pacto poteſt declinare ſententiam. At uirtus/q̄ dulcis/ q̄ iucunda ſit:nunq̄ ſatis quiſq̄ explicare potuit. De utilitate uero quis ambigat? Nam id ſolum conducere/& prodeſſe hominibus:quod honeſte:& cum uirtute fit:probata iampridem ſententia eſt. Itaq; praua/& iniuſta omnia obſunt: honeſta/atq; optima quæq; plurimum utilitatis afferunt. Siue igitur utilitatis/ac uoluptatis ratio nos mouet: ſiue gloriæ:& laudis cupiditas:hæc ſola ars:hæc uia eſt:per quā eas facillime aſſequamur. Hæc una non iā ſummū bonum eſt:ne in Philoſophorum errorem incidamus:ſed ad ſummum bonum:& ueram beatitudinē:& iter præbet:& ſola perducit. Hæc uia eſt in cœlum:& in fœlicem cœtum beatorum:quo oium hominum niſi quis forſitan humanitatem exuerit:dubio procul ſpectat/ac feſtinat intentio. Neq; oratiōe.(ut quidam arbitrati ſunt) maxime præſtamus belluis:& longe abſumus a natura ferarum:ſed potius cognitione: atq; exercitatione uirtutis. Veræ diuitiæ non ī auro:& argento:nō in præclaris ædificiis:& magnificis tectis:nō in ſignis marmoreis:& eburneis opificiis:non in fulgentibus gēmis/ac ſplendentibus margaritis:non in uaſis Corinthiis/ aut ulla ſupellectile prēcioſa:nō in pecoribus/atq; armentis:nō in uillarum ſplendoribus/& locupletibus fundis:nō ī ſeruorum/ atq; ancillarum gregibus:non in ſumma cincinnatulorum:& calamiſtratorum turba : nō in ſcyphorum poculorumq; uarietate:non deniq; in ullā externarum rerum abundantia:non ſunt:anq̄ ſite ueræ diuitiæ:ſed in poſſeſſione uirtutis/honeſtatis/officii/in earum rerum copia:quæ parte nunq̄ hominē deſerunt:neq; in hac uita ſolū: ſed etiam in ſempiterna/& perpetuo duratura. Hinc probe Lactantius noſter. Nihil nobiſcum:iquit:ferre poſſumus:niſi uitam bene/& innocenter actam. Et is non iniuria imprimis copioſus/atq; opulentiſſimus exiſtimandus eſt:qui ita ſe comparat:ut plurimarum uirtutum comitatu ſepiatur. Harum diuitiarum non ludo:ut eſt apud Poetam:ſed ſerio Maieſtas ſanctiſſima dicenda eſt/ Iure ergo/ac merito reliquis rebus omnibus anteponendam uirtutem cenſuerunt:quā non modo maiorum inſtituta:decreta principum/publicæ leges/diuina/ ac Pontificia iura Philoſophorum:deniq; præcepta/uel ſuadent/uel iperant/uerum etiam natura ipſa tacita omne hominum genus uidetur īſtruere. Scythæ enim gens Barbarorum inculta/atq; immanis/uirtutē tamen/ & Iuſtitiā ſtudioſiſſime colūt: non quidem legibus:ſedem ingeniis. Neq; tam ſapientium doctrina/præceptiſq; philoſophorum/ q̄ naturæ bonitate proficiunt:& tamen nuſq̄ gentium/uel moderatio/uel abſtinentia maior/ ut iā plene liqueat naſci hoiem ad colēdam uirtutem:quā qui negligit:is ex hoium conciliatione repellendus eſt. Nec uirtutē noſſe ſatis eſt:quæ idcirco a nobis inueſtigatur (ut ait Ariſtoteles) ut poni efficiamur:ſed & ad exercitationē quoq; accommodanda eſt:quando quidem ois eius laus/ id quod ſummus Orator tradidit in actione conſiſtit. Hanc oibus & diſcendā:& exercendam ſuadeo:uobis præſertim:quos diligo uehementer/& mirifico amore complector. Quamobrem cū ſæpius cogitauerim:qua ratione ueſtræ dignitati conſulerem:nihil uiſum eſt omnino præſtabilius:q̄ ut bene uiuendi præcepta cōficerem:potius q̄ ſcriberem. Vtrum uero hortamenta hæc:q̄ præcepta magis appellem neſcio. Nam qui per uos multum ſapitis:noſtra fortaſſe inſtitutione non egetis. Sed habebitis certe meæ erga uos beniuolentiæ perſpicuum documentum:haud magna hæc res eſt:ſed nec cōtemnenda:ut opinor. Ita enim fiet:ut tradens beneuiuendi uiam uobis præcipiam ſolis : & ſimul proſim omnibus. Vos animum a me auertite:& ſapientes uiros/unde hæc manarunt omnia:loqui putate:ut pie/ac iuſte uiuendi diſciplinā:& uos admoneamini:& cæteri inſtruantur. Principio igitur cura omnis debet eſſe diuini cultus. Siquidem pietate/ac religione ſublata/nulla

omnino pōt eſſe uitæ cōſtantia:ſed ſumma fit rerū oīum perturbatio/atq; cōfuſio. Quocirca præclare/ac ſimiliter ſacra eloquia ſæpe teſtantur:timorem Dei initium eſſe ſapientiæ. Hinc eſt illud Hebræi concionatoris.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XXXXIIII. de hominis dignitate:atq; præſtantia.

HVmanæ naturæ originem:patres ampliſſimi:mortalis uitæ conditionem:futuræ fœlicitatis gloriam animo debemus ſemper/& cogitatiōe complecti:ut noſtræ dignitatis ammoniti: turpitudinē omnē ac peccati labem abiiciamus. Noſtram ætatem:quæ nimium celeriter labitur:non in rebus flagitioſis atq; oſcænis:ſed in uirtutis/& honeſtatis exercitatione collocemus/ut per uirtutis/ac probitatis gradus/ad æternæ/atq; immortalis fœlicitatis amplecitudinem peruenire poſſimus. Habet homo mentem/ rationem conſilium/uirtutem/ſapientiam/quibus muneribus/cæteris omnibus animantibus antecellit. Itaq; eleganter/& luculente Romanus Philoſophus/ac magnus orator Cicero: Animal hoc inquit/prouidum/ ſagax/ acutū/ memor/plenum rationis/& conſilii/quem uocamus hominem:præclara quadam conditione generatum eſt. Nā quid eſt:per in mortalem Deum mente preſtabilius? Quid ſapientia omnino præclarius? Quid uirtute/quæ in terris ſoli homini eſt tributa/aut melius/aut optabilius dici/& cogitari poteſt? Merito igitur de natura ſua gloriatur humanum genus/quod rationis/ac diuinæ mentis particeps ſi naturam ducem ſequitur:uirtutis luce clareſcit/decore/honeſte/ac laude reſulgent:maximis quibuſq; ſplendeſcit ornamētis. Sed interdum uideri ſolet eius conditio fortaſſe miſerior:cum anguſtiis hominis uita ſit circumſepta limitibus. Nam exiguum eſt id: quod nobis datur æui/nec quicq̄ tam breue:tam circunciſum eſt:teſte Plinio:auctore clariſſimo/q̄ hominis uita longiſſima. Quo magis elaborandum eſt:ut deſidia omni:& ignauia contempta:ſpretis indecoris uoluptatibus/repudiatis delitiis per uirtutis iter ad fœlicitatis gloriam:& ad uere beatitudinis metam properemus. Quam parauit/ac propoſuit benignus Creator/ac Redemptor Deus:iis qui iuſte/ſobrie/caſte/pie uixerint in ſæculi huius curriculo:atq; certamine:in quo ſi quis hoſtium ſuperatis inſidiis:carnis deſpectis blandimentis:callidi aduerſarii confractis armis/uictoriæ palmā fuerit aſſecutus/perueniet illo beatus/ubi abſq; omni perturbatione/ æuo immortali/ac ſempiterno fruatur. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XLIIII. de recto hominis fine.

NIhil eſt pro Philoſophorum ſententia/uiri patres/quod maiore ſtudio/ac diligentiore opera ſpectare debeamus:q̄ id:ad quod naturam hominis Deus procreauit:& finxit: Neq; enī fruſtra geniti ſumus: cum ſit omnium animantium homo abſq; dubitatione cūctis laudibus præſtantiſſimus. Bene igitur: ac ſplendide Ariſtoteles ad intelligendum:atq; ad agendum/natum hominem tradit:ut intelligendo uerum adipiſcatur:agendo bonum/ac per intellectum ueri notione perſpecta:per uoluntatem uero: atq; actionem cōparata uirtute:& in hoc mortali æuo:quatenus ratio:& natura progreditur/bene/ac beate uiuat/ & poſt uitæ huius curriculum ſempiterne fœlicitatis gloriam aſſequatur. Illo namq; noſtra omnis aſpirat/ac feſtinat intentio. Neq; enim commorandi diutius in his uitæ tenebris natura nobis/uel perenne domicilium dedit/uel permanentem ciuitatem:ſed nos potius erexit ad cœlum:& ut ſupera peteremus:multis nobis/ac perſpicuis documentis oſtendit. Efficiendum igitur nobis eſt:& cunctis elaborandum uiribus:ut reiectis terreſtribus rebus/ deſidia omni:& torpore poſito:contemplationis:& uirtutis alis admotis:illo tandem expeditiſſimū iter arripiamus: ubi beati/& æuo ſempiterno fruuntur/& cum illo regnāt/qui pro immenſa bonitate/nos & ueræ beatitudinis/ & diuinitatis ſuæ tribuit eſſe participes. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Orationis. XLV. Thomos ad Diſcipulos:quod animus eſt colendus:ut ager.

ANimum ſapienter nonnulli arbitrantur diſcipuli iucundiſſimi ſegetis obtinere inſtar:atq; agri ſimilitudinem gerere. Et enim colunt agricolæ arua:ſegetes ſubigunt aratris multo anteq̄ ſerant:ut extirpatis uirgultis:fruticibus conuulſis:optimum iaciant ſemen/ac deinde uberem frugem demetant. Alioquin neglectus/atq; incultus ager ſpinis infructuoſis horreſcit:& creſcentibus infœlicibus herbis bonum ſemen:aut naſci non poteſt/aut adoleſcere non permittitur. Itaq; qui ſerere ingenuum uolet agrum:liberat arua prius fruticibus:falce rubos/filicemq; reſecat:ut noua fruge grauis Ceres eat. Animum quoq; diligenter excolere debemus/ut ſublatis uitiorum ſentibus:ex optimis ſapiētiæ:& uirtutis ſeminariis:uberes/ac mirificos fructus edat. Nec ſolum nouandus eſt ager:ſed iterandus quoq;:& tertiandus/ac magnis laboribus ſubigēdus. Ita .n. lætæ fiunt ſegetes/ac redduntur feraciſſimi agri: Animus itidem non ſemel tantum:ſed iterum:ac ſæpius excolēdus eſt:ut radicitus uitiis tum extirpatis/tum etiam ſublatis erroribus uniuerſis:dignus ſit:qui præclarum ſemē excipiat. Quam quidem ſententiam bene his uerbis proſecutus eſt Cicero. Vt ager quamuis fertilis ſine cultura fructuoſus eſſe non poteſt ſic ſine doctrina animus:cultura autem animi Philoſophia eſt. Hæc autem extrahit uitia radicitus:& præparat animos ad ſatus accipiendos:eaq; mandat his:& ut (ita dicam) ſerit:quæ adulta fructus uberrimos ferunt. Lactantius quoq; Firmianus haud longe ab ea ſententia eſt:qui ait. Sicut in ſentes ager:qui eſt natura fecundus:exuberat:ſic animus incultus uitiis ſua ſponte inualeſcentibus/uelut ſpinis obducitur:ſed cum uerus cultor acceſſerit:ſtatim cedentibus uitiis fruges uirtutis oriuntur. Proinde cunctis uiribus contendere debemus:ut ſi bonam:atq; uberrimam frugem percipere concupiſcimus: diligentem adhibeamus induſtriam/ nec ullis parcentes laboribus/animum omni ſtudio/atq; accuratiſſima opera excolamus:præſertim ſi agricolis corruptibiles:nobis incorrupti propoſiti ſunt fructus. Thales Mileſius:qui primus apud Græcos ſapientis nomen aſſecutus eſt:ut hinc animi præſtantiam:inde fragilitatem corporis indicaret:non componere faciem:ſed bonarū artium ſtudiis animum excolere præclarum eſſe aiebat: Siquidem animum diuinitatis participem habemus: corpus commune cum belluis. Ita animi Imperio/corporis ſeruitio magis utimur:ut nobilis tradit Hiſtorici ſententia. Species animi exqrenda eſt omni induſtria:corporis forma cōtemnenda. In ſola mente (ut ait Lactantius) ponenda eſt hominis ratio. Qui autem corpori ſeruiunt:qui uentri obediūt/dignitatem hominis proſternūt/ & ad

belluarum naturam proxime accedunt. Ad animum igitur perficiendum:atq; exornandum omnis accōmodan
da diligentia eſt. Forma autem ipſa corporis prorſus habenda pro nihilo. Hæc ut ait Iſocrates/uel ætate deletur/
uel aliqua ui morbi langueſcit. Paulo momento:quæ maxima pulchritudo eſſe uidebatur/tanq̃ flos repente con
teritur/ac tenues euaneſcit in auras. Donum forma breue eſt:bonum autem ita fugax/ita omnino lubricum:ut
uel ipſo adhuc uiuente homine præmoriatur in nobis:formā igit̃ animi curare debemus:quæ uirtus:& doctrina
eſt:quaꝝ utraq; maius in dies ſuſcipit incrementum/& cum ætate ipſā ſemper augeſcit. Ariſtoteles magnus ille.
Peripateticoꝝ princeps præclare:aſpectus inquit a continente aere illuſtratur/animus autem a liberalibus diſci
plinis. At liberales diſciplinas/ad uirtutē quidem capeſſendam plurimum conferre arbitratus eſt. Hanc uero pul
chritudinē cū adepti fuerimus/ita ſplendeſcet animus:ut non eximiā formā:ſed pene diuinā ſortitus eē uideat̃.

ℂ Auguſtini Dathi Oratio. XLVI. De amicitia.

SI quicq̃ eſt:q̃d merito inter mortales laudari debeat/ingenui/ atq; optimi adoleſcentes:ſi quicq̃ eſt/q̃d
magnis honoribus exornari conueniat:ſtatuo id amicitiæ potiſſimum tribuendū/q̃ idcirco ſiue Deus
nobis/ſiue mater omniū rerum natura dedit/ut eſſet:quod arctiſſimo uinculo humanam ſocietatem
ſeruaret/ac perpetuo tueretur. Nam ſi homines natura congregantur/id quod Philoſophorū omniū
noce:& ſapientiſſimorū hominum teſtimonio conſtat:quid eſt per īmortalem Deum/quod ad eam rem accōmo
datius/& magis idoneū uideatur:q̃ amicitiæ uis:ammirabilis/ac ſumma poteſtas? Excellit nāq; hominū genus ra
tionis conſilii/atq; intellectus præſtantia:pollet uirtutis/ & ſapientiæ laude. Eminet bonarum artium/ac libera
liū diſciplinarum gloria:Prudentiæ/& multarum rerū ſplēdore claret. Sed omnia mea ſententia:quæcunq; in ho
mine magna/& præclara putantur:antecellit:ac ſuperat amicitia. Qua quid melius/quid utilius/q̃d magis neceſ
ſariū/quid deniq; præſtabilius eſſe poſſit? Scite/atq; elegāter magnus Philoſophus eſt/inquit:amicitia uirtus /q̃
dam uel cum uirtute:Res inſuper ſumme neceſſaria in uita. Sine amicis:enī nullus eligeret uiuere:licet cūcta alia
poſſideret bona. Nam & locupletes/ & in dignitate/ac ſumma potentia conſtituti:plurimū amicis indigere uidē
tur. In paupertate quoq;/ac reliq̃s calamitatibus unū putant in amicos eſſe refugium. Hæc iuuentutis compeſcit
errores:hæc ſeneſcentis ætatis imbecillitati ſuccurrit. Hæc hominum generi multifariam conducit:ad res præ
claras gerēdas maxima ſolet adiumenta conferre. Sed q̃d de utilitate amicitiæ dicam plura? Quæ certe in amici
tia tanta eſt:ut nuſquā/uel maior/uel uberior reperiri poſſit? Hæc res aduerſas facit leuiores:proſperas:& ſecun
das exornat/pacem conciliat/bella dirimit/ſingulorū uitam continet:reipublicæ decus/ac dignitatem/ tū efficit/
tū etiam ſeruat:ſingulis hominibus:paucis/atq; uniuerſis prodeſt/obeſt nemini. Eam præcipua/ac ſingularem in
ter nos cōtraxit uirtutis opinio. Eam queſo omni ſtudio:& cunctis (ut aiūt) uiribus cōplectamur:ut eius firmiſſi
mo ſepti p̄ſidio:atq; iucūdiſſimis āminiculis/fræti:q̃ noſtra mens eſt/ardētius ingenuarum diſciplinaꝝ:& bonaꝝ
artiū ſtudia ꝓſequantur:ut facti tāti uoti cōpotes parentibus gaudio amicis emolumento/patriæ honori/& com
modo eſſe ualeamus. Tuq; p̄ſtās animi adoleſcens hoc ſceptꝝ accipito:& ad huius tantæ neceſſitudinis concilia
tionē iuuandam/ tuendā/amplificandā/uigila/labora/ & omni induſtria contende:ut & noſtræ expectationi reſpō
deas:& magnam ſimul gratiam adipiſcaris:& gloriam. Dixi.

ℂ Auguſtini Dathi Oratio. XLVII. de Pace.

ILla inter eruditos/ac ſapientes uiros iam pridem diſceptata controuerſia eſt:glorioſi:atq; excelſi Ma
giſtratus: optimi/atq; ampliſſimi patres:quidnā ſit illud:quod incūctis humanis rebus magnum/præ
cipuum:atq; expetendum bonum uideri debeat. Diuerſi namq; diuerſa ſenſerunt. Alii diuitias pretu
lerunt:quod ſubſidia belli ſint:atq; ornamenta pacis:alii uoluptatem: quæ tamen uox pecudum ui
detur eſſe non hominum. Alii honores/ ac ſplendorem nominis:quod ad eam rem homo,quaſi ad immortalem
quandam poſſeſſionem natus eſſe uideatur. Alii opes præſtare arbitrantur. Nōnulli uero uirtutem ueluti rem q̃
piam præclariſſimā maximis laudibus efferendam putāt:atq; ob eam cauſam cunctis rebus:atq; humanis poſſe
ſſionibus præferendam. Verum neq; diuitiæ:neq; ullæ uoluptatū illecebræ:neq; opes/honores/dignitates: neq;
res ulla prorſum fortunæ dominatui/ ac temeritati ſubiacens in bonis/aut expetendis rebus collocanda eſt:nec ē
quicq̃ ex iis:quæ modo cōmemorata ſunt/quod ueri/quod perfecti/quod abſoluti boni rationem obtineat. Proin
de laudantur ueteres ſapientes: & quibus deinde ueritas ipſa diuinitus illuſtrata eſt. Qui cum omnia diligenter:
atq; accurate mente:& cogitatione luſtraſſent:conſtituere tandem pacem:eam rē eſſe:quæ & omni laude/ac ſplē
dore floreret/& rerum omnium expetendarum gloriam/ac dignitatem antecelleret. Si enim originē pacis:ſi am
plitudinem:ſi fructum explicare uoluerimus:non dubium erit:quin Principatus illi bonorum omnium /ac pal
ma tribuenda ſit. Omne datum optimum:(ſi Iacobo Apoſtolo credimus) omne donum perfectum de ſurſum ē:
manans a patre luminum. Quem & auctorem bonorum omnium:& cunctorum munerum largitorem eſſe ne
mo dubitat. Cum ſit igitur ſummum pax/atq; extremum bonum:fateri cogimur ex ubertimus diuinæ Maieſta
tis:atq; ſcatentibus fontibus proficiſci. Vnde enim niſi a Deo/atq; illis in exauſtis diuinæ benignitatis fluentis tā
ti muneris magnitudo:hominum generi dari potuiſſet? Quamobrem:& auctorem pacis Deum ſacra ſæpe teſtā
tur eloquia:& diuinorum Prophetarum uaticinia:Dei filium Principē pacis uenturum eſſe cecinerunt:Pacis ue
ro dignitatem/ac ſplendorem ſatis laudare quis poſſit? Nonne tantæ rei maieſtas:atq; gloria: Oratorum omniū
ſuperet eloquentiam? Omnes namq; homines naturali quodam pacis ducuntur amore:ad eamq; adipiſcendam
ingenti cupiditate rapiuntur. Qui ſi naturam ducem ſequi uoluerint:aut ſemper paci conſulent:aut ita bella ge
rent:ut per ea ipſa nihil aliud niſi quæſita pax eſſe uideatur. Hanc qui non intelligit:quid bonum ſit: ignorat: hāc
qui non proſequitur immanis:qui non amat improbus:qui non amplectitur uæcors:qui non tuetur:demēs: atq;
inſanus putandus eſt. Dulce nomen eſt pacis/Eximius inquit/Orator/res ipſa/tū iucunda/tū etiā ſalutaris. Quē
igitur/tam ſuauis/ tam frugiferæ/tam expetendæ rei odium cœperit:hunc nō appellare hominem debemus:ſed

in figura hominis immanitatem gerere belluarum. Caetera omnia: aut honeſta ſunt: ſed laborioſa: atq; aſperiora uideri ſolent: ut fortitudo: conſtantia/moderatio/cōtinentia: ut alia generis eiuſdem/aut certe dulcia: & iucunda putantur: ſed turpitudinis/ac dedecoris labe polluta ſunt: cuiuſmodi oſcænæ uoluptatis illecebræ perſpicuū exemplum præbent: ſola pax ex omni numero/& honeſtiſſima res eſt: & mira quadam ſuauitate omnia præſtat. Ecce q̄ bonum magnus Propheta inquit: & q̄ iucundum habitare fratres in unum. Cum pace namq; concordia iuncta eſt: per quam etiam paruæ res creſcūt: & ad ſummum clariſſimæ dignitatis peruadunt faſtigium. Itaq; & unigenitus Dei filius piiſſimus generis humani Redemptor pacem dedit: pacem reliquit: iis quos in mūdo miro ſemper amore dilexerat. Præclara nimirum hæreditas: cunctis theſauris prætioſior: omni patrimonio præſtātior. Dulci pacis uerbo Apoſtolos ſaluare iubebat: pacem ut comprecarētur: inſtituit: pacis ſtudioſos Dei filios uocatū iri uoluit: pacem ſemper dilexit: ſuaſit: proſecutus eſt: Sedatis bellis: trāquillatis rebus: pacato orbe: Saluator humani generis natus eſt Chriſtus. Pacem ſecum attulit: ut pacem conciliaret: carnis imbecillitatem induit: prolapſus e coelo/ſemetipſum exinaniuit: atq; eſuriens: ſitiēs/algens/æſtuans/laborans: humanæ ſe fragilitati ſubiecit. Quā uero per criminis: & culpæ labem hominum genus pacem amiſerat: ille mortē paſſus reddidit. Et deniq; tanti mediatoris opera ima ſummis conciliata ſunt. Lux uera effulſit iis: qui in tenebris erant: atq; in regione umbræ mortis uerſabantur. Ac morte deniq; ſuperata: greſſus hominum direxit in uiam pacis: & æternæ ſalutis aditum patefecit. Quid pace melius? Quid optabilius? Quid tantopere expetendum? Hoc immortalis Dei præcipuum donum: hoc ampliſſimum cæleſtis Principis/ac præclariſſimum munus eſt. Hoc nobis diuina bonitas tribuit: hoc ſola uirtus: ac Iuſtitia parit. Erit: inquit Eſaias: opus Iuſtitiæ pax/Ac proinde diuino Vate teſtāte: iuſtitia/& pax oſculatæ ſunt. Qui igitur pacem inquirit: & tanti muneris perſequitur gloriam is de coelo petat/ probitatem exerceat: innocentiam complectatur: Iuſtitiæ opera conſectetur. Ita enim beatitudinis iter arripiet pacem habiturus/quæ humanam conciliationem tuetur: ciuitates conſeruat: Regna cōſtituit: beatas facit Reſpublicas: prodeſt omnibus: nocet nemini: quæ nuſquam intempeſtiua eſt: nunquam moleſta: ſi quidem uera ſit: & nihil habens inſidiarum. Præclare igitur Syllius Italicus. Pax optima rerum: Quas homini natura dedit. In hac peculiare Dei domicilium conſtituitur: quoniam in pace factus eſt locus eius. Sed & qui pacem nominauerit: haud dubie cuncta ſimul bona complexus eſt. Nec temere apud Athenienſes Neptumno Mineruam præualuiſſe ueterum monumenta prodiderunt: quod ille equū protulit: ideſt aptum animal bellis: quæ ciuitates euertunt: regna demoliuntur: & uel firmiſſimam labefactant ſæpe Rempublicam. Munus dedit Minerua præſtantius: paciferam Oliuæ arborē: quod in pace præcipua Reipublicæ ſalus: dignitas/gloria continetur. Quodq; ſacræ teſtantur hiſtoriæ cum iam Eluuio in terris ceſſaſſet aquarum: detulit Columba oliuæ ramum ad ueſperam: ut tanto pacis omine: & mala deleri: & conciliari bona putaremus. Verū deficiat illum dies: ſi quis pacis innumeras laudes/uel perſtringere uoluerit. Si igit̄ diuinæ uoluntati parere: ſi adipiſci beatitudinē uolumus: pacē diligamus/pacē ſeruemus/pacē: cōplectamur: & quā nobis impartita eſt diuina benignitas ſummis uiribus: atq; omni induſtria tueamur. Vnde ocium: tranquillitas/ſalus/beatitudo deniq; totius ciuitatis exiſtit. Poſtremo Deus ille optimus/maximus/ munificētiſſimuſq; omnium largitor munerum ueſtræ ampliſſimæ Reipublicæ: quæ maximis quibuſq; ornamentis excellit tam præclarum donum: quæſo perenne cuſtodiat/ac tribuat ſemper quam mundus dare non poteſt pacem/ut ſumma cum ueſtra fœlicitate/& gloria/ſecura/tranquilla/beata/ ac ſtabilis perſeueret/& perpetuo ſæculorū æuo pacis firmitate fruatur. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Orationis. XL VIII. thomos ad diſcipulos: de humana fœlicitate.

MVlta ſunt: Diſcipuli iucundiſſimi/ac pene innumerabilia: quæ de fœlicitate/ac beatitudine & dici: & ſcribi poſſint. Sed tria potiſſimum: quod ad præſentem inueſtigationem pertinet: & noſtra explicatu uidentur: & ueſtra: atq; omnium cognitione digniſſima. Quid Philoſophi tradiderint: quid de uirtute ſentiendum ſit: poſtremo quid de beatitudine ſacri Theologi: & magiſtri ueritatis præcæperint. Abſoluam paucis hæc omnia: atq; a Philoſophorum primum inſtitutione exordiar. Fuere ex Philoſophis multi: & ii quidem nequaquā indocti: qui tria conſtituerent genera bonorum: maxima animi: ſecunda corporis: externa tertia. Hi eorum bonorum cumulatione beatitudinem conſtare iudicabant. nec eſſe beatum quemquam: cui tria illa omnia non adeſſent: Fuere enim inter Philoſophos: qui ſolum bonum in uirtute ponerent: ut Stoici: qui nihil dicerent bonum: niſi uoluptatem: ut Epicurei: nihil bonum/niſi uacuitatem doloris: ut Hieronymus Rhodius: nihil bonum/niſi naturæ primis bonis perfrui: & iis quidem: uel omnibus: uel maximis: quod Carneades Academicus differere ſolitus eſt. Dinomachus: & Caliphon cum honeſtate etiam uoluptatem copularunt: Diodorus Peripateticus indolentiam cum honeſtate coniunxit. Hæ imprimis firmiores de ſummo bono/deq; beatitudine ſententiæ celebrantur/quas nos quoniam iam euanuiſſe uidentur: miſſas faciamus: & illam pertractemus: quæ Platonem/atq; Ariſtotelem habuit auctores. Nam primum Plato: deinde etiam Ariſtoteles duplicem uidetur fœlicitatem conſtituiſſe: unam: quam politicam/& ciuilem: alteram/quam contemplatiuam iidem philoſophi appellauerunt. Cumq; tria in homine ſpectarentur: uires ſeu potentiæ/habitus/opera/neq; in uiribus animæ: neq; in habitibus fœlicitatē ponendam cenſuerunt: quod ille etiam malis cum bonis communes ſint: habitus autem nequaquam laudari debeant: niſi ad exercitationem accommodentur. Quocirca: & habēs quis habitum: niſi ex eo actio proficiſcatur: comparatur homini dormienti. Atq; homines: q̄diu quidem dormitant: ut primo Moralium librorum traditum eſt: nihil neq; differre boni ab improbis: neq; fœlices præſtare miſeris uidentur. Itaq; in opere atq; actione: actione inq̄ uirtutis collocanda fœlicitas eſt: nec cuius uis uirtutis exercitatione: ſed eius/quæ perfecta: atq; abſolutiſſima ſit uirtus. Eſt igitur fœlicitas (ut Ariſtoteli placet) operatio animæ ſecundum perfectam uirtutem. Et perfecta quidem uirtus in ciuili uita Prudentia eſt: in uita autem contemplatiua Sapientia. Quiſquis igitur nouerit pro ſingulari/atq; eximia Prudentia cæteros regere/ac moderari: is ciuiliter fœlicitatem ade-

ptus eſt:qui autem ſolertiſſime:atq; acutiſſime diuinas contemplationes/atq; altiſſimas ſpeculationes commentari/meditariq; potuerit:is in contemplatiua uita fœlix/ac beatus ſit. Plato autem id:quod poſt modum:& Ariſtoteles confirmauit:ciuile bonum tripartitum conſtituit:maximum in animo:medium in corpore:minimum in fortuna:quorum bonorum accumulatione/& complexione actiuam fœlicitatem:quam in hominum conciliatione:& ciuili ſocietate uiuimus:conſtare exiſtimabat. Quod ſentire & Tales Mileſius uideri poſſit:cum eum fœlicem diceret:qui corpore quidem ſanus/fortuna locuplex animo:neq; ignauus: neq; imperitus eſſet. Contemplatiuam uero fœlicitatem in ſola uirtute animi : & contemplatione idem Plato collocauit. Pari exemplo Ariſtoteles praeceptoris ſui hoc loco ſectatus ueſtigia in Ethicis ad Nicomacum duplicem diſſeruit fœlicitatem : alterá ciuilem primo libro:decimo libro alteram:quam & ipſe contemplatiuam appellaret. Sed hac de re/alio tempore latius. Aliorum nunc Philoſophorum ſententias proſequamur.

¶ Auguſtini Dathi Orationis. XLIX. thomos ad diſcipulos:de medio uitæ ſtatu:quo ſumma conſtit uitæ tranqllitas:atq; humana in terris fœlicitas continetur.

CONſideranti mihi:ac ſæpius multa animo:& cogitatione uolutanti. Diſcipuli ſuauiſſimi: triplex uitæ genus occurrit:quod humanæ conditionis ſortitur uarietas. Vnum eorum:qui ſumma inopia rerum omnium premuntur:alterum eorum:qui fortunis florent:copia bonorum omnium circunfluũt:diuitiis ac facultatibus redundant:tertium quod interiectum inter utrunq;:neq; copia diffluit:neq; urgetur inopia. Primum calamitoſum uideri ſolet:ſecundum anxium:ac ſollicitum:poſtremum tranquillum:atq; expetendum: Illud quod prius conſtituimus:uiſus eſt poſuiſſe/ac reieciſſe Iuuenalis:cum dicit.

Haud facile emergunt:quorum uirtutibus obſtat
Res anguſta domi.

Nam plærosq; nimia paupertas:quæ a parua pecunia ita appellata eſt:a magnis rebus proſequẽdis abuocauit ſæpe/ac retorſit. Secundi autem generis illius quid proprium eſſet non ignorauit Fauorinus Philoſophus:non Boetius:non eorum quiſquam:qui & habiti: & appellati ſunt ſapientes. Si/quidem hinc exorta illa ſententia eſt. Multis egere:qui multa habent:magnamq; indigentiam non ex magna inopia:ſed ex magna copia naſci potius. Multa namq; deſyderari:ut quæ multa habes tueri poſſis. Itaq; bene præcipiunt:ac ſapienter:qui iactura:q̃ quæſtu dicunt opus eſſe/ſi quis proſpicere uelit ne ulla re egeat/atq; abunde uiuat. Nempe minus habendum eſt: quo minus deſit. Ac ſtultiſſimus eſt eorum error/qui omnem in cumulandis diuitiis curam/atq; operam poſuerunt. Illud uitæ genus beatiſſimum eſſe conſtat:quod nos tertio loco adiecimus:quale uixerunt quondam in aureo ſæculo Saturno Rege:ut Poetæ etiam carminibus prodiderunt.

Cum frigida paruas
Præberet ſpelunca domos:ignemq;/laremq;
Et pecus/& dominos communi clauderet umbra.
Silueſtrem montana thorum:cum ſterneret uxor
Frondibus:& culmo:uicinarumq; ferarum
Pellibus.

Hoc idem uitæ genus laudauit/& Seuerinus Boetius:cum ait:fœlix nimium prior ætas:contenta fidelibus aruis &c. Tibullus autem præclare eorum contempſit diuitias:qui uel pecuniarum appetentes magnam uim auri poſſiderent:uel locupletes uillaæ magnificentia:cultioris ruris ſplendore:multis iugeribus delectarent : mediũ uero qđ i manibus ẽ:atq; in meditulio poſitũ uitæ genus collaudauit. Eius hi uerſus ſunt pricipio lepidiſſimi carminis.

Diuitias alius fuluo ſibi congerat auro:
Et teneat culti iugera magna ſoli:
Quem labor aſſiduus uicino terreat hoſte
Martia cui ſomnos claſſica pulſa fugent.
Tum ſapienter ſubiecit/
Me mea paupertas uitæ traducat inerti:
Dum meus aſſiduo luceat igne focus.

Quid eſt:me mea paupertas:&c.niſi & illum / & quemuis ſapientem parua pecunia:& modicis ſumptibus eſſe contentũ? Quæ uita iners/quieta/tranquilla eſt/& perbeata. In tertia enim non deſidia eſt:ſed quies potius: atq; ociũ. Sicut & Plinius in epiſtola:non tamen ut omnino ab inertia mea/& quiete diſcederem:ad retia ſedebá. Cui inertiæ negociorũ moleſta:& laborũ occupatio oppoſita eſt. Tollitur itaq; rerũ abũdantia maior cum dicitur.

Me mea paupertas uitæ traducat inerti.
Tollitur & domeſtici laris defectus:cum adicitur.
Dum meus aſſiduo luceat igne focus.

Hæc profecto uitæ ratio ſi rerum externarum:& bonorum poſſeſſionem ſpectemus:mediocris uideri debet:ſi ſin uitæ commoditatem & tranquillitatem conſyderare malimus:nulla tam iucunda res erit:quæ cum huius iucunditate conferri poſſit. Hic incredibilis ſecuritas delitéſcit:hic perennis tranquillitas includitur: ſumma ac propria continetur uoluptas:ueræ delitiæ poſitæ ſunt:ad huius uitæ ſtatum/ac perfectiſſimam quietem/ quantum humanarum rerum fragilitas patitur:addi omnino nihil poteſt. Eam igitur uitæ tranquillitatem/& Horatius Flaccus in Eppodo:& carmine & magnis laudibus proſequitur in hunc modum concinens.

Beatus ille qui procul negociis
Vt priſca gens mortalium
Paterna rura bobus exercet ſuis
Solutus omni fœnore &c.

ℭ Auguſtini Dathi Orationis.L.thomos de laudibus Hiſtoricorum pariter & Oratorum.

MAgna ſemper apud præclaros principes/ac populos non modo Grææciæ/ac Latii: ſed etiam cœterarū totius orbis nationum/atq; gentium laude/& gloria digni habiti ſunt geſtarum rerum ſcriptores: qui uel hiſtorias/uel annales litteris commendauerunt. Quod plurimum/tum ad antiquitatis memoriā: tum etiam ad iuuandam rerum publicarum amminiſtrationem/ſcriptorū monumenta prodeſſe uideantur. Atq; ob eam cauſam magno ſemper in honore apud ueteres fuit Orator:cui uel Sceuolæ quondam/& Vlpiani ceſſerunt:ſed nec Pyrrhones: & Herilli certarunt: quod omni laude cumulatus antiquitatis notitiam percalleat:& memoria uetera repetens/ac maxima quæq; animo/& cogitatione complectens:plurimum non ſolum litterarum rudibus/non modo doctis/atq; eruditis/ſed Regibus/ac populorum primatibus:& ciuitatum/ac rerum publicarum gubernatoribus adiumenti ferre uideatur. Mirifice laudatus eſt Cato.quod optimus Imperator:optimus Senator:optimus Orator extiterit. Sed Imperator ſemel:& ad ſummum iterum profuit. Profuit Senator uiuens in ipſis curiæ penetralibus/at uero profuit Orator non in curia ſolum:ſed in cāpo:ſubſellis/roſtris: in foro uehemēter profuit: & illa dicens:multa ſcribens:& profuit ſemper Dum uixit/& proderit ſemper mortuus. Illa iure ciuitas laudatur:quæ uiros ſapientes/ac doctos/& celebres imprimis Oratores alit/fouet/amplexatur/in precio/in deliciis habet. Ita Athenæ quondam:Lacedæmon:Thebæ floruerunt:ita Roma totius caput orbis:& Senenſis populi mater:ita in quam præ cæteris gentibus/ac nationibus Imperio:& gloria claruit:q̄diu Demoſthenes:Chilones:Epaminundæ:Cicerones maxime uiguerunt. Hi namq; & patriæ ante alios proſpiciunt ſaluti:conſulunt dignitati:& ſoluti compedibus/& corporum uinculis:non abſq; preſentis æui quodam ueluti iucundo pabulo:& conſequentis ſæculi fructu uberrimo:maximarum rerum gloriam perſcripta poſteritati commendant/ac ueluti per manus tradunt. Sed ope/& præſidio iuuanda ſunt:ut præclara hominum proferantur ingenia. Bene:ut plæraq; omnia ſummus Philoſophus locutus eſt Plato Sententiæ Platonicæ aſtipulator.M.Tullius/& ipſe quoq; honos.inquit:alit artes:omneſq; incenduntur ad ſtudia gloria: iacentq; ea ſemper:quæ apud quoſq; improbantur. Dixi.

ℭ Auguſtini Dathi Orationis.LI.thomos/ad diſcipulos de comtemptu rerum humanarum.

ERam nuper ocioſus:& mente:quæ nunquam quieſcit:multa uerſabam diſcipuli periucundi:& longe cæteris rebus omnibus chariores:ante omnia uero imbecillitatem humani generis:inanes curas: ſtultiſſimas mortalium cogitationes. Ac per opportune mihi illud occurrit:quod in Epiſtola Ioannis Apoſtoli non minus uere:q̄ grauiter ſcriptum eſt. Nam cum eos:quos uehementer diligeret:ad cōtemptū humanarum rerum/exhortaretur:Nolite/inquit/diligere mundum:neq; ea:quæ in mundo ſunt. Statimq; ſalutaris moniti:uel præcepti potius optimam/grauiſſimamq; rationem ſubnectit. Quoniam omne quod eſt in mundo:concupiſcentia carnis eſt:& concupiſcentia oculorum:& ſuperbia uitæ. Triplex hæc labes totum iam pridem inuaſit humanum genus. Triplex hic funiculus omnium pene mortalium corda:animoſq; deuixit. His homines inſolubilibus fere nexibus/ac loramentis/quaſi duriſſima compede ita aſtringuntur:ut difficile expediri/ac diſſolui queant. Et quis eſt:quem non tangat ambitio/auaritia quatiat:moueat luxuria? Quemuis media elige turba:Flaccus ait/aut auaritia/aut miſera ambitiōe laborat hic nuptiarum inſanit amoribus. Hæ ſunt profecto tres illæ immanes feræ:quas recentior Poeta oſtendiſſe ſe in huius conuallis/ac ſaltuoſi nemoris ſalebris/ non inſulſe commentus eſt. Quid eſt enim Leo:aliud/q̄ ſuperbiæ:atq; ambitionis ſerules? Quid Læena/niſi blandientis ueneris illiciens titillatio? Quid deniq; Lupa/præter q̄ nefandæ cupiditatis expleta uoracitas? Hæc nos mala hac/atq; illac miſeros inſectantur:conſequuntur:laniant:& quod longe omnium dementiſſimum eſt:ultro ſe his ſtulti homines uorandos obiiciunt. Itaq; bene exclamat noſter Satyrus.

O curas hominum o quantum eſt in rebus inane

Et Lucretius pari indignatione percitus:hiſce uerſibus/mortalium increpat uanitatem.

O miſeras hominum mentes:o pectora cæca.
Qualibus in tenebris uitæ:quantiſq; periclis:
Degitur hoc æui:quodcunq; eſt.

Non eſt enim Iuſtitiæ:non probitati/non uirtuti locus/ſed plena iniuriarum/ac fraudum:plena ſcelerum/ac flagitiorum ſunt omnia. Sæpe cogitans ipſe mecum:mundi huius miſeriam:atq; infœlicitatem:utrum uel maris/ uel ſaltuoſi nemoris appellatione illū uocitem:neſcio. Hoc mare magnum Propheta inquit:illic reptilia: quorum nō eſt numerus. Vaſtum hoc pelagus magnis ſemper gliſcit perturbationum fluctibus:uariis multiplicium calamitatum tempeſtatibus inhoreſcit. Hic luctantur uentorum agmina:& magnas crebro excitant ſtridentes: ſonoraſq; procellas. Sæuit ubiq; malorum omnium turbulentiſſima rabies. Nuſquam ſecurus:nuſquam totus incedas:hac illac circuncurſant:ut quemuis feriant confertiſſimi hoſtium cunei. Vbiq; occurrunt inſtructæ prædonum claſſes/Pyrrhatarum præſto ſunt quæ infeſtum habent:

Reliqua huius orationis ſunt deperdita.

Hebraicam linguã ſub hebræo Barãbia curauit ediſcere. Itaq; ſcientiæ appetentiſſimus Italiam adiit: in Græciam tranſmiſit: pertranſiuit Aſiam: peragrauit Iudæã ad deſerta uſq; late uagantiũ Barcheoꝝ: quos modo Aphri Barchianos appellãt/ laborioſo itinere peruenit: ut qui præ cæteris docilis eſſet: in diuerſis terrarum plagis inueniret ſemꝑ qđ diſceret: & doctior eo pacto in dies ac melior fieret. Quantũ uero in tanta doctoꝝ ubertate profecerit: haud quaq̃ eſt hic narrandi locus. Hæc uero idcirco attigimus: ut fulgentiſſimũ ingenii lumen: quo polleret Hieronymus: liquido ac perſpicue pateſieret. Iã eius ſingularẽ inauditamq; uirtutẽ/ ac ſanctimoniã enarrare quis poſſit? Et .n. ſi cuiuſq; uiri ꝓbitas maxime colẽdis præceptis diuinis cõſtat: qs fuerit Hieronymo melior/ atq; p̃ſtantior: quo pene neq; feruẽtius Deũ quiſq; neq; ſociũ dilexit ardẽtius? Atqui notã ueræ dilectionis/ q̃ ſit/ dominus ac ſaluator noſter declarat Ieſus: qui apud Ioanẽ Euangeliſtã: ab iis diligi ſeſe atq; amari perhibet: qui & ſermões eius ſcrutauerint: & fecerint uoluntatẽ oĩpotentis atq; æterni patris. Quare & dũ in terris uerſaret̃/ ad eos ſæpius diſcipulos cõuerſus: quos ex oĩ numero ſibi ipſe delegerat: uos inq̃t/ amici mei eſtis: ſi feceritis q̃ præcipio uobis/ At Hieronymus/ ut in ſeruãdis diuinis mãdatis totũ ſe collocaret/ ſæculi honoribus pro nihilo habitis/ deſpectis opibus/ dignitatibus abiectis/ ſeipſum abnegauit: & accepta cruce/ nudus ſecutus eſt dñm. Vaſtã ægypti ſolitudinẽ aliquot annos coluit/ agreſtiũ tantũ/ atq; imanium feraꝝ ſocius. Vrbiũ ac populoꝝ frequentias euitauit: quo lõgius ab hoĩum cõſuetudine diſiunctus/ in cõtẽplationis Deo ipſi familiarius iũgeret̃. Viculũ Bethleẽ domiciliũ ſibi cõſtituit: præſepe illud glorioſum cõplexus: ubi de beata Virgine naſci dignatus eſt Saluator mundi. Atq; oĩa hæc eo geſſit: ut ocioſius faciliuſq; ſaluberrimis Chriſti uocibus obtẽperaret. Quare merito iure is dignus exiſtimandus eſt: ſicut & Eccleſia ipſa concinit: cuius nõ eſt inuentus ſimilis: q cõſeruaret legẽ excelſi: factus & ille beatus uir: quẽ prædixit multo ante Dauid ꝓphetas: Qui nõ abiit in cõſilio impioꝝ: & ĩ uia peccatoꝝ nõ ſtetit: & in cathedra peſtilẽtiæ nõ ſedit: ſed in lege domini fuit uoluntas eius: & in lege dñi meditatus ẽ die ac nocte. Quæ uero a Deo præcepta ac tradita ſũt/ ea nõ mõ coluit ipſe diligẽter: ſed etiã rudes hoĩes & diuinæ legis ignaros/ accuratiſſime docuit: ut pro ipſius Saluatoris uerbis & p̃ſtans ĩ terris: & in coelo maximus haberi debeat. Eluxerunt inter mortales præclara/ atq; ſplẽdidiſſima eius geſta: atq; ab initio mortalis uitæ uſq; ad decrepitam uixit ætatẽ: ut uerbo pariter/ atq; exemplo cunctis hoĩbus prodeſſet. Eius ita feruebat fides: adeo ſpes uigebat: ita deniq; exardeſcebat charitas: ut perpauci ſint: qui cũ Hieronymi præſtãtia cõferri poſſint. Quid loquar de eius prudẽtia/ iuſtitia/ aĩ magnitudine/ frugalitate/ beneficentia: quæ eaꝝ uirtutũ/ quas mõ attulimus/ quaſi comites quędã atq; amminiſtræ ſunt? Prudẽtiæ (ut Platonici tradunt) duplex munus eſt: & alterũ qdẽ/ quo ob cupidinẽ ueritatis humanas res aſpernamur: alteꝝ/ quo aĩum oẽm ad diuinarũ rerum contẽplationẽ conuertimus. Hic in promptu eſt egregia Hieronymi uirtus: q ut in ſacris litteris & in ſummi boni inueſtigatione ſine moleſtia uerſaretur: proripiens ſe in fugã ampliſſimæ dignitatis: inſignia contempſit: ne honorum faſtigio/ elatus in aliquam flagitiorum luem ꝓlaberet̃: quo magis admiror eorum temeritatem: qui Deo (ut ipſi ferunt) inſeruiẽtes/ ſublimiores gradus non tam fugiunt/ q̃ omni ſtudio cõſectant̃. Nũc autẽ ne quid a propoſito digrediamur: Iuſtitiæ ea uis eſt: ut iura oĩa diuina & humana contineat. Hic uero pater ſanctiſſimus Deo creatori atq; Principi animum oẽm (ut paulo ante monſtratum eſt) mentemq; deuouit. Iniuriam autem intuliſſe qui potuit is: qui & bonis omnibus prodeſſe uoluerit: & multos haud quaquam lædere? Quippe exiſtimabat Hieronymus una cum Socrate: maximum malorum eſſe/ non pati iniuriam: ſed facere. Ad hæc perturbationes uehementioreſq; motus omnis: quod ſuum eſt magni atq; excelſi animi/ fortiter ſemper atq; animoſe compreſſit/ aduerſariorum inſidias atque multiplices oppugnationes: ut pernoſcebat acute: ita & uiriliter ſuperauit. Denique ludibria/ maledicta/ improborum hominũ inſectationes pro Chriſti nomine magno & conſtanti animo pertulit. Neminem extimeſcebat eorum: qui Chriſtianæ Fidei ueritatem pernitioſis ſuperſtitionibus uiolarent: ſed (ut Seuerus Sulpitius teſtis ẽ) aduerſum perditos quoq; pugnam acerrimam pugnauit/ cunctis uiribus ſemper Hereticos inſectatus: quorum improbitas ea tempeſtate latius emanabat. Quanta uero Hieronymi Temperantia/ q̃ magna moderatio fuerit/ multa per omnem eius uitam exempla declarant. O uirum ſummis laudibus: & perenni atq; immortali gloria dignum: qui nullis ſe unquam carnis illecebris: nullis turpiſſimæ Veneris flagitiis inquinauit: ſed cælibem ſemper ac pene ſuperoꝝ degens uitã/ ad ultimos ætatis terminos uirgo uſq; permanſit: nec obſtãt ipſius uerba: quibus cõtra hãc ſniam uſpiam uſus ſit. Nam qui uirtute perfectus eẽt/ eiuſmodi integritatẽ intelligere uidebat̃: quæ & ſoli Deo tribuit̃: ac cadere in quemq̃ mortaliũ non poteſt. De uictu uero & cultu uitæ qd multa dicã? Nã ſecundũ Pythagoreoꝝ morẽ/ oleribus ac pomis uictitabat. Sed illud nempe memorabile: & .n. uinũ/ carnes & cibos oẽs ſplẽdidiores exoſus/ nihil unq̃ coctũ accipiebat: & aqua frigida utebat̃. Peronibus/ crepidiſue indutus ſacco amictus/ uel denſas ſiluas/ uel prærupta montiũ incolebat: uigilias pleruq; producebat ad multã noctẽ: qđ ſi quando fragilẽ carnẽ arctior ſomnus oppreſſiſſet: tum effetũ corpus/ & uix hærentia oſſa durius collidebat. Cubile ſibi e ſolus/ culmiſq; cõſtrauerat: horrida ſaxa pro puluillo ſæpius in terra capiti ſupponebat: frequẽter in lachrimas: frequẽter in gemitũ ꝓrumpens. Et q̃q̃ pallebãt eius ora ieiuniis: horrebãt uerberibus: ſqualebant q; macie membra: tñ iſirmiorẽ carnẽ quæ nimiũ in pleriſq; ad labem ꝓcliuis eſt/ crebra epdomadaꝝ inedia ſubiugabat: nihil unquã effeminate ægit: nihil molliter: nihil intemperanter: ſed cõtra oĩa ſobrie: omnia modeſte: oĩa recte/ ac decore geſſit. Quid beneficentia: nõ ne præcipua in Hieronymo fuit/ atq; admirabilis? Nã cũ intellexiſſet/ ea lege homines naſci: ut ipſi inter ſe aliis alii ꝓſint/ nullam unquã ne minimam quidẽ tẽporis partẽ effluere paſſus ẽ: quin eam ad hoĩum utilitatẽ cõferret/ paratior ad hoĩes iuuandos Hercule illo: quẽ Poetaꝝ fabulæ produnt: hic & ad obeundã Chriſti militiam frequẽtẽ cohortẽ inſtituit: coegitq; permultos: quos optimis & legibus & moribus erudiret: nõ hoĩum famã/ id quod fecit Pythagoras: ſed uerã ſpectans ſolidiſſimãq; uirtutem. Sed & muliebrem quoq; ſiue inſcitiam/ ſeu fragilitatẽ ſctis ac ſaluberrimis inſtitutis ad ſummã uirtutem adipiſcendã excitauit. Teſtis eſt Paula nobilis foemina/ atq; ſanctiſſima. Teſtis eſt Euſtochiũ inſigne quoddam uerecundiæ/ ac pudi-

citiæ decus:quaꝝ utraq; ad uirilē dignitatē ꝓxime uidebaf accedere. Teſtes ſūt & aliæ multæ. Illud etiā haud me
diocre beneficentiæ inditium eſt: quod quicquid bonorum quicquid familiæ poſſideret: id omne in medium
dabat: omneſq; qui uel conſulto uel forte quadā ad eius ædes ac ſacrū tuguriū diuertiſſent: præter q̄ Hereticos
hoies/hilari fronte ac læto aío excipiebat. Quod ſi lautiora obſonia defuiſſent: at præſto erant mitia poma: caſta
neæ molles: & preſſi copia lactis. Nec modo in hoies: ſed in belluas quoq; atq; in ſilueſtres feras/quaſi ad prodeſ
ſendū natus/magna nōnunq̄ contulit beneficia. Quippe q etiā ſauci Leonis & medicū ſeſe & hoſpitē geſſerit: qd
officiū adeo Leoni ipſi gratū fuit: ut oblitus agreſtis imanitatis/Hieronymū poſt illa ſemꝑ obſeruauerit: atq; qd
ad nullā rem aliā utilis eēt: iumētū qd unicū habebat Hieronymus/cū in paſcuis erraret/cuſtodiēdū ſuſceperit.
Hoccū aliqn̄ a prætereuntibus quibuſpiā/q Camelos oleo onuſtos agerēt/adductū in prædā eēt: arcto poſt Leo
ſopore excitus/cū iumētū nuſq̄ cōparuiſſet/æger domū ac ingēti moerore affectus rediit. Porro pauculis diebus
exactis/foras ꝓſiliens/nunq̄ uel ſagace indagine/uel aſſidua induſtria deſtitit: quoad iumēto perquiſito/furti re
os ſupplices ad Hieronymū cōpulit. Quā diu uero iumentū ipm abfuerat: id qd ſupra hoium fidē pleriſq; uide
ri ſolet: uel imponi tergori erūmulas ad uectādū lignoꝝ faſces manſuetiſſime paſſus eſt. Sed quid hac de re plura?
Omnis ꝑfecto eius uita/non beneficentiæ ſolū: uerū etiā innumerabiliū aliaꝝ uirtutū exempla ſuppeditat. Solēt
pleriq; quū clariſſimos uiros & maximis uirtutibus præditos cōmemorare uelint: Barbaros: afferre Hannibalē:
Zopyrū: Abarin: Anacharſim: Ochum: Atlantē. Græcos Themiſtoclē: Ariſtidē: Phocionē. Leonidā: Ageſylaum:
Epaminundā. Romanos. M. Curiū. C. Fabritiū: Fab. Maximū: Attiliū Regulū: Paulū Aemiliū. P. Scipionē: App.
Claudiū. C. Leliū. L. Piſonē. M. Marcellū. In qbus nō tā uirtus q̄ uirtutis inerāt ſimulachra. Ego uero his hoibus
Hieronymū lōge ſtatuo anteponēdū: a quo uno maximaꝝ uirtutū oium exempla petanf. Erat in Hieronymo re
ligio Abel: Abrahæ fides: Patientia Iſaac: laboꝝ perpeſſio: quāta in Iacob non fuit: continentia Ioſeph: Iob ſinceri
tas: miſericordia Moyſi: probitas/qualis in Ieſu Naue fuit: ac Samuele: Dauid: Heliæ: ac Ioannis uehemens chari
tas: Salomonis ſapientia: Tobiæ integritas: Danielis iudiciū: Ex quibus oibus uirtus eiuſmodi conflata eſt: ut ad
ſummū laudum cumulū nihil oino addi poſſit. Reſtat/nūc/ut de eius doctrina dicamus: quē diuino ingenio præ
ſtitiſſe/ac ſingulari uirtute ſatis multis uerbis oſtēdimus. Nemini igif dubiū eſt præſtantiſſimi patres: quin meri
to iure is & haberi doctiſſimus & appellari debeat: qui ad ſcientiā rerū conſequendā acre ſtudiū perpetuūq; adhi
buerit: præſtantiſſimis præceptoribus uſus ſit: plurimas diſciplinas comparauerit: deniq; multaꝝ linguarum pe
ritiam calluerit. Sed cuius ſtudiū cum Hieronymi incredibili diligentia comparandum? Hic eſt enim ille/qui nul
lam unquam tēporis morā penitus inanem conterebat: nec contentus dierum opere/furtiuis quoq; nocturnis tē
poribus fruebatur. Legit (ut Aurelius Auguſtinus teſtis eſt) omnium eorum libros: qui ante ſuam ætatem ali
quid tradiderunt. Donatus autem Victorinus: Gregorius Nanzazenus: Apollinaris: Didimus: Barania: a quibus
Hieronymus inſtitutus eſt: Ariſtarchi: Socratis: Pherecydis: Pythagoræ: Architæ: Platonis/ac ueteꝝ omnium/uel
æquabant gloriam: uel antecellebant. At plerunq;/quod de parentibus/ac liberis cōtingit diſcipuli quoq; eorū/a
quibus inſtituti fuerint/uel claritudinē/uel humilitatē: & quod maius eſt/aut uirtutes: aut uitia imitanf. In ma
gno apud omnes honore Pythagoras fuit: itaq; ſemper floruit Pythagoreoꝝ nomen. Iacuit Epicureoꝝ apud opti
mos quoſq; improbatū: atq; reiectū. Hieronymus autē (ut ad eius laudes redeā) quo plures præceptores habuit
ac præſtantiores/eo præclarior atq; illuſtrior exiſtimandus eſt/omniū præterea diuinaꝝ atq; humanaꝝ rerū/ui
ſibilium atq; inuiſibiliū: occultaꝝ atq; terreſtriū: ſempiternaꝝ deniq; atq; mortaliū/cumulatiſſimam quandam
ſcientiam aſſecutus ē. Atq; qd Paulus magiſter gentiū in diuinis muneribus annumerat: quodq; perpaucis adhuc
uideo contigiſſe/multarum linguarū genera cōparauit/uernaculum ſermonē Hebraicū: Græcū: Arabē: Syrū de
niq; Chaldeūq; cōplexus. Itaq; ꝑꝑ ſummā doctoꝝ auctoritatē: ꝑꝑ multaꝝ urbiū luſtrationē: ꝑꝑ incredibilē uarie
tatē linguaꝝ: & qd oium primariū eſt: ob ſingularē uitæ ſanctimoniā/totius antiquitatis ac ſæculorum oium me
moriā ſupauit. Quārū uero in reꝝ doctrina & ſacraꝝ lr̄aꝝ cognitione ꝓfecerit: & multa & præclara ſui ingenii
monumēta teſtanf. Legimus Ariſtotelē non minus q̄ Platonē: Homerū quendā Philoſophoꝝ libros circiter qua
dringentos cōſcripſiſſe: totidē Tyrranū: Theophraſtū eius alūnū: Epicurū trecenta uolumina: Chryſippū ſeptin
genta quinq;: Multa Democritū: Multa Zenonē Cittiæum: Plura Zenonē Eleatem: cōpluria Eraclitū Scotinon:
Varia Empedoclē Agrigētinū. Sed hoꝝ oium labores facile noſter Hieronymus ſuperauit. Quare ſinite me q̄ſo
nōnulla huius ſanctiſſimi uiri opa ex magna quadā infinitate libroꝝ/in mediū ꝓferre: partim quæ accurate ipſe
cōfecit: partim q̄ aptiſſime ex externo ſermone in Latinā linguā cōuertit. Nā q̄renti mihi hæc ſeſe potiſſimū ob
tulerunt. Scripſit. n. altercationē Luciferiani & Orthodoxi: de Seraphin & Oſanna: de Frugi & de luxurioſo filiis:
de tribus quæſtionibus Legis ueteris: aduerſus Eliudium: de Mariæ uirginitate ꝑpetua: ad Euſtochiū de uirgini
tate ſeruādā: q̄ōnū hebraicaꝝ in Geneſim librū unū: Hebraicoꝝ nominū librū unū: de locis librū unū: de aſſum
ptione glorioſiſſimæ Virginis ſermonē q̄ pulcherrimū ad Pāmachiū: Apologeticū & Epitaphiū de optimo gene
re interpretādi librū unū: de tribus uirtutibus libellū unū: de uita clericoꝝ ad Nepotianū: de terra repromiſſio
nis/ad Dardonū: de ſuperandis mūdi illecebris ad Ruſticū Monachū: de reſurrectiōe carnis/ad Mineruū & Alexā
drū: ad Cyprianū ꝑſbiterū de fine pſalmi. lxxxiiii. Dexterā tuā ſic notā fac ad Paulinū ꝑſbiterū de oibus diuinæ
hiſtoriæ libris: exortatoriā epiſtolā ad Eliodoꝝ: cōſolatoriā de morte filiæ ad Paulā: ad Marcellā epiſtolaꝝ librū
unū: ad Paulā & Euſtochiū epiſtolaꝝ librū unū: ad Demetriadē uirginē epiſtolas multas: epiſtolaꝝ ad diuerſos/li
brū unū: q̄ōnes. xi. ad Galaxiā/Chronicon omnimodæ hiſtoriæ: cuius magnā partē e Græco Euſebio cōuertit: ad
uerſus Iouinianū hereticū libros duos/de uiris illuſtribus: in quo libro. c. xxxvi. eccleſiaſticoꝝ ſcriptoꝝ meminit:
de. xii. lectoribus/ad Deſideriū: quoꝝ primū: Aureliū auguſtinū cōmemorat. Scripſit uitā Pauli primi heremitæ:
uitā Captiui Monachi: uitā beati Hilariōis: uitā beatæ Paulæ: ac multoꝝ ꝑterea ſcōꝝ patrū uitā illuſtrauit: ſcrip
ſit: i Pauli epiſtolas cōmētarios: & in epiſtolas qdē ad Galathas cōmentarioꝝ libros tres: in epiſtolā ad Titū com

mentariorum

mentarioꝝ librū unū: in epiſtolā ad Philemonē cōmentarioꝝ librū unū: in Eccleſiaſtē cōmentarios: homelias in Canticū cāticoꝝ duas: homelias in Lucā nouē & triginta: in pſalmos præſertim a pſalmo.x.uſq; ad pſalmū.xvi. tractatus ſeptē: ſcripſit in.xxii. Prophetas: explanationū libros.xx. ſicut ipſe idē teſtatᷣ ſup Eſaiam: q ſunt in Oſeæ libri tres: in Amos libri tres: in Zachariā libri tres: in Micheam libri duo: in Abbacuch libri duo: in reliquos ſeptē libri ſinguli: qui oēs fiunt numero.xx. Scripſit explanationes ī Hieremiā: ī Ezechielē cōmētarioꝝ libros cōplures: quoꝝ duos cōmemorat editos in epiſtola ad Marcellinū & Anapſychiā: Scripſit in Eſaiam explanationū libros xviii. explanationes in Danielē: quas diſtinxit in.xi. uiſiones: Scripſit ꝓlogos cōplures in Pentateucū Moyſi: multos in Prophetas: multos ī Hagiographos: multos ī Euāgeliſtas: ꝓlogos & argumēta ī epiſtolas Pauli: ī Canonicas epiſtolas: ī actus Apoſtoloꝝ: ī Apocalipſin Ioānis: ī uitas patrū. De Arabi: de Chaldaico: de Hebræo: de Græco ſermōe multa cōuertit. Et de Græco qdē ī primis tractatū Origenis ī Epithalamicis: uitā Malchi Monachi: homelias ī Ieremiā/ & in Ezechielē.xxviii. Librū Didimi Alexādrini de Spū ſcō: epiſtolā Epiphāii: Cyprii miſſā ad Ioannē: alia itē multa. Sed & nouū teſtm̄ Græcæ fidei reddidit. Trāſtulit.n. Euāgeliū Mathæi: trāſtulit Euāgeliū Marci: trāſtulit Euāgeliū Lucæ: trāſtulit Euāgeliū Ioānis: trāſtulit Pauli Apoſtoli epiſtolas & ad Rōanos qdē unā: ad Corīthios duas: ad Galathas unā ad Epheſios unā: ad Philipēſes unā: ad Coloſſenſes unā: ad Theſſalonicēſes duas: ad Timotheū duas: ad Titū unā: ad Philemonē unā: ad Hæbreos unā. Trāſtulit actus Apoſtoloꝝ a Luca editos. Trāſtulit Canonicas epiſtolas: Iacobi unā: Petri duas: Ioānis tres: Iudæ unā: & demū Apocalipſin Ioānis. Teſtm̄ aūt uetus iuxta hebraicā ueritatē traduxit: & primo qdē Pentateucū Moyſi: quē uocant Hæbrei Tora: diſtributū in libros quinq;: Bereſcit: quē dicimus librū Geneſeos: Elleſcemot: quē dicimus Exodum: Vagichra: quem dicimus Leuiticum: Vaidaber: quem dicimus Numerum: Ellehadebarim: quē librum Græci δευτερονομιον uocāt nos librum ſecundæ legis poſſumus appellare. Mox tranſtulit Ieho ſcua bin nun: qui dicitur a noſtris Ieſus: Siue Ioſue filius Naue. Tranſtulit Sciophetim: qui inſcribitur liber Iudicum: & eum qui ſibi annexus eſt libellum Ruth. Tranſtulit libros Regum quattuor: Primum & ſecundū: qui dicuntur Samuel: tertium & quartum: qui dicuntur Malachim/ ideſt/ Regnoꝝ. Tranſtulit Diu re/ ideſt/ uerba dieꝝ: quē nos librū Paralipomenon uocamus: quod eſt chronicon quoddā totius diuinæ hiſtoriæ/ partitū in libros duos: Trāſtulit Ezram diuiſum in libros duos: & interiectum Neemiam. Trāſtulit librū Tobiæ. Trāſtulit librū Iudith. Trāſtulit librū Eſter: cuius nōnulla pars nuſquā eſt apud hebreos inuenta: præſertim exemplū epiſtolæ Regis Artaxerxis: quā e Græcoꝝ theſauris Hieronymus deprompſit: qui idem tranſtulit librū Iob/ ſumptū pro diuerſis locis ex Syro: ex Arabi: ex Hebræo ſermone. Trāſtulit ſoliloquia ſeu hymnos Dauid ꝓphetæ: qđ Græci Pſalterium uocant: unū quidem uolumen: diſtributum autem in quinq; inciſiones. Tranſtulit Miſxle Scielomo: quas Græci parabolas: noſtri ꝓuerbia uocant. Tranſtulit eiuſdē Cohelet: qui dicitᷣ Eccleſiaſtes. Tranſtulit eiuſdē Scir Liaſcirim/ ideſt/ Canticum canticoꝝ: quos tres libros (ut probatiſſimi auctores ferunt) triduano opere expleuit. Trāſtulit & librū Ieſu filii Syrach/ prænotatum apud Hebræos: nō Eccleſiaſticum: ſed parabolas. Tranſtulit e Græco librū Sapientiæ: quē pleriq; Philonis Iudæi/ genere Alexandrini fuiſſe affirmant. Hic nuſquā apud Hebræos repertus eſt. Tranſtulit Eſaiam. Tranſtulit Ieremiā: & eius lamentationem: qua ſuæ urbis cladē quadruplici planxit alphabeto. Trāſtulit & Baruch: qui tamen in Hebræo canone non habetᷣ. Trāſtulit Ezechielem. Tranſtulit Danielem Hebraicis quidē litteris: ſed Chaldaico ſermone conſcriptū: ſicut & Ezras eſt/ & una Ieremiæ pericope: nec Suſannæ hiſtoriā: Hymnū trium pueroꝝ: Belis, Draconiſq; fabulas ommiſit: & ſi nuſquā apud Hebræos ſunt. Tranſtulit Tere Aſar: quod ſonat apud nos Duodecim. Eſt.n. liber ī duodecim Prophetas diſtributus: qui ſunt Oſeæ: Iohel: Amos: Abdias: Ionas: Micheas: Naum: Abbacuch: Sophonias: Aggeus: Zacharias: Malachias. Poſtremo trāſtulit duos Machabeoꝝ libros: Primū ex Hebræis: alteꝝ e Græcis: ſicut & Græce editum conſtat. Alia & ſcripſit multa: & trāſtulit: quæ uel iam periere: uel non inciderunt in noſtras manus. Hæc uero oīa mira elegantia & incredibili quadam ſuauitate confecit/ ut uere Homericū illud de Neſtore: Hieronymo cōueniat. απο αυτου τησ γλωττησ μελιτοσ γλυκιων ρεεν αυδη quod eſt/ Ab eius lingua mellē dulcior fluebat oratio. Iure itaq; Hebræus quiſpiam Hieronymū Prophetæ uerbis affari poſſit: Ma nim lezu: lechichchim ratheca: middeuaſch lephi. Idem & de Græcis aliquis: ωσ γλυκεα τω λαρυγγι μου τα λογια σου υπερ μελιτω ςοματι μου. Dicant & noſtri idē. Quā dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo/ Vere nāq; dulcia ſunt habēda eloquia: quæ neq; ullo implicantᷣ errore: & quemuis hominē ad ſummi boni calcem expedito calle deducunt. Quod aūt de Ariſtotele dicebat Auerrhous: idem & de Hieronymo proferri liceat: quod in tanta ſcriptoꝝ/ ac uoluminum uarietate/ longo iam annoꝝ curriculo/ nullus ne paruus quidem inuentus eſt error. Demū uero īmortalibus multis cōfectis operibus: & quæ nulla obliuione extingui poterunt: cū bonū certamē certaſſet: & mortalis huius uitæ curſum oēm peregiſſet: accepturus uictoriæ inſignia: nō tam fortis miles q̄ Dux inuictiſſimus res humanas deſeruit: expletis circiter nonaginta ætatis annis: In cœlū/ ac beatorum ſpirituum domiciliū tranſlatus eſt: nactus/ ut auctores nō incelebres tradunt: Baptiſtæ ac præcurſoris domini Ioannis parē excelſitati gloriā. Sepultus eſt aūt Bethleem in eo ſepulchro: qđ iuxta præſepe Domini/ in faucibus ſpeluncæ/ ſibi ipſe conſtruxerat. Mortuus eſt pridie kalen. Octobres: q eſt feſtus hic ac lætiſſimus dies: emerſis tn̄ (ut mihi cōpertum eſt) circiter Mille & quadraginta ſeptē annis: cū Honorius Auguſtus annū duodecimū ageret imperii. Quamobrem ne iam plura dicā: hortor uos oēs: atq; oro præſtantiſſimi patres: ut alacres Hieronymū/ cū alias ſemp: tum hodierno die maxīe/ maximis honoribus: & ingenti ueneratiōe ꝓſequamini: feſtū ſemp agatis hūc diem/ ad Hieronymi laudes: quē ingētiſſimis oīpotens dn̄s miraculis decorauit: læti aīum conuertatis: ut nos clementiſſimus Princeps eius precibus ac meritis & in terris īcolumes tueatur & uita defunctos/ Hieronymi ac beatoꝝ omnium conſortes efficiat. Mihi Quæſo ignoſcite humaniſſimi uiri: ſi in Hieronymi laudibus efferendis breuior fuerim q̄ opus erat. Nam ille quidem (ut noſtis) plures ſunt/ q̄ quæ anguſti temporis curriculo referri poſſint. Maiores uero q̄ quæ ab indiſerto uiro explicari queant. Multa tamen

prætereo cõſulto/ne uos patres optimi a diuinis muneribus deterream:cũ iam aduesperaſcet. Alio poſt fortaſſe tempore laudes uberiores afferemus. Poſtremo gratiam uobis/qui tam attentis auribus indoctum hominem ac rudem audiſtis:quia nequeo agere libentius obticuerim. Ipſe uobis cleměntiſſimus Deus atq; eius præpotens ſeruus Hieronymus præmia digna ferant. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio ſecunda de Paſſione Domini.

DOminus noſter & oĩpotens/ac totius mũdi Princeps Deus:qui pro ĩmenſa bonitatis ſuæ largitate/tãti operis molẽ cõfabricatus eſt:q coelũ & terrã cõdidit:qui rex oĩum uiſibilium atq; iuiſibiliũ uarietatem effecit:atq; diſtinxit/domini/ac uiri Senenſes/plurimũ ſemp dilexit humanum genus:& ſingulari quadã/atq; incredibili beniuolentia & charitate cõplexus eſt:qui pro eius ſalute comparanda/unigenitum ſuum dedit:proprio filio non pepercit:ſed pro nobis oĩbus tradidit illũ: qui factus obediẽs uſq; ad mortem mortem crucis ſubiuit:& acerbiſſimæ paſſionis extremũ ſuppliciũ pperſſus eſt:ut quem ab ipſo creationis initio gloriã & honore coronauit:præcipuis ornamentis affecit:ampliſſimis muneribus cumulauit:lapſum redimendo: æterna morte liberaret:& a duriſſima Diaboli captiuitate ereptũ/quaſi quodã poſtliminio ad cœleſtis regni gloriam ac beatitudinẽ reuocaret. Quáobrẽ ſtatutis diuinæ pdeſtinationis arbitrio/ atq; maturis pfinitis tẽporibus/ miſſus eſt de cœlo unigenitus Dei/& coæternus patri filius:q poſtq̃ iuſtitiã & rectã uiuendi uiã docuit: demũ in ligno pendens:quæ p lignũ quoq; amiſſa erant cœleſtis hæreditatis iura repararet:dicente Apoſtolo. At ubi uenit plenitudo tẽporis/miſit Deus filiũ ſuũ/natũ ex muliere:factũ ſub lege: ut eos qui ſub lege erant/ redimeret. uerũtamẽ nõ ſatis proderat/natum fuiſſe Saluatorẽ:niſi & per Crucis patibulũ redemiſſet humanũ genus: & ab inferoꝝ teterrimo carcere/ad cœleſtis patriæ lucẽ populũ excitaſſet:qui ſedebat in tenebris:& ob peccati labẽ/ac diuinæ legis præuaricationẽ/in mortis umbra iacebat. Itaq; oportuit pati Chriſtũ & ea complere:quæ Deus ipſe nõ abſq; ammirabili pudentia & ineffabili myſterio fieri uoluit:quæq; per Prophetas ſuos multis ſæculis ante prædixit. Sacratiſſimã nanq; Ieſu Chriſti redemptoris paſſionẽ noſtræ liberationis auctorẽ/atq; effectricẽ ſalutis cũ multa antiquæ legis figuraꝝ ſacramẽta/tũ plura ſanctoꝝ Vatũ/ac Prophetaꝝ uaticinia/ideſt certa Spũs ſancti oracula cecinerũt:q̃ iã ſingula p crucẽ Chriſti & perſpicue reuelata & expleta ſalubriter ſacra Euãgeliſtaꝝ eloquia prodidere:ut iã tandẽ Leone teſtante/manifeſto cõplerent effectu:quæ diu figuraꝝ fuerant pmiſſa myſterio. Scitis/inquit Ieſus diſcipulis ſuis:qa poſt biduũ paſcha fiet:& filius hoĩs tradet ut crucifigat. Veteris legis paſcha cũ agno Iſraeliticus populus ueſcebat:tipum noſtri Saluatoris oſtẽdit. Et.n.paſcha noſtrũ ĩmolatus eſt Chriſtus:cũ in aram crucis ſublatus tradidit ſemetipſum pro nobis oſtiã/& oblationẽ Deo/in odorẽ ſuauitatis:ut uerus Pharao/atq; antiquus hoſtis:cũ ſuo mergeret exercitu:& nos p uerum phaſe/ideſt tranſitũ domini/ de ægypto ad cœleſte regnũ/de morte tranſiremus ad uitã:quos ſub peccati iugo uetuſta ſeruitus tenuiſſet. Edus quoq; ad huius ipſius rei præfigurationẽ in ueteri lege cædebat:ad quẽ ĩmolandum quot annis Iudæi in paſchali ſolemnitate conueniebant:quemq; mactare pro ritu ſolebat uniuerſa multitudo filioꝝ Iſrael ad ueſperũ:quod ridiculum uideri potuiſſet/edum unũ tam multa hoĩum millia ĩmolare:niſi hoc tantũ ſacramentum futuræ ĩmolationis arcana texiſſet:quando uno expleta ſacrificio eſt uariarũ differentia uictimaꝝ. Tunc cõgregati ſunt Principes Sacerdotũ & Scribæ:& conſiliũ fecerũt:ut Ieſum dolo tenerent:& occiderent. Hoc futurũ Hieremias ſpiritu ſcõ reuelante/multo ante prædixerat. Et.n.ait:& Chriſtũ dicentem inducit. Et ego quaſi agnus mãſuetus/quaſi portatur ad uictimam:& nõ cognoui:qa cogitauerũt ſup me conſilia/dicẽtes. Venite:mittamus lignũ in panem eius: & eradamus eum de terra uiuentium/& nomen eius non memoret amplius. Et lignũ quidẽ (ut Lactantius ait) crucem ſignificat:panis uero dominicũ corpus:quia ipſe cibus eſt:& uita oĩum qui credunt in carnem:quam ipſe portauit:& in crucẽ in qua pro noſtra redemptione pependit. Sed de eodem cõſilio malignantiũ/atq; conuentu: apud Sapientẽ/q̃ liquido/q̃ plane dicit. Circumueniamus iuſtũ:quoniã inutilis eſt nobis:& contrarius eſt operibus noſtris:& improperat nobis peccata legis:promittit ſe ſcientiã Dei habere:& filium Dei ſe nominat. Ac rurſum. Morte turpiſſima condemnemus eum:erit enim reſpectus ex ſermonibus illius. Cumq; intraſſet Sathan in Iudam:qui dicebatur Scarioth/unum de duodecim:ut proderet Ieſum Principibus ſacerdotum/pacti ſunt illi pecuniam ſe daturos:atq; conſtituerunt ei triginta argenteos. Et Ioſeph ille magnus uir:ac magni Patriarchæ Iacob filius:quemadmodum ueteris teſtamenti ſcriptura declarat:non triginta aureis:ut ſeptuaginta interpretati ſunt: ſed triginta potius argenteis prætereuntibus Iſmaelitis uenundatus eſt:id quod Hieronymo/ & Hebraica ueritate prodente didicimus. Atq; is proculdubio Saluatorem præfiguraſſe dignoſcitur. De quo & Zacharias dilucide. Apreciauerunt/inquit:mercedem in eum triginta argenteos. Ac de Iuda proditore in ſuprema cœna Ieſus ait diſcumbens cũ duodecim diſcipulis ſuis: Qui intingit mecum manum in paraſſide:hic me tradet. Quod ipſum in pſalmis legit. Qui edebat panes meos:magnificauit ſuper me ſupplantationẽ. Et alio rurſum in loco. Tu uero homo unanimis Dux meus & notus meus qui ſimul mecũ dulces capiebas cibos:ĩ domo Dei ambulauimus cum conſenſu. Melchiſedech (ut in Geneſi ſcriptũ eſt) Sacerdos panẽ & uinũ obtulit Abrahæ:& benedixit ei. Ieſus autem de quo Propheta. Tu es ſacerdos in æternũ ſecũdũ ordinẽ Melchiſedech:cum deſideratum paſcha cũ diſcipulis manducaret:ut ſignificantem hoſtiam uerum ſacrificium tranſmoueret:effecit ſane quod magiſter gentium Paulus ſcribẽs Corinthiis ait. Dominus noſter Ieſus Chriſtus in qua nocte tradebat:accepit panẽ:& gratias agens fregit:& dixit. Accipite/ & manducate:hoc eſt corpus meũ/quod pro uobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Atq; amplius. Similiter & calicem poſtquam cœnauit/dicens. Hic calix nouũ teſtamẽtũ eſt in meo ſanguine:hoc facite quotiẽſcũq; bibetis/ĩ meã cõmemorationẽ. Qđ qdẽ iãdudũ p Ezechielẽ fuerat pmõſtratũ. Ego/inqt:ĩmolabo uobis uictimã ſup mõtẽ ut comedatis carnes:& bibatis ſanguinẽ. Quare & ĩ Bethleem naſci uoluit. Quippe Bethlẽ Hebreoꝝ lĩgua domus panis interpretat. Itaq; apud Ioãnẽ Saluator uere de ſeipſo dicit. Ego ſum panis uiuus:q de cœlo deſcẽdi. Et iterũ. Patres noſtri mãducauerũt mãna ĩ deſerto:& mortui ſunt

qui mãducãt

ius decãtatũ eſt.Et cãtata iſup miſſarũ ſolẽnia:cũ adeſſent in eodẽ tẽplo Magnifici domini:Vexilliferi/quidecim
uiri:& oẽs totius urbis Magiſtratus magna cum põpa:& apparatu:& ciuium ſumma frequẽtia: & totius populi
magna celebritate:cũ oblatiõe multoꝝ cereoꝝ:& deuotiſſime oia ad feſtũ diẽ iſtructa ſunt/iuſſu.xv.uiroꝝ : ha/
buit Secretarius Reipublicæ Auguſtinus Dathus i cathedrali eccleſia orationẽ i honorẽ ipſius Martyris:q̃ & reci
tauit itra miſſarũ ſolẽnia pro marmoreo excælſo ſuggeſto:& ea fuit huiuſmodi:quæ eſt ordine quinta.

Onſueuerunt pleræq; mundi nationes ac gẽtes/illuſtres Magiſtratus:Orator clariſſime uenerãdi pa
tres:uoſq; reliqui uiri Senẽſes:eos miris ſemp/ac ſummis laudibus efferre:quos pcipua uirtute/ſingu
lari itegritate/ammirabili uitæ cõſtantia pſtare aiaduertiſſent.Id ſtatuẽtes(ut arbitror)nõ ſolũ uber
rimũ eſſe uirtutis alimẽtũ laudẽ:ſed ẽt uerũ cõſentaneũ & a deo cõſtitutũ præmiũ : iis q recte/iuſte/
ac præclare in terris uixerint.Itaq; alii coronati ſunt:aliis aurea argẽtea/aerea/marmorea ſigna ſunt poſita. Multi
eruditoꝝ hoium uoce carminibus hiſtoria celebrati:pleriq; oẽs glorioſis iſignibus:atq; ornamẽtis affecti. Quod
ſi& ſuſcipere:& aſſequi meruerũt:in qbus nõ uera:nõ pfecta:nõ abſoluta:ſed ficta quædã : atq; adũbrata uirtus
erat:qd nos facere debemus i eo/q uerã ſapientiã/religionẽ/iuſtitiã/pietatẽ/& cuiuſq; generis uirtutẽ aſſecuti/tũ
ſolidæ laudis meritis claruerũt/tum ſoluti corporũ uinculis:& in cælũ trãſlati/cũ Chriſto regnãt:& æuo ſempi/
terno atq; imortali gloria pfruunt/Par eẽ ſtatuo uiri Senẽſes:ut ad eos efferẽdos/celebrãdãq; tantæ uirtutis am
plitudinẽ:& claritatẽ:oẽs uires igenii/maximã dicẽdi copiã:ſummã eloquẽtiã itendere/atq; adhibere debeamus.
Et.n.laudãdos uiros glorioſos ſapiẽtiſſimus cõcionator hortat/ac pcipit:cuiuſmodi illũ eẽ cõſtat:cuius hodie diẽ
feſtũ agimus:Caliſtũ uirum ſanctiſſimũ:Sacerdotẽ magnũ:iuictũ Athletã:& glorioſum Chriſti Martyrẽ : cuius
laudes cogitanti mihi:illud Lyſiæ magni Oratoris cõueniat.Neq; oẽm ætatẽ cunctis mortalibus/parẽ orationẽ
præclaris huius opibus pſtare poſſe.Nã cũ ſe ad ſummũ bonũ adipiſcẽdũ:ad cognoſcẽdũ & diligẽdũ cõditorem
Deũ:ad imitandũ Redẽptorẽ ac Saluatorẽ Ieſum Xpm:natũ eẽ itelligeret : ſpretis humanis/ac fallacibus bonis
ad æterna cæleſtis theſauri præmia aium oẽm:& cogitationẽ cõuertit.In lege dñi dies meditatus:& noctes:ita uir
tutẽ cõplexus eſt/ut ſine macula/mortalẽ uitã trãſigeret/aurũ.i.humãæ uitæ labẽ cõtẽneret : nec ſpqret in pecu/
niæ ludibriis:pro qbus pleriq; hoies iura oia diuia & humana ſubuertũt. Voluptatũ aſpernaret illecebras:quæ
aias hoium prnitioſa titillatione deliniunt/ac ꝑinde teterrimã labẽ exoſus:ſemetipſum abnegauit:& accepta cru
ce ſua:ſecutus eſt eũ:cui qui ſeruit/regnat:q paret:iperat:q placet beatus eſt.Præclara/& eximia pdicãda eſt Cali/
ſti uirtus:q bellator fortis/ac pugnator acerrimus:mundi laqueos cõfregit/laſciuientẽ carnis imunditiã domuit:
callidi hoſtis:& aduerſarii dyaboli ſuperauit iſidias:deniq; legitime decertãs/dignũ ſe corona pſtitit : quã repro/
miſit Deus diligẽtibus ſe. Cũq; ſancti/ac diuini numinis iſpirante gratia/ad ſacri Põtificii culmẽ aſſumptus eſſet:
ita Chriſti gregi:& eccleſiæ ſanctæ pfuit:ut oia cõſilio ꝓuideret:ſapiẽtia regeret/moderatione tẽperaret:diligen/
ter tueret/uirtute/iuſtitia/& ſanctitate pficeret.Illud Apoſtolicũ ꝓbans. Qui epiſcopatũ deſiderat : bonũ opus
deſiderat.Deſiderare eum qdẽ bonũ opus:ſed oportere eiuſmodi hoiem irrepræhẽſibilẽ eſſe. Verum ut ad faſti
gium ptingeret ſummæ laudis:uoluit hic magnus Põtifex pro Chriſto mori:grauia ſubire tormenta : exquiſitos
ppeti cruciatus:Abluit ſtolam ſuã in ſanguine agni:ut coronã icorruptibilẽ:ſemp uirentẽ palmã:glorioſum mar
tyrii diadema ſuſciperet:ſuos pdeceſſores imitatus:quos oẽs ſanguinẽ p Chriſti fide certãtes fudiſſe cognouerat.
Petri principẽ Apoſtoloꝝ paſtorẽ electũ Dominici gregis:& Saluatore Ieſu põtificẽ conſtitutũ.Linũ/q Petro in
Apoſtolica ſede ſucceſſit.Mox cæteros:q deinceps ſerie quadã ſubſecuti ſunt/Cletũ:Clemẽtẽ:Anacletũ:Euari/
ſtum:Alexãdrũ:Sixtũ/Theleſphoꝝ/Iginũ/Pium/Anicetũ:Sotherẽ/Eleutheriũ: Victorẽ:Zepherinũ.Cui porro
ſucceſſim Caliſtus:cuius hodie ſolẽne:& memoriã recẽſemus.Nam id erat p ea tẽpora põtificibus maxime ꝓpo
ſitũ:ut pro tuẽdo noie Chriſtiano præberẽt iugulũ:& pro uere religionis fide ſeruanda:ultro ſe extremo ſuppli/
cio deuouerẽt.A quoꝝ cõſuetudine ne diſcederet hic ſũmus Põtifex:& ipſe quoq; martyrio coronatus ẽ. Quip
pe quẽ ipius Cæſar Alexãder/primũ dierũ quinq; affecit inedia:ita ut nec cibum/neq; potũ ſumeret : deinde ſu-

ſtibus/& uerberibus cædi iuſſit. Poſtremo cõſtrictum:& mẽbra ligatum ꝑ feneſtrã præcipitẽ in puteũ dari. Atq; ita migrauit ad dñm:cũ ſediſſet annos.v.mẽſes.ii.dies uero.x. Qui diẽ obiens:neq; de ſe fortunæ decernẽdũ permiſit/neq; maturã mortẽ expectauit:ſed p̃clarã potius/& glorioſam delegit:ſepultus eſt autẽ in eo loco/qđ ab eius noĩe Cimiteriũ Caliſti uocant. Huius illa extant p̃ter cætera memorabilia opa:qđ obſeruationẽ ieiunioꝝ ꝑ quattuor anni tẽpeſtates iſtituit:baſilicã trans Tiberim cõdidit:cimiteria in uia Appia effecit. In qbus multa ſacerdotum Martyrũ humata ſunt corpora. Huius maximã in fide ſinceritatẽ:ſummã itollerãdis ſuppliciis cõſtantiam:atq; animi magnitudinẽ:icredibilẽ in pſeuerãdo firmitatẽ:ſatis laudare nemo poſſit. Vere igiť Caliſtus & dictus & appellatus eſt:qui Græco genere ſermonis iterpraetať optimus. Sed qs nõ Caliſtus optimus? Tres nanq; ad noſtra uſq; tẽpora in eccleſia Dei:Caliſti ſummi Põtifices celebranť. Diſpares qdẽ ætatibus: ſed certe moribus non diſſimiles. Primus Romanus:quẽ hodierno die/memorat/ac decãtat eccleſia:qui uanã ſupſtitionẽ:& abhominãdam Idoloꝝ culturã iprobauit:cuiuſq; p̃cibus/& quattuor eodẽ tpe Idoloꝝ Sacerdotes diuino fulmine abſumpti ſunt:& ara Iouis incẽſa:ammirabile dictu. Alter Caliſtus Burgundus:q ſalſam:pnitioſam:& nefariã Heretycoꝝ prauitatẽ ſubſtulit. Nã & in Toloſam Synodo:quã frequẽtiſſimã anno primo ſui pontificatus coegit: accitis cunctis ex Gotia:Gaſconia/Hiſpania/& citeriore Britãnia magnis/ſapiẽtiſſimiſq; p̃ſulibus dãnati Hæretici:& ab eccleſia depulſi ſunt oẽs:q ſub falſa religionis ſpecie:Dominici corporis/& ſanguinis ſacramẽtũ:baptiſma paruuloꝝ:Sacerdotiũ/cæteroſq; eccleſiaſticos ordines:& legitima dãnabãt foedera nuptiaꝝ. Nec multo poſt tpe cũ romã teneret urbẽ:cõuocato rurſum ſanctoꝝ patrũ cõuẽtu:oĩa Burdini Hereſiarchæ deteſtãda dogmata ſublata:& quæ ab eius ſectatoribus pſeudo Epiſcopis iſtituta forẽt:irrita facta ſunt oĩa. Tertius nũc Caliſtus ſedet: q a ſuperioribus illis deleta Idoloꝝ cultura:& Hæretica prauitate ſublata(ut certe magna ſpes eſt) Barbaroꝝ imanitatẽ/pfidiã/& furorẽ cõprimet:accinctus beati Petri gladiũ/armabit ſe ad ultionẽ ipioꝝ:inſurget acriter aduerſum pfanũ/agreſte/ac teterrimũ hoĩum genus:& magnanimis Principibus/ac Regibus potẽtiſſimis cõuenientibus in unum:potẽti dextera excelſi/Turcoꝝ foedã/atq; ipuriſſimã gẽtẽ ſupabit:quæ Cõſtãtinopoli expugnata:Raſcia oppreſſa:Pelopõneſo Epiro cũ exercitu trãſmiſſo in tota Græcia debachatur. Iam Vngaros pium/& fidele genus præmit/ac poene Italiæ finibus iminet. O magnũ:atq; diuinitus iſpiratũ Põtificẽ:qui ſimul atq; a ſacro patrũ coetu deſignatus eſt:uotũ uouit altiſſimo ut fidẽ Chriſti tueatur. Turchos depellat illoꝝ ꝓpulſet iniuriã:illatam catholicæ plæbi cõtumeliã ulciſcať:Cõſtantinopolin uindicet:ſubactã Græciã de manibus ipioꝝ eripiat. Qđ qdẽ ſanctiſſimũ ꝓpoſitũ/ac ſalutare cõſilium:ut cõmodius:atq; efficacius ꝓſequať: ab optimis fundamẽtis auſpicatus initium:ad cõciliandã & ad firmãdã Italiæ pacẽ aĩum cõuertit:& ſuæ ammirabilis ꝓuidẽtiæ opam cõtulit:ratus fruſtra expeditionẽ in Turchos cõparari:diſſidẽtibus inter ſe/ac belligerãtibus Chriſtianis populis. Quæ uero hactenus effecerit:teſtis ĩprimis:uiri Senẽſes:ueſtra ſit ciuitas:cuius libertatem iniuſte laceſſitã cõflato magno exercitu/tanto amore:tam uero cordis affectu/tam flagrãti pietate defendẽdã ſuſcepit:ut nec ullis parſerit ſumptibus/nec laboribus:quo Senã.i. Romanæ eccleſiæ ſepẽ(ut ipſe appellat)ab iſidiantiũ oĩum defendat iniuriis. Quæ oĩa idcirco facit ꝓuidẽtiſſimus paſtor:ut ſedatis Italicis cõtẽtionibus:ſopitis iteſtinis bellis:aduerſus iſideles arma cõuertat:& hoſtẽ impiũ/& teterrimũ ex Europa deturbet. Quã uictoriã ut cõſequať:ſupplicibus uocibus deprecemur oĩpotẽtẽ/atq; imortalẽ Deũ/ieiuniis/helemoſynis/orationibus:eius opẽ/atq; auxiliũ iplorãtes:ut deuicta Barbaroꝝ ipietate:ſacri Euãgelii ſonus in oẽm terrã exeat:& in fines orbis terræ glorioſum Chriſtiãæ fidei nomẽ/ac decus lõge/lateq; fundať. Glorioſiſſimæ Virginis diuæ Mariæ itercedẽtibus meritis:& illius adiuuãtibus p̃cibus:q pro Chriſti fide hodie paſſus eſt:& nũc in coelis triũphator aſſiſtit:ei:qui ifinitis ſæculis regnat.

¶ Hora deuotiſſimo populo eẽndo nota la cagione della p̃ſente ſolẽnita/ordinata ꝑ q̃ſti magnifici rectori:& magiſtrati:ſi exhortano le deuotioni uoſtre/& excellẽtie:che uoglino cũ optimo aĩo porgere humili preci allo eterno Dio:& benigno Creatore:che ꝑ li meriti della ſua dulciſſima/& Glorioſiſſima madre & delli beati Pricipi/delli Apoſtoli/Petro & Paulo:& del fideliſſimo Martyre ſancto Caliſto/ſi degni ꝓſperamẽte/& cõ ſomma gloria conſeruare/& augumẽtare la Sacroſancta Romana eccleſia:& al ſuo optimo/& uero paſtore Vicario di Ieſu Xp̃o/& ſũmo põtifice Caliſto.iii.ifundere la ſua imẽſa gratia:ꝑ laq̃le come benignamẽte/& cõ ſi feruẽte amore defende/fauoregia/& mãtiene la liberta/& lo ſtato di q̃ſta republica:demõſtrãdo la ſua ualoroſa potẽtia/cõtra le iſidie de li iniuſti pſecutori:coſi ꝓueda:& cõfermi ꝑpetua/ſtabile/tranquilla/& ſecura pace ꝑ la uniuerſa Italia: & ꝑ tutti li populi Chriſtiani refrenãdo la Barbarica iſidelita:accioche domito lo crudele/& maligno inimico Maumethe impio ſignore delli turchi:& ſubiugate le Barbare nationi:extẽda la gloria della religiõe ſancta ſede catholica/& Chriſtiana uerita ꝑ lo mondo uniuerſo:a laude dello eterno Dio/& a ſalute noſtra. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. VI. De laudibus diui Andreæ Apoſtoli.

SVmmis laudibus patres chariſſimi:ſanctus Dei Apoſtolus eſt efferẽdus Andreas:q a ſaluatore nr̃o in electiſſimũ gregẽ aſcitus:relictis oĩbus quæ poſſidebat:uere ſecutus eſt dominũ. Eruditus ab eo/q illuminat oẽm hoĩem/ac ſalutarẽ diſciplinã p̃bet optãtibus:uere in iuſtitia/& ſanctitate ꝓfecit:aq̃ ſapiẽtiæ ſalutaris ex uberrimo fonte manantẽ affatim bibit:abunde potauit. Qui uero audierat magiſtrũ/& dominũ p̃cipientẽ:diſcite a me:quia mitis ſum/& humilis corde:illius omni ſtudio amplexatus ueſtigia:factus eſt obediẽs:factus eſt mitis uſq; ad mortẽ:mortẽ aũt Crucis. Illud.n.ꝓpheticum nouerat:diriget mãſuetos in iudicio:docebit mites uias ſuas. Itaq; nõ iniuria id glorioſo Dei Apoſtolo Andreæ cõueniat:quod de populi Iſraelitici/Duce Moyſe in numeroꝝ libris legitur. Fuit uir mitiſſimus ſup oẽs. Vere ſiquidẽ appellatus eſt uir: a quo ipſa dicta eſt uirtus:qđ ſapientes ueteres tradiderunt:quæ una res hoĩem a cæteris ſeparat animãtibus. Iure mitiſſimus habitus Andreas:qui pro Chriſto/mori cupiens:Crucis patibulum ardẽter optauit:iucunde ſubiuit: conſtanter pertulit. Atq; ideo coronã & palmam aſſecutus:ſi in beatoꝝ numero mites recẽſenť:tandẽ coeleſtis beatitudinis cõpos effectus Andreas:cum eo/quẽ imitatus eſt:regnat glorioſus in ſæcula. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. VII. De ſacramento altaris.

COgor optimi:ac uenerádi patres:qui pro ætatis ſimul atq; igenii imbecillitate rerū oium ſim prorſus ignarus:de ineffabilis rei ſacramēto:ſermoné facere:quá uix pro fari poſſit lingua mortalis. Dicá igiť pauca:cú multi tpis anguſtia nō ſuppetat:ut uræ ſatiſfaciá uoluntati:& horū patrú iuſſui pareá. Puſſimus generis humani redéptor:cú ex hoc mundo eēt tráſiturus ad patré ammirabile iſtituit ſacratiſſimi ſui corporis:& ſanguinis myſteriú:ut q nræ carnis mortalitate ſuſcepta/formá ſerui induit:& aduenięte plenitudine tpis:p Crucis patibulú/nos a ſæuiſſimi hoſtis ptáte liberauit:ut nræ fragilitati medereť:& totius humani generis ſaluti uſquequaq; cōſuleret:carné ſuá/quá de itemerata Virgine matre ſumpſerat:in cibú:ſanguiné uero p̄tioſiſſimú in potú dedit:& illú in panis:húc in uini ſpecie/deitatis ſuæ prouidētia:& icredibili dono pietatis ſúmendú iſtituit:ut tanti uirtute ſacramēti:& cœleſtis alimēti fortitudine:nō ad monté Dei Oreb/quēadmodú de diuino quōdá Propheta:diuina quoq; teſtanť eloqa:ſed ad ſupná ciuitaté/ac ſanctá Ieruſalé facilis/atq; expeditiſſimus pateret acceſſus. Qua pp nō maxima abſq; rōne ſacroſancta altaris hoſtia:quá uerus Melchiſedech Pōtifex maximus/ac ſúmus ſacerdos Chriſtus Ieſus/primus imolauit/pané/ac uinú offerés:uiatici nomen accæpit:ut ītelligāt oés:quos ueræ fidei/ac diuinæ pietatis claritas illuſtrauit:eius uiatici ſalutari p̄ſidio:ad æternæ uitæ præmiú ueniédú. Qđ in ſuprema nocte cœnæ/cōficiés dedit diſcipulis ſuis:quos tátope in múdo dilexerat:& iuxta ſacri Prophetæ uocé/ueræ memoriá fecit mirabiliú ſuorū/miſericors/& miſerator dñs/atq; eſcá dedit timētibus ſe. Quod enarrás uas electionis/ac magiſter gētiú Paulus Corinthiis ſcribēs. Ego inqt/accepi a dño/qđ & tradidi uobis:quoniá dñs noſter Ieſus in qua nocte tradebať/accepit pané:& gratias agens/fregit:& dixit. Accipite/& mánducate:hoc eſt corpus meú:qđ pro uobis tradeť:hoc facite in meá cōmemorationé. Hodie táti ſacramēti ieffabile donú collatú eſt nobis. Itaq; ex toto corde & cunctis mētis nræ uiribus imortales puſſimo Saluatori gratias perſoluamus:& imenſam maieſtatis eius clemētiam deprecemur:ut nos & æternæ ſalutis participes dignetur efficere:& eam impartiri optantibus nobis facultaté:p quá & iugi meditatiōe & aſſiduæ uocis præconio glorificemus nomen eius excelſum ac benedictum in ſæcula ſæculorum. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. VIII. Habenda Epiphaniæ celebritate:quum feſta totius anni ſolemnia/conuocato in templum Chriſtiano populo ſignificantur.

MIra Saluatoris noſtri benignitas fratres chariſſimi ab ipſo creatiōis initio/ieffabili pietate generi ſemp ꝓſpexit humáo:q hoiem ad imaginé ſuá:ac ſimilitudiné cōditú inumeris decorauit muneribus:& coronatú gloria/admirabilibus exornatú iſignibus:cunctis creaturarū generibus p̄tulit:manuú ſuarum opibus qſi dominatoré p̄fecit. Ad cæleſtis regni imortalitaté adipiſcédá genuit:ut ambulanté in lege eius:& iuſtitiæ opa obeunté:poſt mortalis uitæ curſum/diuinitatis ſuæ tribueret eē participé. Cúq; p culpá lapſus/ac p aduerſarii iſidias p̄uaricator effectus/iura æternæ hæreditatis & cœleſtis gloriæ pdidiſſet:p ieffabilé redéptoris Dei bonitaté/tandé meruit reparari. Itaq; aduenięte plenitudine tpis:ut Apoſtolus ipſe teſtať:generis miſertus humani/de cœlis a regalibus ſedibus & a ſupni ſolii culmine uenit in múdú. Et q erat ſplēdor patris/& figura ſubſtātiæ eius/natus ex muliere:ut Prophetarū ſcripturas ipleret:uerbú caro factú ē:& habitauit i nobis. Id qđ nup dominicæ natiuitatis ſolénitas declarauit. Ille ipſe hodie adoratus a magis:a Ioáne i Iordanis flumie baptizatus/ex aqua uino facto deus apparuit. Per ſacratiſſimá morté ſuá/morté noſtrá deſtruxit:& uitá reſurgēdo reparauit:aſcendéſq; ad cœlos/locum nobis æternæ beatitudinis cōparauit. Miſſo deniq; Paraclito ſpiritu ſancto/cœleſtiú bonorū oium uoluit nos eē participes:ut agnito ſúmo & icōmutabili bono:q ſancta atq; idiuiſa trinitas eſt:p ſacroſanctú atq; admirabile ſacramētú & p̄tioſi corporis & ſanguinis Chriſti ſalutare uiaticú ad æterna cœleſtis theſauri p̄mia dirigamur. Igiť ad ueſtrá ſpūalé lætitiá atq; aiorū ſalutem:Scitote fratres chariſſimi.

VIIII. kal. Februarias Septuageſimam fore.

III. Idus Februarii diem Cinerum & initium ſacri ieiunii quatragenarii.

IIII. kal. Aprilis Glorioſam reſurrectionem:cum paſcha noſtrum imolatus eſt Chriſtus.

Nonis Maii. Eleuationé admirabilem Redéptoris nri:quádo aſcédés in altú captiuá duxit captiuitatem.

XVI. kal. Iunias: Sacratiſſimá Pētecoſten:i q aduenięte Sps ſancti gratia/facta eſt ſúma bonorū oium plenitudo.

IX. kal. Iunii: Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis ſacra ſolemnia:unde uerum eſt gaudium:atq; æternæ & mortalis beatitudinis præmium.

V. kal. Iunii: Venerandam dominici corporis & ſanguinis cōmemorationem:ut mentibus noſtris panis uiuus/qui de cœlo deſcendit/iugiter perſeueret.

Quæ diuina myſteria ac ſacra ſolénia recolentes/ad æterna mereamur cœleſtis patriæ gaudia peruenire:illo ipſo tribuente/qui p infinita regnat ſæculorum ſæcula.

¶ Annuntiaſi dilectiſſimi in Chriſto ad ſpirituale lætitia & conſolatione delle anime uoſtre come adi. XXV. de Gennaio ſara la ſeptuageſima:&c.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. IX. Ad idem.

SAluator noſter fratres chariſſimi/q erat ex patre ante ſæcula genitus/de Virgine quoq; i ſæcula naſci dignatus ē. Et aſſumpta nræ carnis mortalitate/Prophetarū ſcripturas ipleuit:ſacra patefecit oracula:figurarū iuolucra explicauit:Veteris legis umbra ceſſante/exultare debemus Xp̄o Ieſu Redemptori noſtro. Nō qdé amplius in neomeniis ac iudæorū ſabbatis:ſed iſignibus ac ſacris diebus ſolénitatú noſtrarū. Natus eſt.n. Saluator noſter/núciatus ab Angelis:paſtoribus idicatus:Circúciſus pro lege:adoratus a Magis:a Ioáne baptizatus:ſignis ac prodigiis nō in iudæa ſolú Deus:ſed toto potius orbe notiſſimus. A ſpiritu ſancto in deſertú ductus eſt:tráſfiguratus in mōte:paſſus in cruce:ac p morté deuicta morte ꝓfectus ad inferos. Tertia die ꝓdiit uictor glorioſus a mortuis:& poſt reſurrectioné ſuam/oibus diſcipulis manifeſtus apparuit. Per

aſcenſionẽ uero ſupera regna repetẽs/ſedet ad dexteram Dei patris. Demiſſo coelitus ſpiritu ſancto/Apoſtoloꝝ perfecit corda/uoces & opera. Vt euangelizãtibus illis/recondita illuſtrarẽtur magnalia. Et trini atq; unius Dei admirabile ſacramẽtũ & incarnati uerbi myſteriũ panderet. Qđ ſub panis ſpecie latens/fieret cibus hoĩum/& ſalutare uiaticũ ꝑducẽs ad regna coeleſtia. Quæ cũ fideliũ anniuerſaria celebritate lætificẽt: par eſt/annunciare credẽtibus: qbus recolenda ſint ꝑ iſtantis anni curriculũ/ac ſtatutis recenſenda diebus. Itaq; erit &c.

Augustini Dathi Oratio. X. Ad idem.

Magno cunctis fidelibus populis gaudio/fratres chariſſimi ratio ſuadet: & mira exultatione lætandũ: Quod ꝑ icarnati uerbi myſteriũ noua mẽtis nr̃æ oculis lux ſupnæ claritatis iſulſit. Vt Deũ uiſibiliter agnoſcẽtia/in iuiſibiliũ amorẽ corda credẽtiũ rapiant. Vere lætandum eſt nobis: qm̃ æterno patri cõſubſtãtialis filius in ſubſtãtia nr̃æ mortalitatis apparẽs/noua nos ĩmortalitatis ſuæ luce reparauit. Sacri iſtitutione ieiunii docuit terrena deſpicere: inhiare coeleſtibus/ſolidã uirtutem & ĩmortalia ꝑmia cõparare. Atq; ut mundi labẽ & peccata tolleret: uerus agnus oblatus ad uictimã: & pro redimendis nobis/paſcha noſtrum ĩmolatus eſt Chriſtus. Humani generis ſalute in ligno Crucis cõſtituta: & ꝑ lignũ deuicto hoſte: q in ligno deuicerat: ex culpa manãtẽ mortẽ noſtrã moriẽdo deſtruxit: & uitã reſurgẽdo reparauit. Ac poſt glorioſam reſurrectionẽ ſuã/& diſcipulis oĩbus mãifeſtus apparuit: & uidẽtibus illis/in coelũ aſſumptus eſt: ut nos diuinitatis ſuæ tribueret eẽ participes. Itaq; aſcẽdẽs ſup oẽs coelos/ſedẽſq; ad patris dexterã in excelſis/ſacri dona myſterii largitus eſt: ac ꝓmiſſum ſpũm ſanctũ in filios adoptionis effudit. Huius lumĩe illuſtratæ fideliũ mẽtes/tũc tãdẽ noſſe potuerũt: quoniã optimus & æternus pater cũ unigenito filio & ſpiritu ſancto/unus eſt Deus: unus eſt dñs: ut a cõfitẽtibus uerã ſempiternãq; deitatẽ/quæ nobis diuinitus reuelata eſt: & in ꝑſonis ꝓprietas: & in eẽntia unitas: & in maieſtate adoreẽ æqualitas. De huius munere uenit: ut ꝑ uiaticũ ſalutare/ꝑtioſi corporis & ſanguinis domini æterno & icõmutabili bono/perẽne ac foeliciter ꝑfruamur. Quæ oĩa uni electo Dominico gregis tributa ſunt: dum illũ bonus paſtor ꝑ beatos Apoſtolos cõtinua ꝓtectione cuſtodit: atq; iiſdẽ rectoribus gubernaẽ: quos tanti opis Vicarios eidẽ gregi cõtulit præeſſe paſtores. Ad feſta igitur uẽtura nos præparet: & quas nunciaturi ſumus ſolẽnitatũ gaudia/lætos diuina pietas ꝑtingere nos cõcedat. Eius iteruenientibus præcibus: atq; adiuuantibus meritis: quæ unigenitum Dei filium/Deum ex ſubſtãtia patris ante ſæcula genitum/hoĩem quoq; de puriſſimis ſanguinibus in ſæculo naſciturũ: Spiritus ſancti obumbratione cõcepit: & uirginitatis gloria permanẽte lumẽ æternum mundo effudit Ieſum Chriſtum dominũ noſtrũ. Ille ipſe nos quæſumus uenturus iudex/ſtatuat inter oues a dextris eius: & patris benedictione donatos/ac coeleſti pabulo refectos/ad ĩmortalia præmia deduci faciat beatorum. Cuius Maieſtatẽ laudant Angeli/atq; Archangeli: Cherubin quoq; ac Seraphin & Virtutes coelorũ omnes glorificant in ſæcula ſæculorum. Scitote igitur fratres chariſſimi &c.

Augustini Dathi Oratio. XI. Ad idem.

Lætemur fratres chariſſimi/qđ ꝑ natiuitatẽ Saluatoris/atq; icarnati uerbi myſteriũ noua mẽtis nr̃æ oculis lux ſupnæ claritatis iſulſit: & æterno patri coæternus filius i ſubſtãtia nr̃æ mortalitatis apparẽs noua nos imortalitatis ſuæ luce reparauit. Qui ſacri iſtitutiõe ieiunii uitia cõprimit: mẽtẽ eleuat: ꝑfectã uirtutẽ imarceſſibilia largiẽ & ꝑmia. Et humani generis ſalute i ligno crucis cõſtituta: ac per lignũ deuicto hoſte: q in ligno uicerat/figuratus agnus/ſalutaris uictima/uere digna hoſtia/ueꝝ paſcha noſtrũ imolatus eſt Chriſtus. Quæ aũt ex peccati labe fluxerat mortẽ noſtrã moriẽdo deſtruxit: & uitã reſurgẽdo reparauit. Cũq; ſublatis æternalibus portis glorioſus reuixiſſet a mortuis: & multiſariã reſurrectionis ſuæ gloriã oſtendiſſet: tandẽ diſcipulis oĩbus manifeſtus apparuit. Et ipſis cernẽtibus eſt eleuatus in coelũ: ut nos diuinitatis ſuæ tribueret eẽ participes. Itaq; aſcẽdẽs ſup oẽs coelos/ſedẽs ad dexterã patris: quos ꝑcipue i mũdo dilexerat: ſeptẽplici munere donauit: & ꝓmiſſum Spũm ſanctũ i filios adoptionis effudit. Cuius lumĩe illuſtratæ fideliũ mẽtes/tunc tandẽ noſſe potuerũt: quoniã oĩpotẽs pater cũ unigenito filio & ſpiritu ſancto unus eſt Deus: unus eſt dominus. Vt a cõfitẽtibus uerã ſempiternãq; deitatẽ: in ꝑſonis ꝓprietas: in eẽntia unitas: in maieſtate adoreẽ æqualitas. Et adiecto ꝑtioſi corporis & ſanguinis domini myſterio/ac ſalutari uiatico/uiã ueritatis ſectantibus/facilis ad coelos aditus/ac certus ad imortalia regna ꝑbereẽ igreſſus. Quæ oĩa Dominico gregi tributa ſunt: quẽ bonus paſtor ꝑ beatos Apoſtolos ſuos cõtinua ꝓtectione cuſtodit. Dum iiſdẽ rectoribus gubernaẽ: quos tãti opis Vicarios eidẽ gregi cõtulit ꝑeſſe paſtores. Ad feſta igitur uentura nos præparet: & quas nunciaturi ſumus ſolẽnitatum gaudia/lætos diuina pietas ꝑtingere nos cõcedat. Per ſanctã interceſſionẽ eius: quæ unigenitũ Dei filium ante ſæcula genitum/mox hoĩem quoq; in ſæculo naſciturũ/Spiritus ſancti obumbratione cõcepit: & uirginitatis gloria ꝑmanente/lumẽ æternum mundo effudit Ieſum Chriſtũ dominũ noſtrum. Per quẽ æterni Principis maieſtatem laudant Angeli atq; Archãgeli: adorant Dominationes: tremũt poteſtates. Coeli coeloꝝ uirtutes/ſancta Cherubin/ac beata Seraphin glorificant in ſæcula ſæculoꝝ. Scitote igitur &c.

Augustini Dathi Oratio. XII. De laudibus glorioſiſſimæ Virginis matris Dei Mariæ.

Admonet hodierna ſolẽnitas: cogit iuſte iꝑãtiũ auctoritas: ſuadet obediẽdi uolũtas excelſi Domini/ac excellẽtiſſimi patres: ut de itemerata Virgine & glorioſiſſima Dei matre ꝑpauca: cũ multa nequeat ibecillitas mea/in mediũ ꝓferẽda eẽ/uideanẽ. Vna cunctis ſæculis extitit: q̃ mortalis cõditionis dignitatẽ antecelleret: & gloriã Maria inclyta Regina coeloꝝ. Quæ uel in ipſo matris utero a totius peccati labe atq; culpæ oĩs exẽpta cõtagio/æternæ ꝑdeſtinationis foelicitatẽ auſpicata eſt. Quæ mundo exorta quaſi ſtella matutina & aurora ueri Solis ꝓnuntiata/uẽturo Saluatori puriſſimũ habitaculũ ꝑparauit. A Gabriele Archãgelo ſalutata/cõcepit de Spiritu ſancto: ac grauis facta cõfeſtim/humanæ pignus redẽptionis accepit. Illum geſtauit in utero: quẽ ꝓcurſor glorioſus/matris aluo clauſus/& ſenſit & admirãdo exultauit gaudio. Quãdo & benedicta inter mulieres a cognata Helyſabeth ꝑdicata ẽ: & benedictus fructus uẽtris eius. Quippe quæ Saluato-

rem mundi genuit:& poſt partum uirgo pmanſit. Sed & quē adorat multitudo Angelorꝫ/anno.xiiii.cōcepit ætatis:quintodecimo peperit:legitimo tpe pſentauit in tēplo. Tres circiter ac.xxx.cū illo uixit annos. Ad duodecim (ut pleriq; tradūt) poſt filii paſſionē ſupſtes/tandē ad regni gloriā trāſlata & in cœlū aſſumpta ē. Exaltata ſuper choros Angelorꝫ ad ſuperas beatorꝫ ſedes ſiue in corpore ſiue extra corpus/fateť ſe neſcire Hieronymus. Vel ſi cū Auguſtino ſentire maluimus:& aīa ſimul & corpore: uel qđ ſanctæ mulieri Saxoniæ diuinitus reuelatum eſt. Prius quidē aīa:mox uero etiā corpore. Nunc cum eo:quē eundem patrem habet/& filium cœleſtis regni aſſecuta immortalitatem æuo ſempiterno fruitur. Et illum ītuetur glorioſum in cœleſti ſolio:quē paſſum aſpexerat pro ſalute humani generis in crucis patibulo. Quo nos magno empti pretio/ſupplices deprecemur illam: quæ hunc ſalutis auctorem mundo edidit:& illum ſacris lactauit uberibus:ut eius interueniente ope:uiuentes in hoc ſæculo/mundi huius uitemus inſidias. Et corporum laxati uinculis/non quidem per ſpeculum in enigmate ſed glorificati Deum/faciem uideamus ad faciem. Ac ueſtra deniq; præclara ciuitas fieri mereatur templum domini. Vos cum beata Virgine ſacrarium ſpiritus ſancti:noſq; omnes eadem optima uiuēdi duce poſt mortalis uitæ curſum æternæ fœlicitatis palmam aſſequamur/& gloriam. Volente illo:qui per ineffabilem bonitatem dedit hanc dulciſſimam patriam glorioſiſſimæ Virginis patrocinio gubernari. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XIII. De aſſumptione Virginis:quam habuit ad cœtum Florētinorum in eccleſia cathedrali/cum Pius ſecundus Pontifex maximus Senæ ageret: & turba frequentiſſima Epiſcoporum & maximorum patrum/ac ciuium Florentinorum & Senēſium adeſſent.

MAgnæ feſtiuitatis celebritas/mutui amoris cōmemoratio/ueſtrorum meritorꝫ amplitudo ornatiſſimi cōſeſſus ſplendor optimi/ac reuerēdi patres & præſtantiſſimi uiri non indiſerti hominis incultam orationē:ſed eloquētiſſimi uiri facundiam poſtulare nō īmerito uidebātur. At me dicere & obedire cōpellit generoſi ac magnifici Equitis auctoritas/eius quē hæc Reſpublica & Senēſis populus huius ſacratiſſimi templi amminiſtrationi præfecit. Proximis nāq; diebus celebrata eſt: & hodie quoq; recoliť glorioſa ſolēnitas:in qua Regina cœli:domina Angelorꝫ:ianua paradiſi:fons uirginitatis & pudoris:ſpeculum ſanctitatis: exemplar uirtutum oīum:tutiſſimus mortalium portus:ac ſingulare ꝑfugiū/glorioſiſſima mater Chriſti aſſumpta eſt ad ethereū thalamū:& peracto mortalis æui curſu/rebus derelictis humanis/exaltata eſt ſup choros Angelorꝫ ad cæleſtia regna:ubi cū illo uiuit:& īmortali atq; īmarceſcibili gloria fruitur:quæ noſtræ ſalutis auctorē genuit æterni patris unigenitū filium:quē ſi cœli & mundus totus capere nō potuit:ſola meruit ob ineffabilem uirginitatis atq; humilitatis magnitudinē intra uteri anguſtias/mundi Redemptorē piiſſimū cōtinere. Hunc nos celebrem/ac lætiſſimū diem agimus:& quoniā amicorꝫ oīa merito debēt eſſe cōmunia:ueſtra & optata præſentia/& cōmuni participatione/multo cērte alacriorē/ac iucundiorē ītuemur. Nā ſcite & præclare. F. Quintilianus nō reperio/inquit/qđ in rebus humanis excogitauerit natura pſtantius amicitia:quā laudās diuinus doctor Caſſiodorus/ait. In humāis rebus nihil dulcius īueniť:nihil ſanctius appetiť:nihil fructuoſius cuſtodiť: habet.n.fructum uitæ:quæ nūc eſt/& futuræ:amicitia ꝓpria ſuauitate uirtutes alias cōdit:aduerſa tēperat: Iuſtitiā cōponit: triſtitiā iucūdat. Hæc uero īter Florētinos ac Senēſes maxime ꝑfecto uiget:floret ac plurimū:q quēadmodū proximis finibus iuncti ſunt:ita arctiſſimo amoris uinculo & naturali quodā atq; īdiſſolubili Charitatis fœdere copulanť. Atq; ob ſummā aīorꝫ cōcordiā/tuendæ pacis/ac ſeruādæ Iuſtitiæ cōmune ſtudium: ob præcipuū deniq; tum in diuinis/tum in humanis rebus/cum beniuolētia & charitate cōſenſum non iniuria uno ſpiritu uiuere creduntur. Qui igitur ad pclariſſimā huius diei ſolēnitatē pie/amice atq; humaniter cōueniſtis/maximis uos laudibus digniſſimos iudicamus/& pium glorioſiſſimæ Virginis cultū/atq; ſummā illi exhibitā uenerationē acceptiſſimam ferimus:tamq; ab ea ciuitate/quæ flore eximiæ laudis & maximarꝫ rerꝫ oīum ſplēdeſcit: atq; enitet gloria. De qua præſertim ab indocto uiro & in his temporū anguſtiis ſileri ſatius eſt/q̄ exiliter prædicari.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XIIII. De Saluatoris aduentu coram ſummo Pontifice & ſacro Cardinalium cœtu.

NOn ignorabā ſanctiſſime Pontifex/ac Reuerēdiſſimi in chriſto patres:q magnis atq; ampliſſimis de rebus orationē foret habiturus/ei nō tam hoīs eloquio/q̄ potius Angelorꝫ linguis (ut ita dixerim) ut ſupra humanū ingenium facultate opus eſſe. Veteres nāq; tum apud Græcos/tum etiā apud Romāos eloquētiſſimi Oratores:ſi forēſem cauſam acturi eſſent / ptimeſcere plerūq; ac formidare conſueuerunt. Quanto igiť magis imperito mihi/grauiſſimūq; hodierno die onus ſubituro / & iniiciebať metus & ſilētiū cōgruebat ea in re quā nullū dicēdi genus ſatis explicare poſſit:niſi īploratū īteredēte glorioſiſſima uirgine Dei genitrice Maria cæleſte ſubſidiū & tuæ ſimul beatitudinis/ac tot reuerēdiſſimorꝫ patrum explorata clementia/ ad ſuſcipiēdā tam difficilē ꝓuinciā/nō nullā fiduciā pbuiſſent. Verū ne ab inſtituto ꝓpoſito noſtra diſcedat oratio/ſacratiſſimi Euāgelii lectione hodie nobis præclara Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti natiuitas indicať. Deus nāq; æternus cōditor/atq; omnipotēs pater qui pro ineffabili bonitate mundū condidit uniuerſum:cunctis quæ effecerat ammirādis operibus hoīem præfecit:quaſi dominatorē oīum:quæ procreata ſunt:& per uiſcera miſericordiæ eius/gloria & honore inſuper coronauit:& creaturarū pœne oīum uarietatē/hoīs ſubiecit imperio:ut itelligi facillime poſſit/quāta ſit illius erga humanū genus/quāq; ineffabilis atq; inaudita dilectio. Præſertim uero ſi creationis ipſius finē atq; cauſam ſolerti ſtudio ſcrutari ac pſpicere uoluerimus. Nā idcirco condidit Deus hoīem: qđ ſacra liqdo teſtanť eloqa:ut cæleſtis hæreditatis particeps hō fieret:atq; īmortalitatē ſimul aſſequereť/& gloriā. Quibus qdē magnis atq; ammirādis muneribus/cū ſeſe hō p diuini mādati præuaricationē/& p peccati labē exuiſſet:miſerta humanæ cōditionis diuina pietas/p incarnati uerbi myſterium/rurſum adipiſcēdæ beatitudinis iter apuit:mortalis lapſus ruinā ſalutari remedio reparauit. Itaq; adueniēte plenitudine tēporis / & ipſo articulo inſtāte gratiæ:q a Saluatoris aduētu ſūpſit exordiū:miſit deus filiū ſuū/quēadmodū Galathis ſcribit Apoſtolus: Natum de muliere:factum ſub lege:ut eos qui ſub lege erant/ redimeret: ut adoptionem filiorum dei recipere-

mus. Proinde a regalibus ſedibus uenit: qui nobis pietatis & iuſtitiæ uiam pãderet: qui luce patefacta ueritatis & mundũ cunctis purgaret erroribus: & hominum mentes: quæ in ſumma rerũ ignoratione & cæcitatis caligine uerſabant̃: ad contuendã ſuperni fulgoris claritatẽ perduceret. Hic eſt nimirũ: quẽ Ioães Baptiſta poſt ſe uenturum prædixit: cuius calciamenti corrigiam ſoluere nequaq̃ dignũ ſeſe arbitrabat̃. Cuius & præiuit aduentum: ut pararet uiam domini: & rectas faceret ſemitas Dei noſtri. Hic eſt ille: qui poſt Ioannẽ quidem de matre ſine patre natus eſt: de Spũ ſancto conceptus: ſed ante ſæcula oĩa ex patre genitus ſine matre. Duplicẽ uero piiſſimi Saluatoris aduentũ: quẽadmodũ ſancta repræſentat eccleſia: ita quoq̃ ſacri eloquii oracula ꝓdiderunt. Nã & in humilitate uenit dominus & ſaluator noſter Ieſus Chriſtus: cũ formã ſerui accipiẽs/exinaniuit ſemetipſum: & ad redemptionem generis humani perficiendã/carnẽ ſcilicet aſſumpſit humanã. Vere nanq̃ aduenire dñs tradit̃: qui ubiq̃ per inuiſibilẽ Maieſtatis ſuæ præſentiã adeſt: dum aſſumpto eo/qđ uiſibile eſt: uiſibilẽ ſeſe obtutibus noſtræ carnis oſtendit. Quod utiq̃ tum factũ eſſe non ambigit̃: quãdo uerbũ caro factũ eſt: & habitauit in nobis: quũ uiſitauit & fecit redemptionẽ plebis ſuæ/& habitantibus in regione umbræ mortis/lucẽ ſupnæ claritatis infudit. Ac tum quoq̃ affuturũ ſine dubitatione cenſemus/quũ uiderimus filiũ hoĩs uenientẽ in nubibus cœli/non quidẽ in humilitate: ut in priore illo/quẽ prædiximus aduentu: ſed cũ uirtute magnã potius/ac maieſtate: quemadmodũ ſacri Euangelii teſtimonio & ipſius Saluatoris uoce perſpicue cõprobat̃. Venit iam tandẽ igit̃: nec certe diutius cũctatus eſt/expectatus Redemptor/ac deſideratus cunctis gentibus: quẽ ueteres patres præſtolati ſunt ad redimẽdos utiq̃ illos: quos ſub peccati duriſſimo iugo uetuſta ſeruitus detinebat: nũc facti ſunt magni deſiderii cõpotes cũ nato dño. uiderũt oẽs termini terræ ſalutare eius: uiderũt tẽpus acceptabile: dies optatæ ſalutis cõſpexerunt: quos Prædicator ueritatis annunciat. Puer natus eſt nobis: filius datus eſt: ut magnus Propheta inquit. Sed quorſum natus: quẽ ad finẽ datus nobis? Quo tandẽ unigeniti filii Dei in carnẽ aduentus/& noſtræ carnis tẽdit aſſumptio? Ad humani generis ſalutẽ ammirabile ſpectare ſacramentũ negare poſſit nemo. Siquidem Apoſtolo teſte/uult Deus oẽs hoĩes ſaluos fieri. O mirã æterni conditoris clæmentiã. O ineffabilẽ diuinæ prouidẽtiæ largitatẽ. Quæ tanta uis ingenii: q̃ tã magna dicẽdi copia: quodnã eloquẽtiæ flumẽ: tanti myſterii dignitatẽ: tam incredibilis pietatis & miſericordiæ ſatis poſſit dignis laudibus enarrare præconium? Quis porro tam præclarus Orator: quiſue eximia doctrina præditus philoſophus: q̃ ĩcarnati uerbi ammirabile ſacramẽtũ aut uerbis explicare queat aut mente & cogitatione cõplecti? Verbũ caro factũ eſt: Ioannes præcipuus cœleſtiũ arcanorũ indagator: q̃ accũbenti Saluatori ſupra pectus eius in cœna recubuit: uoce cunctis antea inaudita ſæculis mirabiliter/ac uehemẽter ĩtonuit. Verbũ inq̃t: caro factũ eſt: & habitauit ĩ nobis. Sed qđ nã uult ſibi uerbũ carnẽ factũ: niſi æternũ uerbum ſplẽdore patris (ut ait Apoſtolus) patri coæternũ: & figurã ſubſtãtiæ eius/noſtræ carnis & mortalitatis inuolucra ĩduiſſe? Verbũ qđ ẽ ĩgenitus Dei filius: & añ ſæcula natus aſſumpſit: Sed qđ nã aſſumpſit? Carnẽ aſſumpſit humanã. Et ima ſummis copulata ſunt: & diuinitatis atq̃ humanitatis natura in unã perſonã iuncta ẽ. Quã uero prædixit Vates ſacratiſſimus Eſaias: Virgo cõcepit peperit filiũ: uocatũq̃ eſt nomẽ eius Emanuel: qđ utiq̃ Hebreorũ uerbũ/noſtrate ſermone ĩterpretat̃ nobiſcũ Deus. Vere nãq̃ nobiſcum Deus: quoniam uerbum caro factũ eſt: & habitauit in nobis. Et quẽ ſacra ꝓphetarũ oracula cecinerunt: Dei filius factus homo iam tandẽ in terris uiſus eſt: & cũ hoĩbus cõuerſatus eſt. Nẽpe res mira/& humanis ſenſibus haud quaq̃ peruia: diſpariũ rerũ ꝑ incarnationẽ filii Dei carnis & uerbi iungit̃ cõtuberniũ. Nũc ueritas de terra orta eſt: & iuſtitia utiq̃ de cœlo ꝓſpexit. Quando quidẽ ꝑ aduentũ Saluatoris Ieſu Chriſti rorarunt cœli deſuper: nubes pluerũt iuſtũ: terra apta eſt: ac pullulauit Saluator. Id nãq̃ Hebræorũ lingua/Ieſu nomẽ ꝑſonat: qđ & uocauit Angelus miſſus a Deo: prius q̃ in utero cõciperet̃. Atqui ꝓꝑ ſalutarẽ huiuſmodi diuinitatis & humanitatis unionẽ/ac ꝓꝑ incarnati uerbi incomprehenſibile ſacramẽtũ accedat hõ ad cor altũ: & cũ origine tãti myſterii ſolertiſſimo cõtẽplatore cõſideret ſtupẽdam cõpagem: inauditam permiſtionẽ aĩo mẽteq̃ uolutet: qua Deus & homo: mater & uirgo: fides & cor humanũ ad inuicẽ cõiungunt̃: ſublimitas diuinæ ꝑtãtis dubio ꝓcul illuſtrata ẽ: quæ & de nihilo uniuerſa initio cõdidit: & ꝑ aſſumptionẽ carnis/extrema quæ ſuapte natura lõgiſſime opponunt̃. Cœleſte ac terrenũ/imũ atq̃ ſummũ/finitũ & infinitũ copulauit ĩ unũ: qđ multo añ ꝑ Spũm ſcũm intuitus atq̃ ammiratus Eſaias: Generationẽ eius inq̃t/quis enarrabit? Diuina eluxit ſapientia: quæ ad redimẽdã hoĩs naturã: q̃ duriſſimis captiuitatis cõpedibus tenebat̃: eam mirabile dictu rõnẽ excogitauit: quã callidus humani generis aduerſarius atq̃ antiquus hoſtis conjectare nõ potuit. Siquidẽ delitеſcẽs in carne diuinitas/Diabolũ latuit: atq̃ ita reparationis noſtræ ſacramẽtũ hoſtis ille ꝑfidus ignorauit. Multifariã ĩnotuit nobis: ac patefacta eſt diuina benignitas: q̃ non utiq̃ ꝓꝑ ſe: uerũ ꝓꝑ noſtrã ſalutẽ carnẽ qdẽ ſuſcepit humanã: ut qui mãdatũ nouũ dederat: ut inter nos diligeremus: ipſe ĩprimis ſummæ atq̃ ardentiſſimæ dilectionis laxaret habenas. Illud Apoſtoli & uerũ & ꝑſpicuũ teſtimoniũ eſt/dicẽtis. Propter nimiã charitatẽ: qua dilexit nos: miſit Deus filium ſuum. Quamobrem non temere gaudere debemus: & quidem gaudio magno ualde: quia natus eſt nobis hodie Saluator mundi. In cuius diebus orta Iuſtitia eſt: & abundantia pacis. Lætemur omnes: ac profuſis exultemus gaudiis. Timorem omnem cũ paſtoribus cuſtodientibus uigilias noctis prorſus abiiciamus. En prolapſus de cœlo Angelus/nolite timere/inquit. Ecce. n. euangelizo uobis gaudium magnũ: quod erit omni populo: quia natus eſt hodie ſalutis auctor. Cui cœlũ/terra/maria oĩa ſeruiunt: omniaq̃/quæ in eis ſunt. Quem adorat multitudo cœleſtium militiarum: quem ſupera & infera omnia uenerant̃: cui aſſiſtunt beatorum cœtus: Principatus omnes/ac Dominationes obediunt: tremunt poteſtates. Qui ſi unus pro nobis fuerit: erit certe contra nos nemo. Nec immaniſſimi hoſtis Maumetis præualebit inſania. Non truculenta Turchorum rabies: non ueſana Barbarorum gentium poterit obeſſe malignitas. Chriſto Duce/uel unus fugabit mille: & duo fundent decem millia. Non enim in fortitudine equitum non: numeroſo exercitu: non armis/& bellica uirtute: ſed ĩ diuina ope & incarnati uerbi ſingulari præſidio/uincendi oĩs ratio/ac ſpes tota ſita ẽ. In hoc uno qui cõfidũt/nullius pertimeſcunt inſidias: ac faciliime optatæ fiunt uictoriæ cõpotes. In cuius manu omnis pote

ſtas eſt:cuius Imperium nullis finibus circũſcribitur:nullis terminis clauditur:coelo/terra/inferis lõge lateq; ꝓpagatur. Bene igiẽ ammonuit coeleſtis nuncius/prorſus nihil eſſe extimeſcendũ. Prodiit in lucẽ lux uera:quæ illuminat mundũ oĩm:qua exorta/tenebræ pelluntẽ:mortis caligo diſcutiẽ: & ad debellandã ſæuiſſimi hoſtis imanitatem/certa & inexpugnabilia auxilia præparantẽ. Regnat ſup nos hodie Saluator mũdi. Hic cõtundet ceruices hoſtium:auferet bella uſq; ad finem terræ. Arcus fortiũ conteret:& confringet arma:& ſcuta comburet igni. Solus nãq; exaltatẽ in gentibus:exaltatẽ in terra uere dominator dominus. De cuius natiuitate gaudent Angeli: lætanẽ Archangeli:exultant iuſti:iubilat multitudo coeleſtis exercitus/laudans deum/atq; inquiens: Gloria in altiſſimis deo:& in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Proinde lætum hunc atq; hilarem ſumamus diẽ:in quo Redemptor orbis uenit in mundum:& ſublimẽ deprecemur Maieſtatẽ eius:qui præfinito tẽpore ruſum uenturus eſt/ac iudicaturus uiuentes & mortuos:ſalutarem nobis ĩcarnationis ſuæ largiatẽ effectũ: ut deleta peccatoꝶ oĩum labe coeleſtẽ atq; ĩmortalẽ gloriam adipiſcamur:te aperiẽte ianuam regni coeleſtis: cuius claues tibi pater ſanctæ traditæ ſunt ab eo:qui per infinita uiuit ſæculorum ſæcula. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XV. Quum Epiphaniarum celebritate/ Chriſtianæ concioni conuocatæ in templũ feſta totius anni ſolemnia nunciantur.

HOdie fratres chariſſimi celeberrimus Epiphaniaꝶ dies/pia deuotione celebratẽ. Vere nãq; lux mũdo inſoliti fulgoris & coeleſtis claritatis effulſit. Sedenti in tenebris populo/& ambulantibus in regione umbræ mortis/ortus ẽ Sol iuſtitiæ: & diuturnis ſæculis expectatus/iã tandẽ in terris uiſus Saluator/ & cunctis gentibus manifeſtus eſt dominus in noſtræ carnis inuolucro:quæ ĩuiſibilis erat:mortalibus hodie uiſibiliter apparuit ſuprema diuinitas. Hũc hodie ſtella/q̃ Magos duxit/in præſepio patefecit: uox æterni Patris & Spũs ſcũs in Columbæ ſpecie/in Iordanis fluuio declarauit:aqua in uinũ uerſa/in nuptiali manifeſtauit conuiuio:panum multiplicatio/& cophinoꝶ exuberantia in deſerto monſtrauit. Qui igitur pro ſalute noſtra/ut nos reconciliaret/in mundũ uenit:ut nos redimeret/crucis pepẽdit in ligno:ut nos glorificaret:ſurrexit a mortuis: ut peruiũ iter mõſtraret:ad coelos aſcẽdit:ut ſanctificaret:Spũs ſancti muneribus donauit:ut beatos faceret:trini & unius dei fruitionẽ oſtendit:ut in arduo difficultatis itinere/uiaticũ ſalutare præberet: carnẽ in cibũ/ ſanguinẽ ſuũ in potũ dedit:ille nos & in præſenti ſæculo gratiæ ſalutaris/& in futuro ſempiterno æuo participes glorioſæ ĩmortalitatis efficiat. Vt quẽadmodũ ad ſanctã Ieruſalem ammirabilis Stellæ ductu/hodie Magi ꝓfecti ſunt: & ad regem auro:thure deum:myrrha hominẽ teſtati ſunt:ita nos ad supernã Ieruſalem dignetẽ perducere: qui oĩa mirabili diſpenſatione gubernat:& ſacra ſolemnitatum myſteria recenſeri uoluit ad eius gloriam & ad noſtræ ſalutis ac redemptionis effectum. Proinde ſcitote dilectiſſimi noſtri &c.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XVI. Ad idem.

HOdie ſancta mater eccleſia dilectiſſimi/ſacra recenſet ſolẽnia:q̃bus ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti diuina myſteria recoluntẽ. Vt in ſancto Ephiphanaꝶ die:in quo noſtræ mortalitati uerbũ caro factum eſt. Deus homo multifariã patefactus eſt:& ex inuolucro carnis/ineffabilis eius diuinitas eluxit nobis:primum glorioſa ac celebri adoratione Magoꝶ:tũ aqua in uinũ uerſa ſacri atteſtatione miraculi:tũ ſanctæ atq; indiuiduæ Trinitatis/ammirabili atq; ꝑſpicua ꝑſonaꝶ demõſtratione:cũ pater in uoce:Filius in carne ſe ſe oſtẽdit nobis:Spũs ſcũs in Columbæ ſpecie. Merito igiẽ Saluatorẽ noſtrũ paucis ante diebus carnẽ noſtræ immortalitatis aſſumpſit:ab ultimis terraꝶ ꝓfecti finibus Reges adorãt: Reges Tharſis & inſulæ munera offerũt: Reges Arabũ & Sabba dona adducũt:nos quoq; ſũma deuotiõis pietate ueneremur:q ꝓ nobis natus/paſſus ſepultus/ſurrexit a mortuis:coelos aſcẽdit:ſacris Apoſtolos Chriſmatibus ĩſigniuit:hũanæ ſalutis atq; redẽptionis nr̃æ ſancta myſteria cõſumauit. Scitote igiẽ dilectiſſimi:q̃ ꝑ anni circulũ feſta ſunt celebrãda ſolẽnia. Erit igiẽ &c.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XVII. Ad Deum in honorem diui Bernardini Senenſis.

DEus qui humanum genus/miro ſemper amore proſequeris/& benigno/ac ſalutari nunquam deſeris auxilio:præſta quæſumus: ut qui beatum Bernardinum Confeſſorem tuum & doctrinæ & ſplendore & miraculorum gloria illuſtrare uoluiſti:eundem apud tuam clæmentiam/ perpetuum pro nobis interceſſorem habere mereamur. Per dominum noſtrum &c.

¶ Oratio. XVIII. Secreta ad idem.

DA nobis quæſumus domine intercedente beato Bernardino Confeſſore tuo/ optatum ſacramenti ſalutaris effectum:& quod noſtra fragilitas obtinere non poteſt: dignare nobis eiuſdem placatus precibus/benigne conferre:Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum:&c.

¶ Oratio. XIX. Poſt communionem Ad idem.

QVæſumus omnipotens & miſericors Deus: ut pium in nobis perficias ſanctæ religionis effectum: & Confeſſoris tui Bernardini adiuuantibus meritis: quod ore contigimus ac pia deuotione ſuſcepimus: & ad ſpiritualem nobis conferat medicinam: & ad æternæ ſalutis proficiat incrementum. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum:&c.

¶ Item Oratio. XX. Ad idem.

PRecibus domine ſupplicantis populi propitius ac benignus intende: & qui beati Bernardini ſolemnia colimus:tribue nobis illius meritis:ut expiata peccatorum omnium ſorde/ ad tua ſancta celebranda myſteria/pura mente accedere ualeamus: Per dominum noſtrum:&c.

¶ Item Oratio

¶ Item Oratio. XXI. Ad idem.

REfectos dñe ſanctis ac ſalutaribus ſacraměńtis/ſac nos q̃ſumus per ĩterceſſionẽ beati Cõfeſſoris tui Bernardini:cuius hodie natalicia celebramus/& deſpicere ſemper terrenã labem: & æternum atq; incommutabile bonum/tota mentis dilectione complecti:Per dominum noſtrum:&c.

¶ Item Oratio. XXII. Ad idem.

OMniſpotens ſempiterne Deus: qui pro ineffabili dono pietatis glorioſum Confeſſorẽ Bernardinũ/& ſancti nominis præconio/& euangelice doctrinæ inſtitutione illuſtrare uoluiſti:præſta quæſumus: ut illius interuenientibus precibus/& uirtutem conſequi:& ſolutis corporum uinculis/ad æternæ uitæ gloriam peruenire mereamur. Per dominum noſtrum:&c.

¶ Item Oratio. XXIII. Ad idem.

DIgnare nobis domine celebrandi myſterii effectum impendere ſalutarem:& illum tota mente diligere:quem beatus Confeſſor Bernardinus & firmiter credidit; & ardenter prædicauit Saluatorem Ieſum Chriſtum dominum noſtrum:&c.

¶ Auguſtini Dathi Orationis Thomos. XXIIII. Q ua optimũ aſſerit eſſe ordinẽ: ut totius uel uerbi/uel operis/ & a Deo nobis origo ſumatur:& in Deum conſumatio referatur.

DIuini numinis ꝓuidentia oĩa aministrari & regi/atq; illinc manare oĩa:inde oẽ præclaꝝ donũ ac pfectũ proficiſci munus:qui negat:is nõ mõ impietatis arguẽdus eſt:ſed etiã extremæ dementiæ. Nã uerum bonũ/ſummũ bonũ ſcatens undiq;/innumerabiliũ bonoꝝ ſine dubitatiõe. Deus ẽ. Ad quẽ cũ acceſſeris/præſto ſunt tibi bona oĩa:a quo cũ diſceſſeris/nihil eſt:qd' uſpiã boni reperire queas. Solus ẽ: qui & beare hoiem põt:& expetẽda oĩa abũde largiri. Q uamobrẽ nõ ſolũ ſacri & diuini eloquii ſalutaria inſtituta: ſed etiã in uatũ ac Philoſophoꝝ uoces diuini cultus pietatẽ oĩ ſtudio nobis pſuadere conant. A tq; ut ommittamus eos:q ipſi cũ magnũ aliqd exordiunt/diuinã opem iplorant:is.n.pene ĩfinitus ẽ numerus: eos maxie referamus:q ante oĩa piam & caſtã diuini numinis uenerationẽ p̃ceperũt. Pythagoras nãq; ſũma auctoritate phũs uitã hoĩs rectã iſtituens/ĩmortales qdẽ inquit. Deos primũ/quẽadmodũ lege cautũ eſt/uenerare:& iuſiurandũ cole: a Dĩs ĩmortalibus ſumpſit initiũ:qbus primã ac præcipuã debemus pietatẽ. Q uod qdẽ merito laudamus:ſi illud exceptũ ſit:nõ plures. Sed unũ eſſe uenerãdũ Deũ:quẽ diuina oracula ꝓdiderũt. Iſocrates uir magna doctrina/ ac ſũma eloquẽtia ſcite p̃cepit hæc/inquiens. Primũ qdẽ:quæ ad Deos ſpectãt/uenerare:nec ſacris litandis ſolũ: ſed etiã iuſiurandi religione tuenda. Et illud qdẽ diuitiaꝝ affluẽtiã ĩdicat:hoc uero morũ ꝓbitatẽ. Cole Deũ cũ alias ſemp:tum uel maxime cũ ciuitate. Ita.n.uideberis & ſacrificia Dĩs ĩmortalibus exibere:& ſimul parere legibus. Q uid Xenophon Socraticus/nõne maxime pietatẽ colendã cenſet/cũ dicit: Cũ in paruis:tũ ĩ magnis inchoandis negociis primi motus a Dĩs ꝓficiſcant. Huiuſmodi quiddã apud. M. Tulliũ ĩ libris de Legibus/ ꝓditũ eſt a Dĩs ĩmortalibus/agẽdi nobis capiẽda primordia. Illa quoq; uetus Lex tradit/Diuos & eos q cœleſtes ſemp habiti/ colunto. Proinde fuit Romanoꝝ uetus ĩſtitutũ: ut & publice & priuatim/ ſumpto prius auſpicio:qd' ad religionẽ pertinebat:oĩa gererent. Nam quẽadmodũ prima officia deberi Dĩs ĩmortalibus manifeſtũ eſt:ita & in primis rebus diuinis dandã operã ſuademus. Q uod magnus Vates Virgilius Maro nequaq̃ prætermiſit: q ĩ hũc modũ cecinit/Imprimis uenerare Deos. Moderatus aũt Columella patrẽfamilias/qui larẽ ſuũ familiarem ſalutat/ante omnia Deos Penates iubet adorare. Nam ſi ab re diuina ſumat exordiũ/ plerunq; ipſe dies pulchro diſtinguitur ordine reꝝ. Itaq; Martialis quũ ſcribit/quid agat rure morans/ſic cecinit. Mane deos oro &c. Q uocirca Seuerinus Boetius recte inſtituere uiſus eſt/inuocandũ reꝝ oĩum patrẽ:quo prætermiſſo/nullũ rite fundat exordium. Ad eius igit opem cõfugiẽdũ eſt:ut inceptis oĩbus/ac uotis aſpiret. Adſit aũt ꝓpitius noſtris tũ cõſiliis/ tũ etiã actionibus. Ita.n.optima & ſtabilia iecilſe uidebimur noſtroꝝ operum fundamẽta/ Q uod Saluatoris diuina uox præcepiſſe creditur:quæ ait: Primũ quærite regnum Dei:& hæc oĩa adicientur uobis. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XXV. quæ quidẽ inuocatio quædã eſt ad Deũ in prĩcipio alicuius operis peragẽdi.

EXiſtimant uiri ſapiẽtes:q oĩbus de rebus p̃clare & ſplẽdide ſunt locuti:unũ quodq; humanũ opus ad optatum tãdẽ exitũ peruenire: ſi ab eius noĩe ꝓfectũ fuerit:cuius ꝓuidẽtia a moderatiõe cũcta regũt. Et.n.ut Magiſtro gentiũ ꝓdente:cognouimus:Deũ/trinũ atq; unũ eẽ cõſtat:ex quo oĩa:in quo oĩa: p quẽ oĩa. Et nos quoq; illius ineffabilẽ maieſtatẽ ſupplices deprecemur: ut nr̃æ actiones/ ac ſermo oĩs & ab eius noĩe ſumat exordiũ:& ad eius gloriã fœliciſſime dirigat. Ad quod quidẽ facilius implorãdum/intercedat pro ampliſſimis meritis primum alma ac glorioſiſſima Dei Genitrix: Apoſtoloꝝ principes Petrus & Paulus: Penates Regni huius:& noſtræ ciuitatis. N. & N. omnis deniq; cœtus cœleſtis/ac triumphantis exercitus.

¶ Auguſtini Dathi Orõ: Ac laudes panægyricæ diuoꝝ Auguſtini:Nicolai:Margaritæ:Theodoræ. Antiphona.

SAcerdos & Ponti. refulget in templo Dei Doctor inclytus Auguſtinus: coruſcat miraculorum claritate Præſul ſanctiſſimus Nicolaus: Exultat in conſpectu Dei Virgo prætioſa Margarita martyrii clara præconio: athletam Chriſti Hermetem.ſ.imitata germanum dono Dei illuſtris Theodora regna tenet cœleſtia.

Verſus.

Mirabilis Deus in ſanctorum ſplendoribus.

Reſponſorium.

Virtutem largitur & gloriam diligentibus ſe.

Oratio.

DA nobis quæſimus oĩpotens Deus p ſanctoꝝ tuoꝝ atq; electoꝝ pontificũ Auguſtini & nicolai: perq; beatarum uirginum ac martyrum Margaritæ & Theodoræ merita glorioſa/ ſalutẽ mentis & corporis:ut eoꝝ iugiter uenerandam memoriam pia deuotione recolentes/ & gratiam in præſenti ſæculo conſequamur:& gloriam in futuro: Per Chriſtum dominum noſtrum.

ℂ Auguſtini Dathi Senenſis Orationum Liber Tertius Fœliciter Incipit.

ℂ Auguſtini Dathi Oratio Prima de laudibus Senēſis patriæ & optima Reipublicæ gubernatione/& conſignatione uexillorum pro uetere illius inclytæ Ciuitatis ſingulo quoq; Semeſtri/ſeruata conſuetudine.

TRADVNT Veteres ſapientes uiri patres: qui oībus de rebus/tum grauiter/ac ſplēdide:tum ornate copioſeq; diſſeruerūt/nihil in cunctis humanis rebus eē maius:nihil melius:nihil oīno pſtabilius/q̃ concilia cœtuſq; hoium iure ſociatos/ quas uno ac ,pprio noīe ciuitates appellāt. Nam cū homo/ quē rōnis præſtantia lōge natura ſeiunxit a bellua/gregale ac ſociale ſit animal:tum is demū rectam uideť aſſecutus uitæ rōnem:ſi cōſtituta ciuitate:quæ diſciplina moribus cōſtat & legibus/ tēpus atq; ætatem oēm ad perfectū uitæ cultū/atq; ad uirtutis executionē accōmodauerit:ſi ad bene/laudabiliter/honeſte /tranquille/beate uiuendū aīum oēm cogitationēq; cōuerterit.Id uero nuſq̃ facilius q̃ in ipſa hoium conciliatione fieri poſſit. Quocirca maxime laudanť qui primi urbes cōdiderunt :& diſperſos montibus & ſiluis hoies/ac paſſim belluaꝝ more uagantes/ ad ſocietatem uitæ cōuocauerunt. Itaq; exiſtimant Sapientes/& quidē nō iniuria/ualde præclarum/urbē cōdere:multo præclarius/conditam inſtituere:longe uero præclariſſimū/iſtitutam recte gubernare. Horū primū mœnibus:legibus alterū:tertium Magiſtratibus probe conficiť.Et quidē urbiū conditores inſtar Deoꝝ in cœlum trāſlati ferunt.Legū latores maximis ubiq; gentium celebranť honoribus:optimi ciuitatū rectores & cōſeruatores imortalē gloriā in terris aſſecuti/beatiſſimas quoq; in cœlo ſedes adipiſcunť. Summis efferendi ſunt laudibus maiores noſtri uiri Senenſes:qui nobis præclare fundatā urbē reliquerunt:ampliſſimis decoratam ornamētis: ſanctiſſimis munitā legibus:optimis & inſtitutis & moribus tēperatā. Mitto urbis originem:de qua Galli præſertim Senones ac ueteres Romani certant;Siue Senas/ut pleriq;:ſiue Senam/ut Liuius:ut Appion Alexādrinus:& nōnulli præterea nobiles hiſtoriaꝝ ſcriptores/appellare malimus. Ac ſiue a Senonibus Gallis:quos per hæc loca(ut fama ē) Furius quondam fugauit Camillus:ſiue a Senis collibus:in q̄bus editis poſita eſt:ſiue potius a Senatus auctoritate;ut quidā arbitranť:ſiue deniq;:quod probabilius eſt:a cōditoris noīe:q per Romuli tēpora/prima huius urbis fundamēta iecit:Sena uocitata ē:illud certo affirmare poſſimus/matrē Senenſem populū ,pfiteri urbē Romā nō ſolū Latii decus:ſed etiā totius caput orbis. Siue ueterū quondā Romanoꝝ colonia:ſiue municipiū Sena fuerit. Indicāt cū alia documēta cōpluria:tum illuſtria ſignia/ac uetuſta monumenta Lupa nutrix: ac lactentes pueri Remus ac Romulus.In promptu ſunt huiuſce urbis laudes:nobilitas generis:amœnitas regionis:loci ingenium:uetuſta primordia:præclara ædificia:magnifica tecta:ingentia tēpla:auguſta/ac ſancta delubra:religioſiſſima phana: tum cœli clæmentia:lætitia ſoli:agrorum ubertas:terræ ac maris opportunitas.Illa præterea præſtantiora:Imperii dignitas:libertatis ſplendor:litteraꝝ ac ſtudioꝝ gloria:recta bene uiuēdi ratio/atq; inſtitutio:ammirabilis Reipublicæ diſciplina:optima legū atq; inſtitutoꝝ ſanctio:q̄bus certe laudibus/inter Etruriæ præclaras urbes/ Sena floret:& cū in pleriſq; cæteris impar habēda nō ē:tū nōnullis & q̄dē grauioribus ita pollet: ut multas nō æquare ſolū:ſed etiā ſuperare uideať. Sed hæc de his hactenus perſtrinxerimus ſatis. Verum nōnulla de optimo Reipublicæ ſtatu & ciuitatis cōſeruatione in mediū allaturi:de ciuitatis noīe/diffinitione/ diuiſiōe/paucula pferemus. Alia nanq; eſt urbis ratio:alia ciuitatis:alia reipublicæ:Et urbs quidē muros complectiť/mœnia/ ædificia/ pergama/tecta/uel ab orbe dicta:qđ in orbē antiquæ conderentur ciuitates:uel qđ urbare aratro definire eſt: & ab urbo parte & curuatura aratri appellata:qua olim mœnia ſignabanť:Ciuitas aūt ciuiū multitudinē/ & collectionē quandā:qđ & pſpicuū eſt: & uis ipſa uocabuli manifeſtat. Reſpublica uero/modus/ordo/diſciplina ciuitatis ac rōnes per quā bene ac recte uiuiť. Diffiniūt ciuitatē pleriq; magna eruditione ac doctrina uiri/collectā ciuiū multitudinem ad bene uiuendū coactam. Diffinit M. Tullius/magnus ſimul philoſophus & Orator in ſexto præſertim de Repub. libro conciliū cœtumq; hoium iure ſociatum. Diffinit Ariſtoteles Peripateticoꝝ princeps in Oeconomicis libris/multitudinem domoꝝ/agro & pecunia ſatis/ſuperq; abundantē ad bene uiuendum. Hæc utiq; omnia non nihil fortaſſe uerbo differunt:at re ipſa prorſus cōueniunt. Nā oium quæ modo expoſitæ ſunt/ diffinitionū illa una eadēq; ratio eſt:ut & plures & i unū collectos/& ad bene uiuēdū congregatos/ac iure ſociatos eſſe cōueniat. Quod oībus accuratius cōtēplantibus plane liquebit. Multifariā uero ciuitatē doctiſſimi ueteres partiri ac diſtribuere cōſueuerūt. Diuidiť nāq; ciuitas primo i domos & pagos. Hæ ſunt.n.partes eius. Et domus q̄dē multitudinē pſonaꝝ:cuiuſmodi ſunt maritus & uxor:parentes & liberi:dominus & ſerui. Pagi uero domoꝝ multitudinē cōtinēt. Diuidiť ciuitas pro Ariſtotelis ſnīa/in Principem/ conſilium/prætoriū/populū. Principē quidē ad imperandū:Conſilium ad decernendam:prætoriū ad iudicandū:populū ad parendū/atq; obtemperandū. Diuiditur ciuitas in tribus:unde & Tribuni:qđ his præeſſent appellati:quod quidē Romanæ urbis cōditor fecit Romulus/& Ramnenſes Tatientes luceres uocauit. Diuiditur ciuitas in Curias/Centurias/Claſſes. Quod tū Romulus ipſe:tū Seruius Tullius:& ueteres Romanoꝝ Reges feciſſe monſtranť. Diuidiť ciuitas in uaria diuerſoꝝ munerū loca:q̄lia apud Romanos. M. Cicerone cōprobāte/foꝝ:cāpus/roſtra/ſubſellia. Diuidiť ciuitas & i diuerſos plerūq; ordines/uelut Roma i nobilitatē/ac plebem/& harū mediū equeſtrē ordinē. Diuidiť ciuitas: & in diuerſa quoq; miniſteria/ueluti agricolarū ſunt qui uictū miniſtrant:artificiū q reliquū ſuppeditant uitæ cultū bellatoꝝ ac militū/q & parta tuenť & externas ,ppulſant iniurias:quēadmodū diſtinxit Hippodamus: Diuidiť ciuitas in uarios Magiſtratus:cuiuſmodi apud Romanos fuere:Dictator/Cōſules/ Prætores/ Quæſtores/ Tribuni/ Præfecti:Triumuiri/Aediles/alii item p multi: & ii præcipue:quos pulchre cōmemorat/atq; exponit Varro Latini quidam

tini quid ī parens elequii. Diuidiť ciuitas in res urbanas/ac bellicas/quaꝝ hæ robore/uiribus/animi magnitudine exerceanť in bello/illæ pacatis tēporibus potius cōſilio/equitate/Iuſtitia. Poſtremo diuidiť ciuitas in plura mēbra. Nā quoddā ciuitas/ac reſpublica corpus ē:quod recte oſtēdit philoſophoꝝ priceps Plato. Eius uero corporis plura ſunt mēbra:ſed caput principes ſunt ciuitatis/& maximi Magiſtratus/quod eleganter/& concinne Plutarchus Cheronæus autumat peripateticus apprime nobilis:oculi atq; aures/Prætores/ac Iudices:& oīno qui iuri dicēdo præſunt/cor patres Senatores/Conſiliarii/manus bellatores/& milites/Pedes agricolæ. Et eius loci/atq; ordinis inferioris hoīes:ſine quoꝝ opera:reliquum corpus ſubſtineri nequit. Sed cæteris prætermiſſis:quæ ad nomen: finitionē:diuiſionē pertinēt ciuitatis/pergamus ad ea:quæ cōſeruationē ſpectant:& optimū continent Reipublicæ ſtatū:non ex noſtro ducenda ſenſu:ſed haurienda potius ex Ariſtotelis/ac peripateticoꝝ fontibus: hoc quidē ordine/ut primū explicemus:quæ ad ciuitatē tuendā:rerū publicaꝝ rectores ſeruare cōueniat:deinde in qbus eoꝝ uerſari conſilia/tum illa adiciamus:quæ acuratiore ſtudio declinare. Nā qui Reipublicæ præfuturi ſunt:ut communi ciuiū utilitati ꝓſpiciant Ariſtotele duce:q præclaros de bene regenda Republica libros confecit:ita uigilare oportet:ut ciues a labe turpitudinis arceant:ut ne uel leuē quidē noxam permittendā intelligāt/ac ueluti in ſemine/nequitiā elidendā:obſiſtendū nanq; leuioribus:ne ſenſim ad grauiora ſerpať: ſi mortale genus procliue ad malū:dum ſemel cæpit labitur:& fuit nemo ēt poeta teſte:repente turpiſſimus:paruū initio errorē/ait ſummus philoſophus Plato:plerunq; tandē fieri maximū. Parua aūt ſæpe culpa:ſi crebrius repetatur:facile maioris turpitudinis incrementū ſuſcipiat. Neq; n. inſcite Plutarchus illud probat Heſiodi: ēt pauxillula adiectione ſi ſit forte frequenter:ingentem ſæpius aceruū conflari. Diſtribuendi aūt ſunt pro dignitate ciuitatis honores/ac maioribus afficiēdi:qui maioribus excelluerint laudibus:minoribus uero:qui uirture/& ſapientia inferiores extiterint. Id. n. maxime propriū iuſtitiæ eſt:eius quæ in diſtribuendo uerſatur. Sed & nemini inferenda iniuria eſt:nemini prorſum nocendum. Siquidē ita natura:æquitas/ratio/honeſtas præcipit. Eo nanq; pacto recte ciues habuerint:& præclare patebit ciuitas cōſtituta. Nō aūt ab re fuerit:ea ciues bonos extimeſcere/ quæ optimū queant aut infringere/aut labefactare ciuitatis ſtatū:ſi recte Reipublicæ firmamentū formido poniť: & parit (ſi Lactātio credimus) cautionē metus. Non is quidē/quem Stoici in perturbationibus numerāt/& a ratione recedit. Sed qui ita prudentiam:ut ira nonnunq̄ fortitudinem iuuat. Quare & apud ueteres Lacedæmonios timori dicatū templum oſtendit Plutarchus Chæronenſis:quod maxime Rempublicā timore cōtineri arbitrarenť. Pericula. n. & clades re quidem longiſſime:metu uero propiſſime ab eſſe præſtat: Quod ſi externa pertimeſcant ciues bella:nihil loci relinquetur in teſtinis ſeditionibus/ac ciuilibus diſſidiis/ac facile ciuiū animi iure cōcordes eadem ſpectabūt: una erit oīum uoluntas/eadē oībus in rebus cōſenſio:quæ utiq; uera eſt cōcordiæ ratio:& quædā proſpera uniuerſi Reipublicæ corporis ualitudo/ac firmitas ceu contra diſcordia triſtis lues:& ciuilis (ut ita dixerim) cōpagis direptio. Peſtis edax ac totius ciuitatis excidiū. Iure igiť ciuitates laudanť:quæ inſtitutis reguntť:& legibus: mō hæ ſanciantur:per quas facillime diſſenſionū oīum/ac diſcordiaꝝ auferanť ſeminaria/ac penitus tollanť e medio. Illud probant uehementer:qui de bene gubernanda republica præceperunt / ut in magiſtratibus deligendis/ delectus habeatur imprimis diligēs aſciſcendis bonis:iprobis reiciēdis. Nā qui ratione/fide/ integritate/ magiſtratus gerunt: iis potiſſimū credenda eſt:& cōmittenda reſpublica. Qui uero iniuria præfuerint/ac ſe ꝑperam geſſerint:ii nō ſolum a poteſtatibus repellendi ſunt:ueꝝ ēt pœna/ac digno ſua improbitate afficiendi ſupplicio. Atqui omni ſtudio ſapientes procurandū cenſent:ne cui ampliores:q̄ uel ratio/uel dignitas poſtulet:honores deferanť. Et. n. qui præter dignitatē/præterq; rationem fortaſſe ad honorū gradus fuerint euecti:inſolētiores plerunq; euadere cōſueruntur:ut qui copiis:opibus/honoribus nō quidem ad decus:ſed ad ſuā ſimul ac cæteroꝝ utuntur labem. Et id quidē uſu uenit iis præſertim/qui ex infima fortuna & humili loco ad honoꝝ amplitudinē attolluntť: & repente nimis:magis præficiunť rebus gerendis: Iure laudatur reꝝ oīum modus:certis progreditur gradibus ratio: nō ſubito:ſed ſenſim/ac pedetentim eo deductura:quo uirtutis momenta propenderint. Arctiſſimū omnium quo inter ſeſe natura homines uinciunť:uinculū/caritas:& beniuolētia merito iudicatur:eā cū amplecti oſtēdens oportet:tū eos præcipue/quibus data eſt imperandi poteſtas/ac populis regendis præſunt. Quos nō abſq; optima ratione priſci nōnulli auctores:paſtores appellare ſunt ſoliti. Nam id eoꝝ ferť ingeniū:ut ꝓ grege tuēdo:etiā aīam fundere parati ſint:& cunctis ſe obiectare periculis. Rex tyrāno qd interſit:qs eſt qui neſciat? Qui ſe regē gerit:is cōmunē ſuoꝝ utilitatē ſpectat:a ſuis cōmodis aīum auertit:& Tyrāni mores aſpernatus:dū ſaluti cōmuni ꝓſpiciat:cætera poſt habet/uel potius cōtemnit oīa. Regis inſtar:qui pro temporibus imperat optimus magiſtratus reipublicæ:& uniuerſoꝝ ciuiū ſalutē longe anteponit ſuæ. Quod quidē ibi fit: ubi uis beniuolentiæ: & charitatis uiget ratio. Beniuolentiam aūt:atq; aīoꝝ ſtudiū facile beneficētia conſequiť:& officiū comitatur:qui reꝝ humanaꝝ nodus ē:& ciuilis ſocietatis ſtabile firmamētum. Sed ad cohercēdā iproboꝝ audaciā:quæ maxime in hoc lubrico tēpoꝝ dominať:ope pretiū eſt iuſtā adhiberi ꝑtātem:ꝑ quā a male uidēdo deterreanť. Atq; ita maleficii ac ſceleris adimatur facultas:ut quos nō cohibet ratio:legū/& iudicioꝝ cōpellat metus. Sed ad ꝑtātē quoq; uel retinēdā:uel augēdam:opes/& copias adeſſe cōducet plurimū reipublicæ:ut non ſolū ciues mali cōprimanť: ſed etiā externoꝝ ſi quādo uſus acciderit:ꝓpulſeť iniuria. Tam & ſi potētia firmior/nō tā opibus atq; diuitiis cōſtet: nō tam milite & armis:nō tam externaꝝ reꝝ: affluētia:q̄ iuris æquabilitare/q̄ legū robore/q̄ ciuium concordia/ q̄ deniq; cōſilio/ſapiētia/atq; exercitatiōe uirtutis:ad habito & amicoꝝ ꝑſidio:quos par ſtudiū:cōſimilis uoluntas: quos ꝓbitas cōciliauit/& fides. Ita cōparatā ciuitatē nec labefactaꝛ̄ iprobi:nec īuadere aut finitimi hoſtes/aut exteri auſint. Qui cæteris īperāt:itegros ſe:atq; īnocētes ꝑbeant ſi abuocare reliquos ciues a turpitudine/ atq; ad capeſſendā rectā uiuēdi uiā:excitare uoluerit. Neq; n. fruſtra dř q̄les ſint I repub. Pricipes:tales reliquos ſolere eē ciues: Itaq; oportet eos:q cæteris ꝑſunt/eā ſubire agēdæ ætatis rōnē ut nō tā uerbo erudiēdis: q̄ excitandis exēplo fiāt cæteris bñuiuēdi magiſtri:ſi nō imerito populoꝝ errata i eoꝝ Pricipes referunť:qñ uel ꝓpoſita īpunitate de-

ſinquunt:uel ſe auctoꝝ ſuoꝝ imitatores præſtant. Sit igiť ſtudiū diligēs eiꝰq rēpublicā gubernat uirtutē/ æquitatē/ frugalitatē rectāq; in oī uita tueri rōnem:ſi forte cupiat ſubditos habere cōſimiles:qbus pateat ipſe aut uitiꝛ aut uirtutis exēplar. Proſpiciat aūt in dies:& uigili cura rebus incūbat quæ noxiæ reipublicæ/ quæ ſalutares cadere poſſint:ut has ſtudioſiſſime proſequať:illas tanq̄ ſcopulū fugiat. Quod certius/cōmodiuſq; aſſequať:ſi præterita mēte repetat/& ſimilitudine cōparata annectat futura p̄ſentibus:& oēm uitæ curſum ſolertiſſime cōplectatur/ut in hūc modū excubāti nihil nouū:nihil īprouiſum/nihil inopinatū/nihil deniq; nō ſtudioſiſſime meditatū ueniat:Ita.n.& ſuæ dignitati/& ſuoꝝ ſaluti facile cōſuluerit. Cūq; rebus probe ammniſtrādis cōſiliū præmittendū ſit:eo qdē utatur ad ea oīa:quæ cōducere reipublice uideanť. Id aūt magnæ curæ ſit:ne publicæ pecuniæ ꝓfundanť:quæ nerui ſunt ciuitatis:& tū ornamēta pacis/tū belli p̄ſidia. Diligērē habeat uectigaliū rōnem:q̄ & nitori ciuitatis/& neceſſitati tēporū plurimū īſeruiunt/meminerit qđ a Cicerone in.iii.de republica libro traditur:optimū & in priuatis familiis:& in Republica uectigal eē parſimoniā. Videat uti alimēta oīa/frumētū/uinū/oleū/poculēta:atq; eſculēta oīa abunde ſuppetant/ac nihil deſit oīno ex iis rebus/q̄ ad reliquū uitæ cultū ſpectent. Quæ negociatores:q̄ artifices:q̄ agricolæ ſuffecerint:iuſto parāda ꝓponať/copia ad ſit:modus; & pretium adhibeať/dolus/fraus.uanitas ꝓcul abſint. Præficianť cuſtodes/ac uigiles urbi/q eā p̄ſto ſint tū ab inſidiis oībus/tum quoꝝuis hoſtiū incurſu uindicare:ſeditionē amoliri/tumultus cōpeſcere:Sit ante oīa accuratiſſimum pacis ſtudiū:in qua plane nō populoꝝ mō tranquillitas:& ciuiū ſalus:ſed ipſa quoq; ſita eſt uitæ beatitudo. Quod ſi belloꝝ urgeant tēpora:de libertate/de ſalute/de Imperii dignitate uiriliter decertetur. Ferendis legibus/ ſumma adhibeať iduſtria:ut a iuſtitia ꝓfectæ eiuſmodi ſancianť:quæ & optimū tueantur reipublicæ ſtatum: utilitatem augeant:decus amplificent:& facile ciuiū accōmodenť ingeniis. Sit cōdendaꝝ legū magna cura: longe aūt ſeruandarum maior:ut ita uirtutū oīum cultus uigeat:q̄ legali iuſtitia cōtinenť: & flagitioꝝ/ac facinoꝝ oīum:quæ hominum conciliationi aduerſanť:ſeminariū extinguať:auaritiæ/& cupiditatis imprimis:quæ ſapientum teſtimonio/radix maloꝝ eſt oīum:& ad quæ uis ſcelera rapit mortaliū pectora. Tum nefandæ libidinis:& illicitæ Veneris:quæ & ipſa eſca maloꝝ eſt:& molles aīos blande deliniens:haud dubie: & uirtutis labem ſemp affert: & plerunq; etiā uitæ cladē. Præterea inertiæ/deſidiæ & turpis ocii:quæ res una multiplicē nequitiā gignit: & maximā docet improbitatem:poſtremo elationis:ſuperbiæ:odii/crudelitatis/inuidiæ/& oīum deniq; id genus malorum quæ maxime apta ſunt:ſanctam dirimere humani generis ſocietatē. Sed aſſueſcant ciues ad peſtem auaritiæ ꝓpellendam pecuniam cōtemnere ad uitandā oſcænæ libidinis ſordem/ ſacra amplexētur coniugia/nec iuuentutē cælibem eſſe patianť:matrimonioꝝ frequētia celebretur:quæ libidinē frenat:incōtinētiā pellit: ſobolem gignit: ciuiū multitudinē auget:perennis durationis cauſam ſuppeditat. Ac ne langueſcant ciues ocio magno: in honore artes habeantur & ſtudia. Poſtremo diſcant ſapienter/& conſiderate/iuſte/atq; innocenter: cōſtanter/ ac fortiter: temperanter/ac uerecunde:honeſte/ac laudabiliter uiuere. Sed uideo me progreſſum lōgius. Vos igitur iam tandem obſecro ampliſſimi Magiſtratus libeat Iuſtitiā capeſſere:pacē ſectari/concordiam atq; unanimitatē ſeruare: patriam diligere/libertatem amplecti/ac firmiter retinere. Vna iuſtitia eſt:& mater omnium/ & Regina uirtutis & quæ philoſophoꝝ omnium uoce/atq; conſenſu in omni reꝝ publicaꝝ ammniſtratione maxime dominať & floret:uiget plurimū/ſplendeſcit/excellit:malos plectens:dans bonis præmia Pax dulce ē humanæ uitæ pabulū: firmamentū ſalutis:fructus ſummæ ubertatis:opus peculiare iuſtitiæ:incolumitas populoꝝ/ſtatus quidā bonorum oīum cōgregatiōe cumulatus:ueꝝ honeſtum iucundū/perfectū bonū. De quo bene Silius Italicus magnus uates. Pax optima reꝝ. Quas homini natura dedit. Porro cōcordia/quæ cū pace tota prorſus apta coniugata/implicata eſt:& naturali quadam ſocietate coniuncta:a corde appellata/unum efficit cor ciuiū oīum/ unū ex pluribus aīum:mentem unam:unā/eandemq; omnium uoluntatē: ut ſit ciuium inter ſeſe ueræ fraternitatis ratio & illa quam/natura ipſa præcipuam ingenerauit amicitia:quod eſt oīum rerum diuinaꝝ/atq; humanaꝝ/cū beniuolentia/ & charitate ſumma conſenſio. Vos optimi magiſtratus mementote Empedoclis Agrigentini ſententiam: non ſolū domū/& ciuitatē:ſed etiā quæ ſunt quæq; mouentur omnia:ea conſtare amicitia:diſſipari diſcordia. Patria uero poſt īmortale numen/ac ſuperos merito iure in officioꝝ gradibus ſecundū locum obtinet. Patria nanq; quēadmodū parentes:& ipſa quoq; generationis eſt auctor:quippe quæ nos genuit:aluit:educauit/ in urbe/ac domo/in recta uiuendi ratione collocauit. Itaq; patriam diligere/patriam adiuuare/patriā cōſeruare/patriam amplificare debemus. Bene/& compoſite locutus eſt Aurelius Auguſtinus dulcis patriæ amor:domus dulcior/dulciſſimus parentum. Luculente. M. Tullius. Vnicuiq; noſtrū chari ſunt parentes/liberi/propinqui/familiares: ſed oēs omniū charitates patria una cōplexa eſt. Pro qua quis bonus unq̄ mortē dubitauit oppetere; cum ei profuturus eſſet? Accedit libertas coeleſte donum:humanæ nobilitatis:uitæ ſpecimen:ſignaculū gloriæ/diuinæ largitatis/ & parentis indulgentiſſimæ nature præclarū monumentū/ac ſummi pignus amoris. Hæc cunctis theſauris antecellit:quando nec bene pro toto libertas uenditur auro. Et.n.fructus eius pretioſior eſt cuntis opibus/ut quæ expetuntur oīa huic nequeant cōparari. Veniunt fere bona oīa pariter cū illa:ut mori malit uir magnus/ & ſapiens: q̄ ammittere libertatē patiatur/pro qua tuenda magnanimis uiris/oīs debet eſſe contentio. Hanc nil præter pacem ſuperat/quæ ipſa nihil eſt aliud(ut probe definiunt ſapientes)q̄ trāquilla libertas. Hæc igiť cogitate patres: hæc meditamini:ad hæc enitimini/& contendite cunctis uiribus:in his diebus laborate & noctibus:ad hæc aīum/ ſtudiū/operā conferte:& quæ cæteras uirtutes condit:ſimul & perficit/diligentiam adhibete. Quæ ſi diligēti uobis fuerit ſeruata cuſtodia:quatenus capit noſtra fragilitas:humanā fœlicitatē:quæcunq; tandem illa ſit/conſequimini in terris:ſed & quo oīum mortaliū cura:& nr̄a oīs aſpirat intētio: ſoluti corpoꝝ uinculis/ nanciſcemini beatas ſedes:ubi interminatis ſæculis:quod ſacri Vates diuinitus inſpirati cecinerunt:corā licebit intueri dominum gloriæ/Deum inquā deoꝝ dominum:quod ſummū/quod ſolum ueꝝ/incommutabile bonum eſt;& eorum potiri: quæ nec uidit qſq̄ nec audiuit/nec capere quiſq̄ cogitatione poſſit:quæ (ut in Timeo diuinus locutus eſt Plato)

mens humana

mens humana nullo modo complecti:lingua mortalis neuticam ualeat explicare. Et ea parauit immortalis princeps diligentibus ſe & tum pie uiuentibus/tum iuſte rempublicam gubernantibus. Sed iam tandem tempus am monet paſſa hæc cõferre uexilla:& uictricia/uos optimi Magiſtratus capeſſere ſigna:quæ tribuum ſunt Ducibus conferenda. Qua quidem in re:& nobilium Hebræoꝝ morem:& ueterum Romanoꝝ ſolennem ritum:& Platonis inſtitutum imitati Senenſes cum cæteris laudibus/ perſpicuum afferunt optimæ inſtitutæ ciuitatis/ ac reipublicæ documentum. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio.II.de laudibus Senenſis ciuitatis:quum glorioſiſſimus Rex/ac Princeps magnanimus Ferdinandus:& excelſa Senenſis reſpublica/Sancto iuncti ſunt fœdere.

HAec ciuitas/& ueſtra Reſpublica Illuſtres Magiſtratus:patres & uiri Senenſes:quod minime cuiq̃ obſcurum putamus:magnis iam pridem ſplendeſcit laudibus:ingẽti excellit gloria:multis/ atq; ampliſſimis ornamentis floret. Et ut mittã ingenium loci agri fœlicitatem:cœli clæmentiam: terræ/ & maris ditionẽ:uetuſtæ decus originis:quippe quæ ueteres Romanos auctores habet. Vt mittam ingentia tecta:præclara mœnia/excelſiora pergama:religioſa/ac locupletiſſima templa:totius ſplendorem urbis:Imperii dignitatem:cũ illi/& numeroſi/& celebres/ac uetuſti pareant populi : quæ oia oculis ſubiacent : & in cuiuſq; facile conſpectũ cadunt. Illa certe maiora/ac mirabiliora uideri debẽt:quæ mẽtis/atq; animi cogitatiõe cernuntur. Summa religio/ac diuini cultus pietas:recta gubernandi ratio:reipublicæ ordo:diſciplina uirtutis:Legũ/atq; inſtitutorum ſanctimonia:maioꝝ cõſuetudo:ingenioꝝ benignitas:ciuiũ æquabilitas/atq; cõcordia:& quod ſolũ beatas facit reſpub.naturale quoddã/ac diligẽs ſtudiũ pacis. Hinc ſulget diuinũ/ac cœleſte donũ : incorrupta/ & ſerena libertas:hic litteraꝝ/& ſtudioꝝ uiget gloria. Ingenuaꝝ artiũ ac diſciplinaꝝ cultus exiſtit:hinc externaꝝ reꝝ affluẽtia patet:& magna quædã ubertas/& copia:ut in hac celebri admodũ patria/tũ naturæ adiumẽta/ tũ illa quæ putanẽ fortunæ cõmoda/tũ uel maxime diuinæ bonitatis munera affatim ſuppetere uideantur. Quare inter antiquas/ac nobiles nõ mõ Etruriæ:ſed etiã totius Italiæ urbes annumerata eſt:& ad ultimas uſq; oras : & remotiſſimas orbis regiones:Sena uetus/ac ciuitas Virginis nomen/propagauit:& gloriã. Sed quænã eſt humanaꝝ rerum conditio? Quod nemo ignorat:qd' et ingemiſcendũ eſt:uirtus ſemp/& quæ maxime a uirtute oriũ : fœlicitas pater inuidiæ. Bonitas mũdũ effecit oẽm:qd' qdẽ in Timæo oſtẽdit Plato:& quæ i mũdo ſunt cõdidit oia. Hic eſt.n. creator oĩum:& mũdanæ uniuerſitatis opifex/effector/ac molitor Deus: a quo ois(ut idẽ Phs iquit)pcul abeſt/ac longe faceſſit inuidia. Mundũ cõtra oẽm:& quæ in mũdo conſtant:quæq; mouenẽ/oia ſoluere/ ac labefactare conaẽ inuidia. Inuidia primũ humanũ genus inuaſit:p inuidiã primũ igreſſa mors eſt orbẽ terraꝝ. Nõ temere igitur ſapiens/ac nobiliſſimus uates Homerus: inuidia execratus/ truculentã belluã: aculeatũ ſcorpiũ: uoraciſſimã Tygridẽ:& quaſi quandã humani generis cladẽ appellauit inuidiã. Quorſum uero hæc multi p diuerſa tempora:qd' uel accepimus patrũ memoria/uel et ipſi uidimus/liberã/pacatã/florentẽ/opulentã:Beatã rẽpublicã Senenſibus inuidentes:ſimul aut ſæua rapiendi cupiditate/aut execranda dominãdi libidine cõmoti:noua moliri iniuria/laceſſere/bellũ inferre/temere auſi ſunt. Alias clandeſtinis cõſpirationibus/ac dolis malis inſidiantes/ alias palam delectu/& magno cõflato exercitu:& eqſtribus/ atq; pedeſtribus/undiq; collectis copiis:in Senenſe ſolũ irruẽtes:paſſim graſſantes:hoſtiliter inſultantes nobis. Idẽ nõnunq̃ exteri duces/idẽ nonnulli ſæpe finitimi ſunt aggreſſi. Per ſæpe in graue diſcrimen Sena uocata ad extremũ(ut ita dixerim)uitæ periculũ:& pene ultimã libertatis cladẽ redacta eſt. Proh mira imortalis Dei bonitas:p iaudita/atq; incredibilis diuæ Mariæ Virginis pietas. Omniũ reſtitit aduerſarioꝝ telis:arma repulit:oẽs proſtrauit inimicos/ſuperbos oppugnatores deiecit:hoſtes profligauit:Senenſi populo/urbi uetuſtiſſimæ/ciuitati Virginis proſpexit:uictoriam peperit: ueſtram rempublicam ſaluam fecit. Semper ciuitas Virginis manſit incolumis:diuino ſepta præſidio:& cœleſti illa protecta dextera quã nec hominis lingua/nec uox Angeli fari poſſit. Iam nõ abſurde de illa Dauid concinat ſacratiſſimus Vates. Glorioſa dicta ſunt de te : ciuitas Dei/ciuitas Virginis. Vere nanq; memorabile/atq; admirandum uideri debet: ut unus fuderit mille/& duo fugarint decẽ milia:Nomino ego neminẽ/ne in quẽ piã fortaſſe contumelioſior uideri poſſim. Referam tñ unũ de multis:quod & geſtũ/& uerum fuiſſe cognouimus. Nam annis ſalutaribus. M.cclx.(ſi recte memoria teneo)ad Montẽ Apertũ trans Arbiã fluuiũ/cõtra aduerſantes/atq; oppugnantes finitimos: q opibus: q armis:q magno equitũ:atq; peditũ numero ualebant:a Senenſibus Ducibus parua educta manu/ non mõ fuſi:& fugati hoſtes:ueꝝ et capti multi:multi cæſi/reliqui profligati ſunt/ac de ſuperatis hoſtibus/q̃ſi optima q̃dam:Senã reportata ſunt ſpolia:præda ingens allata:illuſtris cõparata uictoria:glorioſus partus triumphus/ut tum pene uicti hoſtes Victoribus Senenſibus ſeruire uiderenẽ. Nihil multis iã ſæculis noſtra in regiõe tã magnũ/tã præclarũ. Sed qd uetera pſequimur? Cũ ſæpe alias/tũ pxima nup æſtate qdã belli duces : nõ tã ſuis uiribus fræti/ q̃ eoꝝ occultiore cõſilio/atq; ope:q nunq̃ eo cõtẽti ſunt/quod eſt/& alienis occupãdis opes augere ſuas quærunt: nihil tale Senenſes opinantes adorti ſunt:& in eoꝝ agrũ facto impetu:prædonũ ac latronũ more inſidiantiũ innocentibus:& rectis corde:uaſtare oia delere infeſta habere/armis/rapinis/cædibus permiſcere oia conabantur. Cõfuſa oia:& perturbata uidebanẽ:aduerſus Romanã quoq; eccleſiã:ſecretiora agitabanẽ cõſilia:En reſpexit de cœlo Deus humanaꝝ opeꝝ Iudex:& iniuria laceſſitis Senenſibus:auxiliũ ferendũ ſtatuit. Pulſauit idcirco ea res animum Sixti Pontificis maximi:quẽ Chriſtianæ reipublicæ principẽ:& Chriſti uicariũ:propulſatorem iniuriarum:& caduceatorẽ ſanctũ eſſe decet. Excitauit imprimis Glorioſiſſimũ Ferdinandũ Regem quidẽ potentiſſimũ/ ac principẽ pacis:q ſæuam tyrannidẽ exoſus dura/ pectora mulcere didicit:belli motus cõpeſcere:improboꝝ ſedare tumultus. Regali deniq; ptãte parceret ſubiectis:& debellaret ſupbos. Regẽ inq̃ pacificũ/ac nr̃æ ppugnatorẽ libertatis:q uere ad mortales iuuãdos:atq; ad prodeſſendũ oibus natus perſpicitur:quod nõ modo ſiculi norunt:Apuli:Lucani:Calabri:Brutii:cæteriq; qbus ille iuſte/atq; legitime iperat: ſed lõginq; et natiões/ atq; exteræ gẽtes/tũ Ciſalpini pleriq;/ac trãſalpini populi:qbus ille nũq̃ defuit:quos ſæpe/manu/exercitu/claſſe afflictis rebus

fuiſt. Teſtes ſunt in ꝓximiore regione aliqñ Veneti:teſtes Mediolanẽſes/teſtes Ferrarieſes:teſtes Florentini/ te-
ſtes ſunt Senẽſes:quoꝝ paulo añ oppugnatores debellauit/atq ita debellauit:ut turpiter in fugã ceſſerint: & ue-
teres Lares turpiter deſerere ſint coacti. Verũ illud plane affirmare nõ dubitẽ:quotquot. Senẽſi patriæ aliqñ inſi-
diati ſunt iniuriãue tulerũt:fœlicẽ Senẽſibus rẽpublicã iuidẽtes/tũ priſcis tẽporibus/tũ nr̃a ẽt tẽpeſtate:eos & ir-
ritã/atq inania habuiſſe cõſilia:& iuſtas tãdẽ/ac ſuis ſcelerib9 dignas dediſſe pœnas. Verũ ad cõprimendas. ĩpias
atq nefarias:ĩproborũ cogitatiões: ad occurrendũ malignãtiũ ſtudiis:ut in lõgitudinem quoq proſpiciat: quod
ſũ ſapientis eſt:operępretiũ fuit ſalutare cõſiliũ:atq efficax remediũ adhibere. Placuit igr̃ æterno Principi: q
maxime res curat humanas:id quod diuã cœli Regina Mariã Virginẽ una cũ cœteris ſacris penatibus noſtris cõ-
precatam arbitramur:ut Rex pacificus Ferdinandus:& pacificus Senẽſis populus:quod lætũ/ fœlix/ fauſtũq ſit:ſa-
crõ fœdere iungerent amicitiã/ac ſanctã coirẽt ſocietatẽ:ut ſectatoribus pacis in unum cõuenientibus:qñ tribue-
rit diuina benignitas/trãquilla ſint tẽpora:ſecura/& tuta ſint oĩa:& neqtia/ atq iniquitate ſublata/ſũma in pace
uiuaẽ. Hæc uero optabilia/ & præclara ab ĩmortali deo oĩa ꝑfecta ſunt dona:a quo bona cuncta mortalibus tri-
buũtur. Munificẽtiſſima hæc ſunt munera: Magnifice igr̃ quatenus ĩbecillitas humana ꝓgredir̃ oĩpotentẽ cœ-
lorũ principẽ glorificemus/benedicamus/ueneremur adoremus:grates ĩmortales ꝑſoluamus:ne tot tãtorũq be-
neficioꝝ ĩmemores:ne ĩgrati prorſum uideamur. Cæteri hoſtias cædãt:imolẽt uictimas:ſua ſacra/ atq holocau-
ſtomata ferant:mactẽt delectas de more bidẽtes:Hircorũ/atq uitulorũ ſanguine litẽt. Nos pias preces ſacrificia
cordis:ſolẽnia uota ſacra adhibeamus ſupplicia:ante oĩa expiatas mentes/accincti gladio iuſtitiæ potentiſſimæ:q
ſola eſt pacis/ac beatitudinis auctor. Sit igr̃ gloria in altiſſimis Deo/in terris pax hoĩbus: ad quã Senenſis populi
tendunt ſtudia:ueſtra oĩa aſpirãt cõſilia:& pace firmiter cõſtituta:bene/ ut fœliciter ſit ſplẽdidiſſimo Ferdinãdo
Regi/& illuſtri Senẽſi generi/ac peculiari populo Virginis. Poſtremo ille nobis pacẽ tribuat:q unus eſt auctor pa-
cis/in cuius diebus/orta eſt habũdãtia pacis/q hoĩum cõciliationẽ lætari iubet in uinculo pacis:q filios ſibi arro-
gat cõſectatores pacis:ſi poſſidẽt filii dei optimũ legatũ:præclarã hereditatẽ:& uerũ patrimoniũ pacis:ſi dulce eſt
præ cæteris rebus nomen pacis:ſi res iucũda:& ſalutaris poſſeſſio pacis/ſi bonũ/ & iucũdũ eſt in unũ habitare ci-
ues:in unitate concordiæ:ac tranquillitate pacis. Pax nobiſcum ſecura in terris:perennis in cœlo:& eius in hoc ſæ-
culo gratia/qui per omnia ſæcula ſæculorum uiuit/& regnat. Dixi.

℃ Auguſtini Dathi Oratio. III. de Senenſis urbis dignitate/atq præſtantia:& recta eius ciuitatis Inſtitutiõe:de cõ-
ſeruanda reipublicæ tranquillitate & gloria.

PRodũt ueteres Hiſtoriaꝝ ſcriptores: Magiſtratus præclariſſimi/ac uos oẽs uiri Senẽſes: Lycurgũ Lace-
dæmonioꝝ Regẽ q ea in urbe ſalutares ĩprimis/ac ſanctiſſimas leges cõdidit/populũ ad obſeqa Prin-
cipũ:principes ad iuſtitiã ĩperiorũ inſtituiſſe. Neq.n.qcquã:aut in iis q ꝑſunt iuſtitia melius:aut in iis/
quos parere oportet:obediẽdi uoluntate/laudabilius cogitari poteſt. Atq ita demũ recte/ & præclare
hoĩum conciliatio:ac ſocietas regir̃: ſi Principes/& ciuitatũ rectores iuſtitiã tueanẽ: inferiores uero prõptos ſe/ &
alacres ad parẽdũ exibeãt. Quod ipſe mecũ reputãs/q̃uis nec ingenio/nec doctrina/nec dicẽdi exercitatione ſim
ꝑditus: tñ magnifici Capitanei/& hoꝝ patrũ Imperio/atq auctoritate coactus:qbus obtẽperare neceſſe eſt: ſuſci-
piendũ mihi hoc orandi munus:potiuſq recuſandũ cenſui. Non erã ipſe neſcius in hac ꝑclara cõcione: & celebri/
atq frequentiſſimo cõſeſſu, ſummã dicendi copiã: præcipuã orationis elegãtiã/ſingularẽ uerboꝝ dignitatẽ: iure
optimo poſtulari. Verũ ad hoc magnũ/ac ꝑdifficile onus ſubeundũ:nõ mea me ꝑduxit uolũtas:ſed parẽdi neceſ-
ſitas cõpulit/quæ res ſpẽ haud dubiã inſpectandæ ueniæ pollicer̃: ꝑſertim a ueſtra facilitate/atq clæmentia:quæ
ibi culpã eſſe minime putabit:ubi nulla præceſſit peccandi uoluntas. Res magna hodierna die ſeſe mihi explican-
dã offert/cuius magnitudo/ac ſplendor ẽt eloquẽtiſſimi cuiuſq Oratoris copiã/& ubertatẽ antecellat: ſed huio
pro ingenii fragilitate ſatiſfeciſſe uideor:ſi tria fuero breui oratione cõplexus. Dicã igitur pauca/ de Senenſis ur-
bis dignitate:atq præſtantia:de recta huius ciuitatis inſtitutione:de tuẽda reipublicæ tranqllitate:& gloria. Con-
ſideranti mihi multas/ac præclaras Senenſis urbis laudes:occurit primũ antiqua eiuſdẽ urbis origo: & a clariſſi-
mis maioribus orta uetuſtas. Habet.n. Senẽſis ciuitas matrẽ Romam:& oĩum/quæ in toto orbe terraꝝ ſunt opu-
lentiſſimã ciuitatẽ:habet progenitorẽ/ac parẽtẽ uictorẽ quondã gentiũ oĩum/ac dominũ Romanorũ populum:
cuius decus atq ampliſſimã gloriã/& Latinæ oẽs/& Græcæ decãtãt hiſtoriæ. Quippe iactis Romanæ urbis pri-
mordiis:q a cõditore tanti Imperii fluxerũt: ꝓfecti ad hæc loca: Senã cõdiderũt:& auctorẽ ſuũ imitati:in collibus
uelut arcẽ quãpiã mox futuræ urbẽ poſuere:q̃ a paruis profecta initiis:ut in pleriſq cõtingit:paulati exĩde ad ur-
bis magnitudinẽ excreuit. Ea res dedit Senẽſi populo:quaſi originis ſuæ certũ iditiũ:ac ꝑpetuũ ĩſigne Lupã nutri-
cẽ:lactẽtes Remulũ/ac Romulũ. Quod qdã nõ ignobiles auctores tradũt a Sẽno quodã Romano: & clariſſimo
uiro fuiſſe ꝓfectũ:& ab eodẽ ipſo Senæ iditũ fuiſſe nomen. Hinc Sena uetus/ob priſcæ originis uetuſtatẽ:nõ mo-
do Italorũ uſurpatiõe:ſed ferme populoꝝ oĩum cõſenſu meruit appellari. Indicãt uetuſta monumẽta:ſigna com-
pluria:monetæ ĩſcriptio:& multæ pluribus in locis ipſa uetuſtate/pene oblitteratæ marmoreæ litteræ. Quod ſi
loci/in quo ſita eſt:opportunitatẽ qrimus:eminet hæc qdẽ in editis/ac ſaluberrimis collibus: uiget amœnitate re-
gionis:q̃ nec humili planitie deprimitur/nec rurſum in ſublimiorẽ altitudinẽ erigir̃: quæ nec feruẽtiore æſtu fla-
grat:nec eluuione aquarũ exundat:nec aut Aquilonis/aut Auſtri impetu quatitur/ nec exuritur ſolis ardoribus:
nec niuibus/aut aſperiore gelu riget. Mediũ quoddã (ut ita dixerim) tẽperamẽtũ aſſecuta eſt & locũ euiſcemo-
di:q cœli excellit ſalubritate/atq clæmentia:aeris tẽperie/ubertate agroꝝ/uarietate eaꝝ reꝝ/& copia:q̃ neceſſa-
riũ uictũ:& ſufficiẽtẽ alimoniam præbeat. Vt quantum Florentia finitima urbs in planitie: tñ Sena in Hetruſcis
collibus poſita/pleriſq ciuitatibus antecellat. Hoc tñ ammirabilior/qd ꝓ nemoribus/& ſiluis:atq agreſtiũ fera-
rũ habitaculis/manu/& opa ad cultũ amœniſſimæ urbis redacta ẽ. Atq ſi urbẽ ipſã cõſiderare uoluerimus:cernẽt
ĩgẽtia ædificia:ꝑclara mœnia ſplẽdida/ac magnifica tecta:religioſa delubra:fana auguſtiſſima:ammirabilia. tẽpla/
marmore

marmore/ſignis/tabulis/pictura/atq̧ omni nitore fulgentia. Ex his baſilica maior:quæ eſt Cathedralis eccleſia:& e regione eius/hoſpitalis ædes utraq̧ in honoré dicata Virginis:cōmuni oium iudicio tales ſunt:ut nuſq̧ confimiles apud oés fideles populos reperiri queant:quarum ꝓpter eximiam pulchritudiné/ac magnificentiá/longe/lateq̧ fama uagatur:& plurimú Senenſis urbis illuſtrat gloriá. Cuius quátus ſit decor declarat ſpecioſus campus/latitudine/circuitu/& ornatu inſignis:perpulchro latere ſtratus/altis undiq̧:& præclaris circundatus/ac redimitus tectis/tum uiarum/& platearú ordo:plurimi & ſcatentes aquaꝝ ſontes:deniq̧ oís generis/uel ꝑſidia/uel ornaméta/quæ ipſa in ꝓ́ſpectu ſunt oíbus. Iam de ampliſſima eius ditione/qđ multa dicere opus eſt? Terrá mariq̧ Sena iperat:oppida cōplura:caſtella ꝑ multa:populi nō ignobiles illi ſeruiunt:urbes ét nō incelebres/eius ditioni ſubiacét. In his feraciſſima ora:& oía regio circunſcripta littoribus Tyrrheni maris:gregibus atq̧ arméris foecúda fertilitate ſoli/uarietate fructuú ubertate/& multitudine paſcuoꝝ/uathemēter abundans:quæ quaſi frumentaria cella finitimoꝝ oíum/ac ꝑ Altum ꝓ̃cipue excellebertimo Telamonis portu/multa exportás neceſſaria aliméta/ét exteris/& lōginquis populis ſubminiſtrat. Sed quáta ſit Senéſis urbis gloria:hinc maxime cōſtare pōt:qđ nō modo Cluſium Hetruſcoꝝ quōdá Regum florétiſſimú domicilium:& iſignis regia:ſed ét totius Hetruſci regni decus i Senéſis ciuitatis Imperiú tráſlatum eſt. Et Romani qdé ab Hetruſcis regibus Sellam curulé/littores/togá pictam prætextá/Magiſtratuú iſignia:Senéſes uero eximiú regiminis ſplendoré:& maximá imperii gloriá acceperút. Quid dicá de ciuium igenio:facillimis moribus:naturali quadá uitæ ſuauitate/iucúda cōſuetudine:mutuo interſe amore/charitate in ſuos/hoſpitalitate in ꝑegrinos/beniuolentia in oés? Quales uiros hæc ciuitas tulerit: inumerabiles poſſint nobis exēplo eſſe. Ac plurimi in omni genere laudis multiſariá floruerút. Teſtis ſit cæleſtis inclytus Bernardinus alter poſt Apoſtolú Paulú ꝓ̃dicator & doctor ueritatis. Teſtis ſit numeroſa turba beatoꝝ Senéſium ciuium quá firmiter credimus in coelo regnare cú Chriſto. Teſtis ſit Virgo ammirabilis Catherína: nō mulier/ſed Virago:& quæ in figura hoís cæleſté ſpiritú geſſit. In ſúma uero doctiſſimoꝝ hoíum multitudine/& copia:teſtes ſint Gerardus diuinus Philoſophus:Petrus Ruſſius nr̃a memoria ammirádus philoſophus: Vgo Bentius alter quodámodo mortalibus datus Hippocrates:multi in omni doctrinæ genere cú ſupiore floruerút ætate/tum noſtris tꝑibus celebres:& illuſtres uiri ammirabili gloria ꝓ̃ſtant. Et ut taceá Alexádrú.iii.qué ueteres narrant hiſtoriæ:ut taceá reliquos:quos narrare lōgum ſit:teſté habemus locupletiſſimú Pium.ii.qui núc in Apoſtolatu ſedet uirtute/ſapiétia/reꝝ oíum cognitione/ac laude ꝓ̃ſtantiſſimú:& poene ſupra hoís igeniú inumeris muneribus decoratú/clariſſimú terreſtre ſydus:& catholicæ fidei ſulgétiſſimú lumé. Sed ad rectá ciuitatis iſtitutionem feſtinat oratio. Maiores noſtri Romanoꝝ ſectatores:q nobis hác répub. tam ꝓ̃clare ſundatá reliquere: optimis illá cōſormarunt iſtitutis/ac legibus:qbus/& diuino cultui debitus honos exhibeť:& ſaluti ciuium:& cōmuni utilitati cōſulitur. Hinc ſolénes cerimonié:anniuerſaria ſacta:multa ad diuini numinis cultú & uenerationé religioſiſſime ſunt cōſtituta. Nec uſquá gentiú/ſuperorú Regina piiſſima:mortaliú defenſatrix:icorrupta Dei mater/& glorioſiſſima Virgo:religioſius colitur/amplioribus honoribus celebrať:cuius non ſolú tutela/& ope hæc ciuitas fræta eſt:ſed ét nutu poteſtate & legitimo Impio gubernať/& regitur. Porro iura leges/iſtituta/municipales ſanctiones/probati mores/reliqua Senéſis ciuitatis diſciplina eiuſmodi eſt:ut uere a Romanoꝝ ſontibus orta eſſe uideať. Hinc foꝝ/prætoriú habédi ſenatus locus/comitioꝝ ordo/hinc ſubſellia:& plura tribunalia ciuilibus muneribus obeundis cōparata. Hinc ærarium:uectigalia/hinc tribuú trina partitio/hinc nobilitatis:& populi diſtincti ordines/hinc ſtudioꝝ Gymnaſia: in qbus theologi/philoſophi/iuriſcōſulti/rhetores/& diſciplinaꝝ oíum ꝓfeſſores publice docét. Hinc magiſtratus cōſtituti:qui reipu. Præſint:q ciuitatis ſaluté tueantur:qui eius dignitatem & decus ſubſtineant. Quos oés a Romanis traxiſſe originé declarat hodierna celebritas:in qua hæc uictricia ſigna:& præclara uexilla magiſtratibus tribuunť:Principi populi & uexilliſero Iuſtitiæ ante oés:tribunis populi/qui cuſtodiæ ciuitatis inuigilát:Centurionibus/& Centuriaꝝ ſigniferis:quos ſequuntur qui ex ſuburbanis locis mox qui ex agricolis delectú faciát:ut ita oía ſenéſis imperii membra ad urbem:quæ caput eſt/quaſi ad domiciliú uitæ:& ad tutiſſimam arcem itendere uideanť. Nec temere militaria hæc ſigna Magiſtratibus ſunt tributa:ut intelligant oſtendés uigili cura:& militari quodam ſtudio/ac ſumma animi magnitudine laborandú:ut rectam diligentiſſimamq̧ reipublicæ amminiſtrationem tueantur. Ac de his quidem ſatis.

¶ Hora excelſi ſignori:ornatiſſimi Magiſtrati:& ꝓ̃ſtatiſſimi cittadini exeqro cō breuita la parte terza nel principio da me ꝓpoſta:laquale cōtiene la cōſeruatiōe della gloria:& della tráquillita publica. Peroche nō obſtáte/che li enumerati doni/& ornaméti della citta uoſtra ſieno grádi/& molto excellēti:nientedimeno ſupremi/& ſplédidi oltra tutti li altri dobiamo iudicare la liberta/la pace:& la glorioſa ſama. Liquali tre ꝓ̃tioſiſſimi theſori & imortali:& celeſti doni/cōuiene ſtudioſaméte:& cō tutta la forza dello igegno cōſeruare. Cōcioſia coſa che la liberta/come maxime atteſtano li prudéti iuriſcōſulti in táto e ꝓ̃cipuo/& excellétiſſimo dono:che infra le humáe poſſeſſioni meritaméte e collocato nel primo loco. Et a q̃ſta la natura artifice delle coſe generate inclina ſingularméte/& iduce lhomo come nobiliſſimo/& diuino aíale:& a tutti li altri ſupremo: anco Signore di poco iminuto dalla nobilita Angelica. Onde nel principio del mōdo creato:tutti li homini naſceuano liberi ꝑche dice el Románo philoſopho parládo della humana ꝓ̃ſtantia:& ſingulare excellentia. Adiuncta eſt appetitio q̃dá principatus. Et a demōſtratione della liberta quáto ſia ꝓ̃claro bene ſi diffiniſce la liberta:poteſtas uiuédi ut uelis. Che la liberta nō e altro/ſe nō poteſta di uiuere ſecōdo el tuo uolere:intédédo la uolúta cōforme/& conſentanea alla ragione:della quale nō puo:ne debba deuiare ne ꝑ alcun modo eére aliena. Et ꝑo le citta & populi liberi degnaméte ſi poſſano chiamare ſelici:mediáte táto iméſo/& iſinito dono:alq̃le tutte le richeze/& le abundátiſſime diuitie:tutti li theſori/& téporali poſſeſſioni nō ſi potrebbono cōparare. Eſſendo q̃lla in uerita:ꝑ laq̃le li magnanimi cittadini: & li ueri amatori della patria:ét nō dubitano exponere ad extremo ꝑicolo la ꝓpria uita:& ſpargere ꝑ q̃lla el proprio ſangue. Secōdario ſeguita el dono della pace:laquale come altre uolte mi ricordo hauere dimōſtrato per optime

ragioni con la liberta ſi dice eſſere cõiuncta. Come etiá declara la ſua diffinitione. Pax eſt.n. trãquilla libertas. Che la pace /e una trãquilla liberta. Laquale ſupa:& antecelle tutte le coſe deſiderabili:& expetende come ſommo & extremo bene cõceſſo dalla diuina largita alli homini mortali i terra. Onde dice el grãde oratore nelle ſue Antoniane orationi. Dulce nomẽ ẽ pacis:res ipſa tum iucũda/tum ẽt ſalutaris. Bene honeſto ſenza aſpita:dono ſuauiſſimo ſenza macula. Fructo di iuſtitia:& iuetita da ogni uitio & corruptione totalmẽte alieno. Nelqle el cumulo di tutti li beni:& la exuberãtia dogni honeſta:& iucũda coſa cõſiſte/& ſi cõtiene. Onde p li philoſophi ſi cõclude la pace eẽre la pſperita de populi:el firmo/qeto/ſolido/& trãquillo ſtato:& ultimo fine:alqle debba itendere/& dirizarſi ciaſcuno humão cõſilio ogni fatiga:& nr̃a opatione. Cõ liquali duo antenominati beni ſi cõnecte neceſſariamẽte lo ſplẽdido nome:& la glorioſa fama laqle ſi pduce/& deriua ſolamẽte da qlli pricipi:& da qlle cagioni:onde naſce liberta/& pace. Et certamẽte ſenza tali radici/nõ puo alcuno uirẽte ramo di fama:& di gloria pullulare. Et po ſe uolete qſti ſingulari doni:& excellẽtiſſimi ornamẽti ppetualmẽte cõſeruare/e neceſſario idubitatamẽte ſtabilire due principaliſſimi fondamẽti:liquali ſono cõcordia & iuſtitia. Accioche mediãte qſti dignamẽte a la citta uoſtra cõuẽga lo oraculo del ſacro:& diuino ppheta:& alla patria Seneſe ſia decto meritamente Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Virginis. Quoniá fundamẽta eius in montibus ſanctis. La citta della Vergine:ſi chiama la citta Seneſe:ſotto el ſuo titulo dedicata fundata ſopra li mõti ſancti:qñ e recta:& ſi gouerna cõ iuſtitia:cõ pfecta unione:& cõcordia. Remoſſa & fugata in tutto ogni partialita/ogni diſcordia/& ſeditiõe:& ciaſcun turbulẽto affecto:pponẽdo:& riſguardãdo p ſolo ultimo fine:la cõmune ſalute:& publica utilita. Dimẽticãdo/& poſtponendo ogni priuato cõmodo:& particulare itereſſo. Et anteponẽdo ſempre a tutte le coſe el bene della patria:come piu degnio & piu ſublime anco diuino. Hauẽdo firmiſſima qlla antica:& pbata ſnia. Vnicuiq noſtrũ chari ſunt parẽtes/liberi/ppinqui/familiares:ſed oẽs oium charitates:patria una cõplexa eſt. Et po uolẽdo hormai cõcludere & terminare el parlare mio optimi cittadini:& digniſſimi Magiſtrati cõlegati cõ uinculo di uera dilectione:ſeguite li rettiſſimi ueſtigii di noſtri anteceſſori/amate la cõcordia/obſeruate la iuſtitia/pſeuerate nella ſancta unione/prendete la uera diſciplina della uirtu/diſponete li animi uoſtri alla obſeruantia delle leggi:& laudabili inſtituti:procurate la pace:riguardate el cõmune bene:cercate:& operate la ſalute lhonore/la gloria/la trãquillita:& quiete della dulciſſima patria & noſtra republica:dele quali ſanctiſſime:& glorioſe opere nõ dubitate che riporterete nõ ſolo laude/cõmendatione/& gratia appreſſo li homini mortali:& nella terrena regione del mondo:ma etiam doppo el corſo dela preſente uita dallo eterno Dio nel concilio de beati remuneratione perfecta:& ſempiterna retributione:& imortali:& imarceſcibili premii nela celeſte patria. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. IIII. De optimis/& rectoribus:& cõſeruatoribus rerum publicarum.

¶ Qui cuncta moderatur:& regit omnipotens Deus pater & filius & ſpiritus ſanctus ille aperiat labia noſtra. ut ea fari poſſimus:quæ & ueritatis iter oſtendant:& nobis conferant ad ſalutem.

Nihil eſt in cunctis humãis rebus maius excellẽtiſſimi dñi uiri Seneſes:nihil ſummo oratore teſtãte:illi optimo/maximo:& oipotẽti principi:atq imortali Deo:q oẽm mundũ regit:qđ qdẽ fiat in terris acceptius:q cõcilia cœtuſq hoium iure ſociati:quæ ciuitatis uno:& pprio noie appellant. Et illi qdem qui primi urbes cõdiderunt:& diſpſos mõtibus & ſiluis hoies/ac paſſim belluarũ more uagãtes/ad ſocietaté uitæ cõuocarũt:pculdubio magni uiri extiterũt/ac iure habiti ſunt:& appellati ſapientes/Sed pari quoq digni ſunt laude:earundẽ ciuitatũ rectores/& cõſeruatores:quoꝝ uirtute/opa/auctoritate illa gerunt:q a totius mundi principe/ac rectore deo impata ſunt:in qbus uniuerſa lex pẽdet:& tota ſita eſt religionis ratio/& recte/ac laudabiliter uiuẽdi diſciplina. Hæc duo ſunt æterni mãdata principis:primũ ut colat deus:alterũ huic ſimile:ut pximus diligat. Hoc iubent leges:hoc populoꝝ ſcita ſunt. Hoc iura diuina/& humana cõtẽdunt. Hoc ſtudio omni curare debẽt reꝝ publicaꝝ rectores/& magiſtratus:ut p rectam illoꝝ amminiſtrationem/iuſte/pie/moderate/trãquille uiuat hoium cõciliatione/ac ſocietate. Tãtiſp.n. bona fuerit/trãquilla/& beata reſpublica:dum boni/& ſapiẽtes extiterint:q Magiſtratus gerũt. Tales nanq cõſtat eẽ ciuitates/ac populos:qles hi fuerint:q eis gubernandis/ac regẽdis pſunt. Boni ſunt aũt q acriter libertaté retinẽt/& ad libertaté patriæ tuendã/parati ſunt ẽt uitã/& ſanguiné fundere. Boni ſunt:q oia ad cõem referũt utilitaté/ac decus:obliti cõmodoꝝ ſuoꝝ. Boni ſunt:q totum corpus reipublicæ pcorãt/nec dum parté aliquã tuent/reliquas deſerũt. Boni ſunt:q factioſoꝝ ſeditioné execrãtur:q res una pniciem ciuitatis iducit:& uel firmiſſimã labefactat ſepe rẽpub. Boni ſunt:q ira/odio/iuidia/inimicitia/ac cœteris pturbationibus uacuos ſe ſe pſtiterint. Boni ſunt rurſus q itelligũt:ſe gerere pſonam ciuitatis:& eius dignitaté ſubſtinẽt/ac decus. Boni ſunt:q iuſtitiã diligunt/leges ſeruãt/iura/atq iſtituta tuent. Boni ſunt:qui diligũt iuicẽ/cõcordiã amant/unitaté ſpiritus cõſectant:pacẽ amplectunt:q bonoꝝ oium cumulũ pſtat:q totius hũani generis ſaluté cõtinet:& aurei ſæculi ſpẽm quãdã imaginẽq reducit:cuius dulce eſt nomẽ res ipa iucunda/ac uere ſalutaris:& qa a Saluatore Xp̃o & ſũmo patre relicta:ideo certe cunctis theſauris ptioſior/& patrimonio omni:atq hæreditate pſtantior. Boni deniq magiſtratus ſunt:q oia qſi/Deo teſte:quẽ trinũ/& unũ ueneranť/ac metuunt:pie agunt/cogitãt/dicũt:nihil cupide & auare:nihil timide/& ignaue:nihil intẽperãter/nihil incõtinenter/ac moliter gerũt. Qui nõ famã:ut ſtulti faciũt:ſed ſolã cõſcientiã uerenť:& dum rõne uirtuté ueritaté ſequãtur:cætera p nihilo putãt oia. Hos ſolẽt ſapiẽtes dignos exiſtimare:q reipub. pſint:q magiſtratus gerãt q magnis negociis miniſtrãdis/& populoꝝ gubernaculis pficianť. Ita.n. ſubiectis pderũt hoibus:& eoꝝ q ab eis reguntur/q optimã geſtabũt curã:boni paſtoris exẽplo:q uel aiam ſuã dat pro ou[illegible]us ſuis:& rapaciũ lupoꝝ deuitat inſidias. Paſtores nanq ſunt:q alios regũt/& q regunť/merito Ariſtotele teſte ouibus cõparanť:ut ſcite Homerus paſtoré populoꝝ Agamenoné appellare ſit ſolitus. Eiuſmodi nos magiſtratus pbamus:hos qrimus:hos optamus dari nobis in hac pclara ciuitate:atq optime iſtituta repub. Quæ una noſtris ſæculis floret:nec minus ſplẽdeſcit:quã

quōdam bellica gloria pſtans Lacedemon:doctrinarū laude clarētes Athenæ: Imperio/& ſummis opſbus Roma
refulgēs:in hac inq̄ urbe:in qua oīum pene conſenſu aurea dominatur libertas. Tales nos magiſtratus intuemur:
qui modo gubernant uiros ſapientia/moderatione/integritate ornatos:& ciuitatis ſtudio: ac patriæ charitate fla/
grantes. Tales quoq; annuat nobis Deus:hodiē in hac præclara comitiorum celebritate:ut & ſumma ipſi uirtute
præditi:& eorum qui modo præſunt:imitati exemplo patriā conſeruent iuuēt/amplificent/glorioſa Dei matre:
Regina cœli:& huius urbis domina intercedente Maria/& penatibus noſtris fauētibus/ac propiciis:quorū ope:
& præſidio fræta Senenſis patria quæſo ſit illa quo ad fieri poteſt:imperium oceano:famā/quæ terminet aſtris:
ad æterni Principis decus:& huius florentiſſimi populi tranquillitatem:& gloriam. Dixi.

Augustini Dathi Oratio. V. de ampliſſimis laudibus Senenſis/& urbis & ciuitatis:deq; optima eius reipubli.
diſciplina/& recta gubernātium ciuium ratiōe:& mō uice illius qui ſanctæ Synodi religioſorū oīum ſacri alicuius
ordinis celebritate cōcionem ſit habiturus ad Senēſem populum:Generali eoꝝ duce/ac Rectore iubente.

Emini me Reuerēdi patres/ac ſacratiſſime cœtus:& in frequētibus hominū conciliis:& apud uiros ſa
piētes:& doctrina/atq; auctoritate præſtātes:orationē habuiſſe/ac pſæpe magnis de rebus uerba feciſ
ſe:nec tñ aut uires ſuccubuerūt igenii:aut dicēdi fiducia nobis defuit. Nūc uero cōtra & ipſa igenii mei
fragilitas:& cōſpectus ueſter metuēdus/ac uenerādus:ab huius pclari mūeris ſuſceptiōe/& a dicēdo i
hoc ſplendido cōſeſſu lōgiſſime deterrebat:niſi ueſtrarū dominationū/& paternitatū cōperta benignitas:dicendi
auſum pſtitiſſet. Quod ſi dicā fortaſſe cōfidentius/ ueſtrā incredibilē ſapientiā:& ſingularē rerū oīum doctrinam
ignorare uidear:Sin uero nimiū ptimeſcā:credat fortaſſe qſpiā latere me maximā ueſtrā ámirabilēq; clæmentiā.
Itaq; hinc/atq; inde rebus oībus exactius/impēſiuſq; pſpectis:hoc mihi accipiā dicēdi tēperamētū:ut & parēdi ne
ceſſitati nō deſim:& orādi imperitiā:qta pro rerū magnitudine liceat orationis breuitate cōpenſem. Ea potiſſimū
ſpe fretus:quæ ab ingēti paternitatū ueſtrarū facilitate pfecta:qbus ipſe careo/uires ſubminiſtret igenii. Primū
igit̃ cæleſtis numinis iuocato pſidio:de huius ciuitatis ampliſſimis laudibus dicēdū uidet̃:ne ab eoꝝ diſſideā con
ſuetudine:q tū ex hoc loco: tū ēt hoc tpe habere orationē cōſueuerūt. Atq; illud iprimis cogitāti mihi ea de re ex
plicādū occurrit:qđ Scipio Naſica apud Romāos quōdā ſapiētiſſimus & uir optimus a Senatu iudicatus/uſurpa/
re ſolitus erat:cū de ciuitatis rōne:deq; repub. tractandū cēſuiſſet. Nā & muros ſpectādos:& mores multo magis
cōſiderādos eſſe exiſtimauit:quoꝝ qdē alterū mouet oculos & delectat ſi ordine:ſi modo/ſi ornatu/ſi pulchritu/
dine & recta rōne cōſtiterit:alterius lōge maior oblectatio eſt:quum uirtutis momētū:quū honeſtatis inſtitutio:
quū rōnis diſciplina/ac librāmētū affuerit. Sed uere hæc ciuitas quocūq; nos aīo/& cogitatione uerterimus:quo/
cūq; oculi aſpectauerint:& pcipuis iſignit̃ ornamētis:& ſummis ſe laudibus efferēdā præbet. Atq; ut ab iis: quæ
in aſpectū cadunt:noſtra hæc pficiſcat̃ oratio:pclara ſunt iprimis huius florētiſſimæ urbis mœnia : celebria ædifi
cia:magnifica tecta:religioſiſſima tēpla:ſancta delubra:ædes magno nitore fulgētes:urbs ipſa igentibus circūdata
muris:cælſis ſepta ppugnaculis:uariis atq; mirificis decorata ornamētis:ut merito iure/iter celebres totius italiæ
ciuitates ob multaꝝ reꝝ ſplēdorē annumerari poſſit. Quæ utiq; oīa ſi ſingulatim qſpiā cōplecti uelit:uel Athe/
nīēſis Demoſthenis:uel Romani Ciceronis ſit opus eloqo. Forum nanq; ipſum:plateæ angiporta/cōpita: quadri/
uia:fana/porticus:uiarū ordo:illuſtriū multitudo domoꝝ. Scatētiū aquaꝝ fontes:multiplex diuerſoꝝ locoꝝ: tū
diſtinctio:tum amœnitas:tum deniq; eoꝝ/q̄ artificioſe/cōpoſita:& magnifice ſtructa ſunt/ac reliqua eius generis
pmulta:ita oībus pſpicua atq; explorata ſunt:ut nec pfecto meis uerbis:nec cuiuſq̄ explicatione egere uideant̃.
Erat priſcoꝝ antiqua natio parū differēs ab imanitate feraꝝ:quippe q̄ paſſim/ac libere beſtiaꝝ more in ſiluis ua/
gabat̃ & mōtibus:nec dum ciuitatū excogitatis cōciliis. Primus aūt urbis cōditor:qđ maximoꝝ bonorū cā extite
rit:quēadmodū Peripatheticorū princeps Ariſtoteles ait:nō ſolū in magno ptio habitus & honore eſt : ſed ēt ue/
neratus ut Deus:qppe q id domiciliū primus effinxit:ad qđ gregale & ſociale aīal hoīem natura genuerat . Mox
Semiramis Babyloniorū Regina q̄q̄ alias fortaſſe nō ſatis laudata:& ueterū poetarū carminibus:& doctiſſimoꝝ
hoīum celebrat̃ hiſtoriis:quæ prima iſtitutā/& iam cōditā urbē/cocto latere circūſepſit:ac tantæ rei pclarū iuen/
tū artificioſo munimine redimiuit. Siue ipſa natura duce/quæ hoīum maxime cōciliationē reſpexit: ſiue ut qui/
buſdā uideri ſolet:a cōſtructribus nidos auibus ſimilitudine ſumpta. Quæ res declarat mea qdē ſnīa iter pclara
humani generis opa/urbē iprimis cōſtituendā eē:q̄ parata & a quopiā ſapiētiſſimo uiro excogitata/primū hoīem
maxīe ſeiunxit a ferino uictu:diſſeperauitq; a natura ferarū. Sed illa demū urbs ante alias magnis laudibus extol
lenda eſt:in qua ſicuti de hac cōſtat/nō ſolū murorū ædificiorūq; habita ratio eſt:ſed lōge magis earū rerū : q̄ uel
maxime ad humāæ naturæ pſtantiā/& quādā ueluti ampliſſimā celſitudinē ſpectāt. Ea uero ſunt/quæ in abſolu
ta ciuitatis rōne & pfecta reipub. laude ſita eſſe cognoſcimus. Quæ qdē pleraq; oīa huic ciuitati de qua loqmur:
cuiuſq; ornaméta nōnulla pro igenii noſtri ſūma ibecillitate delibamus/ſine dubitatiōe adeſſe pſpicimus. Et eni
uiri ſapiētes/& q iā omni philoſophantiū numero palmā obtinē:ciuitatē cū diffiniūt: hiſce terminis cōplectunt̃.
Multitudinē illā qdē eſſe domorū:agro ſufficiēter/ac pecuniis abundantē ad bene uiuēdum. Paucis uerbis pluri
mū ineſt pōderis:& multa/q̄ ad magnū ciuitatis ſplēdorē/ac decus referunt̃/luculēte & grauiter collecta ſūt. Ni/
hil deniq; ptermiſſum:qđ uel cōditis urbibus neceſſariū eſt:uel huic ciuitati/quā laudādā ſuſcepimus : aptū atq;
cōueniēs. Nō.n. tam magnifica tecta & murorū cōpoſite atq; artificioſe ſtructa cōgeries ciuitatē exornāt / q̄ ciuiū
potius ſpectati mores/pbatiſſime ac laudabiliter iſtituta uita:& recta deniq; ac præclara reip. gubernatio. Quæ
oīa pculdubio in hac ipſa urbe cumulatiſſime elūceſcunt. Taceo igitur cœli clemētiā:aeris ſalubritatē/ac tempe
riem. Vbertatē ſoli:agrorū fertilitatē:loci oportunitatē:ſegetū cōmoditatē:uarietatē fructuū:cuiuſq; generis an
nonæ mirificā copiā:magnā uim frumētorū/& leguminū: Cæteris & Liberi (ut aiunt) præcipuā affluentiā. Opti
mi pecoris poſſeſſionē:numeroſa armēta:numeroſos greges:paſcuorū feracitatē : opima & pinguia pratorū/col/
lium & uirentiū cōuallium pabula:oīum quæ ad uitā tuendā attinent/multitudinē ac redundantiā. Opes item/

atq; ingẽtes facultates ſilentio ꝑtereo. Externarũ rerũ nitorẽ atq; elegantiã miſſam facio. Illa certe nõ poſſum nõ attingere: quæ pro ſapiẽtiſſimoꝝ hoĩum iudicio/& uere opulẽta ciuitatẽ & urbẽ ſplẽdidiſſimã reddũt. Itaq; abũdat hæc ciuitas magnis ac ꝑſtãtibus uiris: optimos habet ac diligẽtiſſimos patreſfamilias. Lætaẽ reip. ꝓſſimis rectoribus: ut ſiue ſingulos cõſideremus ciues: ſiue paucos: ſeu deniq; uniuerſos abunde ſuppetat pleniſſimæ atq; abſolutiſſimæ laudis cumulus. Nẽpe ciues ipſi primũ his oĩbus ꝑditi ſunt/ac decorati muneribus: quæ in ſũmis ac clariſſimis uiris ĩeſſe ſolẽt. Biſariam Philoſophi cõſueuerũt partiri uirtutes: & alias qdẽ tradiderũt: quæ natura nobis ĩgenitæ ſunt: alias porro quas diſciplina/uſus/atq; exercitatio cõparauit. Primas illas/quæ oẽs uno ĩgenii noĩe cõtinenẽ: huius urbis ciues pleriq; oẽs aſſecuti ſunt: ut & dociles exiſtant: q̃ res una præ cæteris oĩbus ꝑſtantiam hoĩs diſtinguit a belluis: & memoriæ polleant bono: & demum ĩcredibilẽ aĩoꝝ fælicitatẽ/mãſuetudinẽ/humanitatẽq; poſſideant. Quaꝝ reꝝ tam etſi nõ ipſa laudeẽ adeptio: quãdoqdẽ illas natura dedit: at certe rectus ac moderatus uſus plurimũ nõ ĩmerito laudaẽ: qd̃ de uobis ciues clariſſimi liquido ac ꝑſpicue cõſtat. At uigẽt præterea acuta & ſplẽdidiſſima hoĩum ĩgenia. Itaq; tulit ſemp hæc ciuitas uiros magnos/doctrinæ gloria/& ſummæ eruditionis laude ꝑſtãtes: & in omni ſtudioꝝ ac litteraꝝ genere illuſtres/ac ꝑclariſſimos: q uel in diuinis ac ſacris eloquiis & ſanctaꝝ ſcripturaꝝ oraculis: uel in altiſſimaꝝ occultiſſimarũq; reꝝ cõtẽplatione/cognitioneq; admirabiliũ cauſaꝝ/uel in iuris/tum ciuilis/tum põtificii/tum diuini/tum etiã humani ſolertiſſima Prudẽtia: ſanctiſſimarũq; legũ peritia: uel in medicinæ ſalutari ſapiẽtia: uel in dicẽdi copia/& eloquẽtiæ ſplẽdore/atq; oratoriæ laudis elegãtia: uel deniq; in cæteris artibus/atq; liberaliſſimis diſciplinis plurimũ floruerunt. O præclarã ciuitatem. O urbẽ uiroꝝ illuſtrium feracẽ/& omni genere laudis ꝑſtantiſſimã. Quis ſatis tuam amplitudinẽ & tuarũ rerũ incredibilẽ maieſtatẽ referre poſſit? Sed pauca de multis/quæ ad ſciẽtiæ ꝑtinẽt laudẽ/hæc delibaſſe ſufficiat. Impar eſt noſtri ĩgenii ĩbecillitas tantaꝝ rerũ efferẽdis ꝑconiis. Quid dicã de earũ uirtutũ ſumma ꝑſtantia: in qbus uera laus ſita eſſe dignoſcit? Magna & admirabilis uirtus Prudẽtia eſt: & rebus humanis recte gerẽdis maxie neceſſaria: quæ res bonas/malaſq; diiudicat: q̃ cæteris uirtutibus oĩbus adeſſe ſemp & ĩtermiſceri debet: ut & præcipua ſit ac ꝑſtãtiſſima oĩum: & nulla ſine Prudẽtia: id qd̃ Socrates rectiſſime ſenſiſſe crediẽ: rite laudari poſſit. Veꝝ quis dubitat hãc adeo uigere ac pollere apud uos ciues ornatiſſimi: ut nemo nõ prudẽs: nõ ſapiẽtiſſimus & haberi & appellari poſſit? Quã rem ꝓfecto facilius quiuis noſſe/q̃ explicare queat. Eximia atq; excellẽtiſſima uirtus Iuſtitia eſt: quæ reddit ius ſuũ cuiq;: quæ nemini nocet: ꝓdeſt oĩbus: quãlibet ꝓpulſat iniuriã: cõem utilitatẽ ſectatur: oĩum hoĩum ſaluti cõſulit: dignitatẽ cõſeruat. At ſplendeſcit ea qdẽ: & in mirũ modũ in hac ueſtra ꝑclariſſima ciuitate luceſcit. Quod & raro ꝑ hæc polluta tẽpora ac deprauata ſæcula uſpiã cerniẽ: & de hac una urbe ueſtra egregie ꝓter cæteras/oẽs/qui qdẽ recte iudicare poſſunt: fere uno ore & una eadẽq; uoce teſtanẽ. Quod ſi animi magnitudo miris effereẽ laudibus: qd̃ emineat: atq; ãtecellat ĩprimis: q̃ circa res arctas ac ꝑdifficiles: circa labores ꝑpetiendos: circa ſubeunda ꝑicula/nõ recuſanda etiã grauiſſima diſcrimina. Circa glorioſam quoq; ſuſcipiendam mortẽ/abſq; dubitatione uerſaẽ. Nemo eſt: qui neſciat hanc unã cupidius coli/accuratiſſimeq; ſeruari: ꝑ ſertim cũ utilitate ꝓpoſita & ad tuendã amplificãdãq; ciuitatis ſalutẽ/ac dignitatẽ. Quãobrẽ ea uirtus maxime a ſapientiſſimis uiris laudari cõſueuit: ut ꝑ fortitudinẽ & ꝑ maximã hãc/ſplẽdidiſſimãq; uirtutẽ/patriæ cõmodis ac reip. ꝓſpiciaẽ honoribus. Quotiẽs magno/elato/excelſo aĩo hac uſi ſint: tum ſinguli ueſtrũ: tum etiã uniuerſi: cũ reip. utilitas: cũ patriæ neceſſitas poſtularit: inumera poſſint ĩ mediũ exẽpla ꝓferri: ut ob eam cãm uiros magnos/uiros fortes/magnanimos/glorioſos/& oĩum ſumma ꝑdicatione digniſſimos cẽſeamus habẽdos: & ſæpenumero ueteribus cõprobãdos Romanis: qui patriæ ſalutẽ/ac decus/uitæ anteponere nõ dubitabãt: & modo ciuitati ꝓdeſſent: & ſanguinẽ ꝓfundebant: & ſectati Deciorũ: quos hiſtoriæ celebrãt: præclara ueſtigia/morti ſeſe ultro ac ſponte deuouebãt. Quid loquar de Tẽperantia/moderatiõe/frugalitate: in qua una ꝑcipue admirabilis uirtutis ſplẽdor & laudis claritudo uerſaẽ: atq; cõſiſtit? Nã ſi Tẽperãtia eſt: ut Philoſophi tradunt: animi circa res inutiles atq; ĩhoneſtas uictrix ac pudica dominatio: cuius nitore & luce tota hoĩs uita refulget. Quis ẽ: qui ignoret huius laudẽ in hac ciuitate clareſcere/ac plurimũ dominari? Modus in rebus: ordo in humanis actionibus: hinc uel maxime ſumpſit exordiũ. Modũ uero tueri/ordinẽ in cunctis gerẽdis rebus cõſeruare/magna ac ſplendidiſſima uirtus eſt: q ab ipſa quoq; rerũ oĩum ꝓcreatrice/& optima parẽte natura nobis oĩbus indita uel ĩgenita uideẽ potius. Illud Horatii Flacci uerũ teſtimoniũ eſt. Eſt modus in rebus: ſunt certi deniq; fines. Quos ultra citraq; nequit cõſiſtere rectũ. Hæc uos uirtus ciues ampliſſimi/celebres & glorioſos reddit. Itaq; Chilon Lacedæmonius ſcite dixiſſe ferẽ: q unus fuit ex ſeptẽ Sapiẽtũ numero: quodq; ab oĩbus rectiſſimo animi iudicio cõprobaẽ μηδεν αγαν: qd̃ Latini ĩterpretanẽ. Nihil nimis. Quãdoqdẽ uirtutes oẽs/mediocritates quaſdã Philoſophi eẽ aſſeuerãt. Atq; ita oĩbus in rebus optimã eſſe mediocritatis regulã: ut omne/qd̃ nimiũ ſit/uitupatione/ac ꝓbro carere nõ poſſit. Quocirca illud laudaẽ Pythagoricũ εν πασι το μετρον αριςον. In cunctis mẽſura optima. Quis igitur uos non laudet: quis nõ ꝑdicet: qs nõ magnifaciat: quis nõ plurimũ admireẽ: apud quos nihil nimis: qd̃ arbitranẽ apprime in uita eſſe utile: apud quos certi ſunt rerũ fines: & cõſiliorũ/atq; operũ/totiuſq; deniq; uitæ ordo/moduſq; ſeruatur: & eorũ/quæ uel dicunẽ: uel fiunt/recta mẽſura eſt? Fidem/cõſtantiã/grauitatẽ/animi magnitudinẽ/ꝓbitatem/cæteraſq; tum multas/tum maximas uirtutes ſi pergã: nõ dicã laudare: ſed referre deficiat me dies: ad qd̃ explicandũ (ut Hieronymi uerbis utar) Tulliani fluuiis ſiccareẽ eloquii. De re aũt familiari: deq; domeſtica adminiſtrationis ĩſtitutione nihil eſt: qd̃ fuſius dicẽdũ eſſe uideaẽ. Quæ cũ in liberis educãdis ĩprimis eluceat: quanta ea in re ueſtra hæc laude digna ſit ciuitas: cũ multa argumẽto ſunt: tum hoc præ cæteris qd̃ ueſtra pubes/& bene ĩſtituta iuuẽtus/ita bonis artibus & laudatis exercitationibus mancipaẽ: ut ſuo poſt tp̃e/mirificos ac lætiſſimos fructus efferat: qd̃ eſt ciues bonos/ſtudioſos ĩtegritatis/amatores patriæ/cõtẽptores libidinũ/ĩſectatores turpitudinis/laudis & ſolidæ/appetentiſſimos gloriæ. Quod ſi ad initiorũ regulã reliqua uita decurrit: ut ad Demetriadẽ ſcribẽs teſtaẽ ſacratiſſimus doctor Hieronymus: ueſtræ urbis glorioſa iuuẽtus/optimis a teneris annis uirtutum

imbuta odoribus/eoſdem in oẽm ꝑducit uitam:& in uniuerſam iugiter conſeruat ætatẽ. Venio nunc ad ea/quæ
ueſtræ reip.extollunt gloriã:ad diſciplinã ciuitatis:& rectã gubernãdi rõnem:Cum.n.in artifices/agricolas/mili
tes/Magiſtratus/bene iſtituta ciuitas partiat̃:ab re eſt:ut de agricolis/deq̃ artificibus lõgiorẽ ſermonẽ faciamus:
qui oẽs uberẽ reꝝ oium ſubminiſtrãt:ac ſuppeditãt copiã:& neceſſariã ad cultũ uitæ ſufficientiã ꝓſtãt:artium tñ
multitudo & ſũma miniſterioꝝ uarietas ueſtrã hãc & decorãt:& lõgiſſime illuſtrãt ciuitatẽ:qbus excolit̃:atq̃ ex
polit̃ humanũ genus. Vnde elegãter/ſane/ac luculẽte magnus philoſophus/& ĩprimis ſapiẽtiſſimus Plato/nego
tiatores & mercaturæ ſectatores plurimũ laudare cõſueuit.Itaq̃ & a iureconſultis hæc uerba de Platone ſcripta
ſunt. Vir ſũmæ prudẽtiæ & auctoritatis apud Græcos Plato:cũ iſtitueret quẽadmodũ ciuitas bene ac beatæ ha
bitari poſſit:hmõi negociatores ĩprimis neceſſarios duxit. Reuerẽdi patres/ac uos ciues ꝓſtãtiſſimi ueſtræ ciuita
tis iſtitutione ſi qs recta & euoluta animi notione cõtẽplari uoluerit/nihil cõpoſitius/nihil ſanctius/nihil melius
nihil ornatius cogitari queat. Iura diuina/humãæ leges/& ꝓclara iſtituta teſtant̃. Scimus iuſtitiã & pietatẽ eẽ ſer
uãdã in his ciuitatibus:qua recte ſunt legibus ac moribus cõſtitutæ. Vt ꝑ pietatẽ/ſanctiſſime diuini cultus cuſto
diat̃ honos:Deũ uerũ/trinũ & unum/oĩpotẽtẽ mundi rectorẽ/creatorẽ uiſibiliũ oium atq̃ iuiſibiliũ creaturaꝝ/
largitorẽ bonoꝝ oium:cũq̃ illo glorioſiſſimã atq̃ ĩtemeratã Virginẽ Saluatoris noſtri Dei genitricẽ & ſacratiſſi
ma cælitũ cõcilia/pia & cõgrua celebritate ueneremur:Per iuſtitiã ad bene uiuẽdũ.& ad rõnis normã hoium ui
ta ſalubriter dirigat̃. Quibus ex rebus bene cõſtitutæ ciuitatis diſciplina ꝑficiſcit̃. Pro Deus ĩmortalis/ quãta ha
rum reꝝ oium hæc una ciuitas laude floreſcit/Pia in Deũ ſtudioſiſſima Chriſtiani cultus/orthodoxæ & catholi
cæ religionis obſeruantiſſima/ſacroꝝ & cerimoniarũ cultrix diligens:gens ſancta/populus fidelis: ciuitas diuinis
miniſteriis libẽter ĩtẽta. De qua illud ꝓpheticũ iure cõuenit:Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei:cuius funda
mẽta ꝓculdubio locata ſunt ſup firmã petrã:& in mõtibus ſanctis cõſtituta. Ciuitas dilectionis/ciuitas cõcordiæ/
ciuitas charitatis & pacis. Quã idcirco beatã ſentire debemus:ipſa quoq̃ Euãgelica ueritate teſtãte:q̃ ait:Beati pa
cifici:quoniã filii dei uocabunt̃. Beata igit̃ & pacifica ciuitas:& quæuis pace gaudẽs hoium cõciliatio/ac ſocietas:q̃
Dei filiam & dilectã deo atq̃ hoibus exiſtimare debemus. Cuius leges:cuius mores:cuius iſtituta:cuius diſcipli
na ois ad uirtutẽ/ad iuſtitiã/ad honeſtatẽ/ad decus ſpectat:& ad ſolidã dirigit̃ gloriã. Inſtituta/ad exẽpla recte ui
uendi:exẽpla/ad ſpecimẽ ueræ laudis eluceſcũt. Laudãt ueteres maiores Athenięſiũ urbẽ:ſed ĩ ea una floruit hu
manæ ſapiẽtiæ & doctrinæ cognitio. Quippe ex qua plurimæ Philoſophoꝝ diſciplinæ fluxerũt. Laudãt & glo
rioſam Lacedæmona ꝓdicãt. Sed q̃ eius cõmẽdatio alia afferri põt/q̃ rei militaris & bellicæ exercitationis gloria?
Laudãt:ac plurimũ Chorinthũ efferũt. Sed quorſum eius niſi ad nitorẽ ac lauticiã:ad opes delitiaſq̃ laus ĩtẽdit̃:
ut totius Græciæ lumẽ Cicerone ꝓdẽte/appellaret̃? Singulæ ſingulis ornamẽtis antecellebãt. At ueſtra hæc nul
la uera & certa bonaꝝ laudatiſſimarũq̃ rerũ oium atq̃ artiũ laude deficit. Quã nõ Solones/aut Dracones: aut
humanaꝝ cõditores legũ extollunt:ſed Chriſtianiſſimi ritus ſanctiſſima obſeruatio/& iuſtitiæ firma cuſtodia:ut
ſi Thales triplicẽ ob cãm fortunæ gratiã agendã putaret:qd homo.nõ bellua:qd mas/nõ fœmina: qd Græcus/nõ
aũt Barbarus natus eẽt:uos ciues ꝓſtãtiſſimi/cœloꝝ Principi:cuius uerũ numẽ eſt:grates imortales ꝑſoluere con
ueniat:qbus tam glorioſa ciuitas/tamq̃ multis ornata laudibus patria cõtingit:quã patres noſtri huius ſacræ reli
gionis ꝓfeſſores deligere iſtituerũt:tanquã ſanctã hãc ſynodũ celebrarẽt:quoniã ibi plerũq̃ diuini numinis inſpi
rãte gratia/cuncta rite ꝓcedũt:ubi ſobrie/iuſte/pie/ac religioſe uiuit̃:ubi uiget Dei timor:qd/ut cecinit ſacratiſſi
mus Vates/reꝝ oium primũ eſt:ubi regnat Prudẽtia:cõis utilitatis affectio:dilectio ꝓximi:uirtutũ chorus ĩcredi
bili fulgore clareſcit. Quibus de rebus lõge fortaſſe melius erat:nihil fuiſſe locutũ/q̃ ĩ cõcĩna & breui nimiũ ora
tione uoluiſſe cõplecti. Sed qd ĩgenii ĩbecillitas prætermiſit:adiungit optima ac ſincera uoluntas. Nos uero:q ĩtel
lexerimus hũc cœtũ & ſeruoꝝ xpi cõgregationẽ hũaniter/bẽigne & lætiſſimis aĩs fuiſſe ſuſceptã:arbitramur nul
lã poſſe a nobis æquã tãtis meritis repẽdi gratiã. Nõ.n. Homerũ ſecuti eſtis dicẽtẽ.

Sed Apoſtolicũ:q uolentẽ abire Saluatorẽ:coegerũt illũ:ut ſecũ maneret ĩclinata die. Quã uero
agere nequit noſtræ tenuitatis fragilitas:mens ipſa/cuius multo amplior uis/ac poteſtas eſt:habebit ĩmortalẽ ac
ſempiternã. Quodq̃ datum eſt his/qui cõtẽptis humanis delitiis/& terreſtribus rebus abiectis/Deo ſeruiunt:&
in lege dñi dies meditant̃:ac noctes deuotiſſimas fundemus ꝓces ad eius incõprahẽſibilẽ maieſtatẽ: q orationes
exaudire dignet̃ humiliter ſupplicãtium:& uota mortaliũ reſpicit:ſi iactauerimus cogitatum in eum:ut ipſe uos
enutriat/tueatur:foueat:ut hæc glorioſa & præclara ciuitas in bonis opibus ꝑſeueret:& ab eius gratia nuſquã di
ſcedat:qui cumulum largitur nobis bonorũ oium:ut pro ſua ineffabili bonitate uos adiuuet:defendat: amplifi
cet:augeat rempubli.ac fœliciſſimã faciat:& cœleſti benedictione dignetur: ut ab oibus liberetur inſidiis: hoſtili
quaq̃ iuaſione cuſtodiatur:cunctis protegat̃ aduerſis:ut in huius uitæ uarietate cõcordiam/dignitatẽ/unanimi
tatem/mutuam beniuolentiã ſeruare poſſitis:& illa lætari perpetuo:quã mundus dare nõ põt pacẽ. Finem igitur
dicendi faciam:& Apoſtoli uerbis utar:pax Dei/quæ exuperat oẽm ſenſum/cuſtodiat corda ueſtra/& ĩtelligẽtias
ueſtras in Chriſto Ieſu domino noſtro. Scio me:q nõ ſum exigui mei ignarus ingenii/minime tantarũ rerum ma
gnitudinẽ potuiſſe cõſequi. Peto ueniam ſupplex:& horum/qui adſunt/imploro clemẽtiam:præſertim reueren
diſſimi patris noſtri ſummã benignitatẽ:ut congruam ac debitam erratorum emendationem adhibere uelit. Spes
eſt in reuerendiſſimi noſtri Generalis incredibili humanitate: qui non ſine maximis rationibus tanto miniſterio
dignus habitus eſt:dilectus Deo & hoibus ob ſummam ĩtegritatẽ/præcipuam uirtutem/ morum ſanctimoniam
agendarum rerum peritiam/exquiſitã/eruditionẽ atq̃ doctrinam:diuinæ legis perfectã inſtitutionẽ:ſacratiſſimæ
diſciplinæ notitiam:& ꝑfectam quãdam cunctis in rebus Prudentiã:quem paſtorẽ:quem rectorẽ:quem tantæ re
ligionis cuſtodem dedit nobis dominus:qui nos dirigat in uiam ſalutis:& huius Dominici gregis curam & uigilan
tiſſimam cuſtodiam gerat. Eius igitur ſufficientia/quæ oibus a Deo/Apoſtolo teſte:& meos oẽs tum emendabit
errores/tum etiam defectus explebit:illo fauente:qui infinitis ſæculis regnat. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. VI. De iis rebus: quas Rerũpublicaꝶ Rectores ac Magiſtratus habere conueniat.

NOn ſum neſcius Magnifici atq; excelſi Domini/ & clariſſimi Magiſtratus/ uos reliqui p̄ſtãtiſſimi ciues: eum q̄ in tam celebri loco uerba facturus ſit/ magnis quibuſdã & p̄claris laudibus ornatũ eſſe oportere: ut non modo loci dignitati: ſed etiã rei magnitudini: & eoꝶ q̄ adſint/ expectationi ſatiſfacere poſſit. Scite & uere Doctor ſacratiſſimus dicere ſolitus erat/ grãdes materias/ igenia parua nõ ſufferũt: ut cũ ea oĩa mecũ aĩo reperã/ ſubuerear ne nõ potius icõſulto/ q̃ modeſte feciſſe uidear: qui in tam claro & illuſtri conſenſu orationẽ habere decreuerim apud eos: quoꝶ plane eruditio ac ſapiẽtia exploratiſſima eſt. Sed fiduciã p̄ſtat ueſtra ſũma facilitas: quæ nõ orationis ſplẽdorẽ poſtulabit (ut arbitror) ſed potius ſniæ ueritatẽ: & dicẽtis nõ arrogans iſtitutũ: ſed optimã mẽtem/ recuſſimũq; ꝓpoſitũ. Quæri igitur ſolet a doctis ac ſapiẽtiſſimis uiris/ quæ illa ſint: quæ ciuitatũ Rectores/ ac Magiſtratus habere cõueniat: ut bene/ pacate/ ac trãquille unaquæq; ciuitas ac reſpub. gubernet̃: ut & uerã beatitudinẽ adipiſci poſſit: & ꝑpetuo ocio ac diuturna pace fruatur. Sed ea demũ maxime ſeruãda ſunt: quæ nos hodie apud ueſtrã celſitudinẽ breui/ ꝑcurremus. Nam præ cæteris rebus diuini cultus reuerẽtia tuenda eſt. Iuſtitiæ cõſeruatio/ cõcordiæ unitas: recta adminiſtrãdarum reꝶ ratio. Et enim ciuitas/ teſte magno Philoſopho/ ſocietatũ oium principaliſſima eſt: & principalis boni gratia cõſtituta/ ſed hoibus bona: niſi ab oĩpotente reꝶ oium creatore tribuunt̃. Nam omne datũ optimũ/ atq; omne ꝑfectũ donũ deſurſum eſt: deſcẽdẽs a patre luminum. Ille auctor pacis eſt: ille dator quietis: ille largitor ſapiẽtiæ: ille deniq; gratiaꝶ oium fons uberrimus. Illum igitur uenerari: illum ſuppliciter obſecrare debemus: ut pro ſua immenſa clementia ciuitatem ueſtram cuſtodiat: & rempublicam tueatur. Proxime accedat iuſtitia: quæ una in publicis adminiſtrationibus maxime dominatur: quæ reddens cuiq; quod ſuum eſt/ bonos extollit: malos deprimit: probos honorat: mulctat improbos: ſuperbis reſiſtit: humilibus dat gratiam: inſolẽtiam coheret: uirtutem celebrat: atq; omnia gerit: quibus ciuitatis ſtatus/ decus/ ac dignitas conſeruatur. Nam huius uirtutis proprium eſt/ declinare a malo/ & facere bonum: ex q̄bus opibus Prophetæ teſtimonio/ oritur: atq; manat trãquillitas: q̄d eſt ſummũ atq; ampliſſimũ ciuitatis bonũ. Quid de cõcordia multa dicamus? Vinculũ ciuilis ſocietatis unanimitas eſt: q̄ dum una eadẽq; uolũtate reipub. ſalutẽ & cõſeruationẽ intẽdit: oĩa fœliciter/ oĩa ꝓſpere/ oĩa pro uoto ſuccedũt. Ecce q̄ bonũ/ inq̄t ꝓpheta: & q̄ iucundũ habitare fratres in unũ. Magnũ bonũ cõcordia eſt: quæ rẽpub. uel ſola tuet̃ iucundũ bonum: q̄d ꝑpetuam pacẽ: ac ſecuritatẽ parit: ut ubi ea fuerit. ibi uera ac perpetua trãquillitas eluceſcat. Poſtremo recta gerẽdarum reꝶ ratio neceſſaria eſt. Quæ oĩa & cõſilia & cogitationes & opera reipub. utilitatẽ referat: & ad ciuitatis ſalutem: & ad cõmune bonum dirigat. Quoniã factio & priuataꝶ rerum reſpectus: & ſuoꝶ cõmodoꝶ cupiditas: ut præclare Hiſtoricus magnus inquit: ſemꝑ nocuerunt: nocebũtq; cõſiliis. Ciuitatis bonum ꝓponendũ eſt: & ad illud aſſequendũ tenendũq; oĩs eſt adhibẽda cõtentio. Hæc ueſtra nouit ſumma Prudẽtia: hæc ueſtra ſeruat induſtria: q̄ ſi eadem exercere diligẽtiſſime prexeritis: florentiſſimã ſemꝑ poſſidebitis rempub. libertatẽ/ pacem/ & gloriam retinebitis: quæ magna & præcipua ciuitatis bona ille ſemper impartiri & cõſeruare dignet̃: qui ad imitationem Ieruſalem ciuitatis ſupernæ ꝑ uirtutũ obſeruationẽ uoluit & in terris illius imaginem condi. Veſtra autem illa ſit: quæ imprimis oium bonoꝶ amplitudine atq; ubertate floreſcat. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. VII. De republica uere beata.

DEcebat nõ iperitũ hoiem/ ac ꝑ adoleſcentẽ me uel puerũ potius/ celebres Magiſtratus atq; excelſi Domini: ſed uirum auctoritate p̄ſtantẽ/ & eloquẽtiæ ornatũ laudibus in hoc illuſtri loco & p̄claro cõſeſſu uerba facere. Excuſationẽ afferet: quæ ſola coegit parendi uoluntas/ & ſũma pro uiribus orationis breuitas. Præcipue uero/ cũ nõ ad recte gubernãda rẽpu. cohortãda ſit ueſtra amplitudo: ſed de bene/ ſapienter/ moderate/ ac iuſte adminiſtrata: ſit certe ſũmis laudibus efferẽda. Nam q̄ cupiũt uere beatã eẽ rẽpu. illi proculdubio diuini numinis maieſtatẽ: & cælites ac ſupos oẽs ſũma ueneratiõe/ & ampliſſimis ꝓſequunt̃ honoribus. Si omne datũ optimũ/ & omne donũ ꝑfectũ deſurſum eſt: & ab imortalis Principis largitate/ pia Sanctorũ itercesſione bona cuncta ꝓcedunt. Proxime iuſtitiã ꝓponunt: atq; eam ſtudio omni ac totis uiribus cõplectunt̃: quæ reddẽs unicuiq; q̄d ſuum eſt/ una præ cæteris in omni reipub. adminiſtratione maxime dominat̃: reſiſtens ubiq; ſuperbis: dans uero humilibus gratiã. Adhibent porro cõcordiam/ atq; unanimitatẽ: q̄d eſt uel maximum ciuilis ſocietatis uinculum: & ciuitatis ſalutẽ/ ſecuritatẽ/ cõſeruationẽ inducit. Quãdoquidẽ optimum & ſalutare eſt/ habitare fratres in unum: ut inquit Propheta: & in unã ſemꝑ conuenire aioꝶ ſniam. Ad hæc autẽ ſuoꝶ obliti cõmodoꝶ/ omnia conſilia/ uerba/ opera/ ad reipub. decus/ & cõmunẽ referunt utilitatẽ: deniq; ſalutẽ patriæ non modo externis rebus: ſed uitæ quoq; anteponunt/ & ſanguini. Quæ oĩa excelſi Magiſtratus/ cum de ueſtra amplitudine exploratiſſima ſint/ cæteris relictis: quæ probe nouit ueſtra incredibilis ſapientia: & ſæpe a doctiſſimis uiris ex hoc loco pertractata ſunt. Fundemus pias ad Deum & genitricẽ eius præces: ut ueſtrum imperiũ & præclaram ciuitatẽ ornatã armis/ legibus armatã: quæq; in ſummoꝶ ciuiũ adminiſtrationẽ incidit: in trãquillitate pacis & rerum oium ſplẽdore & gloria perpetuis ſæculis tueatur/ ad ipſius omnipotẽtis Dei laudem. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. VIII. De præclara reipublicæ inſtitutione.

ERant partes meæ/ niſi fallor/ excelſi atq; illuſtres Domini/ & ampliſſimi Magiſtratus: qui ad hãc præclaram læti diei huius ſolẽnitatẽ cõueniſtis: hanc tam grauẽ & imbecillitati meæ intollerandã orandi prouinciã/ iis agendã relinquere: quorũ & eloquẽdi copia & elaborata induſtria cõperta oĩbus atq; explorata ſit. Partes magni Oratoris datæ ſunt mihi: quæ illum decebãt: quẽ merito ob maximas uirtutis & ſapientiæ laudes/ Capitaneũ populi/ magnis rebus gerẽdis cõſtituit ueſtra reſpublica. Nec me fugiebat hoc mihi/ tum p ætatẽ: tum ob inſcitiã minime cõuenire. Sed ſi mihi hoc indecorũ/ illud certe multo erat magis/ aſpernari Magnifici Capitanei iuſſa: quæ me ꝓculdubio capeſſere fas eſt. Qua ſola rõne ductus/ inde mihi ſummã dicendi exordiũ: unde oĩs tantæ celebritatis ratio ꝓfecta eſt. Nec quæ ad rem non ptinent: curæ erit mihi ut aggre-

diar:qđ facere ii ſolent:qui uel multa ſeſe ſcire ꝓfitenť:uel uberiore oratione admirationem q̃ maximam apud eos:q audiunt:& ampliſſimā laudē conanť adipiſci. Ego uero/quæ de p̃clara reipu. iſtitutione dicēda exiſtimauerim:ea ꝑ breui quadā ſum oratione ꝓſecuturus. Socrates parens Philoſophiæ:quē ſapiētiſſimū oraculo Delphici Apollinis iudicatū ferunt:cū de optima Republica loquereť:& quidnā de illa ſentiret/in mediū ꝓferret. Optima ciuitatis iacta fundamēta dicebat:& ꝑpetua quadā firmitate cōſtare:ſi ſapiēs:ſi uirilis:ſi tēperans:ſi iuſta foret: quæ qdem magnæ eximiæq; uirtutes:tam etſi totius humanæ uitæ cōtineāt rōnē:p̃cipue tñ ad bene regēdā ciuitatē adeo neceſſariæ ſunt:ut abſq; earū p̃ſidio nulla nec munita ſatis:nec tuta ſit ciuitas. Sed qppe ſtabilitas ois & tota īperii diuturnitas ab iis ſalubribus fontibus orta/tum demū hoīum cōcilia tueť ac ſeruat:ſi earū: quas Socrates numerabat:uirtutū robur ꝑpetua atq; incōcuſſa firmitate tenereť:Præclare Socrates:& hoc qdē iprimis eleganter. Nam quis dubitare poſſit rōnē:quæ ſoli in omni aīantiū numero homini data eſt:hoīem ſeparare a natura ferarū:ac lōgiſſime a belluarū īmanitate ſegregare: Sed qd ratio petit:qd ſpectat aliud/q̃ uirtutis actionem:atq; exercitationē:quæ ab ipſa rōne ꝓfecta latiſſime patet:& tum ſapientiā prudētiāq;:tum æquitatē/animi magnitudinē:uerecundiā:modeſtiā/ꝓbitatē. Fidem colendā ſuadet:p̃cipit:īperat. Quarū uirtutū Sapiētia/quæ una oīum excellētiſſima eſt:in maximarū rerū cognitione cōſiſtit:Prudentia in capiēdis cōſiliis/& bonarū malarūq; rerū habēdo delectu. Aequitas in hoīum ſocietate tuenda:ac ius ſuum reddēdo cuiq;:animi magnitudo alias in ꝑturbationibus repellēdis ſedādiſq; iniuſtis motibus:alias in fragilibus contēnendis rebus tota uerſať. Modeſtia in omniū cōſiliorū actionūq; ſeruāda rōne:& eorū oīum:quæ uel dicunť:uel aguntur ordine & modo:qbus ex rebus cōflatur:ac demum cōficiť id:ad qđ naſci hoiem philoſophi uero teſtimonio ꝓfitenť:qđ eſt ad fœlicitatē adipiſcēdā:& illam cōſequēdam beatitudinē:quæ certe ſtatus eſt bonorū oīum cōgregatiōe ꝑfectus. Sed ſi ſingulis hoibus hæc uehemēter ſunt neceſſaria:ſi beati eſſe uolunt:& ad mutorū aīalium feritate diſtingui:quāto magis hoīum conciliis ac cœtibus:quæ ciuitates appellanť:ut nihil ſit:qđ illis Principi Deo placeat magis:nihil qđ oino poſſit eē acceptius: Vere nāq; homo gregale aīal eſt:& ad ſocietatē natū. Sed oīum principaliſſima ſocietatū ciuitas eſt: quæ Ariſtotele magno teſtāte philoſopho/cæteras oēs abſq; dubitatione cōplectiť. Quare ſi recte noſſe:ſi uere ſentire uoluerimus/ſtatuemus ꝓculdubio totā & bene uiuēdi & bene regēdi rōnem in ſola uirtutis actione cōſiſtere:& a ſapientiæ fluentis:quæ una uirtutes oēs ſuo ambitu cōtinet:dubio procul manare/ac ꝓficiſci. Atq; hinc erat illa Platonis iam nota oibus/ac celebrata ſnīa. Qui dicere ſolebat:beatas fore reſpub. ſi eas uel ſtudioſi ſapientiæ regerēt:uel earū rectores ſtudere ſapiētiæ cōtigiſſet. Ac ꝓpterea ſcite ſimul atq; iprimis utiliter/optimus uitæ inſtitutor:qui luculentū de hac uirtute librū edidit his uerbis terrarū Principes/ac rerū publicarū rectores inſtruit. O reges populi/inquit:diligite ſapiētiā:ut regnetis in ꝑpetuū:diligite lumē ſapiētiæ oēs:q præeſtis populis. Vere nanq; ſapiētia mater diciť oium/ac regina uirtutū. Quā q ſequunť/a recta uiuēdi rōne nunq̃ aberrāt: Parit.n. uirtutes oēs eas iprimis: & qbus ſeruatis/p̃clara ē/ac merito laudāda ois reipu. cōſtitutio:totaq; hoīum cōciliatio: & rite ſimul & beatæ ꝓcedit. Nec eſt aliunde pietas ac religio:ꝑ quā īmortali totius mundi Pricipi/ac reliquis ſupis honores/ſacrificia/cerimoniæ ſūma aīorum deuotione ac cultu/ſtatutis tpībus ꝑſoluunť:ꝑ quā certo ſibi perſuadet mortaliū genus:æternū/ac diuinū numēres curare humanas:& qđ ipſe quoq; teſtatus eſt Cicero: piorū atq; īpiorū habere rōnē:ut q bene & cū uirtute uixerit:p̃mia digna reportēt:ſcelerati uero/atq; īprobi iuſtis pœnis/ac uariis ſuppliciorū generibus afficianť:ut q patriam adiuuerint:ſeruauerint:auxerint:ſoluti corporū uinculis fœlici æuo/atq; imortalitate fruanť:q uero in ea delenda fuerint occupati in tetra/horrida/formidoloſa īferorū loca mergant. Nō eſt aliunde iuſtitia/quæ una uirtus totius humanæ ſocietatis diciť fundamētū: quā nō iniuria regendarū ciuitatū/ueteres ſapiētes principē eſſe tradiderūt:quippe quæ ſola ſūmos cū īfimis pari iure tueť/nemini nocet:tribuit cuiq; ſcđm ꝓpriam dignitatē:hāc patere latiſſime nemo ignorat:cum nulla pars uitæ neq; publicis/neq; priuatis in rebus:neq; in domeſticis negociis/atq; forēſibus:neq; ſi priuatim qd agatur:neq; ſi cōtrahatur cū altero uacare iuſtitia poſſit:atq; in colenda iuſtitia maximus ineſt uirtutis ſplēdor:ut merito tradiderit teſtis locuples/Euripides iuſtitiā/ſydera quæq; fulgētiſſima luce/& claritate præſtare:hāc Chryſippus philoſophus in Stoicorū diſciplina clariſſimus(ut ait Gellius)cōdigne & decore depinxit:cum eius imaginē a priſcis Rhetoribus pictoribuſq; fieri ſolitam ſcribit:Forma atq; filo Virginali:aſpectu uehemēti & formidabili:luminibus oculorū acribus:neq; humilis:neq; atrocis:ſed reuerēdæ cuiuſdā triſtitiæ dignitate. Quibus quidē ex imaginibus intelligi uoluit p̃clariſſimus philoſophus eum:q uel iudicādo/uel gerēdo Magiſtratui ſit p̃fectus:quorū uterq; quidam iuſtitiæ Antiſtes habēdus eſt/oportere eſſe grauē/ſanctū/ſeuerū/incorruptū/inadulabilē:cōtraq; improbos nocēteſq; immiſericordem/atq; inexorabilē/erectūq; & arduū:& ui potentē:& maieſtate æquitatis/ueritatiſq; terrificum. Quod utiq; omne nō magna ſine rōne/tum a uetuſtis artificibus/tum a doctiſſimo philoſopho effectū eſt:ut intelligāt oēs uerum eſſe:qđ & Græcus Plato & Latinus. M. Tullius in Politica inſtitutione tradiderunt:in cunctis ciuitatū ac populorū gubernaculis oportere imprimis uigere iuſtitiā;qua ſi caruerint hoies: intereat oīs humana ſocietas/neceſſe eſt. Quod ſi ſapiēs extiterit:q rēpub. gubernat:iuſtitiā omni ſtudio ac diligēti induſtria tueri conabiť:ſi trāquillam/ſi pacatā/ſi glorioſam/ſi diuturnā/ſi denīq; ſaluam eē uelit rēpub. Sed ab eodē quoq; ſapientiæ germine/cōcordia pullulat:de qua minime opus eſt plura in medium ꝓferre. Vere nāq; dulce eſt concordiæ nomē/ueluti arctiſſimū uinculum/ad cōnectēda ciuium corda:ut uno cōſenſu/una eadēq; uoluntate/eadem cupiant ſemp. qui rēpub. gubernāt/eadem ſpectent:eadem ſequantur:qđ eſt:ut uniuerſorū ciuium ſalutem tueantur:totum corpus reipublicæ ꝓcurent:incolumitatē ciuitātis omni ſtudio: & cunctis(ut aiunt)uiribus & magna ſemp induſtria/diligentiāq; cuſtodiant:imprimis ut paci cōſulant:quæ res/Cicerone teſtantē: tum iucunda eſt:tum etiā ſalutaris. Per quā uere etiā paruæ res augeſcunt:& magna indies incremēta ſuſcipiunt: quēadmodum & diſcordia uel florētiſſima imperia & ciuitates quoq; ampliſſima dilabunť. Nam qđ de diuiſo regno Euangelicum oraculū prodit/deſolationi patere:id ꝓfecto patet latius:ut ne parua quidē domus abſq; cōcordia poſſit

diutius pmanere. Igitur ciuium unitas atq; cōcordia: pax ciuitatis una cū ſanctiſſima iuſtitiæ ſocietate beatitudinē pariunt illā: ad quā oīum certe mortaliū aſpirat itentio: qua adepta/ſuporū uitā imitanť in terris. Sed ſum forſaſſe/q̄ credidi/lōgior: ipſe mihi iam finē dicēdi faciā: ſi paucis antea ad hæc pclara capeſſenda ornamēta ueſtrā amplitudinē clariſſimi atq; iſignes patres: q nouos Magiſtratus igreſſuri eſtis: fuero cohortatus.

Eſſendo adūq; excellētiſſimi magiſtrati la Politica uita & ciuile cōgregatiōe/coſa ſopra tutte le altre i terra acceptiſſima allo eterno & imortale Dio: qñ cō la ſancta iſtitutione delle leggi & diſciplina & regola di uirtu ſia dali ſuoi rectori gouernata/e/coſa cōueniēte & alla dignita uoſtra ſommamēte cōſentanea/cō ardēte aīo & cō uigilantiſſima cura itendere al debito officio delli uoſtri ornatiſſimi & ſplēdidi magiſtrati: alliquali da q̄ſta glorioſa republica ſete degnamēte ppoſti & ad iuſto regimēto & alla cōſeruatione di tutte q̄lle ſingulari & neceſſarie uirtude: quali nel nr̄o latino parlare poco ināci habbiamo cōmemorate. Demōſtrādo in tāta adminiſtratiōe la prudētia/la moderatiōe: la magnanimita & diligētia uoſtra/& la pfecta charita & ſincera fede īuerſo la patria: di cui lo amore giuſtamēte ſi debba pponere a qualunche altra affectione. Perche e/coſa īdubitatamēte uera/& da ciaſcuno conceſſa: che la uirtu/quale & quāta ſia nelli publici regimēti/apertamēte ſi manifeſta. Acioche mediante la cura & induſtria delle uoſtre excellentie/q̄ſta florēte republica glorioſamēte le uoſtre opere iteruenienti ſi cōſerui & reſplenda/tanto piu la uoſtra ſingulare ſapientia cō degna & imortale fama delle uoſtre Magnificētie: & finalmente per intercesſione della intemerata madre di Chriſto & Regina di queſto florido populo oltra la gratia de fideli & buoni cittadini/& ueraci amatori della patria ne conſeguiate dallo eterno Dio celeſti & imarceſcibili premii: & coſi ne conceda quello: qui uiuit & regnat in ſæcula ſæculorum. Dixi.

Auguſtini Dathi de Iuſtitia & laudibus ſtudioꝝ & mercaturæ Oratio. IX. Quum pro uetere Senenſis patriæ cōſuetudine/nouis Magiſtratibus uexilla uictricia & glorioſa inſignia publicæ cōmendantur.

MAgna & dicēdi facundia/& multaꝝ rerū cognitio neceſſaria eē uidebať/Magiſtratus celeberrimi/atq; optimi patres/ei: qui corā cōſpectu ueſtro magnis & grauiſſimis de rebus ſermonē facturus eēt. Ea in me nulla eē uideo: & idcirco libenter a tam claro dicēdi officio abſtinuiſſem: niſi huius loci ſors & noſtræ reipub. conſuetudo ad dicēdum cōpuliſſet. Nec me pduxit uoluntas: ſed magis coegit neceſſitas. Verūtamē duo me iure & merito cōpellunt: ut breui oratione apud uos utar optimi Magiſtratus/ac præſtantiſſimi uiri: primum ruditas & ingenii mei imbecillitas: quæ longius peruagari non debet: deinde uel diei anguſtiæ/uel aſperitas tēporis/ne iuſtam repræhēſionem incurram: ſi plura q̄ deceat/in medium pferre uelim. Scio igitur pleroſq; hoc loco/atq; hoc tpe de iuſtitia: de eius uirtutis officio & laudibus loqui ſolitos. Sed cum ſatis multa ea de re atq; ex hoc ipſo loco dicta ſint per hoīes diſertos/atq; eloquētiſſimos/iudico minime opus eſſe: ut alia de iuſtitiæ laudibus ulterius annectantur: præſertim cum pſpicuus ſit eius uirtutis fructus/& ſplendor ampliſſimus: ut iure cæteris uirtutibus oībus prætereūda eſſe uideatur. Quid autē ciuitatē & rempublicā ſeruet cōſiderāti mihi: quid urbes/celebres faciat: duo potiſſimum occurrunt/& aīo ſe præſentāt litterarum ſtudia: & Mercatoꝝ negociationes/atq; artificum miniſteria. Nam de litteraꝝ ſtudiis quid multa dicere neceſſe eſt? Hæc cognitionē pariunt: itellectum perficiunt: hoīem. i. animal rōnale exornāt: & a beſtiarū & mutoꝝ aīalium feritate diſtinguunt: aperiunt ad capienda cōſilia/ſalutis uiam: ut per ſcientiā & rerum inueſtigationē & cognitam ueritatē/ciuitatis ſalutem/reipub. utilitatem/patriæ firmamētum/& gloriā/cōmunē tranquillitatē & pacem tueri & cōſeruare poſſimus: unde eleganter & ſapiētiſſimæ ſummus Orator laudat litteraꝝ ſtudia in oratione pro Archia Poeta/& dicit. Hæc ſtudia adoleſcētiam agunt: ſenectutē oblectāt: ſecundas res ornant: aduerſis pfugium ac ſolatiū/præbent: delectant domi: nō impediunt foris: pnoctant nobiſcum: peregrinanť: ruſticanť. Proxime poſt reꝝ ſcientiā/ratione & ordine ſequiť artium multitudo/ac uarietas: quæ ad rectam ac pfectā ciuitatis inſtitutionē ac diſciplinā/neceſſaria eſt. Et enim oportet ciuitatē rerū oīum habere ſufficiētiam & copiā: p quas hoīum uita cōſeruari ac ſuſtineri poſſit. Ita nāq; & uera ciuitas & beata iudicari debet: ſi ad bene uiuēdum cōſtituta legibus & moribus conformata/munita ſapiētum uiroꝝ cōſilio/oīum abunde ſuppeditet: & ſubminiſtret ubertatē/ac circūfluētiā: quibus inter ſe hoīes iuuare/ciuitates cōtinere/neceſſaria alimēta cōparare/uitæ pſidia/& maxima quæq; adiumenta cōferre poſſint. Hinc reperta & inuēta eſt primū Mercatoꝝ induſtria: deinde artificum labores/atq; opera. Illi ex alto & ex lōginquis regionibus adducunt: & iportāt: qbus ipſi caremus: & exportanť: quæ ſupra neceſſitatem ſuppetūt nobis. Artifices uero miniſterioꝝ diuerſitate & multiplici exercitatione/& ſufficientē & expolitā atq; excultā uitam hoīum reddunt. Alii ædificant: & architecturā exercēt: alii lanificio itendunt: alii texturā agunt: alii alias utilitates & uitæ cultus expediunt: ſine qbus hoīum ſocietas parum differret a natura ferarū: quæ naturali tantum inſtinctu agitur: nihil cōſilio: nihil ratione: nihil induſtria ac ſtudio molitur: & efficit. Ad hæc duo mētem ciues cōuertite: ad ſtudioꝝ augēdam celebritatē in ueſtra glorioſa repub. ad frequētanda & cōponēda artium miniſteria/uires & operam adhibete: quæ duo præclaram ueſtram efficient ciuitatem: & illa ſine labore parabitis: ſi iuſtitiam & cōcordiam & legum ſanctitatē ſtudioſe & unanimiter ſeruare uolueritis. Et ego ueſtras Magnificentias quātum mea exhortatione ualeo: ut cunctis conatibus perficiatis/plurimum oro/atq; obſecro: & poteſtatis publica inſignia/& uictricia hæc uexilla: ut ad pacem & gloriam huius ciuitatis accipiatis/uehementer exhortor: illo concedente: qui ſine fine uiuit & regnat. Dixi.

Auguſtini Dathi Oratio. X. De laudibus Iuſtitiæ: & optima & Regū/ac ciuitatū Rectorē gubernatione.

SIquid in me eſſet eaꝝ laudū/ſacra Maieſtas/ac uos Proceres nobiliſſimi: quæ & huius loci auctoritati/& rei ipſius ſplēdori cōueniunt: maiore pculdubio fiducia/dicendi initium exordiri: & hoc magnū orandi munus ſuſcipere potuiſſem. Sed cū multaꝝ reꝝ ratio: hinc eloquēdi iperitia/ unde rei magnitudo: illinc glorioſi cōſenſus Maieſtas: hāc dicēdi puinciam phibere uideať/ue temere quis me temere atq; impudenter fecisse arbitreť: qui tā difficiles partes ſumpſerim: Præſertim cū fragilitatis meæ ppriū mu-

nus ſit potius audire/q̃ loqui. Cæteꝝ parendi uolũtas/& ſumma impantis auctoritas/tantũ ualere apud me de‑ bet:ut nõ tã uiriũ meaꝝ/qui neceſſaria pcepti habẽda mihi ratio ſit. Nã præclare & ſplẽdide Doctor inſignis atq; īclytus Aurelius Auguſtinus:obediẽtia ĩquit mr̃/ quodãmodo ẽ oĩum/cuſtoſq; uirtutũ. Hãc tueri:hãc colere ne‑ ceſſe eſt:ſine qua reliquaꝝ uirtutũ oĩum decus ammittit̃. Proinde & parẽdi neceſſitate cõpulſus/& tuæ Maieſta tis clæmentia/ac cæteroꝝ/qui adſunt humanitate ac/facilitate fretus:q̃ hodie mihi . Spiritus ſancti gr̃a illuſtrãda dederit:ea oĩa diuino opitulãte numine / breui orõne perſtringã . Magnus igit̃ & illuſtris Orator/ ac ſũma apud Romanos auctoritate Phũs. M. Tullius cũ de Repub. ſcriberet:Platonis ſniam ſecutus tradidit. Nihil eſſe illi prĩ cipi Deo:qui oẽm mũdũ regit:qđ qdẽ in terris fiat acceptius/q̃ cõcilia cœtuſq; hoĩum iure ſociati:q̃ ciuitates ap‑ pellantur. Sed qd eſt:iure ſociata ciuiũ multitudo:niſi quæ optimi Pricipis gubernaculis ſubiacet:q̃ legũ religio ne cõſormat̃:inſtitutis regit̃:moribus ac diſciplina uirtutis cõſtituta eſt. Quæ deniq; Iuſtitiæ laude cõtinet̃ : cui nõ iniuria/palmã in oĩ reꝝ publicaꝝ adminiſtratione uiri ſapiẽtiſſimi tribuerũt. Quocirca bene ac ſcite ſapiẽtiæ monimẽtis pdit̃. Diligite Iuſtitiã:q iudicatis terrã. Et.n.q̃ ſit iuſtitiæ neceſſaria uirtus:q ciuitatũ & populoꝝ gu‑ bernationi pſunt:q̃ late pateat:quãto ſplẽdore fulgeat:nequaq̃ ſit explicare difficile. Nã perſpicuũ eſt ad ciuilem ſocietatẽ naſci hoĩem:q̃ ſine Iuris æqualitate:abſq; recta Iuſtitiæ diſtributiõe diutius pdurare nõ põt. Tãtiſper.n. firma eſt:atq; incolumis humana cõciliatio:dũ quod ſuũ eſt: pro ſua qſq; dignitate ſuſceperit . Sed id certe huius uirtutis propriũ munus eſt:q̃ ut deuinciat inter ſe hoĩes:ac perpetuã illoꝝ ſocietatẽ tueat̃:cõi hoĩum utilitati cõ ſulit:& ius ſuũ cuiq; reddẽs/ppriã cuiuſq; dignitatẽ cõſeruat. Egregia quædã hæc eſt præ cæteris atq; admirabi‑ lis uirtus:quæ cũ ſtudioſe oĩbus colẽda ẽ:tum uel maxime Regibus. Principibus/& qui ciuitates gubernãt:q ma‑ giſtratus ampliſſimos gerũt:q populis & rebus publicis pſunt:ac maximis fungunt̃ muneribus. Quãobrẽ & pri‑ ceps phoꝝ Plato in omni ſemp reipub. inſtitutione/infundendũ animis Iuſtitiæ amorẽ cẽſuit : ſine qua nõ ſolum reſpublica (ut ipſe dicebat) ſed nec exiguus hoĩum cœtus põt:nec domus qdẽ parua conſtare. Nec ulla pfecto re alia:quod ſcire oẽs ac noſſe debẽt:tã longe abſumus a natura feraꝝ/q̃ rationis præſtãtia/q̃ uirtutis laude/ac ſplen dore Iuſtitiæ. Hæc uera Dux humanæ uitæ putãda eſt:quæ oĩum comitatu ſepta uirtutũ/uitia pellit:turpitudi‑ nẽ fugat : ppulſat iniuriam: Reges facit:regna cõponit:urbes parit:diſſipatos hoĩes ad iure uiuendum conuocat: conciliat inter ſe homines/ ac præcipuo quodam amore & charitate deuincit. Hæc profecto uirtus eſt:quæ initio leges ſanxit:iura conſtituit:hominum concilia optimis temperauit & inſtitutis & moribus. Hæc innocentium ho‑ minum & ſupplicum miſeretur:bene merentibus gratiam confert:male meritos ulciſcitur. Fidem/quæ firmamẽ tum eſt humanæ ſocietatis/inuiolatam ſeruat:ſocietates atq; amicitias colit : hæc Deo immortali Principi piiſſi‑ mum cultum exhibet:Principibus cõgruam reuerentiã:patriæ charitatẽ:parentibus honorẽ:ſtudiũ ac beniuolen tiam cunctis hoĩbus. Hæc oĩbus æquabile ius diſtribuit:honeſtos & præclaros labores honoribus præmiis/ſplẽ‑ dore decorat:uitia hominum ac fraudes damnis/ignominiis/uinclis/uerberibus/exiliis/morte pſequitur. Quid poteſt igit̃ aut cogitari maius in hoĩum uita/aut in populoꝝ & ciuitatũ gubernatione optabilius poſſideri? Et cæteræ quidẽ uirtutes/ſi iuſtitia deſit/nõ modo nihil pdeſſe queunt:ueꝝ etiam ſolent obeſſe plerumq; : ſed nec abſq; Iuſtitia uirtutes exiſtimãdæ ſunt. At hæc quidẽ uel ſola tã præclara/tam ſalutaris/tã frugifera eſt:ut omnis ueræ utilitatis ratio/ab hac ipſa manare ac fluere uideat̃. Fœlix pfecto ille Principatus:fœlix nimiꝝ eã ciuitas:ea beata reſpub. putanda eſt:in qua floret:regnat:ac dominatur Iuſtitia. Cuius uim admirabilem ac præcipuũ decus Lycurgus Lacedæmonioꝝ legiſlator accuratius mente & cogitatione cõplexus:qui leges ſanctiſſimas cõdidiſſet: populũ/ut Principibus obſequeretur : Principes/ut Iuſtitiam tuerentur/inſtituit. Floruit Lacedæmoniorum:flo ruit Athenienſium:floruit Romanorum principatus/q̃ diu apud illos uiguit domi rectum conſilium : foris iuſtũ Imperium. Contra uero ubi uel dominandi libido:uel acquirendi cupiditas:Iuſtitiam poluit: ac iura omnia diui‑ na & humana ſubuertit:opes corruerunt:& omnis totius Imperii dignitas atq; gloria labefactata eſt. Illud profe‑ cto nequaquam temere a Philoſophis dicitur:uiros bonos ex Iuſtitia nominari:atq; in hac uirtutis ſplendorẽ ma‑ ximum cõtineri. Quippe hac una uera abſoluitur:ac pfecta probitatis ratio. Nam & declinare quæ mala ſunt:& quæ ſunt bona/atq; honeſta/perficere:ea demum conſumata Iuſtitia ẽ. Quid poteſt ab hoĩbus gratius fieri Deo: qui cuncta gubernat:in cuius ditione cuncta ſunt poſita/q̃ uirtutis huius exercitatio? Ille enim perſpectis errori‑ bus hominum/filium unigenitum dedit:& miſertus fragilitatis humanæ/ Ducẽ miſit e cœlo: qui nobis Iuſtitiæ uiam panderet:cui Lactantio Firmiano teſtante/chatiſſimum ſacrificium eſt:iuſtum opus. Iuſtus nanq; eſt domi‑ nus:quod magnus Propheta concinit:& Iuſtitiam dilexit. Hanc parare ſibi:hanc ſeruare omni ſtudio debent:quẽ‑ admodum tuæ maieſtati & ueſtræ ſapientiæ notum eſt:qui populos regunt:qui capeſſunt Reſpublicas : & ciui‑ lia exercent munera:quandoquidẽ Iuſtitia aut ipſa ſumma eſt uirtus (ut ſacri Theologi prodiderunt) aut fons eſt ipſe uirtutis:quæ bonos mercede muneratur̃:ad probitatẽ/innocentiã/rectãq; uiuendi rationẽ impellit: ſcelus atq; improbitatẽ cohercet:uias peccatoꝝ diſperdit:ſupplicibus parcit:audaces cõprimit:humiles extollit:deprimit ſu‑ perbos:inopes adiuuat:uiduam ſuſcipit:pupillũ defendit. Hæc enim Iuſtitiæ uera ſunt opera:quæ facere uirum bonum:quæ ſequi Regem:nationũ Principẽ:populoꝝ rectorẽ decet. Ita concors erit ciuium oĩum uolũtas:ita re‑ cta ac laudatiſſima regni & ciuitatis diſciplina:quæ & perpetuæ firmitatis ſtabiliat fundamẽta:& beatos Reges: fœlices populos:fortunatas ciuitates efficiat. Et enim Iuſtitia ſacra Maieſtas/uoſq; excellentiſſimi Proceres/ cre‑ dite mihi:immo non iam mihi:ſed uiris potius ſapientiſſimis credite:mater eſt omnium:Princeps & Regina uir‑ tutum. Quæ cum omnium utilitati proſpicit:tum pacem & quietem parit:quod eſt omnium mortaliũ/atq; to‑ tius humanæ ſocietatis ſummum atq; extremum bonum. Hinc Vates ſanctiſſimus/diuinæ uocis oraculum fu‑ dit : Miſericordia & ueritas/ inquiens/ obuiauerunt ſibi : Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Et rurſum Eſaias: Erit/in‑ quit/opus Iuſtitiæ pax. Nam & in diebus piiſſimi Saluatoris:ut qui Iuſtitiam & pacem maxime diligit: orta eſt iu‑ ſtitia:& abundantia pacis. Quarum utranq; ille nobis perpetuã/& imprimis tuæ ſacratiſſimæ Maieſtati floren‑

tiſſimam de ſupernis impendat:qui ſolus eſt effector bonoꝝ oium:& tum amator pacis:tum etiam charitatis auctor:qui ſolus oium hoium ſalutem/populoꝝ conſeruationem efficit:ſeruat:nutricat:continet. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XI. Ad nouos Magiſtratus Senenſis Reipublicæ/de iis rebus:quas ciuitatum Rectores habere præcipuas/ac ſeruare conueniat.

OPortebat eruditum hoiem/ac uirũ ſapienté præcellentiſſimi magiſtratus/exiſtere eum:cui haec ꝓdifi cilis dicẽdi ꝓuincia mãdaret. Ego.n.cũ utriuſq; ſim laudis expers/metuo ut me temere potius/q̃ laudabiliter feciſſe arbitremini. Sed hoc mihi uitio dãdũ erat:ſi uel mea ſpõte: uel meo ipſius cõſilio: nõ alioꝝ iuſſu fuerim ad dicẽdũ cõmotus. Illud mihi dicere cogitãti in mẽtẽ uenit:plurimũ in oĩ publicarum reꝝ adminiſtratiõe ualere optimi Magiſtratus/diligẽtiã atq; auctoritatẽ:qbus de rebus & ciuitatũ & populoꝝ oium gubernacula/ac ꝑſidia cõtinent. Sed oportet hmõi hoiem/q publicis muneribus ꝑſit/Iuſtitiæ/Prudentiæ/moderatiõis ꝑditũ eẽ laudibus:qbus efflorẽſcẽtibus trãquillitas/pax/ociũ/gloria ugeat neceſſe eſt. Nã Iuſtitia ea ẽ uirtus:q̃ præcipue in oĩ gubernãdi rõne meruit principatũ:qppe unicuiq; ꝓ meritoꝝ tribuens dignitatẽ: bonos ꝑmiis/atq; honoribus:iprobos cruciatibus/ac ſupplicioꝝ poenis afficit:ut iter bonos & malos diſcrimẽ ſit: q̃le in ueteribus Romanis ſcimus fuiſſe laudatũ/ac poſtmodũ ſublatũ ſapiẽtiſſimus Cato deplorauit. Si tãtiſper ampliſſima fuit Romani Impii dignitas/q̃ diu Iuſtitiæ atq; æquitatis iura floruerunt. Veꝝ iuſtũ eſſe parũ ꝓdeſt: niſi & ꝑclariſſima uirtus adiuncta eſt:q̃ in regẽdis hoibus maxie ſplẽdeſcit: ac dominat Prudẽtia: ex ea nãq; ſalus uitæ/& cõſeruatio dignitatis exoritur:ut & cõſilii iuuare/& ꝓuidẽtia regere/ & recte ac tuto oĩa tueri poſſimus. Sed eius admirabilis ſplẽdor oibus(ut opinor)in ꝓmptu eſt. Quid dicã de moderatiõe:q̃ ita oium doctiſſimoꝝ hoium laude celebrat:ut nec mea/nec cuiuſpiã alterius orõne egeat: frenat cõcitatos aioꝝ ĩpetus: cupiditatẽ reprimit:iracundiã cohercet:uim deniq; cohibet perturbationũ oium:mentẽ pacatã ac trãquillã efficit:ut ea cũ adſit/recta ſit reꝝ oium adminiſtratio:& ad iudicandũ recto boni & æqui examine procedat. Has quæſo ornatiſſimi uiri:q hodierna die clariſſimũ initis Magiſtratũ:capeſſite laudes:has cogitate:has colite:magnũ regendæ ciuitatis præſidiũ. His clariſſimis ornamẽtis eos q publico munere defuncti ſunt:qbuſq; ipſi ſucceditis excelluiſſe cõſtat. Qui ita ſe geſſerũt:ut & publicæ ſaluti/& dignitati ſuæ cõſuluiſſe uideant. Quibus ꝑfecto Rectoribus/ſi credimus ſummo Philoſophoꝝ oium Platoni/nõ modo hoium mortalia præmia: ſed & de ipſius ſempiterna parata ſunt munera: Sed eandẽ quoq; gloriã uobis auguramur: ſi & uos ſapientiã/moderationẽ/ Iuſtitiã/æquitatẽ/ cæteraſq; eximias uirtutes amplexabimini. Ita.n.gubernãtibus uobis/ſummã tranquillitatẽ ac pacẽ conſeruaturos uos merito confidemus: & huius ciuitatis decus ea rõne ſperabimus fore ſemper incolume. Quæ oĩa is nobis obſeruantibus tribuat:quem bonorum omnium eſſe auctorem conſtat. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Orõ. XII. De Iuſtitiæ laudibus:quum de more Senẽſis patriæ uictricia ſigna & paſſa uexilla nouis magiſtratibus publice cõmendantur/ab iis:qui publico functi ſunt munere.

CVm ſæpiſſime ꝑ hoies eloquẽtiſſimos Magnifici Dñi/præclariſſimi Magiſtratus/atq; ornatiſſimi uiri ex hoc ipſo loco oratũ ſit:& ea explicata: quæ ad præſentẽ celebritatẽ pertinere iudicant/ optimũ factu eſſe arbitror:ut ommiſſis his unde hodiernæ celebritatis rõ ſumpta eſt/ ea breui ſermone atq; orõne cõplectar:quæ ad optimũ ſplẽdidumq; ciuitatis/ ac reipublicæ ſtatum ſpectare perſpexerim. Ne ſi grauiorẽ dicendi ꝓuinciã ſuſceperim: aut ignorare ĩbecillitatẽ meã/aut rei magnitudinem extenuare cuiq̃ uideri poſſim. Neq;.n.mea ipſius ſpõte:ſed magnifici Capitanei iuſſu: quẽ iure optimo:patrẽ/ atq; Imperatorem habeo ad dicendũ cõmotus acceſſi. Quãobrẽ decere ratus ſum. ſi in hoc dicendi neceſſario: potius q̃ uoluntario munere ad ea orationẽ mẽa accomodauero:quibus potiſſimũ cuiuſq; reipublicæ firmitas/& bene inſtitutæ ciuitatis gubernatio/ac regimẽ cõtinet. Nã ſapientiſſimoꝝ oium auctoritate/atq; ſnĩa: unã imprimis conſtat eſſe iuſtitiã:quod elegantiſſime Philoſophoꝝ oium fere primus Plato dicere conſueuit/cui in oĩ reꝝ publicaꝝ adminiſtratione palma tribuit. Si quidẽ eius uirtutis maxime ꝓprium munus eſt:unicuiq; ſecundũ propriã reddere dignitatẽ. Qua in re:& legũ oium ſanctiſſimaꝝ:& iuris/atq; æqtatis ſita:& collocata uis ẽ. Atq; a iuſtitiæ fontibus illa manarunt ac ꝑfecta ſunt oĩa:ꝑ quæ firmiter & ciuitatũ oium:& cuiuſlibet principatus ſtabilitur fundamentum:ac uera perpetuaq; trãquillitas roborat. Nẽpe Iuſtitiã ueteres ſapiẽtes:& cõſulti iuris definire cõſueuerũt/ cõſtantẽ ac perpetuã uoluntatẽ/ius ſuũ cuiq; tribuentẽ. Quid eſt aũt conſtans: & perpetua uoluntas niſi plenæ/ atq; abſolutæ uirtutis ꝑfectio quã una re iuſtitiã præ cæteris oibus ꝓſtare cognoſcimus. Quid porro ius ſuũ tribuere cuiq; niſi religionis cultũ ſeruare:hominũ ſocietatẽ:& cõciliationẽ tueri. Et.n.ea tũ fieri tum etiã adeſſe cõſtat:ſi ſolã hãc uirtutẽ præclariſſimã:uel potius uirtutũ oium matrẽ/ac Reginã/oĩ ſtudio totoq;(ut aiunt)pectore cuſtodire/ac ſectari uoluerimus. Nã tum ꝓculdubio reddit cuiq; ſecundũ ꝓpriã dignitatẽ: cũ immortali Deo/ ac totius mundi Principi:qui cuncta gubernat:ueꝝ & religioſum exhibet diuini cultus honorẽ. Quod eſt unicũ ueræ pietatis officium eius:quã Græci Aurelio Auguſtino teſte/mõ Euſebiã/mõ Theoſebiã appellant. Deinde cũ ad hoium conciliationẽ perueniẽs/reddit maioribus reuerentiã:æqualibus concordiã:inferioribus diſciplinã. qbus muneribus/ qd melius/qd honeſtius/qd deniq; ad humani generis tuendã ſocietatẽ accõmodatius/aut cogitari/aut cõmemorari põt: Iuſtitiã cũ ſeruauerint hoies/nec uiolẽtiæ/nec fraudi/nec iniuriæ/nec audaciæ/ nec temeritati relinquet locus. Itaq; duce iuſtitia/q gubernandis populis:q gerẽdis magiſtratibus præſunt:id præcipue ſpectant:id agunt:ut leges/quæ a iuſtitiæ fontibus hauriuntur:Inuiolatas ab oibus ſeruari iubeant. Quas q ſanxerunt:id ſecuti ſunt:ut ciues & qui parere debent:bonos faciant/ac probos reddãt:id nanq; iubent leges: id unũ ſibi proponunt legũ conditores:cũ honeſta imperant:turpia uetant:ut declinent homines a malo/ ac faciant bonum: quæ ut Hieronymo prodente cognouimus/& ſacro Propheta teſte didicimus: completa eſt ac perfecta iuſtitia. Non iniuria hæc una uirtus cæteris omnibus anteſertur:cuius amor:ut ille diuinus inquit Philoſophus:rerum publicarum gubernatoribus infundendus eſt: ſine qua non modo ciuitas: ſed nec exiguus hominum cœtus:nec

tius:nec domus qdẽ parua cõſtabit. Nec miꝝ cũ uno iuſtitiæ nõie/quẽadmodũ plærıq; ueteres arbitrati ſunt:uirtutes oẽs cõtineanť. Hæc eſt.n.quã legalẽ appellãt Phi iuſtitiã:a q̃ ſunt oẽs rectæ actiones: ac pclara uirtutis opa. Ad cuius amorẽ cũ exortareť/atq; inuitaret uir ſapientiſſimus/ciuitatũ rectores:diligite:inqt:iuſtitiã: q iudicatis terrã. Nã & iuſtus dominus:iuſtitiã dilexit. Et eã præcipue laudẽ omni induſtria colendã/atq; exercẽdã uoluitius: præſertim qbus amminiſtrandaꝝ reꝝ data poteſtas:& regẽdaꝝ ciuitatũ cura cõmiſſa eſt. Hæc.n.& pacẽ ſola cõciliat:humano generi/& unanimitatẽ:atq; cõcordiã efficit. Quod unũ uel maximũ uinculũ eſt:ad cõnectendas ciuium uoluntates:ut ommiſſis priuatis rõibus:& cõmodis:cõem ciuitatis ſalutẽ/ac trãquillitatẽ tueanť. Quod ubi fit:proculdubio uera reddiť nobilis Hiſtorici ſnia:ex parua magnã fieri ciuitatẽ:& magnũ/atq; ampliſſimum fœlicitatis gradum cõparari. Sed quis ſatis hæc quæ/& decus/& fructũ uberrimũ pariunt:laudare poſſit? Quis tam frugifera/tanq; præclara munera ſatis digna oratione cõplecti ualeat? Deficiat me dies:ſi in eaꝝ uirtutũ laudibus explicandis/noſtra diutius imoreť oratio. Sed & præter cõſilii mei propoſitũ/ac rationẽ longior ſim: q̃ imbecillitatis meæ comperta fragilitas poſtulare uideatur. Illud certe affirmare nequaq̃ dubitauero: ſi unã iuſtitiã: & eius comitẽ cõcordiã ſectari/ ac ſeruare uoluerimus:huius ciuitatis ſtatũ præſentẽ incolumẽ/& tutiſſimũ reddiderimus. Vt nec cuiuſq̃ uires:nec inſidiantiũ fraus:ulla ex parte:aut obeſſe/aut officere queat. Quare Magnifici domini:& Magiſtratus clariſſimi:qbus fulgẽtia hæc inſignia ꝑ uetere ciuitatis ueſtræ cõſuetudine tribuenda ſunt:amplexamini iuſtitiã:concordiã diligite:leges/ac iura ſeruate:publicæ ſaluti cõſulite:& omni perturbatione reiecta:ad rectam ciuitatis gubernationem/aĩum induſtriãq; cõuertite:ut per hos ſapientiæ gradus:perpetuo regnare:& reipublicæ fœlicitatem tueri poſſitis ad laudem dei. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi/pro eo/qui Regis nomine: nobilem aliquem uirum/ ac uirtute: & rerum cognitione: experientiaq; perfectum/ in prætorem deligit ciuitatis: Oratio. XIII. qua præclare inſtruitur quid ſeruare eum cõueniat:& qualis debeat eſſe is: qui alicui amminiſtrationi/ac iuri dicendo præficitur: & gerendis grauibus rebus præeſt/ac reipubli.gubernandæ.

DEcebat eum:qui hoc loco uerba facturus eſſet:& eloquentia/& doctrina præſtare: uir clariſſime / atq; optime præſes:ut ꝑ doctrinã qdẽ intelligeret:qd agendũ:qd ſeruandũ eſſet: per eloquẽtiã uero/ alios ad bene agendũ ĩpelleret. Vtraq; res longe a me aliena eſt: ſed tamẽ ne uetus cõſuetudo a maioribus noſtris inſtituta deſerať:paucula pro nři ingenii captu:in mediũ ꝓferã. Qui alicui ꝑminiſtrationi ꝑficitur:& regendis rebus præeſt:debet ĩprimis ipſe ſecũ meditari/ac diligẽter excogitare:qd ſit qđ maxime: & præcæteris rebus curari:& amminiſtrari cõueniat:ut cognitis/ac recte perceptis muneris ſui ꝑtibus:oẽm ad res cõficiẽdas/induſtriã/laborẽ:atq; opam adhibet. Tũ ſeruare debet ĩ cõſiliis circũſpectionẽ:in orone modeſtiã/in actionibus atq; opibus fidẽ/diligentiã/celeritatẽ:ut ꝑ hæc diuini cultus honori ſatiſfiat:Regiæ maieſtatis decori ſeruatur/iuſtitia/eqtas/& oĩs laus cumulatiſſime expleať. Hoc ẽ.n.ueꝛ ꝑſidentis officiũ:hoc uir ſapiens/& bonus cõtẽdere debet/ad hãc exercitationẽ ſuã oẽm cõferre induſtriã:ut bene agẽti debita reddanť præmia: quẽadmodũ & iis/q aut negligenter/aut turpiter:uel deliquerint/uel ommiſerint:iuſta ſupplicia irroganť. Tua notiſſima eſt uirtus:iuſtitiæ amor:optimaꝝ rerum exercitatio:hanc oſtẽde in tuo magiſtratu/& in hac iniuncta amminiſtratione ꝓſta tui uires igenii:ut a Regia maieſtate cõme ndationẽ referre & gratiã/& ab oĩ ciuiũ ornatiſſimo coetu/ & auctoritatem/& laudẽ reportare merearis. Eam qdẽ ſerenitatis Regis eẽ cõſtat:ueterẽ/ac probatiſſimã conſuetudinem:ut reddat unicuiq; ſecundũ propriã dignitatem:nec minus ad honores bonis deferendos propenſa ſit: q̃ ad ſeueritatem iuſtitiæ exercendã in eos:qui facinoroſe/ac turpiter uixerint. Hæc ego tua uenia breuiter attigerim. Sed tua prudentia longe cumulatius nouit:ac rite inſtructa eſt recte gubernandi diſciplinã:reliquum eſt. ut agas/ & fructum cognitionis bene agendo adipiſcaris tuis cõſiliis:& præclaris operibus:fac ut tuã illuſtres dignitatem: quod ut contingat:illum deprecor:qui habet rerum omnium poteſtatem. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XIIII. ad idem.

FVit mos uir ꝑſtantiſſime ac nobiliſſime eq̃s:qđ tu minie ignoras: apud oẽs/tũ ueteres ſapiẽtes/tũ nřæ tẽpeſtatis/magnos uiros/ac pricipes:q ingerẽdis rebus:& populoꝝ amminiſtratiõe uerſareť:ut cũ cæteris in rebus:tũ uel maxie ĩ magiſtratibus diligẽdis ꝑcipuũ ſtudiũ cõferrẽt/atq; accuratiſſimã opam:ſed in illis potiſſimũ eligẽdis id ſeruare cõſueruntqbus/& ius dicẽdi:& tuẽdæ æqtatis poteſtas tribuenda erat.ita.n.& ĩparatiũ dignitatẽ:& populi ſalutẽ ſeruari arbitrabanť. Hæc igiť ĩprimis oĩ laude digna cõſuetudo ẽ/ & ubiq; & apud clariſſimos reges/ac pricipes:& apud illuſtres ciuitates/atq; urbes celebrata. Nã iuſtitiæ tuẽdæ: ꝓpulſandis iniuriis/arcẽdis malis præeẽ debẽt/q uirtutẽ a primis coluerũt ætatis tꝑibus: q ĩtegritate ualeant/ q nullis aĩ ꝑturbationibus ſint obnoxii/q ira/odio/ inimicitiis uacent/q nullius minas ꝑtimeſcãt:q gr̃a/& ꝑcibus nõ flectanť/q ut dñs ꝑ Prophetã admonet:ueritatẽ/& iudiciũ pacis iudicẽt. Viduã/& pupillũ ſuſcipiant:inopes/atq; opulẽtos pari iure cõtineant:q deniq;/ſi qd acciderit ẽt mortẽ turpitudini anteponãt. Id eſt.n.ſapiẽtis officiũ: & q rebus magnis agendis ꝑfuturus eſt. Quæ quidẽ cũ in te eſſe nõ leuibus cõiecturis:ſed ꝑſpicuis documentis animaduerterimus:decreuit Rex noſter ſereniſſimus te Pariſienſis urbis diligere præſidem:& annuum eum tibi deferre Magiſtratum/tuæ uirtuti/fidei/ac bonitati cõfidens/ſperans clariorẽ fore eam urbẽ:ſi in ſeruanda iuſtitia a ſapiente regať:& tuis meritis debitũ præmiũ acceſſurum. Qui ſi recte eã præturã geſſeris: ſicut palma florebis/ & gratiam tibi apud ſereniſſimi Regis maieſtatem/maiorem comparabis. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XV. qua ad ꝓbe/ac iuſte delatũ ſibi magiſtratũ gerendum aliquis cohortatur.

VEteres ſapientes:q optimaꝝ reꝝ oium diſciplinã inſtituerũt:uir clariſſime:ita ſentire:ita ſemp iudicate cõſueuere:ut magis rebus amminiſtrãdis ꝑficereť:q diuino cõſilio:q exquiſita ſapiẽtia: qui moderatione:qui aĩ magnitudine:q reꝝ maximaꝝ cognitiõe pollere uiderenť. Sed ĩprimis neceſſariã iuſtitiæ laudẽ eſſe tradiderunt:cui princeps philoſophoꝝ Plato in gubernatione ciuitatis/ac reipub. inſtitutio

ne principatũ dare palmá:ſemp tribueret cõſueuit. Magna nanq; præ cæteris uirtus eſt:ſplẽdore cæteras antecel-lit:uirtutũ oium comitatum ducit:ſine qua nõ ciuitas/nõ regnũ/nõ oppida/non domus / nõ ulla hoium concilia-tio ſeruari poteſt. Quáobrẽ præclare Hieronymus uirtutis huius præſtantiam extollens/oĩs inquit : uirtus uno iuſtitiæ noie cõtinet. In qua (ut ait ſummus orator) uirtutis ineſt ſplẽdor maximus:& boni uiri cum nomen/tum etiã rationem conciliat. Itaq; ſapienter ac ſcite factũ eſt uir præclariſſime in hoc ampliſſimo Magiſtratu deferẽdo: cum eius decus tuæ uirtuti:& ſingulari præſtantiæ tributũ eſt. Nam ut plane oẽs intelligunt his profecto laudi-bus ornatus es:quas adhibere debent:qui ciuilia exercent munera:& magnarũ rerũ curã/atq; amminiſtrationẽ ge-runt. Proinde hortor tuam animi magnitudinem:ut in hoc ornatiſſimo atq; ampliſſimo magiſtratu/ in hac bene & ꝓpræclare inſtituta ciuitate/ita labores/ita efficias:& glorioſo iuſtitiæ certamine cõtendas:ut is optatus/atq; ele-ctus eſſe uideat:qui magno uirtutis adiumẽto/ampliſſimæ ciuitatis reſpondeat dignitati. Ita.n.& ſereniſſimi Re-gis ſatiſfeceris uoto:& tua illuſtrabitur uirtus:quod magiſtratus propriũ munus eſt. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio XVI. in noui Rectoris ingreſſu.

SI ea:foret in me dicẽdi facultas glorioſi/atq; excelſi Domini/celebres magiſtratus/ atq; præſtantiſſimi uiri:ſi ea eloquẽdi copia atq; poteſtas:quæ & ueſtræ amplitudini:& loci huius auctoritati cõuenire: profecto lõge iucundiore aio/maximũ hoc dicẽdi munus:& grauiſſimã dicẽdi prouinciã ſuſcepiſſem. Sed earũ laudũ expers:quæ Oratoris ꝓpriæ ſunt/q̃ de huius excellẽtiſſimæ Reipublicæ gloria/ quæ de ſtudiorũ/ac diſciplinarũ celebritate:quæ de rectoris officio:quæ de eius laudibus:q huc præclariſſimum magi-ſtratũ hodie ſuſcepturus eſt:pro uſitata cõſuetudine dicenda uiderent:ea ꝑ breui oꝛone cõplectar. Ad qđ quidẽ munus nõ me perducit uolũtas:ſed potius parẽdi cõpellit neceſſitas. Tria igit exiſtimant uiri ſapiẽtes illa eſſe:qui-bus cuiuſq; ciuitatis potiſſimũ illuſtrat gloria:præclarã gubernãdi inſtitutionẽ/ac diſciplinã:geſtarũ rerũ amplitu-dinẽ/ac decus:ingenuarũ artiũ/ac liberaliũ ſtudiorũ celebritatẽ. Quod ſi huius ornatiſſimæ ciuitatis diſciplinam quærimus:licet intueri q̃ magna/q̃ diligens/q̃ accurata ſit pietatis/ac religionis cura: q̃ exacta ſacrorũ obſeruatio: q̃ præcipui diuini cultus honores. Quid leges ſanctiſſimas/ qđ iura/& præclara inſtituta : qđ mores ꝓbatiſſimos referã? Iuſtitia q̃ ſemper magno ſtudio ac diligenti induſtria culta ſit:q̃ perſpicue ſemp floruerit in hac una maxi-me ciuitate:nemo eſt:qui nõ cumulatiſſime nouerit. Geſtarũ rerũ laudẽ cõmemorare quis poſſit? Prohibet eã rẽ oratione cõſequi/ac uerbis explicare perſpecta mei ingenii ĩbecillitas:quæ eiuſmodi ſplendorẽ egregiæ laudis di-cendo æquare nullo pacto poſſit:ut dicẽdo prætermiſ ſatius ſit q̃ nõ ſatis ꝓ dignitate exornari. Iam ſtudiorũ ampli-tudo:& oium maximarũ artiũ & diſciplinarũ gloria ſua ſpõte ita refulget:ut neq; mea/nec cuiuſq̃ cõmemoratio-ne egeat. Mater quædã/& alumna hæc ciuitas eſt oĩum laudatarũ artiũ:& philoſophiæ oĩs præcipua quædã (ut ita dixerim) nutrix:& oium liberaliũ diſciplinarũ educatrix. Hic ſe proferunt p̃clara ingenia:diuina ſtudia celebrã-tur:ſacri Canones:pontificia iura floreſcunt:naturæ arcana inueſtigant:Medicina pollet : Eloquẽtia dominatur: Dialectica uiget:laudabilia quæq; curricula exercent:cœleſtiũ terreſtriũq; rerũ illuſtrat cognitio. Præſtãtiſſimi in quocũq; ſtudiorum genere præceptores. Doctores ubiq; gentiũ celebres/& uiri ſapientiſſimi cuiuſq; diſcipli-næ uberẽ ſuppeditant facultatẽ. Atq; ob eam cauſam ꝑ uniuerſas nõ Italiæ ſolũ:ſed et totius pene orbis natiões/ ac ciuitates huius reipublicæ decus/ac fama diffundit:apud quoſq;/& generoſiſſimos Reges/ & claros principes/ ac nobiliſſimos deniq; populos magna hæc ciuitas auctoritate pollet/ & gratia. Proinde iampridẽ inſtitutum eſt ſcite/ac ſapienter:ut quot annis præficiatur diſciplinarũ ꝓfeſſoribus qſpiam:qui regẽdi/amminiſtrãdi/ & recte gu-bernãdi curam gerat:quẽ ab ea regendi poteſtate/ac ratione Rectorẽ uocare conſueuerunt. Qui cũ res magnas/ atq; præclaras acturus ſit:eum ſemp diligunt præficiendũ tãto collegio:quẽ p̃ſtare ingenio/uirtute/ſapiẽtia/mo-deratione/diligẽtia:atq; æquitate ꝑſpexerint:ut & iuſtitiã tueri:& ſubſtinere ſtudiorũ decus:& extollere probos: coercere ualeat ĩprobos. Quæ res quãto difficilior ẽ:atq; ardua magis:tãto certe laudabilior/atq; p̃ſtantior exiſti-mari debet. Talẽ te cũ eſſe putaret hoc doctiſſimorũ hoium collegiũ:& ſapientũ uirorum cœtus ad hoc te orna-tiſſimum munus/& ampliſſimum delegit Magiſtratũ:quẽ tu hodierno die in hoc celeberrimo cõſeſſu/ & illuſtri loco:atq; magnificorũ Dominorũ & ſummorũ uirorũ:atq; præſtantiũ ciuiũ cõſpectu ſuſcepturus es : ea lege/ac fœdere:ut oẽs tui ingenii uires/atq; ai robur intendas ad laudatiſſimã recte gubernãdi uiã: ꝑ quã huius florentiſ-ſimi ſtudii ſeruet:atq; augeſcat dignitas:quod noſcere futurũ cõfidimus:quũ tuas conſideramus præcipuas : atq; ammirabiles multarũ rerũ laudes. Nam patriam habes clariſſimam:genus laudandum:optimam cognationem: ſed quæ ſplendidiora ſunt:perſpicaciã/ſolertiã/acumen ingenii:uirtutis laudẽ ſapientiæ/ac moderationis ampli-tudinẽ:iuſtitiæ amorẽ/& conficiendarũ rerum celeritatem/ac diligentiam:quæ profecto omnia iis qui magnis re-bus præfuturi ſunt:neceſſario adeſſe homines arbitrantur:adiunctis duabus Platonis nobiliſſimi philoſophi ſa-lutaribus præceptis:quorum illud primũ eſt:ut te totũ huic preclare amminiſtrationi tradas:& huius præcellen-tis uniuerſitatis honori/atq; emolumẽto proſpicias:& oblitus particularium cõmodorum/oĩa/quæ uel dicturus uel facturus es:ad eundẽ finẽ referas. Alterũ ut iuſtitia & æquitate totum collegii corpus procures/ac tuearis : & æqualem oium:qui tuæ poteſtati ſubiiciuntur rationem habeas. Ita enim concordiæ/& ſaluti conſulitur : & ma-lorum oium faciliime tollunt ſeminaria. Hæc ſerua:hæc meditare intelligens te gerere perſonam huius uniuerſi-tatis:& debere te eius dignitatem/& decus ſubſtinere:leges/atq; inſtituta tueri:ad capeſſendã ſapientiã recte am-miniſtrando impellere:a flagitio/a turpitudine & facinorũ oium labe:& fœditate cohibere:ut qui ſapiẽtiã/& do-ctrinã ꝓfitent/ac liberalẽ ſectantur exercitationẽ:nõ ſolũ ipſi laudabiliter uiuant:ſed aliis quoq; exẽplo ad bene uiuendũ/& inuitamẽto eſſe poſſint. Sed iã indues huius ornatiſſimi magiſtratus glorioſum inſigne:quo tanti mu-neris idicat uel ſinceritas/uel poteſtas:ut hoc indumẽto capitis accepto:oibus ſtudiorũ profeſſoribus: & ſectato-ribus bonarũ artium/is eſſe uidearis:quẽ obſeruare: quẽ uereri:cui parere/ atq; obedire debeant: & apud eoſdẽ q̃ magno ſis honore/ac pretio. Sed iure iurando te obſtringes iura omnia huius uniuerſitatis : quæ & nũc tibi reſi-

gno/inuiolabiliter

gno/inuiolabiliter/ac ſumma diligētia ſeruatuꝝ. Atq; ut intelligas adeptū te eſſe huius Magiſtratus auctoritatē: primū orno te cōſueto capitis īſigni: deinde trado in manus tuas uniuerſitatis ſigilla: qbus ꝓ debito arbitrio utaris quotiens opus accidet. Claues inſuper tribuo tibi huius florētiſſimæ reipublicæ noīe. Et his oībus rite peractis/oro æternū cōditorem/ & cœli/ac terraꝝ rectorē Deum/ut huic ciuitati pacem/& bonoꝝ oīum ubertatem impartiatur: amatoribus ſapiētiæ concupita uota: tibi Magnifice Rector/ rectā gubernandi rationē: & demū perfuncti laboris glorioſum præmium ad æternam immortalis dei laudem ac decus. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XVII. ad idem.

TAnta eſt: Magnifici Domini: patres ampliſſimi/ac celeberrimi uiri: huius loci dignitas: ac celebritas tātus ueſtri cōſpectus ſplēdor ac decus: ut niſi urgeat mei muneris/ac dignitatis neceſſitas: facile hodierna die/hanc dicēdi prouinciā cæteris traditurus eſſem. Siquidē animaduertebā me aut dicēdo temerariū/aut ingratū ſilendo iudicatū iri. Quæ res ꝓfecto ancipitē meo aīo curā/ac dubitationē afferebat. Cumq; diutius cogitaſſem mō īpudentiæ crimen: mō īgratitudinis indignitatē: ꝙ eſſe nihil pōt tetrius: mecū aīo repetens ſtatui tandē ſuperiorē potius noxā: ꝙ uel ſolā ingratitudinis ſuſpitionē īcurrere. Cæteꝝ cū meæ partes ſint: ut & de huius florētiſſimæ reipub. laudibus aliqd perſtringā: & ueſtris ampliſſimis meritis grās agam: ꝓfecto unde initium capeſſam: neſcio. Quod ſi qui oīa/& perficere igenio: & elaborare induſtria poſſint: uix tamen quæ ꝓpoſita ſunt: ſatis digne ualeāt explicare: nōne ſimillimū ueri uideaẛ: ut in his ipſis attingēdis/ībecilles īgenii mei ſuccūbant uires? Quis. n. ſatis cumulate referre queat huius optime īſtitutæ ciuitatis laudes: ꝙ uariæ/ ac multiplices: quæ maximæ: quæ ſplēdidiſſimæ ſunt? Nā cū ciuitatē nō tā præclaris mœnibus: ꝙ optimis moribus cōſtitutā eſſe oporteat: ueſtra hæc cū primis ea in re floret/ac præ cæteris eniteſcit: ut merito/ac iure quodā principatū obtineat. Multæ in ea ꝓbatiſſimæ leges: ſanctiſſima īſtituta ſunt: laudatiſſimi mores: & qđ uel maximū eſt: i reꝝ publicaꝝ gubernatiōibus/ ſūma/ & legū/& inſtitutoꝝ oīum/ac deniq; diligētiſſima iuris/atq; iuſtitiæ obſeruatio. Vbi nā gētiū accuratius uirtus excoliẛ? Vbi honeſtatis/atq; officii exercitatio maior? Vbi dēiq; igenuæ artes maiore īpretio/atq; honore uerſanẛ? Sed quænā huius ciuitatis inſtitutio: ꝙ recta amminiſtratio ſit firmiſſimæ pacis/diuturni ocii/ac ſummæ trāquillitatis exēpla declarant. Veꝝ præter ampliſſimas/ atq; innumeras cuiuſq; generis laudes: quas difficile qdē nō ſolū extollere/atq; exornare: ſed uel numerare quiſq́ poſſit: ad qđ huius p̄clare urbis nomen (ut ita dicam) ad ſydera tollit: uigent in ea litteraꝝ ſtudia: optima quæq; ars / ac diſciplina floreſcit. Nec uſquā maior humanitati/atq; eruditioni locus eſt. In hac utiq; ciuitate ingenia ſeſe hoīum oſtētant: bonis artibus expoliunẛ /ꝑficiunẛ deniq; exquiſita doctrina. Quæ res ita amplificat ueſtræ reipub. atq; ciuitatis decus: ut ad ſummū ſplendorē pene nihil poſſit accedere. Atq; ob eam īprimis cauſam/glorioſum eius/ atq; ſplendidū nomen: uel ultimos terraꝝ fines penetrauit: ut merito Senenſis ciuitas ueteribus/ac p̄clariſſimis Athenis cōparāda ſit. Nec ſi erant Pyræo longis mœnibus/ ac maris præſidio tutores. id circo tamen ueſtrā hanc urbē ſtudioꝝ gloria/ac ſcientiaꝝ flore antecellebant. Eſt igiẛ apud uos Magnifici domini/ac celeberrimi uiri cōſuetudo: ut cunctis ſtudioꝝ ſectatoribus quot annis præficiaẛ /qui & rectorē gerat: & ueſtræ huius uniuerſitatis amminiſtrationi p̄ſit. Ea nunc mihi ſors oblata eſt: quē & ſi oīno indignū nouerā tantis honoribus: ueſtra tamen benignitas tā claro magiſtratu ornari uoluit/ Verū oportebat eū hoīem/ꝗ tantis rebus præfuturus eēt: ſumma auctoritate/ ſpectatiſſima uirtute/acerrimo/ac diuino quodā pollere cōſilio. A quibus rebus/quo ipſe abhorrebā lōgius: tāto uobis maiorem gratiā agere debuiſſem. Sed cū dignā pro tot tāq; īmortalibus beneficiis afferre nequeā: ꝙtū mea ībecilitas ꝓgrediẛ: nō tā magnā ago: ꝙ ingentē habeo. Atq; cū uobis oīa debeā magnifici dn̄i/ ac celebres uiri neq; niſi parū p̄ſtare poſſim: qđ ī me erit in hūc ampliſſimū Magiſtratū: atq; eximiū munus/oēm diligentiā/atq; īduſtriā/ oēm operā/ac tēpus/ſummā deniq; fidē collatuꝝ polliceor. Nec ullis parcēs laboribus: toto (ut aiunt) pectore: ueſtræ Magnificæ/dignitati: & Magiſtratus ipſius honori conſulā: atq; proſpiciā: ad laudē oīpotentis Dei. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XVIII. quum Gymnaſii Rectori/a ſummo Magiſtratu: capitium uerſicolore ornatu diſtinctum: & cætera eius dignitatis inſigna conferuntur.

VErum omnium natura parens/atq; optimaꝝ ſanctionū auctor collegæ inſignes: atq; illuſtres domini: patres ampliſſimi: uoſq; ingenuaꝝ diſciplinaꝝ ſectatores: ſcite/ac ſapiēter hominum ſocietatem inſtituit: & quod recte paripateticoꝝ princeps Ariſtoteles tradit: alios ad īperandū/ad parendū alios naſci uoluit. Vt īperent qdē/qui ſplendore ingenii: & ſapiētiæ laude cæteros antecellūt: pareant uero/quorum robuſta corpora ſunt: & laboribus exercendis idonea: ſed minus aptæ mentes ad perſpiciēda quæ recta ſunt: & hoīum generi ſalutaria. Hanc naturæ tam præclarā: tāq; frugiferā inſtitutionē imitata eſt hoīum/ ac populorū cōſuetudo. Atq; inde quoq; effectū eſt: ut alii præſint: ſubſint: atq; obtēperēt alii. Hinc Lycurgus apud Spartiatas ſapientiſſimus legis lator: populos diſcreuit/ac principes: & ut populi pricipibus obſequerenẛ: principes ut iuſtiſſime imperarēt: inſtituit. Natura igiẛ /& hoīum/ac populorū ſcitis inſtituta eſt īperandi rō. Ac magnū quidem/ & pulchrū exiſtimant hoībus īpare: maius/ac pulchrius īpare liberis: ſed nonne maxime/ ac pulcherrimū īperare iis qui maxīe īgenui/ac liberi ſunt: qđ eſt/ingenuarū artiū/ac liberaliū ſtudiorū ꝓfeſſores: ꝗ ſeiuncti a multitudine/ & a uulgi cōſuetudine ſegregati: ætatē oēm ī p̄clara doctrinarū exercitatione cōſtituūt? Nō ſolū aūt bene morati Reges īpant: ſed ēt ꝗ iuſte/ac legitime ciuitatibus p̄ſunt: ꝗ maximos/atq; ampliſſimos magiſtratus gerunt. Nō ſunt alieni ab ipſo uel paſtores gregis: nō nauiū gubernatores: nō claſſiū p̄fecti: nō equorū/& quadrigarū aurigæ: nō Imꝑatores/atq; exercitus duces: nō populorū principes: nō ciuitatū: & rerū publicarū rectores: non deniq; alii cōſimiles: qui cæteris hoībus moderanẛ & præſunt. Magno in honore apud Græcos fuit Plato: qppe qui erat ueteris Academiæ princeps: in magno Arceſilaus: qui mediæ: ī magno Lacydes: ꝗ nouæ extitit auctor. Illuſtris fuiſſe ferẛ & Ariſtippus Cirenæus/Cirenaicorū philoſophorū princeps: Phedon/Eliacorū/Megaricorū Eraclides/Cinicorum Antiſthenes/Eretricorū Menedemus/Dialecticorum Calcedonēſis Clitomachus/Peripateticorū Ariſto-

c

teles/Stoicoꝝ Zeno Cittieus. At ſinguli(ut ueteres Hiſtorici tradunt) ſingulis ꝓfuerũt philoſophoꝝ diſciplinis. Sed euge letare/& gloriare Ioãnes:q hodie in opulẽta urbe:in florẽtiſſima ciuitate:in glorioſa republica/in celebri Academia/in nobiliſſimo Gymnaſio/in hoc ẽt ſplẽdido cõſeſſu/in magna ꝓſtantiũ uiroꝝ corona:unus oĩum ſtudioꝝ/diſciplinis rector ꝓlectus es:& maximis a nr̃a republica affectus honoribus: ut iã plane ĩperiis q uere liberi ſunt/ac liberaliũ ſtudioꝝ ſectatores pareant tibi/q diuinã ſapientiã/q ſacra:& Pontificia iura/q ciuiles/atq; humanas leges/q ꝓcreatricẽ oĩum laudataꝝ artiũ philoſophiã:q ſalutarẽ medẽdi peritiã:q humanaꝝ reꝝ gubernatricẽ eloquẽtia/q diſſerẽdi rõnẽ/q cæteras uel benedicẽdi/uel beneuiuẽdi diſciplĩas/& artes præclariſſimas ꝓfitent̃. Vt cũ te antea Sicilia illuſtraret notiſſima in orbe terraꝝ ĩſula: patria nobilis,clari parẽtes : multa fortunæ ornamẽta:plurimæ ĩgenii/ac uirtutis laudes:accedat nũc quoq; & maximi/atq; ampliſſimi magiſtratus dignitas/ ac ꝓcipui honores. Multa fuerũt olim apud Hetruſcos primũ deĩde apud ueteres Romanos ꝓclara magiſtratuũ inſignia:ſella curulis littores:toga picta:atq; ꝓtexta alia ꝓterea nõnulla eiuſdẽ generis ornamẽta. Cidarim Perſarum Reges uſurpare cõſueuerũt Regiũ capitis ĩſigne. Hoc cerulea faſcia albo diſtincta circuibat. Nec id qdem magno/ abſq; myſterio regii inſigne geſtaminis. Tibi tanti Magiſtratus decus uelut Cidaris Perſaꝝ more capitiũ(ut appellat Varro)rubro/atq; albo/& uerſicolore ornatu diſtinctũ:nõ temere in capite tuo ponit̃ quaſi quoddã diadema decoris:& corona gloriæ. En igit̃ illud Apoſtolicæ ſedis:ſacri Impii:nr̃æ reipublicæ auctoritate/ & noĩe capiti tuo libẽter adiicimus:ut intelligas te q̃ſi Gymnaſiarchũ quendã:& Rectorẽ Senẽſis academiæ maximã ſuſcipere poteſtatẽ:ea tñ lege:atq; foedere:ut ipſe prudẽtia/iuſtitia/moderatione integritate/diligentia/ & ſingulari quadã uirtutũ oĩum laude ꝓditus:ita regas:atq; gubernes tuæ fidei cõmiſſum ſcholaſticoꝝ coetũ:qui ex tua Sicilia:q ex Hiſpania:q ex Luſitania:q ex Gallia:q ex Germania:q ex Liguria:q ex Trãſalpinis nationibus:q ab exteris/ & remotis regionibus/q a finitimis populis ad audiẽdã ſapiẽtiã cõfluunt:ita inquã regas:atq; gubernes ſcholaſticorum coetũ:ut & ipſi optatã adipiſcant̃ ſtudioꝝ gloriã:& noſtræ ciuitatis/ac reipub.augeãt dignitatẽ. Poſtremo cũ hæc quoq; ſuſceperis primũ ſigillũ hoc:q̃ſi quoddã pignus fidei:& auctoritatis tuæ ꝓclariſſimũ monumẽtũ: deĩde noſtroꝝ ſtudioꝝ/atq; uniuerſitatis iura nõ plane cã ne dormiãt ſed apta/ut p te aſſidue uigilẽt:& ab oĩbus ſtudioſe ſeruent̃:cunctis opibus/ſermonibus/cõſiliis tuis aſpiret ſemp diuini numinis gr̃a:ad laudẽ eius. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XIX. uice rectoris Gymnaſii quum gratias agit acceptoꝝ inſignium Rectoratus.

NOn eram neſcius:excælſi/atq; illuſtres magiſtratus:patres ampliſſimi/ac ſapiẽtes uiri: & ueſtræ dignitati:& tã ꝓclari cõſeſſus ſplẽdori:luculẽtã/atq; ſtudio elaboratã orõnẽ hodierno die merito iure afferri oportere. Quod qdẽ & ueſtra incredibilis amplitudo:& huius ꝓclariſſimi/& ornatiſſimi auctoritas loci:& ingẽtis beneficii accepti magnitudo iure optimo poſtulare uidebant̃. Sed cũ ĩparẽ tãtis meritis/ tenuiſſimã ĩgenii mei facultatẽ eẽ ꝑpperẽ:ſtatui ipſe mecũ meas ptes eẽ:ut neq; ſileã ꝓrſus/neq; rurſum lõgiorẽ ſermonẽ faciã:nõ iniuria grauiorẽ calũniã ſubiturus:ſi mihi magni cuiuſq̃ oratoris ꝓuinciã:atq; officiũ uẽdicauerim:cum ab eo exercitationis genere:nec ingenio/nec dicẽdi copia ſuppetẽte longe me abhorrere intelligã. Oĩum quæ in hoĩum uita:ac ſocietate uerſant̃/florẽt:& præ cæteris mea quidẽ clareſcunt ſnĩa ingenuæ diſciplinæ/& litteraꝝ/ac doctrinæ ſtudia p hæc oĩum excolunt̃ ingenia:plurimũ exornat̃ humanũ genus. Illæ uero beatæ ſunt ciuitates & ueræ:florentes populi:apud quos maxime uigẽt ſtudioꝝ Gymnaſia. Vna eſt Senẽſis reſpub.quaſi omniũ præclariſſima:in qua ſapiẽtes/& doctiſſimi uiri in omni ſtudioꝝ genere:ita doctrina/& gloria pollẽt:ut ex pleniſq; orbis nationibus ac remotiſſimis regionibus ad ſuſcipiendã ſapiẽtiæ alimoniã cupidiſſime ꝑmulti ueniãt : & optatã deniq; ſtudioꝝ palmã aſſequant̃. Qui tantis rebus ꝓſit:operepretiũ eſt/ut uirtute/conſilio/ſapientia/moderatione præcellat. Quæ qdẽ a me plæraq; ornamenta longe abeſſe intelligo. Erit tamen pro his ſumma integritas:inconcuſſa fides: ſtudium diligẽs:atq; accuratiſſima in hoc gerẽdo Magiſtratu induſtria:ut q dignas pro tantis muneribus nequeam & laudes afferre/& gratias agere:ſaltẽ uigilando/laborãdo/ bene agẽdo ita cætera penſare contendã : ne uſquæquaq; ingratus uideri poſſim. Illud oĩbus uiribus mihi ꝓpoſitũ fuerit : ut pro ingenti ueſtra humanitate tantis nunc decoratus honoribus nihil curẽ/atq; efficiã ſtudioſius:q̃ huius inclytæ ciuitatis:florẽtiſſimi ſtudii:ueſtraꝝ dominationũ ſatiſfaciam dignitati. Quod ut facilius aſſequamur : cum dies compræcabor & noctes:unde manant fluenta cuncta bonorum. Dixi.

¶ Aug. Dathi Orõ. XX. uice Rectoris gymnaſii:q magr̃atus defũctus ſucceſſori ſuo cõmẽdat doctoratus ĩſignia.

CVm uires meæ non ſufficiãt:ut in tanto conſpectu digne aliquid ualeam dicendo complecti magnifici/& glorioſi domini/patres inſignes/ac ſucceſſor præclariſſime: decreui rem potius attingere ipſam: q̃ plura incondite loqui:præcipue cum omnia notiſſima ſint : q̃ de huius ampliſſimæ ciuitatis laudibus:& de ſummo huius magiſtratus honore:quem merito hæc reſpub.tuæ tribuit dignitati. Nam & magnam illius poteſtatem conſtat eſſe & gloriam. Et ut ad ſtudii huius cedat ſplendorẽ: & ad tuæ magnificentiæ cumulum laudis/depræcor illum:qui bona omnia tribuit:& largitur mortalibus. Cum itaq; floreas ſapiẽtia/moderatione/cõſilio/ uirtute: atq; auctoritate/accipe nomine huius inclytæ ciuitatis:& magnificorum dominorum inſtituto fulgida hæc/& præclara inſignia/ad laudem Dei. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XXI. ad Senenſem Magiſtratũ de recta reipub.gubernatione.

SEniorẽ loq oportebat:& uiꝝ ſapiẽtia/atq; auctoritate ꝓſtantẽ:reuerẽde in Xp̃o pater/Magnifici/atq; excelſi dñi:uenerabiles patres/uoſq; ampliſſimi uiri. Me aũt ſilẽtiũ decebat potius:qđ/& eruditiõis/ atq; eloquẽtiæ deficiã laudibus:ſimq; ꝓrſus ab orãdi cõſuetudine alienus. Sed cæteras oẽs/tũ ætatis/ tũ ĩperitiæ meæ rõnes:una uicit parẽdi neceſſitas. Quãdoqdẽ ad dicendũ eoꝝ me cõpellit uolũtas: quoꝝ(niſi me fallit opinio)uel aſpernari iuſſa/uel ĩperata renuere:minime cõgruebat Proĩde firmiſſima/ & inuitabili ratione coactus:exponã paucis:quæ Spiritus ſancti illuſtrante gratia/ hodiernæ ſolẽnitati conuenire exiſtimauerim

ſtimauerim

ſtimauerim:fretus ĩprimis cœleſti ꝓſidio:ac ueſtraꝝ dominationũ adiuuante clæmẽtia. Nã de bene regẽda ciuitate/de recta reipub.gubernatione:deq; optimi magiſtratus officio/uerba ex hoc loco fieri cõſueuerunt. Magna res quidẽ:atq; ĩgenii mei:qd̃ perexiguũ ẽ:lõgiſſime ſupans facultatẽ. Sed ex ueterũ ſapiẽtũ fontibus hauriemus: q̃ hodie in hoc ſplẽdidiſſimo cõſeſſu explicãda ducimus: & ex ſanctaꝝ ſcripturaꝝ uocibus nr̃a depromet̃ orõ. P. Scipionẽ eũ/q prius Aphricãus appellatus eſt. P. Corneliũ Emilianũ in Maſſiniſſæ Regno ad quẽ ſalutãdũ uenerat: ꝑ q̃etẽ ammonuiſſe legimus iuſtitiã colendã/ac pietatẽ: Id qd̃ ꝓclariſſimo de repu. libro ꝓſecutus ẽ Cicero:qd̃ & ob eã cãm/ſomniũ Scipiõis iſcribit̃. Nã iuſtitiã/ac pietatẽ ĩprimis ſeruare debẽt q reipub.ꝑſũt:q magr̃atus gerũt. Quibus certe magnis ꝓcipuiſq; uirtutibus/ueluti ſtabilibus firmamẽtis.diuina oĩa/atq; hũana iura cõtinent. Et enim ꝑ pietatẽ ſũma cũ deuotione/ac fide/uera cõplet̃ dei dilectio:quæ ꝓculdubio in ſeruandis mãdatis eius ſita eſt:ſicut nobis ſaluator ꝑ Euangeliſtã oſtendit:dicens. Siqs diligit me:ſermonẽ meũ ſeruabit. Nos aũt/qui in fide Chriſti uiuimus:fundati ſupra firmã petrã ſupedificati ſumus ſupra fundamentũ Apoſtoloꝝ/ & Prophetarum: unũ ſolũ/ac ueꝝ/& oĩpotentẽ Deũ colere debemus:unũ in deitate:trinũ in ꝑſonis:q in principio terrã fundauit/& ſtabiliuit cœlos prudẽtia:q plaſmatũ hoĩem gloria/& honore coronauit atq; ad ciuilẽ illũ cõgregationẽ/ac ſocietatẽ cõſtituit. Quocirca & rectiſſime Romanus ille philoſophus:atq; eloquẽtiſſimus orator/ nihil eſt inq̃t illi principi deo:q oẽm mundũ regit:qd̃ quidẽ in terris fiat acceptius:q̃ concilia/coetuſq; hoĩum iure ſociati:q̃ ciuitates appellant̃. Sed tum demum uera concilia ſunt/& præclara humanæ uitæ ſocietas:ſi diuini cultus honore:ſi pietatis obſeruatione:ſi ueræ ſapientiæ/ac religionis ſplendore refulgeat. Vt intelligant hoĩes:q ad uirtutẽ:& ad decus nati ſunt:ab ĩmortali Deo bona cũcta ꝓcedere. Solũ Deũ largitorẽ uirtutis:auctorẽ libertatis:principẽ pacis:datorẽ quietis:fontem uberrimũ gratiaꝝ ſcatentẽ bonoꝝ oĩum. Qui ut initio mũdũ cõdidit: ita admirabili ordine:& inenarrabili ꝓuidẽtia moderatur/& regit. Quem ob eam cãm/& creatorẽ ſecundũ Platonis ſnĩam: & rectorẽ (ut Ariſtoteles ait) mundanæ molis:& credere/& appellare debemus. Vnde/& uere ꝑ Prophetã dicit̃. Cœli enarrant gloriã Dei:& opera manuũ eius annũciat firmamentũ. Cui ad tuendã pietatis laudem/& ſolennes ſacrorum ritus:& debitas cerimoniaꝝ inſtitutiones ſtatutis tẽporibus præſoluere debemus:præces fundere:ac ſupplicationes afferre ut ſanctã reꝝ publicaꝝ cõciliationẽ:ac totius generis humani ſocietatẽ/ incolumẽ tueri: & immunẽ maloꝝ oĩum præſtare dignet̃. Quod ut ĩprimis ꝓ inclyta ueſtra republica ĩpetrare mereamur:uigilando/agendo/bene cõſulẽdo:quæ bona & recta ſunt operando cõtendere:atq; efficere debemus. Sed cũ pietate ipſa:de qua hactenus pauca locuti ſumus:cõgrue adhibetur iuſtitia. Quæ una ĩprimis in uniuerſa humani generis cõgregatione:præcipue ſemꝑ floruit/a merito dominat̃. Nã ſicut Platone teſte didicimus:ſine iuſtitia non mõ ciuitatis principalis ſocietas:ſed ne ulla quidẽ pars eius cõſeruari põt. Qua ut Hieronymus Doctor ſacratiſſimus ꝓdidit: uirtutũ oĩum cumulus cõtinet̃. Ita ut eius propriũ munus ſit:& a malo declinare:& bonũ ſectari. Quæ duo cũ precesſerint:ciuitas/ac bene inſtituta reſpub.trãquillitate/ac ꝑpetua pace lætat̃. Bene ſiqdẽ Eſaias Propheta. Erit: inq̃t:opus iuſtitiæ:pax. Pſalmographus uero Dauid recte modulatus ait:Iuſtitia/& pax oſculatę ſunt. Quare/ & ſcite ꝓceperat:Declina amalo:& fac bonũ:inq̃te pacẽ/& ꝑſequere eã. Illud oĩbus maxime exploratũ eẽ arbitror: iuſtitiã in omni reꝝ publicaꝝ adminiſtratione/præ ceteris neceſſariã eẽ:ꝑ q̃ Reges regnãt:Principes dominant̃:ciuitates/& populi oẽs pacẽ aſſecunt̃. Quã utiq; ab ĩmortali cœloꝝ principe hoĩbus tributam eẽ putamus ad tuẽdam hoĩum inter ſe cõciliationẽ/ac ſocietatẽ. Quoniã elegãter iuriſconſulti diffiniũt iuſtitiã/ cõſtantẽ eẽ/ ac perpetuã uoluntatẽ:ius ſuũ uni cuiq; tribuẽtẽ. Itaq; hæc una uirtus oĩbus cõſiliis/atq; actionibus ꝓſto eẽ debet. Nulla deniq; pars uitæ neq; publicis/neq; priuata/neq; forẽſibus/neq; domeſticis in rebus iuſtitia uacare põt. In qua tã perſpicuus ſplendor uirtutis ineſt:ut nõ iniuria tradiderit. M. Tullius. Ex iuſtitia uiros bonos nominari. Per iuſtitiã ſiquidẽ leges/ac iura ſeruant̃:uirtus/atq; honeſtas colit̃: ꝓpulſat̃ iniuria:coherce t̃ ĩprobitas:& qd̃ pauloante attigimus:pacis tranquillitas cõparat̃: in qua humanæ ſocietatis uidet̃ quodãmõ cõſtare fœlicitas. Quare ſapiẽs ſcite hortat̃:qui populis ꝓſunt:& reꝝ publicaꝝ gubernaculis ſunt ꝓfecti:& ammonet dicẽs. Diligite iuſtitiã: q iudicatis terrã. Ad q̃ auidius amplectẽdã:ur̃as fuiſſem dominatiões cohortatus:niſi ur̃a ſpõte ĩtelligerẽ excelſi Dñi uos huius tã eximiæ uirtutis excællere ꝓſtãtia: ut iã ſupuacuũ ſit:plura ea de re in mediũ afferre. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XXII. qua deſignatos reipublicæ Magiſtratus:ad pacem tuendam:amplectendam cõcordiam:iuſtitiamq; ſeruandam plurimum cohortatur.

CVm ipſe mecũ cõſidero:q̃ magna ſit huius loci auctoritas/uiri ꝓſtantiſſimi:ſtatuo fragilis:& exigui ingenii ĩbecillitatẽ haud quaq̃ hodiernæ celebritati poſſe ſatiſfacere:& cõdignã affere ur̃e amplitudini dicẽdi facultatẽ. Quãobrẽ ne ingrauiorẽ culpã incidã:neue ad orãdi ĩperitiã:adhibeã loquẽdi audaciã/ac temeritatẽ ad breuẽ exortationẽ ꝓfetẽ oẽm ſermonẽ accõmodauero. Præſertim cũ & ſæpe alias:& ab hoĩbus eruditis:atq; ab eloquẽtiſſimis uiris copioſe iiſdẽ de rebus:atq; uberrime dictũ/ tractatũq; ſit. Cõſtat etenim ꝓcipuũ ex oĩbus rebus:& accuratiſſimũ bonũ eẽ pacis trãquillitatẽ:qd̃ uere dicunt Stoici habere oẽs numeros inter humana cõcilia:qppe qd̃ ſolũ reꝝ oĩum expetendaꝝ ubertatẽ:& cumulũ cõplectit̃ ut iure optimo dicere queat q pacis bono ꝑfruit̃ cũ ſapiẽte cõcionatore. Venerũt mihi oĩa bona pariter cũ illa. Idq; ultimũ abſq; dubitatione ẽ:& extremũ bonũ ac finis potius bonoꝝ oĩum. Sed ſi uiã ad eũ ꝑueniendi q̃rimus:duas cæteris expeditiores eẽ affirmãt:q recte oĩa/ac diligẽtiſſime cõtẽplant̃:unã iuſtitiæ:quæ mater quodãmõ eſt oĩum ꝓcreatrix uirtutũ:q̃ & ſuperis/& mortalibus reddit qd̃ ſuũ eſt:alterã unanimitatis/atq; cõcordiæ:ꝑ quã oĩa augeſcũt expetẽda bona:& incrementũ ſuſcipiũt:& poſt habita priuatoꝝ cõmodoꝝ rõne/cõmunis ſalus:atq; utilitas conſeruat̃. Qui igit̃ tantæ amminiſtrationi præfecti eſtis:diligite iuſtitiã:cõcordiã amplectimini: ſeruate leges: iura cuſtodite:exaltate ꝓbos/cohercete malos/reddite unicuiq; qd̃ ſuũ eſt:aſpernamini ſeditionẽ oẽm:contentiones fugite:uitate diſcordias/ſectamini æquitatem:& ſicut certo ſperamus qd̃ ampliſſimũ bonũ eſt omniũ:pacem/& tranquillitatẽ optatam cõſequamini:atq; ut ita cõcedat̃ deus:deuotiſſime ſupplicamus. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XXIII. quum ſummi Senenſis reipublicæ magiſtratus clariſſimum uirum Ioannem Penſium Siculum militari ornamento inſigniret/& auro.

ILlud apud Reges omnes ac Principes: ampliſſimi Magiſtratus: & celebres patres: apud omnes item benemoratos populos/atq; orbis nationes/& ciuitates: quæ legibus/& moribus conſtitute ſunt: maxime ſemper efferri/ac laudari conſueuit: ut quod iuſtitiæ ſuum munus eſt: ſingulis hominibus ſua iura tribuantur. Vt nec improbi: & humanæ ſocietatis uiolatores pena/ac ſupplicio careant: & boni & ſapientia/ac laude præſtantes uiri debitis præmiis/atq; ampliſſimis afficiantur honoribus. Atq; inde factum eſt: ut quæ apud Priſcos quondam laboris/& duri diſcriminis militaris/ac bellica foret exercitatio: ad magnum exinde decus: atq; uirtutis præmium: & probitatis ornamentum transferretur. Ex quo non ſolum eos qui armis/ & geſtarum rerum florerent gloria: militaribus donare ſolent præclaris inſignibus: ſed eos quoq;/qui in toga/ ac pace/pie/iuſte/moderate/laudabiliterq; ſe gerant eodem ipſo munere: & togata q̃ appellant militia: exornare conſueuerunt. Nec enim quæ in ciuitatibus a uiris præſtantiſſimis/utiliter/ſapienterq; magno animo/ & excelſo geruntur: inferiora ſunt iis: quæ ab Imperatoribus/ac bellorum Ducibus/uiribus/& robore miniſtrantur. Quamobrem noſtra quoq; reſpublica: quæ omnes ſapientes: & Mag. uiros & charitate ſemper complexa eſt & honore proſecuta Ioannem Penſium nobili genere uirum/& uirtute/ac doctrina & integritate ſumma præditum: quem in ſuo Gymnaſio rectorem annos plures: & præclaꝝ in ſua iuſtũ amminiſtratione cognouit Senatus cõſulto militaribus ornamẽtis/& auro iſignire decreuit: ut ſimul ueteꝝ laboꝝ nõnullũ præmiũ reportaret: & ſuo põt tẽpore reddendo iuri in nr̃a urbe p̃fiteref. Quod Prætoriũ munus/& in hac ciuitate percelebre: ut q in capeſſenda rerum ſcientia/& doctrina uerſatus eſt/& in Rectoratus officio. Sapiẽtiæ ꝓfeſſoribus iperauit: iã tandẽ ad res maiores accingatur & q̃ a ſapientiæ fontibus hauſit: ad huius reipub. & cœterorum populorum ſalutem atq; utilitatem cõferat. Vt præſit iuſtitiæ miniſtrãdæ: & in hac togata militia/ſacra & tẽpla/& pias ædes tueaſ: pupillos defendat & uiduas: non ſinat a potentioribus inopes premi: æquabilem ſe omnibus iudicem præbeat: concordiam pariat: pacem foueat: & cuncta uirtutis opera diligenter exerceat. Noſtræ uero reipu. ſalutẽ/dignitatem & gloriã ſtudioſe ſemper exquirat. A qua hodierno die/tua Ioannes Penſie uir clariſſime plurimum dignitas illuſtratur. Proinde ſuſcipe læto animo donum populi huius ampliſſimum: & nomen eius ad ſydera tolle.

¶ Et per lo antiquo/& laudabile inſtituto/& approbata cõſuetudine a piu euidente documẽto della uoſtra uirtu/& optimo propoſito a conſeruare inuiolabilmente le coſe antedecte: & extollere queſta florentiſima republica: ne giamai alla ſua dignita/& ſalute contrauenire/ne aſtringerete nelle mani del noſtro excellẽte priore col uinculo/& religione del ſancto iuramento a laude ſempre dello eterno Dio. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XXIIII. quum. N. Lucenſem/ac Senenſem Prætorem/in fine magiſtratus publico inſigni: & uictrici ſigno/ac præclaro uexillo donaret Senenſis reſpub. quodam ueluti/ac perſpicuo ſuarum laudum teſtimonio: & perpetuo eternæ ipſius gloriæ monumento.

PRæclara fuit ſemper non modo huius reipub. quæ a maioribus noſtris/præclare quoq; inſtituta eſt Eques præſtantiſſime: ſed etiã populoꝝ oĩum cõſuetudo: qui iuſte/& laudabiliter ad bene uiuendũ cõparati ſunt: ut tuendæ uirtutis/ac perficiendæ iuſtitiæ gratia: eos ſemper non ſolum beniuolentia & charitate cõplecterenſ: uerũ etiã ſummis laudibus prædicarent: & magnis inſuper honoribus afficerent: qui de ipſoꝝ patria & ciuitate bene meriti eſſent: id ſibi perſuadentes: quod plane exploratum eẽ omnes intelligunt: non minus præclarum & decoꝝ eſſe: præmia bonis dare/quam ob bene geſta præmiis decorare: & ut Plinii ſapientiſſimi uiri uerbis utar: ſtatuam in foro populi Romani ponere: quam habere. Ea propter hi ampliſſimi patres qui huic gubernandæ reipub. Rectores nunc præfecti ſunt auctoritate/ac decreto noſtri Senatus: te certiorem faciunt: habere te uniuerſæ huic ciuitati chariſſimum: non ſolum propter cõmunem/ac reciprocam Senẽſis/ac Lucenſis patriæ naturalem/atq; inſitam beniuolentiam/perſpectamq;/& probatiſſimam amicitiam: ſed & propter ingentem tuam uirtutem/ ſapientiam/moderationem/quã in regẽdo Magiſtratu præte tuliſti: & ꝓpter ſummæ integritatis merita: deniq; uero ut intelligas id ab intimis/atq; optimis animis ꝓficiſci: hoc noſtræ ciuitatis inſigne tibi decernunt/ac deferunt: ut ſit illud quidẽ & tuæ uirtutis perpetuũ monumentum: & noſtræ inditium charitatis/ac ueri pignus amoris. Quod accipito læto animo: & macte eſto gloria/& honore ſemper & in patriam rediens: & per orbem totum quocunq; uoceris. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XXV. uice Regis: qui clarũ belli ducem: fide probatum/ac bene de ſe meritum familiarium ſuorum conſtituit numero/ac uictoribus ſignis donat/ quibuſdam ueluti bellicæ uirtutis inſignibus: & militaris ſuæ ipſius laudis perpetuis monumentis.

VEtus mos: & antiqua maiorum noſtrorum fuit conſuetudo: Dux belli ſtrenue/atq; inuicte athletæ: iuſtitiæ ſeruandæ gratia: eos ſemper præmiis afficere/atq; honoribus decorare: qui ſingulari uirtute/& eximia animi magnitudine præditi eſſent: atq; eo magis: ſi ad huius regni gloriam/ac decus: ſuã in benegerẽdis rebus/& uirtutem/& operã contuliſſent. Quod cũ nobis & huius ſolo maieſtati cõpertũ de tua præſtanti uirtute: atq; exploratũ ſit te amicoꝝ/& familiariũ noſtroꝝ numero conſtituimus/ ac perpetuo aggregamus: & eum eſſe profitemur: qui inter magnos/& claros belli Duces/ac fortiſſimos pugnatores iure optimo collocari debeas/ac demũ inter eos reponendũ eſſe iudicamus: qui de nobis bene meriti ſunt: & ſeſe uirtutibus: & rebus geſtis dignos fecerunt noſtra familiaritate/& gratia. In quaꝝ quidem reꝝ perſpicuũ teſtimonium: hoc te dono muneramur: & hæc tibi deferimus uictricia ſigna/munus tuæ uirtuti accõmodatũ: debitum tuis meritis: claris/& ſtrenuis bellatoribus dari ſolitũ: noſtræ erga te ſummæ beniuolentiæ teſtimonium: & ueri pignus amoris: ut nõ ſolũ teſtibus tuæ uirtutis merces pateat: ſed minoribus quoq;/ac poſteris tua laus & claritas eluceſcat. Hoc tibi optimo largimur cordis affectu tu hilariter fac: & læto ſuſcipias animo.

¶ Auguſtini Dathi

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XXVI. In comitiis habita: quũ de more Senẽſis patriæ: noui Magiſtratus ſorte quadam ducerentur e buxolo.

PVlchre traditur maiorum noſtrorũ auctoritate excelſi Magiſtratus: ac patres. C. Sed & ueterũ quoq; ſapientum ſententia cõprobatur: qui tum apud Romanos & Græcos: tum etiam apud Hebræos præclaras orbis nationes maxime floruerunt: tales plærũq; eſſe populos: quales ii fuerint: qui populis regendis præſunt/ Hinc aureum flumen. M. Tullius ad. P. Lentulũ ſcribens ait. Hæc in ciuitate aiaduertenda: quæ ſunt apud Platonem noſtrum ſcripta diuinitus: quales in repub. Principes eſſent: tales reliquos ſolere eſſe ciues. Hinc & Antigonus Rex quondam Macedonum: qui magnis ſortunis polleret & gloria: in Epiſtola ad Zenonem Cittieum/ cum nõnulla de doctrina/ ac fœlicitate præmiſiſſet: hæc tandem in calce ſubiecit. Cuiuſmodi Dux fuerit ciuitatis: tales utplurimum ſubditos fieri neceſſe eſt. Hinc/ & ſapientiſſimus concionator Ieſus Sydrach filius in eo libro: qui Oeconomicus iſcribitur. Secundum iudicem populi inquit: ſic & miniſter eius: & qualis Rector eſt ciuitatis: tales & in habitantes in ea. Quocirca optimos magiſtratus eligendos cenſuerunt: qui uolunt rempub. ſaluam eſſe: & populum ipſum ad beatæ/ honeſtæ/ bene uiuendum/ uel traducere/ uel impellere. Optimi autem Magiſtratus ſunt: quibus eæ res ſunt propoſitæ: quas optimus quiſq; debet: cõmunis ſalus: reipu. dignitas: atq; libertas: qui ad cõmunem utilitatem/ oĩa referant: obliti proprioꝝ cõmodorum: memores aũt eius quod auctor ꝓbatiſſimus tradit Liuius in hæc uerba. Factio reſpectuſq; rerum priuatarum ſemper offecere: officientq; publicis cõſiliis. Optimi ſunt Magiſtratus: qui uniuerſum corpus procurant ciuitatis: ciuium ſectionẽ oderunt: & perniciem ciuitatis/ ac labẽ execrantur: ſeditionẽ uidelicet: atq; diſcordiam. Optimi ſunt magiſtratus: qui prudẽtiam adhibuerunt ad recta/ ac ſalutaria capienda cõſilia: amorem/ & charitatẽ ad rempub. amplectendã: diligentiam uero ad ꝑficiendam rerum adminiſtrationẽ. Itaq; recte præcipitur optimos magiſtratus: prudẽtiſſimos/ amantiſſimos/ diligentiſſimos eſſe oportere. Optimi Magiſtratus ſunt: quales Moyſes Iſraelitici Dux exercitus: diuinitus inſpiratus expetere cõſueuit: natu grandiores ꝓpter grauitatem: atq; cõſtantiam: delectos per tribus/ & familias ob uirtutis præſtantiam/ ſimul atq; cõcordiam: doctrina deniq; præditos: qui diuinam & humanã legem inſtructi: iuſtitiam/ & æquitatem cõſectarentur: & nec ad dexteram: neq; ad ſiniſtram deflecterẽt: ſed uia regia graderentur. Optimi magiſtratus ſunt: qui præmiis utentes & pœna inter bonos. & malos diſcrimen præſtant: e ciuitate autem ſtudioſe amoliunt: luxuriam/ auaritiã turpitudinẽ/ inuidiam: cæteraq; generis eiuſdem: quæ labefactant ciuitates: ad excidiumq; ꝑducunt: & populos perdunt. Optimi magiſtratus ſunt: qui cogitãt ſemp cõſilia pacis & pacatis tẽporibus ad pacem retinẽdam operam omnẽ/ atq; induſtriam cõſerunt. Per belloꝝ uero tempora: qualia nõnunq̃ alternæ humanaꝝ rerum uices ferunt: & nunc cõtingunt iis quos fœdera ſancta iunxerunt. Sixto Beatiſſimo Romano Põtifici: Regi potẽtiſſimo Ferdinando: & nobis ipſis crebris finitimoꝝ laceſſitis iniuriis. Optimi inq̃ magiſtratus qui belloꝝ motibus: hoſtium ꝓpulſant iniurias: ulciſcuntur improbitatẽ: erectas domãt ceruices: magnis autẽ rebus gerendis decus tuentur imperii: augent reipub. gloriam: & in poſterum pariunt firmiorẽ pacem. Nam/ & idcirco bella geruntꝰ ut in pace uiuatur. Eiuſmodi ipreſentiaꝝ præeſſe cognoſcimus: q una cum Dictatoribus noſtris Baliæ patribus: loco diſiuncti: ꝓpoſito uero cõiunctiſſimi: & uoluntate pares: uigilãdo/ agendo bene cõſulendo/ diligenter diſponẽdo: his difficillimis tẽporibus/ publicis rebus gerendis præſunt. Cõſimiles hodie in hac præclara comitioꝝ celebritate/ nobis diuina ſors offerat: quoꝝ cõſilio/ uirtute/ prouidentia/ beata fit futura reſpub. Quod ut facilius aſſequamur/ æternum mundi Principẽ: quem uere Deum deorum dominum Propheta ſacratiſſimus uocat: a quo ſacta ſunt: ac geruntur oĩa: ſine cuius numine factum eſt nihil: caſta/ pia/ integra/ incorrupta mente ueneremur: paſſis manibus/ ac ſublatis in cœlum cordibus/ iuocemus: & quem ſanctiſſime adoramus: & colimus: cõprecemur his uerſibus. O qui res hoĩumq;/ deumq; Aeternis regis imperiis: & fulmine terres: iuſtitiæ/ rectiq; dator: qui cuncta gubernas: Sæuam ĩprimis tolle cladem: ſtatue tandem grauibus erumnis modum ſumme Olympi rector: da finem Rex magne laboꝝ: de ſublimi ſolio ac cœleſti throno reſpice propius Senẽſem populum: adſis nobis fœlix: optata comple: preces audi: annue ſupplicũ uotis. Parce pio generi & ꝓpius res aſpice noſtras. Tuq; o piiſſima Virgo: æterni Regis filia: eadem ac parẽs Regina cœloꝝ: noſtræ imperatrix urbis: quæ in cœleſtibus ſedibus ſupereminès Angeloꝝ choros: una cum Dei filio/ eodem & tuo nato totius moderatrix orbis: fac nobis ꝓpicium: quẽ Redemptorem genuiſti mortalium: quẽ tua geſtarunt beata uiſcera: quẽ admotis ſanctis uberibus/ ſacro lacte pauiſti. O patriæ Senenſis honos: o uita ſaluſq; ſpeſq; hoium: quem terra/ poli/ mare/ ſydera adorant: redde inq̃ placatum ac fœlicem tuis Senenſibus filium: aduerſa pelle: bona cuncta poſce. Hæc uiri Senẽſes Regina cœlorum eſt: mater Regis Angelorum: noſtræ ſalutis initium: miſericordiæ cõplementum: fons gratiæ: & humanæ fragilitatis tutiſſimum præſidium: ac ſingulare profugium: pudicitiæ ac ſanctitatis exemplum: ſpeculum ſapientiæ: ſupernæ gloriæ ſplendidiſſimum lumen: itemerata Dei genetrix ab æternis ſæculis cœleſti prædeſtinata cõſilio: quæ uirginali clauſtro illum portare meruit: cuius uel totus cœlorũ omnium ambitus capax eſſe non poterat. De hac nanq; iamdudum ſapientiæ oraculis prænuntiatũ erat. Qui creauit me: requieuit in tabernaculo meo. quæ Deum & hominem Redemptorem mundi/ humani generis Saluatorem genuit: & hanc patriam: patriã hanc dico uiri patres/ ab hoſtium ſemper defendit inſidiis. Hanc nos igitur ſupplices dep̃recemur: ut ſicut huic ciuitati ſola præeſt: ac dominatur una cum filio: ita eius ſalutem/ firmitatem/ quietem/ pacem benigniſſime tueatur: ut ita eius munita ac uallata præſidio & ope ſanctiſſima freta/ malorum omnium ſit ſemper imunis: & candida libertate ac diuino ocio cum ciuium ſumma cõcordia perpetuo ſecura fruatur. Vos quoq; Apoſtoli Principes Chriſtianæ religionis columẽ & uera mundi lumina: uos ſacri ac ſancti penetrabiles noſtri Penates: qui huius urbis & Senẽſis populi tutelæ præeſtis: uos/ quos hæc patria tulit: diuina uirtus in cœlum tranſtulit: uos cœlites ac ſuperi omnes adhibete noſtris Magiſtratibus gratiam: largimini ſapientiam: uirtutẽ conferte: date ſalutem ciuitati e uictoriam: ut fauentibus uobis/ qui mundum regit omnem Deus: beatam efficiat Se-

nenſem rempublicam. Poſtremo & qui nunc præeſtis Magiſtratus: & qui deinceps præfuturi eſtis: quo ſitis ad bene gerendam rempub. alacriores ſic habetote. Si pie in Deum: ſi caſte in nobis: ſi iuſte in hoīum cōciliatione & ciuili ſocietate uixerimus: licebit diuturnis temporibus & longo ſæculorum curriculo beatam poſſidere rempub. Licebit multis populis / terra mariq; imperare. Licebit Magiſtratus gerere: exercitus regere. Licebit pendulis atq; albis infulis ornare tempora. Statutis uicibus aureas & argēteas urnas / bicolores tum tripartitas / tum quadripartitas pyxides proſpere nouare. Hunc uero ſignis & auro fulgentem theſaurum / atq; auguſtam corbanam tubicine præcinēte: modulante tibicine / apparitoris ſubiecta atq; alternata ceruice / oliua / & feſta fronde / longo ciuium & Senatoꝝ agmine p urbem geſtare. Licebit habere Senatum calata centuriata / comitia cogere: concionari: ſniam dicere: ſancte decernere: ſed & leges & iura præſcribere / uolentibus atq; obedientibus imperare. Licebit opimis paſcuis & ſalinis / amplis uectigalibus / fertilibus aruis / agricolarum / artificum / mercatorum iucundis muneribus perfrui: & qđ ſummum in rebus humanis bonū eſt / incōcuſſa libertate uti: ac perpetua pace lætari: demū cœloꝝ nanciſci præmia. Atq; ita faxit Deus optimus / maximus: qui large ſuppeditat bona cuncta mortalibus. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi. Oratio. XXVII. Habita / dū Paulo Lucullo Aquilano æqti Senēſis reipu. collata ſunt ſigna.

CONſueuere maiores noſtri & ueteres ſapientes æques inſignis Paule Luculle / uiros magnos & uirtute ac laude præſtantes / magnis quoq; efferre laudibus: & ampliſſimis proſequi præmiis. Hinc ſunt coronæ militares: quæ priſca uetuſtate celebrātur: hinc triūphalis corona: hinc obſidionalis corona: hinc ciuica corona: muralis corona: caſtrenſis corona: naualis corona: oualis corona: oleagina corona: hīc laurea: hinc alia permulta id genus: uel inſignia uel munera. Hinc eſt illud. C. Plinii magni auctoris locuples teſtimonium: nō magis decorum & inſigne eſſe / ſtatuam in foro populi Romani habere / q̄ ponere. Hinc illud eſt compertum oībus catholici Doctoris / ad magna præmia p magnos labores perueniri. Hinc illud Platonis ſummi pœne philoſophorū oīum: honore ali artes: omneſq; accendi ad ſtudia gloria: iacere cōtra ea: quæ apud quoſq; improbātur. Ab ea cōſuetudine hæc nunq̄ diſceſſit reſpub. eamq; ipſam recte uiuendi rōnem / ſtudioſe ſemper accurateq; ſeruauit. Et ut bene ac laudabiliter īſtituta eſt: & ſanctiſſimis legibus gubernat̄ & moribus: ita præclaros & præſtanti uirtute ac laude uiros ſummis decorat ornamētis: ampliſſimis ꝓſequitur præmiis. Itaq; cum in tuo præclariſſimo Magiſtratu tuam nouerit uirtutē / integritatē / moderationē / diligētiam / optimam deniq; bene regēdi uiā: certe cum antea Aquilanos oēs ueteris amicitiæ iure & ſacri cælitis diui Bernardini adiuncto poſtmodum arctiſſimo uinculo amaret: & ſūma charitate diligeret. Cognitis nunc tui Magiſtratus laudibus / tuis ita poſcētibus meritis / præter ſummam totius ciuitatis beniuolentiam & gratiam: quam tibi cumulatiſſimam comparaſti: donat te noſtra reſpub. magno Senatus conſenſu: & cunctis populi ſuffragiis / ſuis inſignibus ac perpetuis monumentis. Futurum quidem poſthac ſemper tuæ uirtutis / ſapientiæ / integritatis perſpicuum teſtimonium / & ſummi tandem pignus amoris. Id tu læto accipito animo: ac macte eſto ubiq; gentium auctoritate & gloria huius præcellentiſſimi Magiſtratus noſtræ reipub. & ciuitatis huius non īmemor uſquam. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi ad Quirites Oratio. XXVIII. Pro nouo Senatore urbis de laudibus Romanæ ciuitatis.

QVanq̄ intelligam / maiore eloquēdi copia opus eſſe uiri præſtātiſſimi / & illuſtriſſimi patres & uberiore dicendi oratione ei: qui tantæ dignitatis locum ſubit: tamē qđ muneris neceſſitas agere compellit / breui ſermone cōplectar. Cum præſertim huius celeberrimæ urbis / florētiſſimæ ciuitatis / optimæ inſtitutæ reipub. præclariſſimi atq; ampliſſimi imperii ubiq; gentium fulgeat ſplendor; & admirabilis gloria / atq; eximiæ laudes pateant: cum ciuium ſplendida igenia / laudatiſſimi mores / ſingulares / præcipuæq; uirtutes toto iam clareſcant orbe terrarum. Nam uere huic ꝓpheticum illud congruit: Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Nam iure optimo / ciuitas Dei appellari debet: in qua regnat diuini cultus religio: uirtutum oīum exemplar: iuſtitiæ ſplendor eluceſcit. Quæ oīa cum a primordio tam glorioſi imperii tātopere ſemper exculta ſint / ſačtum eſt nō iniuria: ut uniuerſi terraꝝ orbis aſſequeret̄ impium. Ad uirtutē / iuſtitiam uidelicet: quæ oīum præclariſſima / & in omni adminiſtratione neceſſaria eſt: uires oēs & diligētiam adhibere / & cōferre debetis: ut ea uigente / eadem amplitudo tantæ reipub. & admirabilis dignitas pſeueret. Hanc imprimis tueri / ac ſeruare: qui tam ornatiſſimo magiſtratui præeſt: ut itelligant oēs / hoc uere eſſe gentium oīum patrocinū firmiſſimum / ac ſingulare ꝓfugium & ueluti tutiſſimum portum: in quo mundi totius gentes / ac nationes facillime cōquieſcant. Neq; enim quicquā poteſt aut præſtātius dici: aut cogitari ſublimius / q̄ huius præclariſſimi populi Maieſtas. Si pari ſtudio & induſtria floreant eadem: quæ quōdam cœperunt excellētiſſima oīum bonoꝝ munera: ut per iuſtas & optimas laudatarum reꝝ oīum exercitationes / & ſummam ingenuaꝝ artium celebritatem: ſit illa ciuitas glorioſa: Imperium Oceano famam: quæ terminet aſtris. Atq; ita futurum ſperare debemus / pro cæleſtis gratiæ benignitate & pro ſumma ueſtrarum paternitatum uirtute / atq; admirabili prouidentia. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XXIX. Ad idem.

QVum nihil ſit Romano noīe nec præclarius quicq̄ / nec ſplēdidius / illuſtriſſimi patres & Quirites ornatiſſimi: ſtatuo ne rei magnitudini & huius loci auctoritati iniuriam feciſſe uidear: quæ ipſe cōſentanea arbitror / breui oratione ac ſermone cōplecti: ſi tutius: ſi melius eſt / de rebus magnis pauca potius q̄ diffuſiora proferri. Ac primum præſtātem & nobiliſſimū æquitem, N. magnis laudibus dignū eſſe iudico. Qui ſapiēter: q moderate: q laudabiliter eū Magiſtratū geſſit: quo nullū ampliorē nec maioris dignitatis eē nō imerito arbitramur. Nam cum ſit una iuſtitia ꝑter cæteras oēs eximia / atq; excellentiſſima: & mater quædam ac Regina uirtutum / illam maxime tueri debent: qui huic præclariſſimo Senatorio muneri præſunt / ſiquidem iuſtitiæ exercitatione humana conciliatio & ſocietas cōſeruatur: ciuitates fœliciter gubernantur: pax / id eſt ſummū inter res oēs humanas bonum / ocium & trāquillitas effloreſcit; & plenitudo atq; ubertas expetēdarum rerum oīum: quam uirtutem diligenter colentes: qui hanc urbem glorioſiſſimam præclare fundatā reliquerunt:

adepti ſunt totius orbis Imperium. Ac nunc quidem cunctis terrarum omnium populis antecellit: & obſeruatione iuſtitiæ/& rerum cunctarum laude: præſertim cum illam Deus ſedem & domicilium eſſe uoluerit Chriſtianæ atq; apoſtolicæ dignitatis: cuius fundamenta uere poſita ſunt in montibus ſanctis: cuius non ſecus ꝗ Syon diligit portas dominus ſuper omnia tabernacula Iacob. Ciuitas Dei Roma: de qua glorioſa dicta ſunt. Quæ præclara huius inclytæ & dominantis urbis munera/cum mecum cōſidero/ſupplex deprecor eum: qui cœlos & cuncta gubernat: ut eam mihi in hoc Senatorio & præclariſſimo munere tribuat facultatem: ut ſeruare tantæ urbis decus/& tueri Iuſtitiam in hac excellentiſſima ciuitate ualeam cum ſumma huius glorioſi populi pace ac fœlicitate ad ſanctæ Romanæ eccleſiæ amplitudinem & ſancti Pōtificis Pii ſecundi gloriam/& illuſtriſſimarum paternitatum ueſtraꝝ ſplendorē. Ad quā rem omnem ipſe & fidem & operā & accuratiſſimā induſtriā adhibebo.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XXX. Pro Senatore urbis/ſiue Magiſtratus.

Siqua in me fuiſſet dicendi poteſtas/uiri præclariſſimi/atq; celeberrimi patres/libenter & de Iuſtitiæ laudibus/& de ſucceſſoris meritis orationē habuiſſem. Sed utrūq; ſummi oratoris eloquentia & diſertiſſimi hominis ingenio & facundia explicandum eſſet: quæ quidem lōge a me abeſſe ſentio. Nam ſi iuſtitiam laudare uelimus/ea proculdubio uirtus eſt: cui in omnium rerum adminiſtratione palma tribuitur: per quā Regna/Principatus/reſpublicæ & ciuitates omnes ac populi in pace ſeruari/in tranquillo ac tutiſſimo loco conſtitui & collocari poſſunt: ſine qua nulla tam magna hominum conciliatio eſt: nulla tam firma ſocietas: quæ non ſtatim ea uirtute ſublata/extinguatur: & pereat. Quamobrem inſignis philoſophus Plato unam præ cæteris neceſſariam oſtendit eſſe in iis luculentis libris: quos de reipublicæ inſtitutione compoſuit: quæ reddens unicuiq; quod ſuum eſt/hominum concilia ſtabili firmitate tuetur: & continet. Quam qui ſeruant: hi lariſſimum adipiſcuntur Imperium & præcipuum decus/atq; īmortalem gloriam aſſequuntur. Flos mundi totius & caput uniuerſi orbis Roma teſtatur: cuius iuſtitiam referre nemo poſſit. Cuius glorioſum regnum/atq; uniuerſale imperium ueterum omnium/tum Latinoꝝ/tum etiam Græcorum hiſtoriæ cōcinunt. In qua qui imperauerunt/unam iuſtitiam cum cæteris uirtutibus ſeruare ſemper & colere contenderunt: ita ut Brutus is: qui primus tyrannidem & iniuſtum regnum ex ea urbe ſubſtulit: uiuendi auream libertatem inuexit: neq; etiam ſuis ipſius liberis pepercerit: quo patriæ ſaluti conſuleret: & illeſam inuolatamq; iuſtitiam tueretur: oblitus paternæ pietatis: quæ omnem fere amorem ſuperat: ut tam præclaræ uirtutis memor eē nequaꝗ deſineret. Id ipſum & plerīq; Romani feciſſe perhibentur. Atq; ea res imprimis eidem urbi uniuerſum pœne terrarū omnium imperium peperit. Huius autem uirtutis ſtudio conſtat incenſum atq; inflāmatum eſſe æquitem præſtantiſſimum. N. quem ſummi Pontificis ſapientia huius præclariſſimi Magiſtratus ſucceſſorem conſtituit. Quod eius prudentiam/moderationem/animi magnitudinem & eximiam probitatem intellexit ſufficere tanto muneri: ut ſit/qui diuini cultus reuerentiam: Iuſtitiæ firmitatem & conſeruationem impleat: huius florentiſſimæ urbis proſpiciat dignitati/paci & quieti intendat: ac deniq; ſanctiſſimi Domini noſtri diuina ꝓuidentia eccleſiæ Principis/uotis ſanctiſſimis ſatiſſaciat: ut pro bene geſtis atq; adminiſtratis rebus & gloriam ſingularem/& huius illuſtriſſimi populi reportet gratiam. Atq; ut id ita illi tribuat omnipotens Deus/& terrarum rector/ac cœli arbiter magnus ac deuotiſſimis ſupplicationibus deprecamur. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XXXI. Ad idem.

Optabam patres illuſtriſſimi/eam mihi datam fuiſſe eloquentiæ facultatem: qua aliqua ſaltem ex parte/meo potuiſſem munere fungi. Et primum quidem parem rependere orationis uicem: in qua ſentio ab eo: qui nuper orationem habuit: nihil eſſe prætermiſſum: quod ad magnum dicēdi ſplendorem pertinere poſſit. Deinde ut aliquas & huius glorioſæ urbis/& ueſtrarum paternitatum laudes afferre in medium concederetur: poſtremo ut debitas agerem ueſtris dignitatibus gratias. Sed cum itelligam hæc omnia longiſſime mei ingenii uires exiguas ſuperare: multa quæ neceſſaria huic propoſito forent: in pauca cōferam. Nam cum conſidero qua liberalitate: quibus honoribus: qua benignitate a ueſtris præclariſſimis paternitatibus affectus ſum: iudico proculdubio me omnia uobis debere: quæ uel natura tribuit: uel fortuna cōceſſit. Siquidem acceptorum beneficiorum & meritorum tanta eſt magnitudo: ut nec animi uiribus/nec corporis muneribus/nec externis facultatibus tam incredibili amplitudini ualeam reſpondere. Quas uero nequit referre mea fragilitas: agere non ſufficit lingua mortalis: eas tamen animus ipſe habebit ueſtris paternitatibus īmortales gratias/ac ſempiternas: & dum ſpiritus hos reget artus: quantum diuini numinis benignitas annuet: cunctis uiribus/totoq; (ut aiunt) pectore ueſtris cōmodis inſeruire/iuſſibus ac uoluntatibus parere/atq; obtēperare conabor. Id meum ſtudium: ea ſemp erit accuratiſſima exercitatio: ut extollam huius florentiſſimæ urbis nomē: & glorioſiſſimi huius imperii decus ꝓdicationibus & laudibus ad ſydera tollam. Quod ut ſeruet: ut tueat: atq; amplificet: ſub optimi paſtoris/ac diuini Pōtificis gubernatione/beneficiētiſſimus Deus deuotiſſima ſupplicatione oro atq; obſecro: & ſimul eam mihi dignetur tribuere facultatē: ut nec ingratus ac tantorum beneficioꝝ īmemor cuiꝗ uideri poſſim. Poſtremo ita me ueſtris illuſtriſſimis paternitatibus deuinctum atq; obnoxiū ꝓfiteor: ut nec etiā capitis periculum & uitæ diſcrimē effugiam: cū ueſtris paream: atq; obediam iuſſibus. Hoc ꝓpoſitum animæ: & firmiſſima mentis ſententia: quam nec extorquere fortunæ caſus: nec ulla īmutare poſſit aduerſa tempeſtas. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XXXII. Pro aſſociato agente gratias comitantibus.

Quam grata/ꝗ iucunda fuerit aſſociandi benignitas/uiri ꝑſtantiſſimi/atq; optimi patres: nemo ſatis oratione & uerbis ualeat explicare. Cōperta eſt & ſumma humanitate cōprobata optima ueſtroꝝ aiorū uoluntas/& gratia. Quod omne noīe Magnifici Rectoris noſtri & domini mei pro magno & maxime liberali accipitur beneficio: ac magnæ ob eam largitatis magnitudinem ueſtris meritis aguntur gratiæ: quas clementiſſimus Deus dignetur rependere. Ac diſcedat quiſq; pro libito. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio.XXXIII.Ad cōmendádum:qui bene aliquid adminiſtrauerit.

Ignum atq; æquum putari ſolet uiri & patres honorandi:ut fideliter laborantibus iuſta ac debita re-
pendatur mercedis gratia.Nam ita res humanæ bene laudabiliterq; geruntur:ſi Dei æterni Principis
pro captu fragilitatis noſtræ ſeruentur ueſtigia:qui male agentibus pœnam ac ſupplicium impendit:
bene operantibus rependit præmia.Nouit ueſtra ſapientia fidem/diligentiam/ſeruitutem meam/ac
deuotiſſimum animum:& promptam ad ſeruiendum ueſtris iuſſibus uoluntatem/Facultas forſan defuit:fides
& bona mens atq; animus certe defuit nunq̃.Proinde ueſtra benignitate fretus/oro: atq; obſecro:ut quantum in-
ſtituta ueſtræ uniuerſitatis ſanxerunt/ſeruitorem hunc ueſtrum fidelem/ac deuotiſſimum ſuſcipiatis:qui ſe in
ueſtram benignitatem & præcipuam uirtutem totis uiribus cōmendat. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio.XXXIIII.Ad ſeipſum pro ſuſcepto labore cōmendádum.

Mnia iura diuina & humana ſuadent:ac poſtulare uidentur uiri præſtantiſſimi/atq; obſeruandi pa-
tres ut iuſta laborantibus præmia debeantur. Omnis bene conſtituta lex & recta hoium cōſuetudo
id iubet:id præcipit:ut reddatur cuiq; quod ſuum eſt. Quocirca & ueteres ſapientes Iuſtitiam diffi-
nire cōſueuerunt/cōſtantem ac perpetuam uoluntatem/ius ſuum unicuiq; tribuenté.Hanc ego ſen-
tentiam cum iápridé diligentius cōſideraſſem:ut tribuerem uobis qđ cōgruere uřis dignitatibus uideretur:deuo
ui me ipſum:& corpus & uitam tradidi:id ſequens:id ſpectans:ut ueſtris inſeruiam cōmodis: & uoluntatibus/ac
iuſſibus ſatiſfaciam.Id unum ſemper dies/ac noctes perficere/atq; explere conabor. Vos autem uiciſſim domini
mei colendi ueſtra ope & liberalitate ſeruitorem fideliſſimum(ut ego arbitror)iuuare debetis:& eum qui in ue-
ſtra ſolum benignitate confidit/cōmendatum ſuſcipere:ut ueſtra mercede ſulctus/poſſim uſq; ad extremum ui-
tæ ſpiritum/ueſtræ amplitudini iugiter famulari. Quare ueſtram imploro humanitatem:ut ita me commenda-
tum habere dignetur:ut per ueſtram liberalitatem pateat gratum eſſe: quod facio: & acceptam operam: quam
ſincere fideliterq; exhibeo. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio.XXXV.Ad gratiam agendam.

Eneficiorum magnitudo/patres ampliſſimi & benefactores præcipui/ingentemq; quoq; gratiam re-
pendi poſtulat. Veſtra auté in me collata benignitas maior eſt/q̃ ut a mea imbecillitate retribui poſ-
ſit.Itaq; ſtatuo nō eſſe relictam mihi referendæ gratiæ poteſtatem.Sed me cōſolatur illud:qđ ſapien-
ter tradit eximius philoſophus & orator:quum dicit.Nimirum inops ille/ſi nō refert gratiam:habere
tamen poteſt.Oro igitur ueſtram amplitudiné:ut metiatur non exiguas uires:ſed ſummam animi mei deuotio-
nem ac fidem.Deum auté deprecor:ut pro talibus meritis:qui eſt bonoꝝ omnium munerator:præmia digna re-
pendat.Me uero habebitis omni tépore ueſtris iuſſibus/atq; imperiisparatiſſimum. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio.XXXVI.Ad agendam uice alterius gratiam.

Ogit me Magnifici ac celeberrimi Rectoris noſtri & domini mei auctoritas/atq; uoluntas:ut ueſtris
humanitatibus gratiam agere debeam. Superat id imbecillitatem meam. Sed contemptus præcepti
(ut dicit Hieronymus)præcipientis iniuria eſt. Itaq; patres præcellentiſſimi / Doctores inſignes / &
uos eruditiſſimi uiri:qui pro ueſtra humanitate tam grata præſentia dignitati eius tam benignū præ-
ſtare munus:primum dicitur gratiſſimum fuiſſe/ueſtram benignitatem & ſummam omnibus attuliſſe lætitiam
deinde ampliſſimæ uobis aguntur gratiæ:non quas ueſtra meretur ſumma humanitas:ſed quas repédere poteſt
eius facultas:qui a uobis hodierna die maximum accepiſſe beneficium profitetur:Deum oramus ut retribuendi
pro meritis/& ſæpius collætandi tribuat poteſtatem.

¶ Auguſtini Dathi Oratio.XXXVII.Ad laudandam aliquorum fidem in patriam.

Voniam conſuetudo eſt:eoꝝ:qui uero amore patriam/ac ſingulari dilectiōe complectuntur/& fide/
re ipſa iudicare ſinceram animi uoluntatem/& deuotiſſimum cordis affectum:cum nihil ſit in omni re-
rum numero patria amabilius:nihil dulcius:& cunctis mortalibus prorſum acceptius.N.nobiles uiri
& Magnificæ Senéſis ciuitatis:unde præclara illis origo eſt præcipua charitate ſtudioſiſſimi: quos ua-
rietas fortunæ uariis quoq; bellorum & calamitatum tempeſtatibus fatigauit:quiq; omnibus temporibus dul-
ciſſimæ patriæ totis uiribus/cunctis conatibus adhæſerunt: & inconcuſſam fidem ac deuotionem ſeruauerunt:
nunc quoq; ut certiſſimis documentis ſuam optimam diſpoſitionem & fidei ſinceritaté oſtendant: & perſpicuis
inditiis/ac manifeſtis experimentis aperiant:&c.

¶ Auguſtini Dathi Oratio.XXXVIII.Habita ab eo:quum Prior ſummū Magiſtratū igrederet.

Egimus excellétiſſimi Magiſtratus in ueterem monuméntis/ Sacerdotibus & Regibus morem fuiſſe
ut ſceptra tenerét.Et Latinus quidé iis:qui quōdam regnauit in Latio:tanq̃ pater patratus apud Va-
tem facundiſſimum/ſceptrum tenet:quippe qui Sacerdotibus ſecialibus præfectus eſſet.Sed & celſa
ſedet Rex optimus arce Sceptra tenens:mollitq; animos:& temperat iras.Sceptrum quoq; datur iis:
qui ampliſſimos gerunt Magiſtratus:ſceptrum inquá/datur:quod eſt regium/ac ſacerdotale inſigne:ut intelligát
boni Magiſtratus/diuinam ſibi & humaná legem imprimis eſſe ſeruandam:Iuſtitiam colendam/& pietatem: ut
per Iuſtitiam humanæ ſocietatis ſaluti cōſulatur:per pietatem uero proſpiciatur diuini cultus honori. Hinc Sci-
pio ille ſuperior/ſexto apud.M.Tullium de repub.libro/per quietem ſalubriter ad modum nepotem: & Aemi-
lianum Scipionem admonens:Iuſtitiam cole inquit/& pietatem:quæ cū magna in parentibus & propinquis/tum
in patria maxima eſt.Aegyptiorum olim celebris natio:quæ Oſyrim uenerabatur: & eundem Solem eſſe puta-
bat:inſculpebat ſceptrum:& in eo ſpeciem & figuram oculi exprimebat:ut oſtenderet eos:qui poteſtatem habét
mentis oculis & altiſſima animi cogitatione circunſpicere oportere:quæ regendis populis & gubernandis ciuita-
tibus: optiſſima eſſe uideantur.Paſtores/& qui gregibus atq; armentis præſunt/pedum/ideſt paſtoralem geſtant

uirgam. Paſtores/Homero teſtante/ſunt utiq; populorum Principes:ac rerum publicarum Rectores: bonus aũt paſtor/qui iuxta Saluatoris uocem/uel animã ſuam dat pro ouibus ſuis:quincuplicem uirgam geſtare ꝓhibetur/ uirgam diſciplinæ:per quã audacium & improboꝝ hoiũm inſolentia compeſcatur. Virgam poteſtatis: per quam iuſte præſit/uirgam cognitionis & ſcientiæ:per quã inſtruat:uirgam cuſtodiæ:per quã Iuſtitiam/liberalitatem/pacem & legum diſciplinam cuſtodiat:ac tueatur. Virgam miſerationis:ꝑ quam tenuioribus & iniuria laborãtibus/ pie/miſericorditerq; ſubueniat. Virgam debellationis:ꝑ quam uictoriam aſſequatur. Datur igitur uirga Prætoribus/ꝓp diſciplinam. Datur Principibus/ꝓpter ſummã regendi poteſtatem. Datur ſenioribus:in quibus ſapientiæ munus excellit. Datur Præſulibus ad cuſtodiam obeundam. Datur Regibus ad manſuetudinem & clemẽtiam exercẽdam. Datur Imperatoribus ad hoſtilem impetum coercendum:atq; iniuriam propulſandam. Aſſumpſit Zacharias propheta uirgas duas:ac pauit gregem ſuum. Ac duæ uirgæ quidem/duæ ſunt præclaræ eximiæq; uirtutes:altera Iuſtitia:altera Manſuetudo:per quas poſſit qui imperat/parcere ſubiectis/& debellare ſuperbos. De quibus per Prophetam Dominus. Viſitabo inquit/eos in uirga ferrea. Virgam aureã tenebat Aſſuerus Rex:eãq; flectebat iis:qui eius iniuſſu/ipſius thalamum fuiſſent ingreſſi:ut liquido pateat/populos ad obſequia atq; obedientiam Principum erudiri oportere:Principes ipſos/ad Iuſtitiæ cultum. Rhadamãthus & Eacus/platone teſtante/uirgam tenent:dum iudicant. Minos uero conſiderans/ſedet ſolus:habens aureum ſceptrum: ut de eo inquit Vlyxes apud Homerum uidiſſe ſceptrum aureũ tenentem:iura mortuis dantem. Et magiſtratus quoq; & rectũ iudicii examen diſpicere:& iuſtum iudicium debent iudicare. Nempe uirga hæc Iuſtitiam deſignat.& poteſtatẽ. Virga directionis/inquit/ſacratiſſimus propheta:uirga regni tui. Et uirga quidem corripit delinquẽtes:quẽadmodum & baculus ĩbecilles tuetur:ac ſuſtinet. Virga tua/ait Propheta/& baculus tuus ipſa me cõſolata ſunt. Hæc uirga inquã:uelut demiſſa coelitus:hoſtium uim arcet:ac deuitat inſidias:Dicẽte Propheta. Virgam uirtutis tuæ emittet dominus ex ſyon:dominare in medio inimicoꝝ tuorum. Quod ſi arca foederis in ueteri teſtamẽto Manna cõtinebat/& uirgam:ſatis argumẽti eſſe debet/magna in hoc præclaro inſigni myſteria contineri. Sed quæ per uirgam magna ac præclara ſignantur:Magnifici præceſſores & Magiſtratus præclariſſimi/pro ueſtra ſingulari laude abunde affuerunt omnia:& quãtum tẽporum ratio paſſa eſt:cuncta ueſtra ſapientia illuſtrauit. & uirtus. Nos quoq; ut eadem aſſequamur:annuat totius mundi Princeps:atq; ille rector Deus:in cuius ditione cuncta ſunt poſita:ſacri quoq; faueant Penates noſtri:& patria numina imprimis ſuperorum Regina diua potens:Dei mater/& huius ciuitatis alma parens Maria/ glorioſi Principes terræ Petrus & Paulus:quoꝝ firmitate fireta eſt Chriſtiana religio:Martyres inclyti Creſcentius:qui gratiã augeat:Anſanus:qui ſalutem impartiatur:Sauinus:qui ſapientiam tribuat:Victor:qui & uirtutẽ & uictoriã largiatur:ſuffragantibus coelitibus beatiſſimis Cõfeſſore iſigni Bernardino/& ſacratiſſima uirgine Catherina:quos ut hæc tulit foelix patria:ita quoq; ꝓpitios ſentiamus: ut tãdem eoꝝ precibus/incorruptam libertatẽ/firmiſſimam pacem/ſummã ciuium concordiam/ampliſſimã gloriam cum hoſtiũ oĩum & aduerſarioꝝ excidio æternis tꝑibus noſtra teneat præclara Reſp. Nunc qđ foelix fauſtumq; ſit nobis/uobiſq; ornatiſſimũ ſceptrum & glorioſum ſuſcipiam ad laudẽ Dei ac noſtræ reipub. decus. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XXXIX. Ad agendam gratiã pro ſummo accepto beneficio.

INter cuncta mortalium opera Domini ac patres ĩſignes/quæ multa ac uaria humana exercet ĩduſtria nullum cenſent uiri ſapiẽtes nec maius oĩno/nec præſtabilius/q̃ iuuare hoĩes/q̃ prodeſſe: dare ſalutẽ afficere beneficio. Si uera locutus eſt Plato:qui naſci hoiẽm non ſibi modo:ſed patriæ & amicis luculente tradit. Si recte Stoici Philoſophi ſentiunt:quibus placet/hoĩes hoĩum cauſa utiq; eẽ generatos ſi quod uel maxime animaduertẽdum eſt:ſalubriter humani generis Saluator edicit:æque ꝓximum/ac ſeipſum diligẽdum. Quantis igitur dignum eſt laudibus ornatiſſimũ hoc/præclarumq; collegiũ? In eo enim cernere ẽ patres ampliſſimos / & in omni poene doctrinaꝝ genere claros:qui cõmuni quodã iure ſociati/& illo aſtricti/atq; cõnexi uinculo:quo Platone teſtante/oẽs liberales atq; ingenuæ diſciplinæ:& uaria ſtudioꝝ genera naturaliter copulantur:hanc florẽtiſſimam rempub. cõſilio/uirtute/prudẽtia uehemẽter exornant:& qđ etiam mirifice laudandum eſt:iuuentutẽ educant:inſtruunt:erudiunt:ad honorẽ/ad uberem fructum/ad decus prouehunt. Multi perhibent teſtimonium:ut mittam cæteros:en ipſe adſum teſtis locuples:qui q̃uis nullo dignus ſim præmio: efficit tamen hodie ueſtra beneficẽtia:ut perpetuo ueſtræ amplitudini ſim obnoxius:eo ĩ me collocato munere/quo nullum mihi poterat deferri maius proſum/atq; charius. Quod ſi nullum referenda gratia officium magis neceſſarium eſt:incertus animi quo me uertam ad gratiã agendam neſcio. Vincit puſillas uires beneficii/ac muneris magnitudo. Faciam quod uel inopi & pauperrimo cuiq; tributum eſt:ut habeã quoad dabitur æthera luce perfrui: quã nullo modo agere poſſim gratiã:referet ille:qui nullum patitur nec malum impunitũ:nec bonũ irremuneratum. Quem ut pro me/ſumma repẽdat præmia/ſupplex oro:& utraſq; tendens ad ſydera palmas.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XL. Pro canonico aſcito in uenerãdoꝝ patrum collegium.

OPtaui & datus eſt mihi finis ille/uenerabiles patres/ac reuerẽdi domini: quẽ iampridem magno deſiderio cõcupieram. Vt q̃q̃ fortaſſe nimium ab oĩbus meritis alienũ:tamen pro ſumma ueſtra erga me charitate pro maxima in deuotiſſimũ filium beniuolentia/pro tam paterno affectu:in hunc tãtorum patrum cœtum me aſciſcere dignati eſtis. Fauſtus mihi & foelix hic dies eſt:in quo poſt ſanctiſſimi domini noſtri pietatem/in cõferendo poſt foelicis recordationis Reuerẽdiſſimum dominũ. N. in poſtulando/uideo me tam benigne/tam lætis animis/tam paterno affectu a ueſtris ſummis humanitatibus & paternitatibus reuerendis fuiſſe ſuſceptum. Quod quidem beneficium q̃ magnum/q̃ præclarum quãq; præſtans ſit/potius ſua ſponte liqueſcit/q̃ ab mea imbecillitate ualeat explicari. Ita ut ſim neſcius quas dignas poſſim pro talibus meritis reſpondere gratias:quando beneficii magnitudo tam longe ingenii mei uires exuperat. Quare ago primum immortali Deo immortales grates:tum piiſſimo Pontifici/atq; eius Vicario:qui me tanti muneris participem fecit. Po

ſtremo ueſtris humanitatibus:quæ me accipere inſtituerunt. Cúq; nequeam tantis meritis ſatiſſacere: deprecor illum:qui nullum bonum irremuneratum patitur:ut pro me digna rependat præmia:me autem perpetuo tanq̃ deuotiſſimum filium/ueſtris humanitatibus obſequentiſſimum dedo:ac deuoueo.

℄ Auguſtini Dathi Oratio. XLI. Pro eo qui publico nomine Prætoré alicuius deligit ciuitatis:ac deſignato Præſidi nouum ſignificat Magiſtratum.

SEnenſis Reſpublica/Aeques inſignis/ac uir præſtantiſſime id præcipua quadam & diligenti ſemper curauit induſtria:ut gerendis ampliſſimis Magiſtratibus eos præficiat:quorum uirtute/conſilio/atq; auctoritate ciuitas recte & præclare regi/atq; adminiſtrari poſſit: intelligens ex optimi Rectoris gubernatione/non modo Iuſtitiæ cuſtodiam:ſed etiam populi uniuerſi/ac totius reipub. pendere ſalutem. Cum igitur tuam habeat exploratam uirtutem ſapientiam/æquitatem/ac multarum rerum laudem/eligẽtibus eius nomine his optimis patribus te futurum eius urbis Præſidem uoluntarie/ac perlibenter aſciſcit ingreſſurum eum clariſſimum Magiſtratum kal. Ianuariis:quæ propiſſime conſequentur. Ea conditione atq; eo fœdere quo cæteros eiuſmodi Magiſtratus optare ac deligere conſueuit:ut per ſemeſtre tẽpus ei Magiſtratui pro uetere inſtituto præſis ad ſummi Dei gloriam Senenſis ciuitatis decus/& tuæ illuſtrationem probitatis. Dixi.

℄ Auguſtini Dathi uelut præfatio quædam/atq; Oratio. XLII. Cenſoria inter duos/ſententiam in Senatu dicentes:quo℞ alter/grauior/meliorq;:alter acrior/atq; elatioris animi uideretur.

EX omnibus/quæ ex ueterum ſcriptis legerim:illa mihi probantur imprimis uiri Senenſes: quæ dicta a Catone in Senatu/ſcribit nobilis Hiſtoricus Criſpus Saluſtius:cum de Catilinæ coniuratione ſententia uerſaretur. Quo tempore alia ſentire. C. Cæſar:qui iam totus popularis eſſe uideretur: & gerendas res permultas ſecum animo uolutaret:alia. M. Cato:qui præſenti rerum ſtatu cõtentus eſſet: & ſalutem Reipub. atq; ocium ſequeretur. Splendidius Cæſaris ingenium latere non poterat: Catonis uirtus/ac ſeuerior grauitas in medium proferebatur. Bene & compoſitæ Cæſar:ſcite & recte. M. Cato:hi bene uiuendi ſtudium:ille altiſſimum aĩum iudicabat. Mitto nunc popularem Cæſarem:Catonem amplector: qui dum Romanos patres conſcriptos monet:& Quirites inſtituit. Nos quoq; & cupidiores beatæ agendi/populos ſalutaribus præceptis erudit:& optimã uitæ rõnem docet:quæ ſequi:quæ fugere/ac uitare cõueniat:ſapienti oratione declarat. Priſcam integritatem cõfert:labem uirtutis ac frugalitatis/& ſuo℞ temporũ prauitatem exectatur.

℄ Auguſtini Dathi Oratio. XLIII. Pro Epiſcopo uel Cardinali gubernatore alicuius uel ciuitatis uel prouinciæ: quando ingreditur Magiſtratum:& alloquitur præceſſorem.

NOn ea in me eſt dicendi facultas:non is orationis ſplendor Reuerendiſſime in Chriſto pater: & domine:ut uel rei amplitudini:uel loci & Magiſtratus dignitati/uel deniq; tam præclaro cõſpectui reſpondere ullo pacto queam. Quod cum ita ſit:cæteris prætermiſſis/quibus longe maiore eloquentia & uberiore dicendi copia opus erat/utar ea clauſula:quam maxime mihi ampliſſimum hunc ingredienti Magiſtratum neceſſariam imprimis eſſe arbitror. Neq; enim aliud eius:qui Magiſtratum gerit/munus eſſe uiri ſapientes exiſtimant/q̃ tueri Iuſtitiam:cuiq; æquale ius reddere:uirtutis dignitatem conſeruare:cõmiſſum populum ſtudio & diligenti cura complecti:paci & tranquillitati conſulere/dare pro uiribus præmia:honores deferre:improbos uel ſupplicio mulctare:uel dedecori afficere:atq; id deniq; accurate ſemper intendere:quod elegantiſſimus Vates luculentis uerſibus cecinit. Parcere ſubiectis/& debellare ſuperbos. Quod in ſacris eloquiis multo certe melius præcipitur/ſecundum Apoſtoli uocem/atq; æterni Principis imitationem:ſuperbis reſiſtere:dare humilibus gratiam. Cum igitur ea mens ſit ſanctiſſimi domini noſtri ac beatiſſimi Pontificis:qui me huic ampliſſimo muneri præficere dignatus eſt:cum id ſit firmum ac tenaciſſimum cordis mei propoſitum:adhibita tuæ reuerendiſſimæ dominationis auctoritate/& præclaro eius mihi exemplo propoſito:ea curabo:ea dies noctesq; perficere contendam:per quæ quantum in me ſit/& ſummi Pontificis iuſſibus/& huius præclariſſimæ ciuitatis dignitati ſatiſſiat. Quod ſi cætera deſuerint/fides/ſtudium/diligens cura/rectum ꝓpoſitum/aſſiduus labor certe non deerit:atq; ita imploro ſummi Dei Maieſtatem:ut mihi ſemper præſens pro ineffabili clementia & propitia dignetur aſſiſtere. Poſtremo iureiurando me aſtringo ea effecturum oĩa:quæ pro huius magnificæ ciuitatis/uel inſtituto/uel conſuetudine/huius Magiſtratus officio iure conueniant. Ad laudem Dei. Dixi.

℄ Auguſtini Dathi Oratio. XLIIII. Ad agendam gratiam pro accepto beneficio in deſignatione Magiſtratus.

NVnquam ſufficerent uires ingenii optimi ac uenerandi patres/ad dignas grates perſoluendas ueſtræ amplitudini:quæ me hodie tantis honoribus & tam ꝑclaro munere afficere/ac decorare dignata eſt: quod omne intelligo ab ingenti humãitate/& ſola ueſtrarum dominationum beneficentia: nullis imbecillitatis meæ interuenientibus meritis:abſq; dubio fuiſſe profectum. Video me tantis ornamentis prorſus indignũ:cũ ad tanti officii regimen atq; miniſteriũ opus ſit magno conſilio/ſingulari prudentia/ exquiſita doctrina ac præcipua deniq; auctoritate. Quarum me noui rerum expertem/& a tãtis muneribus alienum: ſed maximo animus exultat gaudio/inueniſſe magnam in conſpectu tantorum patrum gratiam. Ea res in magna reponitur fœlicitatis meæ parte. Et cum nihil ſatis dignum poſſim rependere:& quod beneficii magnitudini congruat:primum fundam ad piiſſimum conditorem/ac Redemptorem preces:ut pro me dignetur clementer præmia digna ferre. Deinde quod in me erit/fidem/ſtudium/laborem/diligentiam/ſolertiam/uigilias inceſſanter adhibere conabor. Vt diuinis honoribus/officii/dignitati:ueſtrarum dominationum decori ſatiſſaciam. Ad qđ perficiendum/ſpero ſemper diuinam quoq; gratiam affuturam. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XLV. Ad donanda inſignia publico nomine/bene de Republica merito uiro & functo iuſtiſſime Magiſtratu.

SOlet omnium ciuitatum:quæ quidem bene laudabiliterq; reguntur:uetus eſſe conſuetudo:ut præſtantes probitate & magna uirtute uiros/ampliſſimis præmiis/ ſummis honoribus proſequant̃. Eam uero conſuetudinem in hunc uſq; diem magno ſemp ſtudio Reſpublica hæc ſeruauit. Quapropter hi Magnifici collegæ mei/atq; ornatiſſimi patres cõmoti tua integritate/iuſtitia/diligentia/in gerẽdo clariſſimo Magiſtratu/non tam præmium/ne non ſatis eſſe uideatur/q̃ perẽne monumentũ tuæ uirtutis ac laudis glorioſa hæc inſignia tuæ amplitudini largiunt̃/teſtimoniũ ueræ cõmendationis/ac pignus amoris. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XLVI. Ad populum Pientinum de Laudibus Pii Senenſis ſummi Pontificis & Pientiæ urbis Senenſium Imperio ſubiectæ:quæ Pio ipſo inſtaurata/ab eo inſtituta/ leges/titulum/ac ciuitatis decus accepit/& nomen:cum antea & foret oppidulum/& Corſinianum uulgato atq; antiquo noie diceretur.

IVſtum erat fratres chariſſimi/hominem eruditiſſimum eſſe/& magna ornatum facundia eum qui in hoc præclaro cœtu ſermonẽ facturus eſſet:qui & loci dignitati & materiæ amplitudini/& ueſtris expectationibus ſatiſſacere poſſet. Ego autem cum meam conſidero paruitatem atq; imbecillitatem ingenii:uereor ne temeritati aſcribatur a quopiam:qui tantum orandi munus ſuſceperim: & debilibus meis impoſuerim humeris. Sed duæ me ad dicendum cauſæ compellunt:quarum una ab eorum auctoritate procedit:qui habent iuſtam imperandi poteſtatem:altera uero ex abundantia cordis emanat: cum tacere lingua non poſſit:quod animus intus concepit. Ex ſumma multarum rerum gloria:quam huic nouæ ciuitati & Piẽtinæ urbi Apoſtolica conceſſit benignitas:quæ de exuberante ſonte gratiarum innumera & beneficia & ornamenta largiri uobis dignata eſt:quæ urbem dedit:locum decorauit:ſanctiſſimum templum condidit:ingentia & ſplendida ædificia conſtruxit:eccleſiam Canonicorũ collegio honeſtauit:ſummis honoribus:maximis priuilegiis:præcipuis inſigniuit ornamentis:ut uere nunc beatiſſimi Pontificis diſpenſante clementia/dici poſſit ad Pientinam urbem Pſalmiſtæ illud:Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Præcipue cum ultra cæterarum rerum: quæ & multæ ſunt/& magnæ:ſplendorem/ac decus ex ſpiritualibus theſauris adiuncta ſit indulgentiæ plenitudo:quæ omnium beneficiorum & munerum ſuperat amplitudinem. Quæ omnia ſiquis abunde explicare uelit:Ante diem clauſo componet ueſper olympo:etiam ſi linguis hominum loquar/& Angelorum perſpecta tante rei:& ſplẽdidiſſimæ materiæ dignitate. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Orationis Thomos. XLVII. In laudem aduentitii/ ſiue aſcriptitii ciuis Senenſis Reipublicæ.

CApud orbis Roma: & propter Apoſtolicam ſedem omnium populorum decus/& lumen fidelium nationum:præſtantes ingenio/& excellentes probitate uiros/maxime ſemper præ cæteris coluit:& magnis proſecuta honoribus eſt:ac per ægre quoq; accuit:quos ſingulari uirtute/ſapientia/integritate pollere cognouiſſet:& quod laude potius/q̃ admiratiõe dignum uideri debeat:eiuſmodi uiros ita in ciuitatem acceperunt Romani:ut præcipuo etiam ciuitatis & præclaro atq; illuſtri loco conſtituerint. Ita ex Sabinis Numa:Tuſculo uelut prolapſus de cœlo. M. Cato:Arpinates: Marius inter belli Duces. M. Cicero ſæculi ſui delitiæ:Tarentinus Archias:alii permulti maxima apud Romanos gloria floruerunt. Quid (ut alios omittã) Corinthius Demarathi filius Tarquinus non ne & ipſe in eadem ſplendidiſſima urbe ſummo in honore habitus eſt? Troia/ut celebres Hiſtorici produnt/populi Romani mater appellata eſt:Roma Senenſis populi. Qui & ab ea quoq; traxit originem. Nam Senam initio Romani condidere:& eius urbis fundamenta iecerunt. Quamobrẽ & inſtitutione ciuitatis/& in reipub. diſciplina/ac magiſtratuum ordine/cæteriſq; gubernandi rationibus Romanos ritus pro uiribus urbs Sena tuetur:atq; ad eorum imitationem claros uiros & quos ingenii/uirtutis/moderationis/ac fidei laude florentes nouerit:eos libenter aſciſcit:beniuolentia: honore/charitate complectitur. Quod perſpicua documenta/& multorum exempla declarant:uel eorum qui allecti Senenſis patriæ ingenio:ut ciuitate donarentur/magno ſtudio & amore efflagitauerunt:uel eorum/quos propter exploratum atq; eximiæ uirtutis meritum ſua ſponte Sena ſuſcepit. In his complures qui per hæc ipſa tempora auctoritate clarent:& gloria in ampliſſimis tum eccleſiaſticis/tum ſæcularibus etiam dignitatibus conſtituti:ut per eam aggregationem ſplẽdeſcat magis eorum amplitudo:& Senenſis:urbis illuſtret̃ magis:atq; augeſcat dignitas. Itaq; Magnifici ac potentes Domini/& Capitaneus populi Senenſis/& Tribuni ac uexilli feri Magiſtri huius inclytæ Reipublicæ:&c.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XLVIII. Pro prætore alicuius inclytæ ciuitatis initio Magiſtratus.

SEntio quam graue/q̃ arduum ſit huius regendi Magiſtratus prouinciam ſuſcipere: Præſertim in magna & præclara ciuitate:qualem hanc eſſe conſtat. Sed æterni Dei gratia/& ſuperorum omnium auxilio fretus/optimo propoſito & firma animi ſentẽtia adhibita huius ampliſſimæ ciuitatis auctoritate/ atq; præſidio/leges/iura ueſtra/& omnes eius iuſtiſſimas ſanctiones cunctis ſemper tutabor uiribus: & ita me pro uetere inſtituto facturum polliceor:& iuriſiurandi religione aſtringo:paratus pro huius populi dignitate/ omnia fundere:& ſummam adhibere diligentiam/atq; induſtriam. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Senenſis Orationum Liber Quartus Fœliciter Incipit.

¶ Sequitur breuis annotatio eius ſolemnitatis:quæ a Senenſibus celebrata eſt ĩ aſſumptiõe & coronatione ſummi Pontificis Pii Secundi:quæ per Franciſcum Lutium ordine miſſa eſt ad præfatum Pontificem Maximum: Sexto Idus Septembris:Anno ſalutis.M.CCCCLVIII.

¶ Cum fauſtus & lætiſſimus nuncius allatus eſt/ de Summi Pontificis Pii Secundi Senenſis aſſumptione.xiii. Kalen.Septembres: Anno ab incarnatione dominica.M.CCCCLVIII. Hæc produit Senenſis ciuitas admirabilis gaudii & ſummæ lætitiæ ſigna.

PRIMVM Re cognita/tantũ repente ciuiũ aĩos ĩceſſit gaudiũ: ut & Magiſtratus oẽs & ciues uniuerſi/mares ac fœminæ/puſilli cum maioribus/ ĩcredibili quodã & raro audito a ſæculis/exultarẽt gaudio.Ita ut nõ mõ cunctus populus: ſed ipſa quoq; urbis mœnia atq; ædificia præ ſe ferre lætitiæ ſigna uiderenẽ:uelut diuinitus redeũte aureo ſæculo:& pacis ac trãquillitatis ſubito exhortis tẽporibus. Sed infinitã ciuiũ iubilationẽ explicare impoſſibile & cogitare facillimũ ſit. Oĩa cõſeſtim æra & cãpanæ totius ciuitatis tinnierũt: tubaꝝ clãgor:tibiaꝝ cõcentus:timpanoꝝ boatus:cymbaloꝝ ſonitus mirus exauditus ẽ.Plauſus ĩmenſus ipſius populi:uoces exultationis ꝑſonuerũt cõcinẽtiũ & laudãtiũ Deũ:grãs aũt agẽtiũ ob datũ optatiſſimũq; de cœlo munus.In ore oĩum Pius Põtifex & paſtor ſanctiſſimus uerſabaẽ:mox uero magnus Magiſtratus & Baliæ collegiũ ꝑcinẽtibus tubicinibus ac Tibicinæ & timpanis curiã ĩgreſſi ſũt:& Senatũ frequẽtiſſimũ coegerũt. Vbi ſumma oĩum lætitia/ anũtiata eſt glorioſiſſima Sũmi Põtificis aſſumptio/& decreti ſummi quiq; honores. Atq; aduenĩẽte noctis tpe/oĩa urbis loca luminaribus denſis/ignibus/ facibus & tedis plucebãt:pgama & excelſæ turres paribus lætis facibus cõflagrabãt.Moduloꝝ oĩum & Muſicoꝝ cõcentus maior repetitus eſt fidibus & cytharis & organis:cãpus & uici totius urbis circũſonabãt.Plauſus & cãtus ubiq; exaudiebanẽ.Quo dẽſiores ignes cottucebant loco:ibi nõ mõ pueroꝝ::ſed etiã grauioris ætatis hoĩum tripudia & ſaltatus agebanẽ:ut nemo a ſolutiſſima lætitia tẽperaret.Oẽs præ exultatione & gaudio quodãmõ debachari uidebanẽ.Per cõpita/ publica ſunt parata cõuiuia:& plerĩq; oẽs feſta fronde & oliua coronati indulgebãt Genio:& iubilis & gaudiis ꝓfuſionibus lætabanẽ.Vna oĩum uox erat:Hodie nõ ſolũ huic populo:ſed cũctis chriſtianoꝝ populis ſalus facta eſt. Igneos radios ĩnumeros ĩ cœlũ iaculabanẽ:pulcherrimũ & lætiſſimũ aſpectu.Cõuocatis uero ciuitatis Magiſtratibus/ ꝓpoſitũ eſt:ut excogitarẽt:& ꝓferrẽt oẽs/q̃ ꝑcipua ſummæ ſolẽnitatis ſigna fieri poſſent: ut nihil ommitteretur: qđ ad feſtũ & ꝑcelebre exultationis inditiũ ullo pacto ptinere queat.Tũ cõi cõſenſu/octo uiri ciues clariſſimi ꝑfecti ſunt:q ad eã rẽ abſolutã haberẽt ptãtẽ.Fuerunt hi Mandolus Piccolomineus:Ricciardus Saracenus:Ioannes Vgnerii Bichus:Laurẽtius Gyni:Ioãnes Matthæi Saluius:Nicolaus Baptiſtæ:Antonius Lucæ:Frãciſcus Lutius. Mirabile dictu/nulla eſt in tota Italia pene ciuitas:nullus potẽtatus in quẽ a Senẽſi repu.nõ exierint eodẽ die litteræ.Quibus iucundiſſime tãta optata lætitia & ĩmenſi gaudii feſtiuitas ſignificareẽ/oẽs participes e ueſtigio facti ſunt eius cœleſtis muneris:& cõgratulatio digna adiecta.Poſtero die:q ei ſolẽnitati ꝑfecti eſſent/ĩprimis repẽtinas ferias ſtatuerũt dieꝝ cõpluriũ/mita celeritate ĩſignia ꝑmulta Piccolomineæ domus ex ſerico: & pictura in maiore Baſilica cõiecta pendebãt.Cõſimilia in umbraculo ornatiſſimo cõpluria.Sed unũ ante alia ſupra aram ingentis magnitudinis:qđ erit tanti tãq; admirabilis de cœlo doni ueluti perẽne monumẽtũ. Mirifico uero & fulgẽtiſſimo luxu & apparatu ĩſtructo tẽplo:aduocatis uero eodẽ religionũ oĩum/ & cleri uniuerſi ordinibus: qua maiore põpa fieri potuit ciuitatis Magiſtratus nobiles ex Piccolominea gẽte:quicũq; intra urbẽ tũ aderãt: nõnulli ex Ptolomea/collegia oĩa:& ciues lõgo agmine/numeroſa comitãte populi frequẽtia/ deferẽtes ramos oliuæ: & ſertis floribus coronatis ad maiorẽ baſilicã ſunt ꝓfecti.Decantata ſunt ſumma totius populi deuotione miſſarũ ſolẽnia.Sacrificia obtulit Ioãnes Agazarius Craſſetanus Põtifex: & oẽs uno ore Deũ hymnis & cãticis laudabant:ĩtra ſacrificioꝝ tẽpus/orõnẽ luculẽtã habuit Bartholomeus Beneuolẽtius uir plane eruditus:atq; eloquẽs/ eccleſiæ cathedralis Præpoſitus.Tũ tridui ſupplicatiões decretæ/atq; actæ ſunt:dilatæ uero in ſequentẽ diẽ:quo interea ad urbẽ cõmigrarent abates & religionũ patres:q undiq; ex Senẽſi ditione accerſebanẽ.Põpã/ apparatũ/ ſplẽdorẽ/ordinẽ/frequẽtiſſimã cleri & populi concionẽ/uix quiſq̃ ſatis referre poſſit. Concurſantium multitudo nunq̃ pene eiuſmodi in ea ciuitate cõſpecta eſt:reꝝ multaꝝ ſplẽdor:nunq̃ apparatus maior. Die feriabantur oẽs. Veſpere aũt eadẽ quæ ſupra/ uel potius maiora indies/& luminariũ/& cõcentuũ ſigna repetebanẽ.At igneſcentiũ radioꝝ fragor/& fulgor/tũ admirari oẽs/tũ plaudere affatim/ac iucunde coegebat.Edicto aũt publico imperatũ eſt oĩbus:q reipub.Senẽſiũ parent:ut eadẽ ꝓ uiribus celebrarẽt ſolẽnia. Tabellarii ad id nunciandũ/ iubendũq; multi cõtinuo ad Senẽſis ditionis loca dimiſſi ſunt.Ea celebritas ad tẽpus uſq;/& ſolẽnæ coronationis protracta eſt.Quo die iuſſi cũcti artifices/cãpũ/& celebria urbis loca/ſinguli ꝓ facultate nectẽtes coronas ex Buxo/ & feſta fronde/& denſos ſpargẽtes ramos/Edera corimbis lauro urbẽ exornarũt: & noui Paſtoris tũ nomẽ/tum glorioſa formauere ĩſignia:ut ĩter coronas/& uirẽtes pẽderent ramos. Ante palatiũ magni Magiſtratus ara erecta eſt:& tũ ipſa:tũ adiacẽtia loca ornata auleis cortinis/& ſplẽdẽtibus ſtragulis excelſa tabulata fabricata ſunt altitudine cubitoꝝ circiter octoginta/lõgitudine cubitoꝝ ſexaginta:latitudine quadraginta. Deſup excelſus thronus/oĩa nitida ueſte cõtecta:& caueæ gradatim appoſitæ. Die igiẽ coronationis/ & ſacratiſſimo ſolẽni ꝑſentibus cunctis ciuitatis collegiis/& frequẽtiſſimo cuiuſq; ordinis/loci/& ſexus ĩſpectãte populo: primum inſignis Theo

logus Alexãder Bononiẽſis Prædicatoꝝ ordinis ꝓfeſſor/concionẽ habuit elegãtiſſimã:& de ſũmi Põtificatus laudibus/copioſe/& grauiter ꝑdicauit.Interea religionũ agmina ſigno crucis ꝑuio ſuo quæq; loco adueniebãt ſingula repræſentãtia uarios cælites:& Angeloꝝ ordines:ĩprimis Cherubin/& Seraphin co mitore/ea põpa/ ea ꝓprietate & ornatu:ut oium aſpicientiũ oculi ſtupidi tenerent̃.Ea uero multitudo numero ſupra quingetos tabulata inſtructa cõſcẽderant.Tũ ĩpoſita ara cãtata ſunt miſſaꝝ ſolẽnia de Spiritu Scõ.Aug.Dathus Senẽſiũ Secretarius oꝛõnẽ habuit:cuius exẽplũ annectit̃:anteq̃ attolleret̃ ſacro ſanctũ Euchariſtiæ ſacrificiũ:ſublata uela/beatoꝝ domiciliũ & paradiſi ſedes:q̃ ibidẽ repræſentent̃:ſubito pulcherrimũ/& ꝑclariſſimũ ſpectaculũ apuerũt ab oĩ muſico genere/& uario cõcentu modulãte:ut populi lætitia/& plauſus ĩcredibilis oriret̃/ac peractis ſacrificiis:mirabili artificio glorioſæ Virginis Aſſumptio repræſentata ẽ.Ex humo aſpectãtiũ miraculo:Virginis habitu hõ:& qui Angelos agebãt:aſſumpti ſunt ĩ id cælũ:qđ manu/& opera ſplendidiſſime ſtructũ erat.Rithmi/ & numeri ad id cõpoſiti canebant̃/ac poſt illã Aſſumptionẽ:q ſũmi Põtificis pſonã agebat:modulis:& ſenariolis apte/& concinne editis p manus glorioſiſſimæ Virginis coronatus ẽ:atq; eidẽ dulcis patria piis uocibus Pio Põtifici cõmẽdata. Tũ dimiſſus populus.Ac poſt meridie/eadẽ illa agmina:q̃to fieri potuit apparatu fulgẽtia primũ ĩ curiã:q ẽ locus habẽdi Senatus:cõuenerũt/tũ ordine/& ꝑclaro ĩceſſu luſtrauere totã urbẽ cõcinẽtibus mul tis:& tubis/& multiplicibus organis pſonãtibus: & hilaris feſtus/ac lætiſſimus totus ille cõſumptus eſt dies.Per crepuſculũ uero eluxerũt/q̃ antea unq̃ uehemẽtius Angiporti/Plateæ/ uici oẽs/cãpus ĩprimis/& excelſiora oĩa urbis loca pinacula/& turres.Prima die poſt ſignificationem aſſumpti Põtificis ſoluti ſunt captiui/ & publico carcere emiſſi tredecim. Mox ſequẽti dominico/rurſum unus/quo die ĩ maiore Baſilica magna ſolẽnitas pacta ẽ clero uniuerſo eodẽ accerſito:& cũctis magĩratibus accitis ad miſſaꝝ ſacra.Tũ die coronationis tertio/ſoluti ſunt captiui qnq; ꝓ nõnullis ex his q aſſeruabant̃ in carcere ob æs alienũ:qđ creditoribus debebãt: perſoluti ſunt ex publico ærario/ aurei qngenti:aut eo amplius.Fuere oẽs/q liberati cuſtodia ſunt numero.xix.ut ſicut Auguſti mẽſis.xix.dedit tãtæ lætitiæ exordiũ:ita uiginti captiuoꝝ fieret Deo deuota oblatio. Ad hæc fides/ & libertas ſtatuta ẽ dieꝝ.xv.& data oĩbus imunitas: qualẽ municipalia iura/ĩ ſolẽnitate Aſſumptiõis Glorioſiſſimæ Virginis abſolute ſanxerũt.Ita pacta ſunt:& Aſſumptionis/& coronationis ſolẽnia.Sed exultatio/gaudiũ & aioꝝ lætitia/creſcit: atq; augeſcit in dies.Equeſtre certamẽ & ludricum ſpectaculum ꝓpoſitis præmiis in die.xx.Septembris ſtatutum eſt.

¶ Sequit̃ Auguſtini Dathi Seneſis Oꝛõ habita apud magiſtratus/Clerum/& populũ Senenſem die coronationis Summi Põtificis/Pii.ii.infra miſſaꝝ ſolẽnia in cãpo:pro pergamo.iii.nonas Septembris.

EXultet hodie catholica/& chriſtiana religio:lætet̃ mater eccleſia:gaudeat uniuerſa fideliũ multitudo/uos ĩprimis lætamini in Xp̃o Ieſu magnifici/ac potẽtes dñi:& uenerãdi patres: exultate uiri Seneſes ꝓfuſis gaudiis in ĩſigni die ſolẽnitatis nr̃æ. Vnde.n.aut rectius aut cõmodius q̃ ab exultatione & gaudio/nr̃æ ſumamus oꝛõnis initiũ? Aſſumptus naq; paucis añ diebus ammirabilis ꝑſul noſter ad ſũmi Pontificii:atq; Apoſtolici ſacerdotii dignitatẽ:hodie ſtolã gloriæ iduit̃:ad ſũmũ euehit̃ decoris faſtigiũ: ſacro diademate coronat̃.Hodie pr̃es chariſſimi diuini numinis diſpẽſatiõe:& Spũs Sci gr̃a ſcõꝝ patrũ:& uia oĩum fideliũ nationũ uoce:atq; cõſenſu Pius Põtifex huius fœlicis ciuitatis:& p̃riæ glorioſus alũnus ſacratiſſimi Põtificatus ĩſignibus ſũmi ſacerdotii gloria/ac ſplẽdore decorat̃.Qui cũ oĩa uitæ ſuæ tẽpora ab ineunte ætate in ꝑclaris exercitatiõibus/igenuis artibus/fructuoſis laboribus/glorioſis certaminibus ad augẽdã chatholicæ eccleſiæ:atq; orthodoxæ fidei dignitatẽ cõtulerit:ab imortali cœloꝝ pricipe cõſtitutus ẽ totius xp̃ianæ cõciliationis gubernator & rector.Ac poſt magnos labores:poſt uarios caſus:poſt multa multaꝝ reꝝ diſcrimia:q̃ oĩa ẽt añ hac Pius Aeneas ꝓ eccleſiæ ĩcolumitate cõſtãter/ſalubriterq; ꝑpeſſus ẽ:ad Apoſtolatus faſtigiũ cælitus ĩſpiratus euaſit. Qui Petri nauiculã ĩ ſalo fluctuãtis pelagi cõſtitutã/diuina q̃dã uirtute/ſapiẽtia cõſilio & moderatiõe gubernet. Vere de ſupno ſolio cõſuluit hũano gñi Deus:q ĩ altis habitat:& humilia reſpicit ĩ cœlo & ĩ terra/Siqdẽ eũ ꝑeſſe uoluit fideliũ populis:& xp̃iani nois ꝓfeſſoribus:q factus dilecti ouilis cuſtos/ac dñi gregis paſtor oues ſuas a Lupoꝝ oium defendat ĩſidiis & uigili cuſtodia gregẽ oẽm ĩcolumẽ tueat̃.Qui dilectus Deo:& hoibus:q charus cũctis gẽtibus & pricipibus chriſtiãis/unũ oĩum ĩprimis idoneus ſtatuẽdus ſit:q ſũmã eccleſiæ firmitatẽ:chriſtianoꝝ populoꝝ cõcordiã/unanimitatẽ/pacẽ nõ ſolũ efficiat:ſed ẽt ammirabili uirtute/& ꝑpetuã ꝓuidentiã tueat̃/& ſeruet. Qua cõciliata haud dubie ſperãdũ ſit:q̃ primũ fore:ut ſæua/atq; imanis Barbaroꝝ ipietas.Quæ tanto furore/atq; iſania/aduerſus Xp̃i nomẽ debachat̃:cedat uictoribus xp̃ianis:& ꝓ fide certãtibus/optatæ uictoriæ palmã ꝑbeat.Bñ fundata ẽ domus dñi ſupra firmã petrã.Quæ optimũ aſſecuta paſtorẽ: nec ſciſſurã patiet̃: nec ullis aut reꝝ ꝑturbationibus:aut malignãtiũ ĩſidiis quati poterit.Sed nec antiq hoſtis:teterrimi aduerſarii/fallacis inſidiatoris patebit fraudibus.Quippe fundata ẽ ſupra firmã pętrã.Quæ ẽ aũt firma petra/niſi ſanctus Põtifex cœleſti cõcilio/& diuino oraculo cõſtitutus Pius.ii.q ad regẽdã fidelẽ cognitionẽ nõ mõ maturus ætate dignoſcit̃: ſed etiã ſanctimõiæ/& uirtutis laude ꝑfulgẽs:ſciẽtiæ/& doctrinæ gloria ꝑſtans:altiore cõſilio ac ſingulari ſapiẽtia ornatus:multis/ac maximis expimẽtis eruditus:diligẽtia/& recta cõficiendaꝝ reꝝ celeritate ꝑclarus: q iãpridẽ qđ in libris Geſtoꝝ Senẽſiũ me ſcripſiſſe memini:ſua ꝓbitate/cõſilio/uirtute Reges cõplures/ principes potentiſſimos/Tranſalpinas p multas atq; Italas ciuitates:exteras nationes ſæpe ad cõcordiã:& pacẽ flexit:res ſalutares/ & præclaras admodũ ꝓ chatholicæ fidei firmitate geſſit.Crebris/& lõgis peregrinationibus/ſanctis opibus:inauditis qbuſdã laboribus & uigiliis:ea ſemp effecit:qbus tũ ſeruata/tũ aucta eſt chriſtiani nois amplitudo.Quare cũ labẽte poſt tẽpore Senẽſis præſul:& huius ciuitatis/& patriæ Antiſtes eſſet/mira oĩum principũ/ & populorum expẽctatiõe/ac deſiderio a Romano tunc Pontifice & tũc fœlicis memoriæ Caliſto.iii.q laudabiliter Apoſtolicæ ſedi/utiliterq; præeſſet Preſbyter Cardinalis declaratus eſt.Qua ex re/atq; illi delatis honoribus: quantam pleriq; omnes fideles perceperint uoluptatem:ob recentẽ memoriã cunctis exploratum eſſe arbitror.Nam eam ſibi dignitatem:& itali pene oẽs/& Tranſalpini optabant:cũ unus maxĩe pro fide Chriſti/ uirtute/ labore/ induſtria:

AEquum erat reuerendiſſime in Chriſto pater & dñe/hoīem doctrina atq; auctoritatæ præſtātem/in tam præclaro cōſpectu ſermonē facere. Cogor tamen horum magnificoꝝ Magiſtratuum parere uoluntati:ac iuſſibus temperare. Præmittā ipſe pauca. Eorum ſingularis prudentia atq; humanitas omiſſa ſupplebit. Lætatur hæc ciuitas uniuerſa reuerēdiſſimæ dominæ cunctus ſenēſis populus: & hii imprimis Magnifici Domini magnis exultant gaudiis:tuæ reuerēdiſſimæ dominationis ex lōginquis regionibus reditu/ad hanc ciuitatē aduentu/optatiſſimo eiuſdem ac piucundo cōſpectu. Cum illum præſentē intueanſ Sacerdotem magnū/ac reuerēdiſſimum patrē:cuius ſummā beniuolentiā/paternā charitatem / maximā erga hanc Rempub.beneficētiam ſunt experti. Cuius & multa uariis tēporibus:& ampliſſima in hanc ciuitatē extant beneficia. In cuius patrocinio ac benigna ope ſpem ſummā & indubitatā fiduciā habere debemus. Ingens uero eſt hæc lætitia ob ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ/atq; Apoſtolicæ ſedis reuerētiam:quā ꝑcipuā ſemp hæc ciuitas præſtitit:ob ſummi Pontificis & clæmētiſſimi paſtoris ſanctitatē:quæ eſt fidelium oīum populoꝝ tutiſſimū ꝑfugium: & huius patriæ fulgentiſſimū ac ſplendidiſſimū lumen:ob eam fidem ac deuotionē:quā tuæ reuerendiſſimæ dominationi pro rebus bene geſtis ad augumētum catholicæ fidei:pro admirabilibus uirtutibus : pro ampliſſimis meritis exhibemus. Quanq̄ itelligunt minime opus eſſe:cōmendant tamē hi Magnifici domini : qui dilectos ſe/ atq; obſequētiſſimos filios arbitrātur:tuæ reuerēdiſſimæ dominationi ciuitatē/regimē eius ac populum uniuerſum deuotiſſimis precibus tanq̄ optimo ac beneficētiſſimo patri. Eidemq; offerunt tum rēpub.ipſam/tum opes fortunas/& facultates eius oēs/quibus pro ſuo iure tua reuerendiſſima dominatio fidēter utatur. Cupiunt enim præſtare oibus in rebus tuæ.R.dominationi & ſincerā fidem & deuotiſſimoꝝ animoꝝ affectum. Poſtremo ſuppliciter tuam deprecanſ clæmentiā:ut cum ad glorioſiſſimū ac beatiſſimum Sanctiſſimi Domini noſtri cōſpectū ſe cōtulerit:digneſ pro ſua ingēti benignitate hanc patriā illius beatitudini efficaciter cōmendare:unde non modo huius ciuitatis ſalus ac firmamētum:ſed etiā totius chriſtiāæ fidei & catholicæ religionis gloria pēdet. Quod ipſum tamē ꝓculdubio tuam.R.dominationē ſua ſponte facturam cōfidunt. Quod uero ad cōdignam receptionem prætermiſſum eſt:rogant ſupplices tuam.R.dominationem:ut habita temporis ratione/cōſideret:ac dimetiatur:ſinceram fidem/atq; optimam uoluntatem. Ac ſi quid in ſalutatione debita uel ſero/uel itempeſtiue: atq; incōmode factum eſt:humiliter ueniam depoſcunt:& rurſum ſe tuæ reuerendiſſimæ dominationi cōmendant. Iam horum Magnificorum dominorum ſapientia & benignitas ſicut prædictum eſt:& deficientiam meam ſupplebit:ſi modo placuerit:& emendabit errata. Dixi.

Auguſtini Dathi Oratio.XXVIII.Ad Cardinalem in diſceſſu ab eo.

GRatus fuerat cōſpectus.T.R.Dominationis:quemadmodum paulo ante expoſitum erat : nunc cum gratiſſima uiſione/iucundiſſima eſt benigna reſponſio. Agunt ob utranq; cauſam hi Magnifici Domini:& habent ingentes gratias. Verum quod tam humiliter de ſe tua aſſeuerat.R.dominatio:nullo pacto putant conuenire:cum habeat hæc ciuitas tuam.R.dominationem ſicut prædictum:patrem præcipuum/defenſorem libertatis/& benefactorem poſt ſummum Pontificem omnium primum. Confidunt præterea interceſſionem tuæ clementiæ/apud eius ſanctitatem plurimum profuturam. Iterum ſe & ciuitatem tuæ reuerendiſſimæ dominationi cōmendant.

¶ Auguſtini Dathi Oratio.XXIX. Qua cardinali cuipiam de eius aſſumptione quis plurimū gratulatur. Hanc orationem filii nepos Hieronymus Dathus in adoleſcentia elegantiſſime habuit Romæ in aſſumptione Io. Lopes Cardinalis Capuani/magna admirantium Primatum aſtante corona.

NVlla uis īgenii:nullius eloquētiæ copia:nullius ornatiſſimæ orationis ſplēdor ualeat explicare/quanto nūc gaudio/q̄ admirabili lætitia exultet aīus reuerēdiſſime in Chriſto pater & dn̄e/ob tuā aſſumptionē/atq; fœlicitatē. Video nanq; ad magnæ gloriæ ꝓuectū faſtigiū:quē amo:quē colo:quē admiror:ac ueneror:quē tantæ uirtutis ſplēdore fulgere:quē iecisse oīum laudatiſſimaꝝ reꝝ fundamēta iāpridē oībus cōpertū eſſe debet. Quē futurū ampliſſimū ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ decus:& ſydus quoddam lucētiſſimū:qui qdem te nouerit dubitare nemo poſſit. Mentis/præmiis/debitis honoribus tuæ.R.dominationis uirtus decorata eſt. Nunc facilius ꝓbitatis tuæ laus eluceſcet:nunc Prudētia:nūc bonitas/& religionis chriſtianæ flagrātiſſimus illuſtrabit amor:qbus plane rebus floruiſti ſemp:& te præditū eē pſpicuis documētis præſtitiſti. Ago igit̄ īmortali Deo grates:quaſcūq; mea ībecillitas ac tenella ætas pōt:qui ſummoꝝ oīum bonoꝝ auctor/tanti me nunc uoti fecit cōpotē:& qd̄ adipiſcēdi cupiditate aīus conflagrabat cumulatiſſime tandē īpartitus eſt. Magna eſt:uel imenſa potius omnipotētis Dei bonitas/īeffabilis diuinæ ꝓuidētiæ gratia : quæ dum eccleſiæ firmitati cōſuluit:ſolidi cardinis adiecto robore/aīum meū ſimul expleuit iucunditate & gaudio. Itaq; tuæ fœlicitati plurimū gratulor. Fœlix aūt tua putanda natio eſt:quæ tanti domini ſplendeſcit amplitudine. Fœlix ꝑfecto ac beata iſta natio:quæ optimi patris & Reuerēdiſſimi Cardinalis eminet:ac refulget gloria : & nunc potiſſimum tuæ Reueren̄.dominationis exaltatione & noīe. Ea tam præcipua dona : ut ſeruentur catholicæ eccleſiæ/cunctis oro atq; obſecro precibus:& ut indies tuæ.R.dominationis extollat decus:ac fœlicitatem tueat̄/ſupplex deprecor æterni Principis Maieſtatē. Nihil eſt quod dignum tantis meritis aut polliceri:aut deferre ualeam. Habebit me certe tua.R.dominatio aīum ipſum/fortunas:ac q̄uis tenues facultates tuis ſemp in promptu iuſſibus:uitam ipſam/& ſanguinē tuæ ſemp uoluntati deuotū. Nam qd̄ in me eſt/tuæ reuerendiſſimæ dominationi fidē/obſeruātiam/atq; deuotionē/induſtriamq; polliceor:& meæ omne tempus ætatis. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio.XXX.Reſponſiua nomine Cardinalis.

AVdiuimus tuam luculentam atq; ornatiſſimam orationem. Ea ad modum oblectati ſumus. Qui autem fidem tuam & charitatem cognouimus/non dubitamus de iis honoribus quos nobis Deus non pro ullis meritis:ſed pro ſua prouidentia dare dignatus eſt:magnam ſuſcipere uoluptatem : & oblationes fieri ab optimo animo:eas nos libēter accipimus:& tibi agimus gratiam:uiciſſim prompti ſemper ad tuam utilitatem:& ad commodum paratiſſimi. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio.XXXI.Ad ſalutandū reuerēdiſſimū Cardinalem.

NOſtra ciuitas Romanā ſemp eccleſiā ſanctiſſime colit/Reuerēdiſſime in Xp̄o pater & dn̄e apoſtolicā ſedē ꝑcipue uenerat̄:& coetū ſacrū ſanctoꝝ patrū/& ueſtrū Auguſtū collegiū ſumma deuotiōe ꝓſequit̄. Tuā cū primis.R.dominationē ob inſitū pectoribus ſanctū Caliſti nomen:& qd̄ tua benignitas hāc patriā ſummo ſemp amore dilexit. Quare habemus Senēſes oēs in ſūmo honore tuā.R.dominationem:& huius patriæ magnū præſidium:ac dulce decus. Cuius ſingulari pſpecta charitate/& gratia/me illi defero:deuoueo:& clientem obſequētiſſimum dedo:& ut me ita dignet̄ ſuſcipere una cum charo genitore ſuppliciter:& ſummis obſecro uiribus:& utrunq; tuæ.R.dominationi maxima diligētia ac deuotione cōmendo.

¶ Auguſtini Dathi Oratio.XXXII. Quum in feſto glorioſiſſimæ Aſſumptionis beatiſſimæ Virginis Mariæ:quē diem celebrē ſemp/atq; honoratū habet Senēſis ciuitas:& ſolemnē peragit ſingulis annis:ſummus Magiſtratus patrio de more ſacrū/uiſit Antiſtitē:ac Senēſem Epiſcopum:a quo læta cohors ex ueteri conſuetudine nullo unq̄ intermiſſa tēpore:ac diligēter ſeruata firmiterq; retēta opiparis/atq; ambroſiis bellariis/laute/ſplendideq; reficitur:& ueluti quodā æthereo afflatim laxat̄ nectare:deinde ſalutatione peracta/& nemine amplius ſitiente/eximii apparatus uenerādo Præſuli gratiæ peraguntur his uerbis.

VNa huius ciuitatis & patriæ laus eſt:quæ cæteras oēs antecellit:& præſtat. Nā ex quo cōdita eſt: multos ꝓtulit præſtātes uirtute:& celebres doctrina & gloria uiros. Sed nouiſſime noſtro æuo Pium.II. Pontificē Maximū:cuius explicare uirtutē/certe nō poſſit lingua mortalis. Quādo īgenio:probitate doctrina/ſapientia/reꝝ oīum cognitione ita excelluit:ut ante Pōtificatū apoſtolicæ ſedis dignitatē illuſtrauerit:& in ipſo Apoſtolatus culmine plurimoꝝ prædeceſſoꝝ facile uel æquauerit:uel ſuperauerit gloriā. Is cum plurimū patria illuſtratus eēt:& ab ea magnis affectus honoribus/illam ipſe laudibus ampliſſimis illuſtrauit:ī primis tuā.R.dominationē Præſulē dedit:& in ſacrū ſanctoꝝ patrū optauit collegiū:ut qui a primis ætatis tēporibus in ſacris/ac Pōtificiis litteris/& optimis qbuſq; diſciplinis adipiſcēdis uerſatus eſſes/& eccleſiæ ſanctæ Dei/& patriæ:quæ te genuit/utilitatē ſimul afferes/ac decus:in magna dignitate atq; ampliſſimo cōſtitutus honore/ſapientiā & æquitatē/animi magnitudinē/moderationē:qbus laudibus abunde præſtas/grauioribus in rebus exercēdo illuſtriora præſtare. Conſulit glorioſiſſima Dei mater huic patriæ:quæ in eius tutela ſita eſt/& ſecundū Pii ſanctā recordationē patrē dedit : & firmū patriæ columen ac dulce decus:te ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalē:qui ea huic ciuitati beneficia præſtes:quæ fœlicis recordationis Pius.II.auunculus tuus morte præuētus nō ſatis cumulate explere potuerit. Eia igitur Reuerēdiſſime domine/in tanto Romanæ eccleſiæ collocatæ faſtigio/perge (ut facis) patriā dulciſſimā ſtudio omni/ac pietate cōplecti:cunctis officiis atq; honoribus ꝓſequi. Et qd optimi ciuis & maximi domini officium eſt:patriā iuuare:cōſeruare:augere. Quæ in tuā dominationē reuerendiſſimā potiſſimū reſpicit:& genuiſſe tam fulgidū lumē plurimū gloriatur. Poſtremo hi magnifici atq; excelſi Magiſtratus:qui ſe hodie a tua.R.dominatione in hoc magno ſolemni/benigne/hilariter/laute/ſplendide refectos intelligunt:agunt maximas atq; ampliſſimas gratias:& ſimul ciuitatem uniuerſam & ſeipſos/& conciues

omnes/& cunctum Senẽſem populum ac libertatem eius uehementer cõmendant tuæ.R.dominationi q̃q̃ optima diſpoſitione perſpecta itelligunt minime longa cõmendatione opus eſſe.Es igitur fœlix:& tuam reuerendiſſimam dominationem Deus ad ſummos quoq; honores dignetur attollere. Dixi.

℄ Auguſtini Dathi Oratio.XXXIII.Ad Cardinalem ſalutandum.

AVe magne pater Eccleſiæ ſanctæ columen:firmum præſidium:& dulce decus patriæ. Adſis illi ſemper propitius:ſiſq; fœlix nobis famulis tuis:& tuæ pietati ſumme confidentibus. Dignitatem tuam extollat:quæſumus in ſacro fidelium cœtu pium ac cœleſte numen. Dixi.

℄ Auguſtini Dathi Oratio.XXXIIII.Habita coram Reuerẽdiſſimo Cardinale Senenſi/& Magnificis Dominis.

SOlidum putát/reuerẽdiſſime dñe/& ipletũ gaudiũ illuſtres atq; excelſi dñi/& hæc ciuitas uniuerſa/ pfectã huius ſacri ac ſolẽnis diei feſtiuitatẽ:cũ ad cæterarũ rerũ lætitiã accedit ĩprimis tuæ reuerẽdiſſimæ dominationis poptatus cõſpectus:& nobis oĩbus multo iucundiſſimus.Maximas agimus ſũmo Deo grates:qđ in hac p̃clara ſolẽnitare cõſpicimus ĩtra dulciſſimæ patriæ mœnia fulgidũ id/ac ſplendidum decus:qđ ſcđm ſanctæ recordationis Pium Põtificẽ:nõ modo eccleſiã Dei:ſed hãc quoq; patriã uehemẽter exornat.Nobis igitur merito gaudemus:q tantæ ſumus lætitiæ facti cõpotes.Patriæ gratulamur:quæ illũ capere/ac tenere mereat̃ icolumẽ:ac p̃ſentẽ intueri:quẽ idcirco genuit:ut eſſet:q chriſtianã religionẽ/& Romanã ſubſtineret eccleſiã:q ſequẽs Chriſti uicariũ/fideliũ populorũ ſaluti ꝓſpiceret:q patriã ĩprimis cõſeruare/adiuuare/ amplificare quouis tpe ſit paratus.Pro cuius ſalute uigilãtiſſime laborare oĩum mortaliũ operũ p̃clariſſimũ eſt. Quod cũ ſponte ſua tam ſedulo/tam pie faciat.T.R.dominatio:ſingulari laude potius q̃ ulla cohortatione opus eſt.Te igitur paſtorẽ animarũ:conſeruatorẽ pacis:ꝓpugnatorẽ libertatis:ac deniq; patrẽ patriæ:ut fœliciſſimum tueatur/deprecamur eũ:qui de cœlo ꝓſpicit:& cuncta humana ſalubriter moderat̃:& regit.Qui de Senenſi patria naſci uoluit:q eius augeat ſtudio omni dignitatẽ & gloriã.Poſtremo qđ animorũ iucunditati adiecerit.T.R. dominatio & hilarem hanc refectionẽ:qui poteſt omnia:præmia digna rependat. Dixi.

℄ Auguſtini Dathi Oratio.XXXV.Pro eo qui cognatum aliquem/agnatum ſiue affinem nuper factum Epiſcopum ſalutare deſiderat:& ſibi plurimum gratulari.

SVmma eſt aĩorũ nr̃orũ lætitia reuerẽde in Chriſto pater & dñe/& cognationis nr̃æ p̃clarũ decus: cũ optatã tuã dominationẽ p̃ſentẽ ĩtuemur:q̃ uere genitorẽ meũ dulciſſimũ/meq; cum illo una hodie magna lætitia & ĩcredibili afficit gaudio.Quãdo deſiderii noſtri compotes nos factos ĩtelligimus:& uotũ noſtrũ ſimul & officiũ expletũ.Cũ nihil cuperemus ardẽtius q̃ tuæ dominationis cõſpectu iucũdiſſimo p̃frui.Et qđ filios amãtiſſimos atq; obſeruãtiſſimos decet/cõgruã reuerẽtiã exhibere. Agimus ĩprimis largitori bonorũ oĩum Deo:quas põt nr̃a fragilitas pingẽtes gr̃ias:unde id nobis datũ ẽ:qđ maximã & cumulatiſſimã nobis attulit uoluptatẽ.Eius nos ĩeffabilẽ bonitatẽ atq; clemẽtiã dep̃camur:ut nr̃æ cognationi tã ſplendidũ lumẽ lungo æuo tueat̃:& illius cũ exaltatiõe noſtri generis fortunet:atq; amplificet gloriã. Qđ aũt tã hilare/tã benigne/tam exuberãti paterna charitate nos exceperit.T.R.dominatio:facit qdẽ pro ſua antiqua optima cõſuetudine:q̃ ſuos oẽs flagrãti dilectione cõplectit̃.Qua de re ſicut habemus q̃ maximas gratias/ita pro magnitudine benignitatis tuæ:& pro ĩbecillitate noſtrarũ uirium nec referre debitas poſſumus:nec dignas agere. Sed qđ in nobis eſt:abunde ſuppetet fides noſtra:ĩcredibilis reuerẽtia/atq; deuotio. Dignare tuã nobis benedictionẽ ĩpendere:qua etiã muniti/tanto facilius cæleſte donũ: ad quod iter intendimus:adipiſci ualeamus. Dixi.

℄ Auguſtini Dathi Oratio.XXXVI.Vice illius qui miſſus a Generali alicuius ordinis/& uitam/ac mores rimatus Miniſtri cuiuſpiam prouincialis in ſacra mox patrum ſuæ religionis Synodo/bene ipſius actæ uitæ/& rite ab eo peracti muneris perhibet teſtimonium.

LOci huius dignitas/& ueſtrarũ paternitatũ amplitudo/reuerẽdi atq; optimi in Chriſto patres/ꝓcul dubio poſtulant pro uetere cõſuetudine huius ſacratiſſimæ ſynodi:ut teſtimoniũ p̃hibeã ueritati:& de Tuſciæ ꝓuinciali Miniſtro ea in mediũ ꝓferã.Quæ uere de illo cõperta ſunt.Nã cũ ad tanti muneris adminiſtrationẽ operepreciũ ſit p̃ficere patrẽ doctrina/prudẽtia/morũ grauitate/& p̃cipua gubernandi iduſtria/& ſingulari quadã regẽdi peritia ꝓbatiſſimũ diuinitus factũ arbitrant̃:ut æterni Principis ꝓuidentia eum Miniſtrũ ꝓuinciæ Tuſciæ dederit:q uerbo pariter & exẽplo ad ſancta religiõis opa/ad diuini cultus honorẽ/ad imitationẽ uirtutis ac ꝓbitatis/ad deuotionis feruorẽ/cõmiſſam ſibi cõgregationẽ inflãmaret.Quem ob doctrinæ & ſacratiſſimæ ſapiẽtiæ laudẽ/oẽs Italiæ populi admirant̃:& tum magno dilectionis affectu tũ etiã ſingulari ꝓſequunt̃ honore.Quippe lucet lux bonorũ operũ eius:& doctrinæ ſplendeſcit fulgor:ut audiẽtes: & intuentes uitam eius & diſciplinã/glorificent Deum uiuũ/ & patrẽ omnipotentem:q in cœlis eſt.Illum pp ſcientiæ claritatẽ/atq; integritatẽ uitæ/ꝓſpicuum eſt oĩbus/plurimũ apud Romanũ Põtificem gratia & opinione ualere. Et ſummi ipſius Põtificis petitione/& ſuaſu adminiſtratus curã totius ꝓuincialis capituli cõſenſu fuiſſe delectum.Quod nõ ſine magna huius ſacratiſſimæ religionis cõtingit gloria ut qui in ea doctrina & ꝓbati ſunt apoſtolici & Romani Pontificis approbatione cõmendent̃.Poſtremo prouinciæ Tuſciæ Magiſtratus & rectores omnes:qui in hac.N.ſanctiſſimi patris noſtri regula Deo famulant̃:& paternitatibus ueſtris reuerendis/& ſanctis orationibus ſuppliciter cõmendo/ueniam petens:ſi fuerim fortaſſe prolixior.

℄ Aug.Dathi ĩ creatiõe noui Rectoris Scaligeræ:atq; hoſpitæ domus/glorioſiſſimæ dicatæ Virgini ĩ urbe Senẽſi:Oratio.XXXVII.Pro iis q ſacro ipſarũ piarũ ædiũ miniſterio ſũt deuoti/& glorioſo toti obſeq̃o cõſecrati.

QVi paulo ante triſtes mærebamus Mag.atq; excelſi patres:& mæſti/atq; ſũma affecti moleſtia angebamur:orbati magno p̃ſidio & dulci refugio benedictæ memoriæ amãtiſſimi patris & optimi gubernatoris:qui nup de hoc ſæculo trãſiit.Nunc tandẽ plurimũ reſpiramus:& ueterẽ triſtitiã in iucunditatem & ſummũ gaudiũ cõuertimus.Quoniã altiſſimus de cœlo dominus ꝑ glorioſam ĩterceſſionem

ſuæ ſanctiſſimæ matris ſalubriter proſpicere dignatus eſt:& de Rectore prouidit ſecundum tanti miniſterii magnitudinẽ:& uere ſcdm cor noſtrũ:qui uitam & animos/& oẽm conditionis noſtræ renuitatẽ huius ſacratiſſimæ domus obſequio cõſecrauimus. Sũma in ꝓuidendis rebus prudẽtia/ad bene regẽdũ:ſingularis ĩtegritas in peragẽdis:diligẽs ĩ adminiſtrãdis fides:accurata in cõficiẽdis ſedulitas neceſſaria eſt. Hæc cũ in nouo delecto patre & creato Rectore pſpicua/atq; explorata ſint:de cuius uirtute/ſapiẽtia/ꝓbitate:induſtria & omni neceſſaria laude nemo ſit:qui nõ abunde cõfidat/firmiſſimã ſpem cõcepimus hanc ſanctã & piiſſimam glorioſiſſimæ Virginis domum/ita gubernatũ iri:ut & diuino cultui/& gloriæ ſanctiſſimæ Virginis/ & honori huius florẽtiſſimæ patriæ/ & pauperũ Chriſti refugio/& ipſius Rectoris dignitati & nomini facillime cõſulatur. Quod humiliter oramus impleri a ſummi Creatoris bonitate per ineffabilia merita eiuſdẽ ſacratiſſimæ Virginis:quæ & huius Regina eſt dulciſſimæ patriæ & huius piiſſimæ domina domus:q̃ tuæ amplitudini cõmendare minime neceſſariũ eſſe putamus. Cõfidimus tuam amplitudinẽ/& domum uniuerſam/& nos Virginis ſacræ alũnos benigniſſime ſuſcepturam. Ille tuum iter in cunctis rebus ꝓſperum faciat:a quo omne datum optimũ:omne donum perfectũ: & quæ uel in cœlis habentur:uel optantur in terris bona cuncta procedunt. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi pro Oratore ſummi Pontificis/ad Regem Oratio. XXXVIII. Quam habere debet Legatus ipſe ad eos:qui ſibi obuiam prodeunt:a Rege miſſi.

SErenissimi Regis benignitas/paruitatis meæ ſupergredit̃ limites patres ornatiſſimi/ ac præſtantiſſimi uiri:qui tanto me hodie honore dignatus eſt:& qui hunc cœtum hominum præclariſſimoꝝ miſit ad me ſuæ Maieſtatis humilem ſeruitorem. Sed accipio omnia ob ſummi Pontificis reuerentiam a Regiæ Maieſtatis benignitate:cui maximas & immortales habeo gratias:& de munificentiſſimis honoribus/quaſcunq; ualeo laudes/affero. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XXXIX. Pro Legato Pontificis aſſociato agente gratias comitantibus.

NOn erat mea imbecillitas uiri excellentes/tantis honoribus digna:quos mihi tam iucunde/tãq; hilariter/& Regis ſacra Maieſtas/& humanitas ueſtra benigne contulit. Ago quas poteſt mea facultas/ingentes gratias:& non mihi prorſus indigno:ſed apoſtolicæ hæc omnia tribuo dignitati:dicente Saluatore. Qui uos recipit/me recipit:& qui me recipit/recipit eum qui miſit me. Ille ipſe pro me dignetur/debita rependere præmia. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XL. Ad idem.

MAior eſt hæc tãti honores liberalitas/q̃ mea hũilitas ſuſcipe debeat. Non ad me:q̃ inops & paup ſum meritoꝝ oĩum:ſed ad eũ q miſit ſanctiſſimũ dñm noſtrũ refero decus. Pro ſũma humanitare & collatis honoribus gratiã habeo:& ei referam copioſe:qui habet retribuendi poteſtatem. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XLI. Ac præfatio quædam pro Oratore ſummi Pontificis ad Regem:a quo ipſe pontifex Maximus auxilium poſtulat contra Teucrum.

NEmo eſt ex omni fideliũ numero:quẽ lateat apoſtolicæ ſedis collata ab omnipotẽte Deo ſũma poteſtas. Nã cõſtituit illũ Deus in terris uniuerſoꝝ dominũ:ſacri Põtificii/ſũmi ſacerdotii certiſſimũ cuſtodẽ:paſtorẽ ouiũ:& Dominici gregis uigilãtiſſimũ Præſulẽ. Cuius in manu eſt poteſtas & Imperiũ qui ad regẽdã Petri nauiculã ĩ hoc ſalo fluctuãtis pelagi/eccleſiæ ꝑfectus ẽ:cui traditæ ſunt claues regni cœloꝝ:& data facultas aĩas ligãdi/atq; ſoluẽdi:cui mortales oẽs & fideles Xp̃i natiões parere debẽt. In q̃ ſede ſacratiſſima diuina ꝓuidẽtia Pius Papa. II. collatus/ſpem magnã ĩ tua maieſtate repoſuit/ad tuẽdũ ſp Xp̃i nomẽ; & ad Crucẽ defendẽdã:p quã ab antiq hoſtis captiuitate redemit Saluator Xp̃s unigenitus dei filius humanũ genus/ad cõſeruãdã ſanctæ matris eccleſiæ dignitatẽ/ac gloriã:pp eas p̃cipuas atq; ampliſſimas laudes:qbus tua maieſtas decorata eſt:in qua ſummã prudẽtiã/bonitatẽ/uirtutẽ/fidẽ/diuinæ religionis amorẽ feruẽtiſſimũ ẽ cõſtat/ imitãdo tuæ Maieſtatis glorioſos ꝓgenitores/ac maiores Sereniſſimos:q ad chriſtianã augẽdã & catholicã religionem etiã parati erant ſemp ſanguinẽ fundere:& uitam oĩbus præſentare ac deuouere periculis. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XLII. Vice eius:q a ſũmo Põtifice Orator mittit̃ ad Cæſarem Imperatorem.

SAnctiſſimus dñs nr̃/ac beatiſſimus Romãus Põtifex Pius diuina diſpẽſante clemẽtia Papa. II. Auguſtiſſime Cæſar/atq; iuictiſſime Princeps/p me nuntiũ ſuæ beatitudinis/q̃uis imeritũ/tuæ ſacratiſſime maieſtati ſalutẽ dicit/atq; apoſtolicã benedictionẽ. Nã eius Sãctitas tuã Serenitatẽ magno quodã amore & ardẽti Charitate cõplectit̃. Tum ob ueterẽ mutuãq; beniuolẽtiã/ ac ſũmæ dilectionis affectum:tũ qa itelligit:& expĩmẽtis cognouit. T. S. Maieſtatẽ optime affectã:& excelſo atq; iuicto aĩo paratiſſimam ad fauorẽ/cõſeruationẽ/augumẽtũ/firmitatẽ& gloriã ſanctæ matris eccleſiæ:& ad tutelã ac ualidiſſimã Chriſtianæ religiõis & catholicæ fidei ꝓtectionẽ:ad fideliũ ſalutẽ/ac trãquillitatẽ:& ad Barbaræ pfidiæ excidiũ/ac fœdiſſimæ gentis frenationẽ:ſicut decet chriſtianiſſimũ Principẽ/& iuictiſſimũ totius orbis dominatorẽ: quẽ cõſtituit dñs in terris una cũ Romãi Põtificis ſanctitate ſup familiã ſuã:& ſup Dominici gregis uigilẽ cuſtodiã. Hæc enim ſunt duo luminaria magna:quæ in eccleſia ſancta Dei ĩceſſabili luce reſulgẽt. Igit̃ optime Cæſar cum ita libuerit tuæ ſacratiſſimæ Maieſtati ſupplex illã deprecor:ut cõſtituere tẽpeſtiuã horam dignet̃:in qua aliqua p̃fati ſummi Pontificis nomine ſecreto/ac remotis arbitris/cum tua Serenitate conferre & colloqui poſſim.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XLIII. Vice eius:qui a Põtifice Maximo ad Regem quẽpiam Orator mittitur.

REx inclite/ac ſereniſſime princeps/mittit me ſũmi Põtificis ſanctitas Pii ſanctiſſimi domini noſtri diuina diſpẽſatione Papæ. II. ad tuã maieſtatẽ:atq; illi p me ſuæ beatitudinis nuntiũ dicit ſalutẽ & apoſtolicã benedictionẽ. Nõ poſſit lingua mortalis ne dum mea ĩbecillitas Rex ſereniſſime explicare maximã dilectionẽ/p̃cipuã charitatẽ/amorẽ feruẽtiſſimũ erga Maieſtatẽ tuã/ſummi Põtificis:quẽ eccleſiæ principẽ:paſtorẽ chriſtiani ouilis:uerũ Ieſu Chriſti Vicariũ in terris eẽ cõſtat. Cuius beatitudo nouit iampri-

dem tuæ ſerenitatis innumeras atq; ampliſſimas laudes/& deuotiſſimum ac promptiſſimum aíum ad ea ſemper geréda:q̄ ꝓdeſſe poſſint:& ſalutaria eſſe Sanctæ Romanæ eccleſiæ:Chriſtianæ atq; orthodoxæ fidei: & illis accepta:qui apoſtolicæ ſedi præfecti ſunt. Ac ſuæ ſanctitati ꝑſuaſum eſt/nihil tuá maieſtaté cupere uehementius:nihil optare ardétius/q̄ tueri Chriſti nomé/& catholicá fidé. Qua fiducia ſuæ ſanctitatis uerbis expoſiturus ſum: quæ eius iniunxit beatitudo:qđ faciam:cū mihi tua maieſtas cōgruum & accōmodatum tépus cōſtituerit:in quo mentem exponam ſanctitatis eius:& horam dari mihi ſupplico/tuæ maieſtati. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XLIIII. Ad idem.

VIri eloquétis/& diſerti Oratoris uoce opus erat Rex ſereniſſime/ad ea explicáda tuæ Maieſtati: quæ ſanctiſſimi Pontificis iniunxit beatitudo:& apoſtolica pietas imbecillitati meæ demandauit. Sed ante omnia difficillimum ſit/congrua oratione complecti/q̄ præcipuo & ingenti charitatis affectu ꝑfata ſanctitas tuam maieſtatem proſequatur. Laudet præclaram tuæ Serenitatis uirtutem/atq; gloriam: magnifaciat ſanctæ cōuerſationis propoſitum/& chriſtianæ religionis deuotionem:& præſtantiam atq; amplitudinem præclariſſimorum operum. Itaq; ſupplex oro tuam ſerenitatem:ut accōmodatum mihi cōſtituere & idoneum tempus uelit:ut apud tuam maieſtatem Pontificis iuſſa exequar remotis arbitris. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XLV. Ad ſalutandum ſacratiſſimum atq; inuictiſſimum Imperatorem Romam petentem Federicum. III. Cæſarem ſemper Auguſtum.

LAudant uiri ſapiétes:& cæteris rebus oíbus anteponūt Chriſtianiſſime Princeps/ac ſacratiſſime Cæſar/tria uel maxime quæ humanū genus íprimis tuanť: ac uehementer exornát:Iuſtitiá:libertaté:& oíum bonoꝝ florétiſſimū/tráquillitaté pacis. Cū nihil ſit Iuſtitia in terris præſtabilius:nihil libertate charius:nihil pace & tráquillitate iucundius. Magno igiť exultamus gaudio:& ingéti afficimur aíorū lætitia:qn̄ diuina diſpéſante largitate datū eſt:ut ꝑſenté ítueamur tuá ſacratiſſimá maieſtaté.i.uerū ac potétiſſimū orbis dominatoré/catholicæ ꝓpugnatoré fidei:Regé Regū oíum/fideliū populoꝝ ꝑſidiū:Chriſtianæ reipu. ſtabile firmamétū/ac ſingulare ꝓfugiū. Quo íperáte/Iuſtitia dominať:uiget libertas:pax tutiſſima:& ubiq; gentium ſūma floreſcit tráquillitas:cuius iucundiſſimo ac ſereniſſimo lætamur cōſpectu:cuius ſublimitaté & gloriá hæc patria ſacri alūna impii:& Senéſis ciuitas una præ cæteris oíbus maxíe uenerať:& colit:& ſacratiſſimá Cæſaris maieſtaté ſūmis ſemp extollit honoribus. Totius igiť moderator ac dominator orbis Rex Regū in æternū uiue:ut cū catholicæ fidei firmitate/& chriſtianæ religionis gloria/optatæ uictoriæ palmá cōſequaris:ſiſq; ille magnus Cæſar Imperiū Oceano:famá q termines aſtris. Quo regnáte/Iuſtitia ídies augeſcat magis: & abundantia pacis:& aurei ſæculi tráquillitas reuireſcat. Vt edictum tandem exeat a Cæſare Auguſto:ac ſacri auctoritate imperii deſcribatur uniuerſus orbis:deniq; glorioſi principes terræ Petrus & Paulus:quorum limina tam pie reuiſit tua ſacra maieſtas:& ſuis & ſummi Pontificis aſpirent uotis:ut ſicut duo eſtis clariſſima mundi limina:& catholicæ fidei propugnacula:ita ueſtras adiuuent uires:ut ueſtra quoq; gloria in toto terrarum orbe refulgeat:& hoſtilis inſania ueſtra potenti dextera conteratur. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XLVI. Ad gratiam agendam Cæſari pro accepto munere.

AB uniuerſoꝝ dn̄o íuictiſſime impator & glorioſiſſime Cæſar/tá magno ornaméto/ac munere decoratus/cū ſim ſeruus ídignus:nihil eſt:qđ ualeam repédere:niſi fidem/obedientiá/ac deuotiſſimá ſeruitutem. Sed ille rependat/quæſo:qui tuam ſemper glorificet ſacratiſſimam maieſtatem. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XLVII. Pro Rep. ad Regem in huius aduentu.

REx ſereniſſime/ac glorioſiſſime Princeps corá tam ꝑclaro & ſplédido cōſpectu oportebat loq hoíem/ eloquétia & auctoritate maiore ꝑditū:ſed parere debeo magnificis & excelſis collegis & honorandis patribus. Rex ſereniſſime tota hæc ciuitas & uniuerſus populus plurimū lætať:atq; exultat aduentu/atq; glorioſiſſima ꝑſentia tuæ maieſtatis:cuius ſumus deuotiſſimi filii:& cui pp ampliſſima merita mira reuerétia ac deuotione afficimur. Summá lætitiá capimus/qđ tuá maieſtaté ítuemur ꝑſentem/tanq̄ optimum patré & ſingularé benefactoré huius ciuitatis/& íter natiões fideles chriſtianiſſimū Principé. Quapropter debitam reuerentiá tuæ maieſtati exhibemus:ciuitaté cū libertate ac ſtatu eius deuotiſſime cōmédamus Repu. & oés eius facultates offerimus cum optimo cordis affectu:& cū deuotiſſimis animis tuæ ſerenitati. Nos paratos pollicemur oíbus in rebus tuæ maieſtatis obtemperare obſequiis. Quá optimá uoluntaté & ſinceram animorū diſpoſitioné & præcipuá ac deuotiſſimá huius ciuitatis fidem diffuſius & ornatius explicare poterunt hi patres mei magnifici:quoꝝ facundia maior/& prudétia multo præclarior eſt. Nos iterum cōmédamus nos & ciuitatem uniuerſam tuæ ſacratiſſimæ maieſtati:quá glorioſiſſimá tueatur benignus totius mundi Rector. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XLVIII. Ad idem in aduentu Reginæ.

GLorioſa ac ſereniſſima Regina/hæc ciuitas & eius populus plurimum lætať:& exultat tuæ maieſtatis aduentu. Propter maximá fidem & deuotionem erga ſerenitaté tuam:cui ciuitatem hác deuotiſſime cōmédamus:& offerimus paratiſſimam cum oíbus facultatibus ſuis tuæ maieſtati. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XLIX. Habita ab ipſo apud Federicum Montis Feretreum Principem paucis poſt diebus q̄ Principatum ingreſſus eſt.

PHilippus Macedo/qui Reges ferme oís mira quadá uirtute ac ſapiétia ſuperauit:qđ tu minime ígnoras Magnifice Princeps: Alexádrū filiū plurimū lætatus eſt: Ariſtotelis natū fuiſſe téporibus:ut præclari Philoſophi & uiri ſapiétis optimis artibus íſtitutus/ꝑclare quoq; ac ſapiéter Regnū poſtea adminiſtraret:cuius heres futurus erat. Nouerat namq; uir ſapiés/Rex íclytus amátiſſimus pater/illuſtriſſimus Princeps/Regni ac principatus ipſius firmitaté/eruditoꝝ hoíum doctrina/ac ſapientū uirorū ꝑceptis ſtabiliri. Quarum reꝝ q̄ fuerit ſtudioſus Alexáder:geſta eius nō obſcure declarát. Nam tutiſſimo eo ac munitiſſimo

ſeptus præſidio/uel ad extremos uſq; terraꝝ fines uictor ꝑduxit Imperiū. Ptholomeus Aegyptioꝝ Rex: qui & Philadelphus appellatus ſit: etiā alienigenas/a qbus erudiret/magno ſtudio atq; iduſtria conquiſiuit: accerſiuit q; ex tribubus Iudæoꝝ duos & ſeptuaginta ſeniores: unde potiſſimū unius Dei cultū/& Regni adminiſtrationē inſtitueret. Scipio quoq; ille apud Romanos clariſſimus/nō tam Rex: ſūmus ac fortiſſimus imꝑator/& cū primis Regno dignus/ita oīno ſapere: ita prorſus ſcire aiebat: ut Panetiū philoſophū ſecū etiā in caſtra duceret: neq; unq̄ a ſuo latere diſcedere pateret. Iam uero Cæſar Augu. a quo edictū exiit uniuerſi orbis deſcribendi Athenodoro claro īprimis philoſopho & familiari & magiſtro uſus eſt. Itaq; ſapientū cōſiliis atq; īſtitutis fretus/ſūma potitus eſt reꝝ oīum. Res aūt & gerens ſapiēter/& iuſte gubernans/meruit optimo iure: ut is eſſet: q latiſſimū ꝓpagaret imperiū. Nā & in Deū pietatē/& ius in hoīes: quæ duo tenere Regē ac Principē decet. Philoſophi & eruditi edocent uiri. Ciuitatē uero uel liberare afflictam/uel fœlicē tueri: denique ex parua magnam facere: unde quæſo/niſi a philoſophis diſcēdū eſt? Quattuor aūt illa: ſciētiā rei militaris: uirtutē: fortunā: auctoritatē. Quæ ī imperatore/eoq; q exercitū ducit/eē neceſſe eſt/uiri ſapiētes/atq; eruditi declarāt: q ex uberibus fontibus ſapientiæ uiuendi ꝓcepta hauriētes: optimū cōſtituūt & Imꝑatorē & Principē. Quorſum uero hæc Princeps illuſtris? Vt q magnitudine animi/facillimis moribus/optimo īgenio/ſolerti īduſtria: cæteros huius ætatis principes uel æquas: uel antecellis reꝝ geſtaꝝ gloriā: cumules litteraꝝ ſplēdore & doctrinæ laudibus. Ampliorē enim dignitatis ꝓſtantiā/ardentius quoq; decet uirtutis ac ſapiētiæ ſtudiū. Qui igitur hactenus optimas quaſq; artes ſectatus es/in tā magno dignitatis gradu/excelſoq; culmine Principatus: reꝝ cognitionē Princeps Magnanime cupidius amplexare: in doctrinæ ac litteraꝝ ſtudia/quātū uel maximaꝝ reꝝ ſinit occupatio: uel principis dignitas patitur/ſtudioſe id quod facis/incumbe. Sed qd multis agam? Satis ſuperq;(ut arbitror) ſponte tua incitatus es. Reminiſcere Propheticam uocem: Diuinum oraculum noli obliuiſci: qui iam princeps delectus es: qui maximis negociis profectus: intellige erudire: qui & ipſe iudicas terram: nunc diligentius diſciplinā appræhende: ne a recta iuſtitiæ: atq; æquitatis uia deflectas. Quod ſi (ut ait ſapiens Bias) Magiſtratus uirum indicat: multo magis tanta rerum amminiſtratio/hominis dignitatem: atq; amplitudinem illuſtrat. Sed uere dicat Silius Italicus.

Magnæ molis opus/multoq; labore parandum.

At quo difficilius hoc/eo laudabilius/ac ꝓclarius. Iuſtitiā: moderationē/ſapiētiā ama præ cæteris rebus. Hæc cogita/hæc meditare/hæc cōplectere. In his colendis tua oīs dies/nocteſq; uerſetur iduſtria. Nā & in his exercēdis ſita eſt principis dignitas: ſicut in negligēdis turpitudo. Verū ſus artiū repertricē: qd dici ſolet. Hæc tibi oīa exploratiſſima ſunt: quoꝝ ſi exercitationē quoq; adhibueris: qd ſperāt q tuū īgeniū liqdo nouerūt: eoꝝ quos pauloāte memorauimus: amplitudinē cōſequeris: & gloriā. Si eadē illuſtris princeps: quæ obire ab initio ætatis ſemp cōſueuiſti tenere/ac ſeruare prexeris licebit nobis de te dicere: qd de Aenea Rege Vates diuinus cecinit: licebit inquā nobis dicere. Princeps eſt Federicus nobis: quo iuſtior alter nec pietate fuit: nec bello maior/& armis. Poſtremo ī iſto tuo principatu/quē diuino iuſſu ut arbitror/Vrbinatū ciuiū cōſenſu ut uideo/bonoꝝ oīum ſtudio ut certo ſcio nuperrime adeptus es: tibi illuſtris ac Magnanime princeps: & ualde: & ſerio gratulor. Deprecor aūt īmortalem Deum: ut principatus tui amplitudinē/& gloriā fortunet in dies. Te uero obſecro: ut Senā clariſſimā: atq; opulentiſſimā urbē: quæ mihi dulcis patria eſt: ſociā cōplectaris/atq; amicā. Hanc maiores tui cum ſumma beniuolentia ſingulari fide: maximis honoribus ꝓſequunt: difficile dictu: q tuto: quāq; tranquillo uſi ſunt principatu. Hanc tu quoq; tibi aſciſce ſociā: qd ſi feceris: & firmius: & ꝑpetuo dominaberis. Me ſuſcipe clientem fidei pleniſſimū paratum quouis tempore/pro tua dignitate/ne capitis quidem uitare periculum. Dixi.

¶ Sequētē orationē: quæ eſt. L. habuit Nicolaus Dathus/filius dulciſſimus. iii. Idus Sextilis ad illuſtriſſimū Principē Alphōſum Calabriæ ducē in magna Senēſis curia: & ubi haberi ſolet Senatus loco: cū ſolēnia tripudia/& ſaltatus agerent/adeſſentq; dn̄i: & oēs reipu. Magiſtratus: & ciuiū magna corona/& ſplēdide ornata ſenēſis pubes: & īprimis plurima uirginū/& mulierū turba magnifice/& regali quodā apparatu/& luxu cōptæ: q acceſſitæ publicæ cōuenerāt/& uiri tū multi/tū et nobiles & genere/ac dignitate illuſtres: q & ipſi ad celebre ſpectaculū uenerāt/& principē comitabant Alphōſum Res ꝓculdubio annalibus & hiſtoria digna/& pp ludoꝝ pōpam/ac celebritatē: & ob ſummā/atq; īcredibilē ſpectatoꝝ frequentiam/ſed certe dicam fidenter: multo facta præclarior ꝓpter hanc ipſam orationē habitam/cum puer uix decimum natus annum eleganter/& cum ſumma principis gratia: & oīum laude/ſupra ætatis captum perorauerit.

NOn impudēti auſu/magnanime Princeps/& Dux ꝓclariſſime/ſed fidei/ac deuotionis ſtudio cōmotus/dicā pauca/ætate pœne īfans: ſermone aūt īfantiſſimus. Eximiæ ferunt: atq; ſingulares principis laudes: qd in rege regū diuinus oſtēdit Vates. Imprimis oris ueritas/animi manſuetudo/operis iuſtitia. Propter ueritatē/māſuetudinē/iuſtitiā floruit Alphōſi ꝓclara recordatio uiget Sereniſſimi Ferdinandi ꝓclara maieſtas. Patrē imitans/tua quoq; ſplēdeſcit ꝓclara ſublimitas. Atq; idcirco cū ſūma gloria/& pacis firmitate deduxit te mirabiliter dextera tua. Sed his accedit corporis forma: eloquētiæ nitor: uires ꝓterea/atq; robur. Tu quoq; q̄tū hoī fas ē: diuinā imaginē ꝑſe ferre: ſpecioſus forma præ filiis hoīum: & abūdās gratia in labiis tuis: accinctus gladio ſup fœmur tuū potētiſſime. Specie polles imꝑio digna: orationis ſuauitate/ac lepore ꝑſtas: animi magnitudine excellis: & uiribus: ut tātis ornatus muneribus/ī ampliſſimo pricipatu/& ī regno pr̄is floreas ac sereniſſimi gēitoris rn̄deas laudibus. Eius āt cōſectās ueſtigia: catholicā fidē: fideliū populoꝝ cōcordiā: bene inſtitutarū ciuitatū libertatē potēti dextera tuearis. Illius ubiq; regalis īſtituti memor: qd Mantuanus nr̄ cantauit Homerus. Parcere ſubiectis: & debellare ſupbos. Vt tuo ſereniſſimo patre Duce/te comite: ubiq; uigeat trāquillitas: iuſtitia: & abundātia pacis. Mundi rector quæſo ueſtri regni: & principatus amplificet gloriā. Tua uero illuſtriſſima uirtus/Senēſem patriam: cuius fides/cultus: & ſumma erga te charitas notiſſima eſt: paterno ſemp proſequatur amore: & me deditiſſimum clientem/fidei plenum benigne ſuſcipiat. Dixi.

¶ Pridie Idus Auguſti/cum uellet præfatus illuſtris princeps Nicolaum filium militaribus donare īſignibus nō ſum ego paſſus:tenellæ habita rōe ætatis:tandem illum ſtolam candidam ſuis ipſe princeps manibus induit: & preſtito iuré iurando/qualem ſui comites:habent/dignitate ornauit.Et accepta dignitate:egit Nicolaus gratias:& ſequentibus uſus eſt uerbis.

ORnatiſſimo munere inſignitus illuſtriſſime Princeps:& perpetuam deuoueo ſeruitutem:& immortales habeo tuæ illuſtriſſimæ dominationi gratias.Quam æternus mundi Rector/fœlicem ſemper: & glorioſiſſimam tueatur. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio.LI.De laudibus Regis Gallorum.

NEquaq̃ dubiū mihi erat:Rex iuectiſſime/ac sereniſſime princeps:ut q i maieſtatis tuæ cōſpectū orationem foret allaturus:eū nō uulgari eloquētia:nō doctrina quadá mediocri:ſed potius ſingulari dicendi facundia:diuina quadá eruditiōe:cæteris hoibus antecelleret.Verū id ipſum multo magis neceſſariū eſſe ducebá:ſi quis tuæ ſacræ Maieſtatis eximiá gloriá/ac ſummū regꝫ oium ſplédoré explicaturus erat.Quod cū aio & cogitatione cōtéplor:uultus palleſcit:balbutiés lingua trepidat:labia cōtremiſcūt. Dehortabaꝛ me ab hoc celeberrimo genere dicédi:ante oia maieſtatis tuæ:& ampliſſimaꝝ laudū magnitudo:tū mei igenii paruitas:& litteraꝝ q̄dá(ut ita dicā)egeſtas timidū me/ac trepidabūdū reddebát.Qđ ſi mihi ēt a ſummis:& clariſſimis oratoribus eloquētia tribuaꝛ:nimiū quoqꝫ uerédū eé iudico:in táti Regis/ac pricipis cōſpectu eruditiſſimū ēt uirū orōné habere.Quocirca mea eloquentia nō ſatis cōplecti magnas laudes poſſit:q aut nullá aut paruá admodū idicédi exercitatiōe/operá ætatéqꝫ cōſumpſerim:ſed uix Græcus Demoſthenes/ac Lyſias difficulter Romái Cicero:atqꝫ Orteſius tá magnū ſplédoré regꝫ oium ſua orone cōſeq poſſint.Proinde tuá maieſtaté ſupplex orome me iuerecūdū eé arbitreꝛ/q té tátá:táqꝫ arduá aggredi ſuerim auſus.Dicá igiꝛ paucis tuæ maieſtatis cōfiſus clemētia:& illa dicá/q̄ mei erga tuá ſerenitaté ai teſtimoniū/argumētūqꝫ phibeát.Sed qs primū tui generis amplitudiné ſatis referre poſſit? Altius.n.repetédū foret:& lōgis qbuſdá ſtématibus numerádū.Atqꝫ ut cæteros tá claræ/tá illuſtris/tá antiq̄ ꝓſapiæ uiros ꝓſtátiſſimos ſilétio ꝑtereá:q̄tus is decor putádus ē:ut tuæ maieſtatis regale genus regia ex domo originé traxerit:& qdé eoꝝ regū:q reliquos nobilitate:& claritudine ꝓſtant/ hoc uere regale genus:& ſplédore nobilitatis ꝑcellétiſſimū qđqꝫ glorioſum chriſtiáæ fidei titulū aſſecutū meruit chriániſſimū appellari.Illuſtrat idé fulgétiſſimū qđdá ſidus Ludouicus quōdá Rex Fráciꝝ i terris qdé celeberrimus:& in cœlis in ſanctoꝝ numero gloriæ cœleſtis diademate coronatus.Nulla Regia in chriſtianis populis ꝓgenies ē:q̄ nō aliquo affinitatis:& cognationis uinculo:cū tuo nobiliſſimo/& oium antiqſſimo genere ſit cōiuncta. Sed tépus:ſed ligua me deficiat:langueſcát igenii uires:ſi uelim ſigillatim/uel ꝓgenitores tuos/uel auos celeberrimos explicare.Sed tua maieſtas:& fœlix tui sereniſſimi pr̄is recordatio:ſatis afferūt ſplédoris:& nois. Quid de tuæ Serenitatis ꝑcipuis laudibus? Ná qs ignorat:q̄ta ſit tuæ maieſtatis cūctis in rebus prudētia:q̄ta ꝑſpicacia:q̄ta deniqꝫ amminiſtrádi regni ſolertia.Quaꝝ qdé uirtutū:& ſūma comes iuſtitia ē:iaudita benignitas:ſingularis máſuetudo:ꝑcipua munificētia:icredibilis fides:flagrátiſſimus chriſtianæ religionis affectus/diuina clementia: qbus oibus ita penitus tua ſacra maieſtas effloreſcit:ut ad earū eximiá gloriam/nihil oino addi poſſit.Quáta poſt hæc animi magnitudo:q̄ta excelſitas/q̄ magnus/q̄ elatus/q̄ magnificus/q̄ iuictus aius? Oibus cognita hæc:& explorata ſunt.Taceo moderationé/téperátiá/modeſtiá/frugalitaté:& in táta poteſtate pœne regꝫ oium icredibilé méſurá quádá ac modū.Sed cōſentanea hæc ſunt oia tui ſplendidiſſimi generis claritati.Nec tá tuá ꝓſtátiá genus exornat:q tuæ laudes potius generis ipſius decorát:atqꝫ honeſtát amplitudiné.Peragraui uarias orbis regiones:luſtraui remotiſſimas oras.circuiui Italiá:& illius ꝑclaras urbes uiſendi ſtudio ꝑquiſiui:nihil uſquá reptū eſt:qđ uel cū tui florétiſſimi Regni Impio/uel cū tuæ maieſtatis gloria cōferri:& cōparari poſſit.Sed ne qđ moleſtiæ tuæ ſerenitati lōgior pariat oratio:nō meis tá ſrætus meritis:q̄ ſentio aut nulla/aut perexigita eé:ſed clemétiſſimæ maieſtatis tuæ benignitate cōfiſus:me tandé humilé:ſupplicé/ac deuotiſſimū filioꝝ:& ſeruitoré fideliū oibus ꝑcibus trado:atqꝫ cōmédo.Inutilé forſan ſeruū:ſed ſane fidei amoris/ac deuotionis pleniſſimū:nec mihi qcq̄ fieri poterit uel gratius unq̄/uel iucundius:q̄ tuæ maieſtatis honoribus/ac ſaluti ꝓſpicere.Quippe mihi ea mens eſt: ut pro tuæ maieſtatis dignitate ſeruáda:nō modo oēm adhibeá diligentiá:ſed neqꝫ ullum diſcrimé refugiam: nec ipſius uitæ periculū.Quare det mihi:quæſo tua maieſtas prolixioris ſermonis ueniá: & mei humillimi ſerui animum experiatur:ſempiterná gratiam me accepiſſe rebor:ſi in tuorū me grege aſcriptum cognouero:cuius inexplicabilis beneficii Deus altiſſimus creator mundi:princeps/optimus/maximus/& ſemper uiuens condignam rependat gratiam/& tuam ſemper gloriá ſeruet incolumem:& glorioſum nomé ad aſtra tollat. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio.LII.quam habuit eius filius Nicolaus apud illuſtrem Principem Mantuanorum Ludouicum Marchionem:in Archiepiſcopatu/in conuiuio:dum adeſſet reuerēdiſſimus dominus Cardinalis Senenſis:& alii Epiſcopi:& Prælati:& magna circunſtantium corona.v.kalen.Octobris.

COluit ſemp Senéſis ciuitas illuſtriſſime pricepseos oēs:q īter Italiæ potétatus uirtute floreſcunt:& gloria.Vna Gōzaga domus uiros ſplédidos tulit ſemp:& ſūma regꝫ oium laude ꝓſtátes:cū uniuerſa chriſtiana repub.maxie cōcors:& cū fidelibus populis ꝑcipuo amore:& beniuolétia copulata. Sed te cū iprimis glorioſe princeps cōiunctiſſime uiuit hæc patria:iuſtitiæ:tráquillitatis:q̄etis una oium appetétiſſima.Qđ ſi morū ſtudiorūqꝫ ſimilitudo uerá amicitiá nectit:merito tuá excellétiſſimá dignitaté cōplectiꝛ quippe q ſis pietatis:religionis:uirtutis cultor diligés iuſti:& recti ſeruátiſſimus:q̄ſi qđá princeps pacis:& itra Italiæ fines fulgidū qđdá ſapiétiæ:iuicti animi moderatiōis exéplar.Itaqꝫ te iclyte pricepſ hilare/& iucūde ituemur: lætátes tua ꝓſpera ualitudine:ꝓſertim ſi ꝑfuſus nr̄is ſalubribus aqs:firmioré es icolumitaté adeptus.Deū quæſumus:ut ſalus/ac lætus dulces lares repetas:& ꝑclará urbé/ac feracé bonoꝝ oium Mátuá reuiſas/ubi cū ſūma tuoꝝ populoꝝ ꝓſperitate:pacato/& lōgo æuo ꝑfruaris:Senéſis pr̄iæ:& tui ſtudioſiſſimæ ꝑcipue ſemp memor.

Poſtremo ſis magne princeps ꝑpetuo fœlix:quo iuſtior alter:nec pietate uiget:nec bello maior & armis. Dixi.

℄ Auguſtini Dathi Oratio.LIII.Ad Mantuanum principem ſalutandum.

M Os fuit ſemp illuſtriſſime Princeps/huius ciuitatis:& patriæ:ut cũ oẽs ſapiẽtes uiros & magnos cele brarct/tũ eos ĩprimis:q ꝑꝑ ſummã uirtutis:& ſapiẽtiæ laudẽ:in eoꝝ numero cẽſeant̃ : q cæteris hoibus ĩperarẽt.Sed cũ alii aliis de cauſis ĩperãdi gloriã fuerint aſſecuti:una ĩ tota Italia Gõzaga domus ita ſemp grauiter:inocẽter/moderate Mãtuanis:atq; aliis populis ſuis ꝑfuit:ut uere ad iuuãdũ hũanũ genus:& ad ſalutẽ ferendã hoibus domus ipſa tam ſplẽdida tamq; ꝑclara nata eſſe uideat̃.Hinc ſunt multi ꝑ diuerſa tẽpora ꝑfecti celebres:atq; inclyti Principes:ſed modo tua uiget excellentiſſima probitas ꝑ cunctos fidelium populos longe/lateq; diffuſa. Quã in hac urbe & opulentiſſima ciuitate præſentẽ ĩtueri fortunatiſſimum iudicamus. Aguntur Deo grates:qui in noſtris balneis uoluerit tuam excellentiã ualidiorem fieri: quæſumus: ut ſemper ſis illuſtriſſime princeps ubiq; gentium clarus:& ſemper fœlix:& qui cunctoꝝ habet poteſtatẽ: reddat te Mantuæ incolumen:& Senenſi patriæ/ut ſemper fuit:ita poſt hac amiciſſimum perſeuerantem.

℄ Auguſtini Dathi Oratio.LIIII.Ac ueluti præfatio quædam:ſi quis cupiat blandiri Regi.

V Ereor ne me quiſq̃/aut ĩpudentẽ:aut arrogantẽ eſſe arbitret̃ :Sereniſſime princeps qui coram præclaro tuæ maieſtatis cõſpectu uerba facere auſim in quo nec dicendi facultas:nec orationis nitor:nec ulla prorſum eruditio:aut doctrina ineſſe cernitur. Nam ꝓhibebat ingenii imbecillitas : imperitia/me a dicendo deterrebat. Veruntamẽ cõperta mihi tuæ Serenitatis inaudita benignitate fractus ubertate quadam rei ipſius:de qua ſermo mihi habẽdus eſt : fiduciam cœpi a tuæ Maieſtatis clæmentia implorata uenia. Quæ igitur me cum ipſe hodierna die tacitus cogitaui:ea breui oratione complectar. Conſueuerunt ſemper:optime princeps:qui magnis rebus gerendis præfecti ſunt imprimis iuſtitiæ:atq; æquitatis habere rationem. Deinde ea ſemper omni labore:& ſtudio tueri:quæ a ſuis maioribus magna/ac præclara ſuſceperint : ut quã illi imperando laudem adepti eſſent:eandem ipſi in cõſeruando retinerent. Obliti autem ſuoꝝ commodorum id ſibi uel maxime proponunt magni Reges/ac Principes:ut qui eorum ditioni parent:atq; imperio ſubiacent : ad bene uiuendi rationem:& ad rectam bonarum artium diſciplinam compellantur. Nam qui ad propriam utilitatem/ſua conſilia/atq; actiones cõferunt:ii profecto:ſi ſapientibus credimus:non tam Reges/q̃ iniuſti Principes ſunt habendi. Merito igitur tua Maieſtas maximis/ac præcipuis digna eſt laudibus. Dixi.

℄ Auguſtini Dathi Oratio.LV. Vice illius oratoris:qui uerbis Domini alicuius/Regem quẽpiam ſalutauerit/& mandata ipſi ſit eius Principis nomine narraturus.

C Vm nihil ſit:tua amplitudine:& maieſtate præclarius:nihil mea qdem ſentẽtia præſtabilius uereor ne ſi coram tam illuſtri cõſpectu ſermonẽ faciam:& tuæ ſerenitati ſimul iniuriam feciſſe uidear/& ipſe in grauem repræhenſionem incurram:cum de rebus magnis apud regem præclariſſimum ſilere ſatius ſit:q̃ non ſatis pro dignitate loqui. At præbet fiduciam dicenti mihi:& audentem facit tuæ Serenitatis mira benignitas. Quam imprimis ueneror eius/qui me miſit noĩe Ducis.N.qui tuæ maieſtati maxime affectus:& ĩprimis deditus/ac deuotus eſt. Deinde eiuſdẽ principis iuſſu.omnes eius facultates/ac uires tuæ maieſtati defero/ac polliceor:& illum teſtificor ita erga tuam celſitudinẽ affectum/ut nihil ſit/quin cupide faciat: atq; exequatur:quod futurũ intellexerit ad tuæ maieſtatis ſplendorem/ac decus:quẽadmodũ uetus animoꝝ/& mutua charitas poſtulare dignoſcitur:tuæ ſerenitatis merita cõpellunt:& eiuſdem pricipis deuota fides/& affectus poſcit. Poſtremum illius magnificentiam tuæ maieſtatis deuotiſſimam ſummis precibus : & præcipua diligentia cõmendo. Veniã petens:qui nec domini mei iuſſibus/ſicut par erat:& mandatis ſatiſfecerim:nec tanti loci auctoritati:& tuæ Maieſtatis ſplendori. Cætera/quæ mihi exponenda ſunt:cum imperauerit tua maieſtas: remotis arbitris:& opportuniore tempore proſequar. Dixi.

℄ Auguſtini Dathi Oratio.LVI. Vice Regis cuiuſpiam/aut Domini:qui reſpondere uoluerit Oratori alicui/nomine alterius principis/mandata ferenti:& exponenti.

O Mnes:qui ab illuſtri principe Duce Bouariæ nos adeunt:& illius noĩe alloquunt̃:iucunde/& ĩtueri/& audire cõſueuimus pro noſtra uetere:& firmiſſima amicitia:quæ cũ magna inter maiores noſtros extitit:tum indies aucta eſt:& nunc maxime uiget. Hac uero de cauſa/te Magnifice Orator cũ ſumma animi noſtri lætitia excipimus:cum illius mãdata expoſueris:quẽ ex omni amicoꝝ numero:& noſtri Regni ſtudioſi ſunt:magno amore cõplectimur:ꝯ ſibus uirtutẽ/ꝓbitatem/fidem:& ſincerã beniuolentiã ſemp dileximus:& in magno honore habuimus. Quare magnã oblectationẽ ſuſcepimus:& de iis:quæ nobis relata abs te ſunt:& quod grauiter/atq; ornatiſſime locutus es:nec reuerẽtiã quã humaniter affert:ſed optimã affectionem accipimus:oblationes quoq; gratiſſimæ nobis ſunt ab eo:quem inter præcipuos:& primarios noſtros amicos reponimus. Ac uiciſſim ea noſtra mens eſt:ut pro illius ſalute honore:& uoluntate nõ ſecus q̃ pro noſtri Regni gloria laboremus:quotiens & opus acciderit:& ille nos poſtulauerit. Nec eum cõmendare neceſſe eſt : quem in intimo corde defixum gerimus. Te uero laudamus:qui eleganter:& compoſite in iunctam legationem expleueris:& congruo tempore ad reliqua audienda parati erimus. Dixi.

℄ Auguſtini Dathi Oratio.LVII.In uiſitatione alicuius Principis amici. Hanc orationem in pueritia habuit dulciſſimus filii nepos Hieronymus Dathus in uiſitatione legati Illuſtriſſimi Principis Mantuanorũ magna inſignium circunſtantium corona.

Q Vanq̃ ſplendidioribus uerbis opus erat:magnifice Princeps:exponã tamẽ breuiter animi mei ſñiam. Vt igitur meo officio fungerer:& ſimul animi deſiderio facerẽ ſatis:ſum ĩpreſentiaꝝ executus:quod iam pridẽ in aĩo ẽrat uiſere:& ſalutare/ac uereri tuã Magnificẽtiã:ut ita facilius tuæ magnificẽtiæ erga me uetus charitas refloreſcat : & mea pateſiat fides/beniuolentia/ac ſumma deuotio. Iucunde ur

tueor tuæ. M. optatũ cõſpectum: ei me offero/ac deuoueo:& filium me obſequẽtiſſimũ illius eſſe profiteor: eidem/& plurimum me/ac meos oẽs cõmendo: ſignificans/nihil mihi poſſe contingere gratius: q̃ mihi ab tua. M. aliquid imperari: quod eius uel honori/uel cõmodo eẽ poſſit. Quod ſi hoc officiũ meæ deuotioni aptiſſimũ ſerius fortaſſe expleuerim: ueniam peto:& iuſtã cãm accipi a tua. M. cum antea nulla ſit mihi oblata facultas:& ipſa me purget abſentia/quã fecit neceſſitas/non uoluntas. Quod aũt præſentia minus fecit/cupidiſſimus aĩus: & mens deuota ſuppleuit. Poſtremo ero ubiq̃/& ſemper tuæ. M. paratus iuſſibus temperare. Dixi.

Auguſtini Dathi Oratio. LVIII. pro eo: qui patri reduci:& ampliſſimis uſo honoribus gratulatur: atq̃ extollit/modeſte tamen/paternas uirtutes/ac præceptorem doctiſſimum boni diſcipuli functus officio: plurimum patri commendat/ac laudat.

INcredibili animus affectus eſt gaudio/& in mirum modum exultat: Magnifice orator: Eques præſtantiſſime/ac metuende pater/cum te hodie præſentem intueor:& reducẽ nobis/quem/ ut bonos filios decet/in optimos/atq̃ indulgentiſſimos parentes: miro deſiderio uidere cupiebã: & alloqui: poſt morã lõgiorẽ poſt duplicẽ legationẽ huius reipublicæ præclariſſimã: qua mõ poſt alias tã multas: & huic patriæ omnes longe utiliſſimas honorifice functus es. Primũ quidẽ apud illuſtriſſimũ Venetorũ Ducem: atq̃ potentiſſimum Italiæ principẽ: apud quẽ tua iampridẽ plurimũ niteſcit uirtus/ & gloria/ tum apud clariſſimum Dominum:& Marchionem per illuſtrẽ Mantuanorũ/& in celeberrimis filii eius/ac ſplendidiſſimis nuptiis. Tria ſunt igitur/quæ mihi/& uniuerſæ huic domui ampliſſimam afferunt uoluptatem. Primũ quod munera hæc glorioſa: ſicut tua ſemper fuit conſuetudo: grauiter/ſalubriter:& magna cum dignitate exegeris/deĩde quod cũ ſumma tuæ laudis amplificatione/& incolumitate redieris. Poſtremo quod te præſente/ te adiuuãte/ te monente ad litterarum ſtudia/& ad præclaras artes adipiſcendas impellar. Quoniã nõ ſolũ tua ſapiẽtia/& conſilio tuæ ſemp reipublicæ profuiſti: ſed tuis liberis: honeſte:& diligenter educandis/& paternum amorem/& flagrantiſſimã charitatem/& ſtudium accuratiſſimum ſemper exhibuiſti. Itaq̃ intelligo id munus noſtrum/& officium eſſe: ut cum tantæ gloriæ ſeminaria a tua uirtute/& ſapientia: in hãc familiam ꝓficiſcantur: deprecemur æternum principem Deum: ut te nobis longo æuo cuſtodiat: atq̃ cõſeruet: ut per tuã eruditionem poſſimus facilius tuam probitatẽ imitari:& laudem. Poſtremo cum dederis præceptorem doctiſſimũ/uirum & laudatiſſimis præditum moribus/& omnibus bonis diſciplinis ornatum/qui omni cura/ſtudio/& amore: ſua nos optima: & præclara doctrina imbuit. Dominum Petrum ciuilis iuris profeſſorem cum ſit claris maioribus:& nobili genere ortus/ & in rebus bonis/magniſq̃ uerſatus/ commendo illum tibi cunctis præcibus/ cui quicquid præſtabis/ uel amoris/ uel honoris: erit mihi gratiſſimum/qui me illi multum debere profiteor. Dixi.

Auguſtini Dathi Oratio. LIX. uice illius/qui noĩe ſubditæ ciuitatis/ac ſubiecti populi Regem ſalutat ſuũ: Dominũ ꝓfiteť:& qua mortalẽ principẽ decet/ueneratione: atq̃ adoratione ꝓſequiť:& fidẽ iure etiã iurando adhibito inuiolabilẽ polliceť/ac perpetuam ſeſe publico nomine obedientiam præſtaturum.

TRadunt Philoſophi:& ſapientes uiri: ita hoĩum naturã cõparatã eẽ. Rex inuictiſſime ac ſereniſſime princeps: ut alios ĩperare/alios parere:& obedire neceſſe ſit: Sed iis cõgruere ĩperãdi dignitatẽ/q̃ ſapiẽtia/q̃ ĩgenii acumine/q̃ uirtutis ꝓſtãtia/q̃ rõnis:& cõſilii magnitudine cæteros antecellunt: q̃ iuſtitiã:& bonitatẽ cõplectunť: qui ad hoĩes iuuandos/conſeruandoſq̃ nati uidenť: & nihil ſequuntur magis q̃ communem hominum ſalutẽ: atq̃ utilitatẽ: quos uere ad imperandũ:& ad regendũ hoĩum cœtus natura tuliſſe creditur. Qui belli gloria qui pacis tranquillitate/ita gubernandi rationem moderantur: ut nihil ſit: quod ab eis nõ laudabiliter/præclare/utiliter/ſplẽdideq̃ geratur:& qui illorum ditioni ſeruiunt beate quantũ in terris: & in hac mortalium uarietate fas eſt: uiuere uideantur. Tales ꝓculdubio tuos Sereniſſimos progenitores & auctores ſplẽdidiſſimi tui generis ſemper fuiſſe cognouimus. Talem te quantũ in hunc uſq̃ diem noſſe datum eſt: & animaduertimus a teneris ætatis tuæ rudimentis:& per omnes ætatis gradus percepimus:& multo maxime poſthac fore ſine dubitatione confidimus. Nã & bona arbor bonos fructus facit:& glorioſiſſima tua ſtirpe pullularunt ſemper qui optime:& ſalubriter regant ſibi cõmiſſos populos. Laudamus Dominum de cœlis: laudamus Deum in excelſis: qui dedit Principem nobis: cuius uirtus ammiranda eſt:& iuſte Regnum in manu eius:& poteſtas/& imperium: de quo recte cantare poſſit celeberrimus uates. Rex eſt clarus nobis quo iuſtior alter.

Nec pietate fuit/nec bello maior & armis.

Quod igitur ratio cogit: tuæ ſerenitatis requirunt merita. noſtra uoluntas inducit: ammirabilis uirtutis tuæ ſplẽdor poſtulat: Regẽ noſtrum:& uerum dominũ recognoſcimus: ueneramur & ſacram Maieſtatem tuã: quantum fas eſt: adoramus: utpote quæ a Deo eſt:& fidẽ/ſinceritatẽ:& ſummã obedientiam damus/paciſcimur:& inuiolatam fore profitemur/uitã/liberos/fortunas/facultates/omnia naturæ/ac fortunæ dona/tuæ Maieſtati dicamus/cupidi nihil malle: q̃ tuis iuſſibus obtemperare:& obedire mandatis:& pro tuæ Maieſtatis ſalute: atq̃ exaltatione: omnia humana contemnere/uitam negligere: ſanguinem fundere. Hæc noſtra/ & totius populi huius mens: hæc uoluntas: hoc firmum propoſitum eſt/& irreuocabile decretum: pro quo ad ultimos uitæ ſpiritus cõſeruando: ſicut uere/& uoluntariæ ſubiectos decet/fide nos/& iure iurando aſtringimus/orantes Dei clementiam flexis genibus: ut tuam Maieſtatem in uitæ longitudine/ & fœlicitate tueatur/ & cũ præclara ſobole: ut eiuſdẽ quoq̃ cum tua Maieſtate filios uideamus:& pignora chara nepotum. Dixi.

Auguſtini Dathi Oratio. LX. uice principis reſponſiua ſuperioribus.

OMnipotẽtis Dei: qui oẽm mũdũ regit/ordinẽ putare debemus dilectiſſimi filii: ut alii ad regẽdũ cõſtituanť: alii ĩ ſuis opibus:& actionibus/a Pricipibus dirigãť: ſed oĩs ptãs ſublimi Dei ptãti ſubiecta ẽ: ut nihil fieri oporteat: niſi qđ legibus diuinis: atq̃ hũanis/& iuſtitiæ: atq̃ æquitati cõſentaneũ ſit. Cũq̃ placuerit æterno principi/nos in hoc ſolio collocare/& huic muneri præficere: nõ ex ulla nr̃a ſuffico-

tia/q̃ oĩs (ut ait Apoſtolus) ex deo ē: ſed ex eius diſpoſitiõe cõmoti oĩbus conatibus & cũctis igenii uiribus cõtēdemus/ac laborabimus: illius iplere uolũtatē: ſpẽ oẽm ab eius gr̃a/atq; imẽſa benignitate ſumẽtes. Nec nr̃is meritis tãtos honores tribuimus/ſed iſcrutabili Dei iudicio: q ſæpe ſuſcitat a terra iopē: & de ſtercore erigit pauperẽ: ut ſedeat cũ principibus. Itaq; ante oĩa oramus eius numen q humilia reſpicit in cœlo: & in terra/ut abũde dare digne͞t/& ſuæ imenſæ largitatis infundere gratiã: ut placere ſibi: & cõſulere ueſtris cõmodis: & ſaluti queã. De ueſtra deuotione/& fide certiſſimi ſumus/optimã uoluntatem: & ſincerũ erga nos affectum: & cognouimus: & eſſe nobis perſuademus. Hoc accipimus tanq̃ ſingulare: & prætioſiſſimũ donum. Et eam putamus eſſe turrem fortitudinis a facie inimicorum oĩum. Vos quã chari: q̃ dilecti ſitis: q̃ prodeſſe: & iuuare cupiamus/a fructibus: & operibus iudicate. Veterem ſeruate fidem: & iidem quos exiſtimamus eſſe perſeuerate. Vnam/eandemq;/& ueſtræ ſalutis/& noſtri regni ſortem: & communem futuram ſemper putabimus. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. LXI. ad idem.

VEſtra nobis optima uoluntas/ſincera deuotio/uetus obſeruantia/incorrupta fides: flagrantiſſima charitas notæ ſunt. Sunt ob id nobis gratiſſimæ. Accipimus: quæ fideliter oblata ſunt/cupientes prodeſſe uobis: & ueſtram ſalutem: & tranquillitatem tueri. Noſtrum propoſitum: ſi iuuerit deus/ſalutares affectus comprobabunt. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi/pro legato Principis alicuius: cui fuerit bellum indictum Oratio. LXII. ad Regem: a quo cõſilium ſimul/& auxilium petit ſupplice uoto.

DVm imperitiam meam/ac ruditatem conſidero glorioſiſſime princeps: dum altera ex parte ſublimitatem intueor: & ammirabilem tuæ maieſtatis ſplendorem: tacuiſſem longe libentius; q̃ fuiſſem locutus/coram præclaro/ac glorioſiſſimo tuæ ſerenitatis conſpectu. Cæterum cum ad immenſam Maieſtatis tuæ benignitatem/animum mentemq; conuerto: nequaquam uereor quin me tua ſerenitas benignis/atq; attentis auribus audire dignetur per breuem orationem: quam nunc allaturus ſum/ad dicendum me iuſſum illuſtris principis & domini mei compellente iuſſu. Rem omnem paucis abſoluam/& eius/quem cõmemoraui: mandata breui ſermone perſtringam: ſperans non ſolum a tuæ Maieſtatis clementia/ueniam impetraturum: ſed aſſecuturum quoq; optatos effectus: eorum quæ & ipſe explicaturus ſum: & fidenter petit præclarus dominus meus tuæ obſeruantiſſimus Maieſtatis. Nam is quidem habuit ſemper: ut plane conſtare arbitratur: Maieſtatem tuam præcipuum patrem/ac benefactorem primarium: & omnibus in rebus ſingulare profugium: quod quidem ſibi ſemper fore propitium/& præſentiſſimum confidit: ſi quid agendum contingat: quod ad ſui ſtatus conſeruationem: tutelam/firmitatem: & tutiſſimam ac ſecuriſſimam quietem pertinere queat: non ſecus q̃ optimus filius de ſtudioſo indulgentiſſimo: atq; amantiſſimo patre ſperare conſueuit. Sed hæc tuæ Serenitati nota: & explorata eſſe non dubitat. Nunc quod ſupereſt: expediam. Primum igitur illuſtris dominus meus uehementer ſe/ac præcipua cum deuotione/tuæ Maieſtati commendat: ſed & Principatum ſuum omnem: & omnes quaſcunq; poſſidet facultates: & ſui principatus uires. Quoniã ſumma eſt eius erga tuam ſerenitatem beniuolentia: ſingularis fides: & ſincera deuotio: ſeq; ipſum promptiſſimũ/atq; alacrem offert lætiſſimo animo ſemper tuæ Maieſtatis parere: atq; obtemperare iuſſibus. Quamq̃ hoc ipſum exploratiſſimum eſt tuæ ſerenitati: & apud eandem ſæpenumero explicatum/tum latius/tum ſplendidius ab eius eloquentiſſimis oratoribus: & qui me tam dicendi copia: q̃ rex omnium doctrina/ac laude ſuperant. Sequitur & alia legationis cauſa: quæ merito cum tua ſerenitate impartiri debet. Nam Totilia Dux exercitus: & qui pro Egyptiorum Rege militare fertur: cũ nulla præceſſerit iniuria/cum nihil rei ſit illi cum meo illuſtri domino: tamen nuper ei bellum indixit. Milies Sexagies aureum petit. Ni aſſequatur/excurſionem/prædam/& hoſtilia quæq; minitatur. Ad hæc conſpiraſſe finitimas ciuitates agnouit meus Dominus: qui acri pollet ingenio: ſolerti præſtat induſtria/& mira quadam prouidentia futurorum: & coniuratas moliri contra ſe bellum & noua tentare incendia: ut undiq; circũuentus/& multorum preſſus inſidiis propriis: nec proſpicere rebus/nec ſeruare poſſit ſtatus ſui firmitatẽ. Iacula minus feriunt: quæ præuidentur: Certe ipſe non fallitur. Iniquas cogitationes/& peſtifera conſilia callet eorũ: qui nihil niſi fraudem/& iniuriam/& uim machinantur. Vitam bonorum & ſanguinem ſitire uidẽtur. Nocere: & obeſſe ſtudium eſt: a quibus præter prætium/nihil expetendum iudicatur. Nec bonorum/nec malorum delectum habent. Omnia ſe adeptos putant/ſi probis/& quietis cladem/& excidium intulerint. Ad horum inſaniam/atq; inſolentiam ſubigendam/& ipſe dominus meus accingitur/& eos inſtituit compellere/atque excitare/quos ſecum iuſtitiæ & ocii appetentiſſimos eſſe intellexerit. Itaq; ad tuam coronam inprimis confugere neceſſe eſſe/ſtatuit/& iudicauit: quæ ſemper iuſtitiam dilexit/atq; æquitatem: quæ execratur malignantium cogitationes/& improborum fraudes/ac molimina/quæ iura diuina/& humana tuetur: quæ adeſt ſemper iniuſte oppreſſis/quæ inſidiantium hominum/& tyrannorum omnium propulſat iniurias: quæ ad ſe confugientibus opem/atq; auxilium præbet. Idcirco illuſtris dominus meus tuæ deuotiſſimus maieſtatis: teſtem deũ uocat: fidem mortalium inuocat: nihil a ſe ortum eſſe: quod dignum ſit eiuſmodi minitationibus/nihil commeruiſſe/nihil occupaſſe alienum: & nocendi acerbitate non ulla iuſta cauſa cõmoueri Totilam ad denuntiãdum bellorum initium. Hoc queritur/hoc dolet/& cum tua Serenitate/illius expoſtulat iniuriam/& eam orat/atq; obſecrat/ut iuſta/& oportuna his malis remedia conferat: & quid omnibus in rebus agi conueniat/& fieri oporteat/conſilium ſimul: atq; auxilium petit: id ſecuturus: id effecturus/quod tam pro honeſtatis: q̃ pro utilitatis partibus: tua cenſuerit/& monuerit ſacra maieſtas: ſuplex ego illius uerbis/harum rerum reſponſum operior: teſtificans illius ſpem omnem in tuæ maieſtatis benignitate ſitam: & collocatã eſſe. Siquid forte minus apte expoſuerim: ueniam imploro: Ac rurſum cõmendo deuotiſſimis præcibus principem ipſum: & dominum meum tuæ maieſtati: quam ſcimus optime/& ſaluberrime ſaluti/& tranquillitati illius conſulturam. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi

℄ Auguſtini Dathi Oratio.LXIII.pro præceptore/uel conſiliario principis alicuius:qui reprehẽdere uult ſuum dominum:quod indecenter: & indecore fuerit iratus in aliquem.

DOs maxime ꝓbare ſolẽt uiri ſapiẽtes:q oĩbus ĩ rebus mediocritatẽ ſeruauerint:In ea uirtus ſita ẽ/ uel eſt ipſa potius mediocritas/uirtus. Quorſum hoc? Dicã fidẽter ea fiducia:quã tua hũanitas ꝓſtare cõſueuit.Cũ te hodie Legatus Celtiberoꝝ alloqueret̃/ nimiũ iratus es: & ꝑter q̄ tuã deceret dignitatẽ. Nã illud in uita apprime utile cenſent præſertim in eius uita:qui ad res magnas:& ad decus natus eſt: ut ne quid nimis. Quæ uox Chilonis ſapientis unius ex ſeptẽ fuiſſe tradit̃.Ac laudabat imprimis Pythagoras Samius in cunctis rebus menſuram:& eã optimã eſſe autumabat:Itaq; non inſcite Flaccus cecinit.

Eſt modus in rebus/ſunt certi deniq; fines:
Quod ultra/citraq; nequit conſiſtere rectum.

Iraſcimini/inq̃t/ſacer Vates:ſed adiecit.Et nolite peccare.Nec ſolẽ pati debemus occidere ſup iracundiã nr̃am: ut diuus ꝑcepit Apoſtolus.Cũ ſis igit̃ clariſſimus regꝝ oĩum laude pricceps/ſac:ne te ulla ꝑturbatio uincat:ſed in oẽs inuictum aĩum gere:hoc autẽ ſi cognouero:gratum fuiſſe:apud te habebo tibi ingentem gratiam. Dixi.

℄ Auguſtini Dathi Oratio.LXIIII.pro eo: qui ex Gymnaſio ſtudiorum/ ad proprios rediens lares/ ſuum uiſit/ ac ſalutat dominum.

AEquum duxi:& par eẽ exiſtimaui illuſtriſſime prĩceps:ut cũ diutiſſime/ac lõge a parẽtibus/& pr̃iæ finibus:doctrinæ adipiſcẽdæ gr̃a fuerim peregrinatus/ ac uerſatus lõgo tpe exercitatione dicẽdi:dulces mõ poſt lõga ſtudioꝝ curricula repetẽs lares:adeã primũ præclarũ tuæ illuſtriſſimæ dominationis cõſpectũ.Quẽ cũ ſumma ĩpræſentiaꝝ iucunditate intuear:cũ mihi tua ꝓſentia:& laribus ipſis & focis & cunctis humanis rebus debeat eẽ iucundior/tuã excellentiã/qua ſeruũ decet/aĩ deuotione cõplector: maximã illi exibeo reuerentiã/fidẽ polliceor:aĩ deniq; affectũ omnem deuoueo.Habebit me tua illuſtriſſima dominatio/ quẽadmodũ & charos ꝓgenitores:& meos gẽtiles oẽs ſi nõ prudẽtẽ:certe tñ fidiſſimũ ſeruũ.Nec putabo me ſtudioꝝ/laboꝝ ac uigiliaꝝ/quæ oĩa & longa & neceſſaria ſunt in cognitione iuris:& doctrinæ laude adipiſcenda fructum ampliorẽ:& præmiũ uberius aſſecuturũ:q̄ ſi aliqua ex parte tuæ illuſtriſſimæ dominationi obſequi ualeã/ ac iuſtiſſimis illius iuſſibus temperare.Cõmendo me ſuppliciter excellentiæ tuæ atq; ampliſſimæ dignitati:quæ ſemp domũ meã uniuerſam & ſectatores ſtudioꝝ/ac ſacris iuris profeſſores magno amore/ incredibili ſtudio: & ſummis fauoribus proſecuta eſt.Sed nolo uel eſſe longior/uel dicendo moleſtus. Oro cœleſte numẽ: & ſuperos omnes:ut tuam illuſtriſſimã amplitudinẽ:& longo æuo & cum ſumma fœlicitate tueatur. Dixi.

℄ Auguſtini Dathi Oratio.LXV.Quum Senenſis nomine Reipublicæ uiſit/ac ſalutauit una cũ nonnullis aliis ciuibus ornatiſſimis.Daciæ Regẽ Romã ad ſacra Apoſtoloꝝ Petri ac Pauli adoranda limina uenientem.

SAlue Rex sereniſſime/atq; illuſtriſſime princeps:ueniunt hi ciues patres mei: iuſſi/ & miſſi a noſtris Magnificis dominis:& excelſis huius ciuitatis Magiſtratibus:quoꝝ noĩe hæc mãdata ſũt nobis apud tuã ſereniſſimã Maieſtatẽ.Hæc ciuitas:& Senenſis populus plurimũ diligit.& magno amore cõplectitur inter fideles populos clariſſima regna Daciæ: Sueciæ/ ac Nouergiæ: & finitimos eis/ac circum adiacentes populos.Tuam autem inclytam Maieſtatẽ illoꝝ principẽ chatholicæ fidei:& chriſtianæ religionis ſtudioſiſſimum colit:reueretur/ac magno honore proſequitur:nec minore affectu:quod longiore diſiunctione locorum diſtare uideatur. Quoniam etiã intima quæq;:& remotiſſima Regna: & ultimas terrarũ regiones penetrat charitas/& pertingit beniuolẽtiæ magnitudo.Igitur ꝓpter Regnoꝝ ſplendorẽ:ꝓpter ſummã uirtutis: ſapiẽtiæ/ religionis magnitudinem:Laudẽ/& amplitudinẽ:propter fidei chriſtianæ feruorẽ inſidet glorioſum nomen tuæ maieſtatis in ciuium noſtroꝝ præcordiis:in oĩum Senenſiũ pectoribus. Quare noſtri Magnifici:atq; excelſi domini/tota ciuitas & uniuerſus Senenſiũ populus ualde letantur:& gaudent tuæ Serenitatis aduentu: & optatiſſimo eius per noſtrã urbẽ trãſitu.Gratulant̃ tuæ Maieſtatis fœlicitati/præſentiam eius gratiſſimã/ac iucundiſſimam uenerantur . Statum huius reipublicæ:facultates/ ac fortunas huius ciuitatis: celſitudini tuæ parati ſſimas offerunt:& ad eius obſequium ubiq;/ac ſemper uere propenſas.Et cum ad ſancta beatoꝝ Apoſtolorum Petri & Pauli limina:& ad ſacroſanctã Apoſtolicam ſedẽ: & Romanã urbem tua proficiſcat̃ Maieſtas: precamur optimi Dei ſublimitatem/ut acceſſum/moram/ac reditum fœliciſſimũ largiatur cum augumento fœlicitatis/& gloriæ. Sed alia multa:quæ dicenda erant:pro amoris abundantia:& reuerentiæ debito:horum patrum ſapientia/ & facundia:quæ multo maior eſt:poterit copioſius explicare/& abunde ſupplere.Cõmẽdamus nos oẽs tuæ illuſtriſſimæ/ac ſereniſſimæ Maieſtati quã clæmentiſſimus Deus ad proſpera cuncta fortunare dignetur. Erunt Senenſes tuæ Maieſtatis optimi ſemper/ac deuotiſſimi filii. Dixi.

℄ Auguſtini Dathi Oratio.LXVI.ad eundem Regem/Roma redeuntem ad proprios lares.

MAgnificant noſtri Magiſtratus:& populus noſter tuam Rex Sereniſſime Maieſtatem . Senenſes oẽs gloriam regni tui dicunt.Præclarum tuæ Serenitatis nomen inſidet:& in intimis noſtris uerſatur pectoribus. Quare tuam ueneramur Maieſtatem humiliter ſalutantes:gratiſſimo eius lætamur aſpectu.A ſanctis Apoſtoloꝝ liminibus redeunti fœliciter gratulamur.Proſperum ad ſua clariſſima Regna & optamus:& præcamur regreſſum.Hanc ciuitatem:& ſtatũ eius tuæ Maieſtati deuotiſſime cõmẽdamus. Eius facultates/ac fortunas oẽs/tuo pollicemur obſequio:& parata ciuiũ corda:& oĩum Senenſiũ mentes/ubiq; & ſemper tuæ promptiſſimas uoluntati:Exiſtimantes:& certo perſuadentes nobis:te Regem piiſſimũ fideli corde:& magno:atq; excelſo aĩo:& conſtanti propoſito/ſanctam Chriſti religionem tueri:catholicæ eccleſiæ augere dignitatẽ:& gloriã & ſimul noſtram paterno affectu amore rẽpublicam.Proſperũ iter eſto Maieſtati tuæ: & Angelo duce/fœlix quæſumus regrediaris in patriam/ubi lõgo:& beato æuo fruaris. Sit iterum fœlix tua maieſtas: quam exultantibus animis præſentem intuemur:& abſentem. Dixi.

¶ Præcellentiſſimi Oratoris Auguſtini Dathi Senenſis Quintus Orationum Liber fœliciter Incipit.

¶ Auguſtini Dathi Oratio.I.in funere Loyſii cõparii clariſſimi æquitis:& ciuis Senenſis peregregii.

PRAECLARI Legis latoris & iuris conſultoꝶ Magnifici Magiſtratus/ac uiri patres:illa ꝑclara uox eſt:qua & uere ſimul:& ſapienter dr̃:eos q pro republi.ceciderunt:in ppetuũ p gloria uiuere exiſtimãdos.Patria nanq; eſt : cui ſecũdũ imortalẽ Deũ/ac ſuperos:ſumma oĩa ſtudia: ſumma debent̃ officia. Patria.n.queadmodũ parentes:& ipſa noſtrũ genus ẽ/ac ueꝶ natalis noſtri primordiũ:qppe quæ gignit:alit/educat/inſtituit/in domo/& ſede collocat/adiumẽta uitæ:ac uaria ornamenta ſuppeditat.Hæc focos/& lares:hæc penates nr̃os capit. Hæc antiqua oĩa cõtinet/parentes/liberos:ꝓpinquos:familiares perpetuas uitæ ſocias cõiuges:dulces amicos/ſepulchra maioꝶ.Oẽs oium charitates una/ac ſola cõplectitur.Huic potius:q̃ nobis nati ſumus.Hæc Platone teſte magnã ſibi ortus noſtri partẽ uendicat/ Huic prima uitæ tẽpora per roboris/ac fortitudinis opa per bellicã exercitationẽ:p gerẽdarum reꝶ laudẽ iure debent̃.Media uero p cõſilii:ac ſapientiæ rõnem: per iuſtitiæ cultum:per reliquarum uirtutum preclara munera:patriæ itidẽ impartiri debemus.Ita leges iubent/ ita monent iura/ita ſapientũ præcepta cõſtituunt:q̃ neminẽ/niſi cõſectũ Senio ocio reddunt/ac feriari patiunt̃:ut nõ iniuria pulcherrimã Philoſophiæ partẽ tradiderit Euphrates Syrius:agere negociũ publicũ: & i optima reipublicæ amminiſtratione uerſari.Loyſius noſter Comparius/nobilis Eques/atq; Imperatoria ptãte Comes:cui hodie parentamus ac triſtes inferias perſoluimus:iure nobis laudandus occurrit : qui q̃diu uixit/ bene & cũ uirtute uixit.Patriam iuuit/reipublicæ ꝓfuit:cõmuni utilitati proſpexit:tandẽ pro republica cecidit/qđ Zeno Citiæus Stoicorum Princeps ſuadebat pro patriæ utilitate:mortẽ occubuit.Itaq; immortalitatẽ nois aſſecutus:uere in perpetuum per gloriã uiuere credit̃.Non eſt aũt mors deflenda:quã famæ imortalitas cõſequat̃ . Non igitur luctui: nõ mœrori/non fletibus/non lachrymis locus eſſe debet.Taceo Philoſophiæ mortẽ:quæ uitam ſapientis exercet: & ad uitã meliorem aditum expeditiſſimũ parat.Mors naturæ lugẽda non eſt:quæ naturæ animantium diſſolutio eſt/& quod ad hoiem ſpectat animi a corpore ſeparatio.Hãc leuat moriẽdi neceſſitas/quæ(ut ait Lyſias magnus Orator)bonis:& malis cõmunis eſt/ac neq; ignauos deſpiciens:neq; parcẽs probis parem ſe cunctis præſtat.Vere Claudianus inquit.Omnia mors æquat.Hæc(ut ait Macrobius Platonicus inſignis)pari conſtantia/ nec ueniens per naturã timenda eſt/nec cõtra ordinẽ cogenda naturæ.Mors enim(ut ait acer Stoicus.L.Seneca)naturæ lex ẽ/ac tributum officiumq; mortaliũ:quæ nõ modo malũ non eſt:ſed maloꝶ oium remedium potius . Bene igitur .M.Tullius ad.A.Torquatũ ſcribit.Mori nemo ſapiens miſerum dixit: ne beato quidẽ. Illa aũt mors quæ æterni doloris perpeſſio definitur:facile a uiro bono/ac ſapiente uitatur.Ab ea uindicat uita bene:& innocenter acta.Virum iuſtum mortis ſupplicium non tangit.Atqui Loyſius uir fuit in omni uita probatiſſimus:domi utilis:foris clarus/uir bonus inquam/ciuis modeſtus/ per ornatus eques:ſtudioſus patriæ/ſectator honeſti : plenus fidei/amans doctrinæ:& litterarum: ſed & pius in Deum/ ſocio innocens/ integer uitæ/ ac ſceleris purus/ minime elatus/alieni abſtinens:qui ſemper nequitiam exoſus citra malam uixit ætatem:obſcenæ fugitans uoluptatis. Summis quibuſq; in nr̃a Republica functus honoribus/nõ ditari:ſed laudari ſtuduit.Peregre egreſſus ubiq; laudẽ probitatis auxit.Nam obiuit Legatus Romam/Neapolim:Mediolanum:alias præterea claras urbes. Variis temporibus Pontifices Maximos/ſummos principes/ac Reges legatus conuenit:nouiſſime uero eum : qui opulentiſſimo/ac præclariſſimo Regno præeſt:Ferdinandum clarum decus Italiæ : principem pacis:propugnatorem bonorum/improboꝶ debellatorẽ/domitorem eoꝶ:quæ inuicta putantur mala audaciæ/ac ſuperbiæ:qui omnia conſilio moderatur:Iuſtitia tuetur:tranquillitate componit.Apud quem dum Loyſius diuerſatur. & pro Senenſi populo nuptiarum lætitiam complet/contracto morbo:tandem rebus exceſſit humanis. Bene Iſocrates ad Demonicum.Mori egregie proprium generoſis natura contribuit.Loyſius:qui in florenti republica:floruit in florentiſſimo Regno florenti legatione defunctus:in florentiſſima cõuentus celebritate:in florenti reꝶ ſtatu deſideratus eſt.Vt in tam perfecto cuiuſdam humanæ fœlicitatis gradu/optime de illo ſperandum uideatur . Teſtantur uiri religioſi/præſertim quipiam/ac frequentem factorum eius confeſſionem audire conſueuerunt : eam præcipue/quam generalem paucis ante diebus:q̃ Romam profectus ẽ/rite peregit:quaſi ipſe ſibi mortẽ præſagiret. Quod ſi uos flere/uel priſcorum ritus mouet/uel patriæ ſuadet conſuetudo/uel ipſa cõpellit humanitas:indulgete humanitati.Nam & ſapientes amicoꝶ deſiderio cõmouent̃.Et duodecim tabulæ eiulatũ quidẽ:& imoderatum luctum ꝓhibent:Præficarum delíramẽta:& ſtudioꝶ detractant nenias.At nequaquã gemitũ/qui uel in ſapientem cadit.Flete igit̃:ſi flere iuuat:ſed nolite flere ſuper illũ/qui cũ bene/& fœliciter actum iri cõfidimus:ſup uos flete potius tali uiro orbatos qualibus utinã multis nr̃a abundet ciuitas.Lugeatur igit̃ natura mortalis:imortalis uirtute Loyſius celebret̃.Illi cõprecemur piorum ſedes:nobis aũt præclara ſummoꝶ uiroꝶ ueſtigia conſectari.Tãti uiri memoriã debitis honoribus proſequamur:quã ſapiens & iuſta noſtra Reſpub.iuſtis decorandam præmiis perpetuis monumentis exornandam decreuit.Nunc proſequimini funus. Dixi.

¶ Augu.Dathi Funebris Orõ altera/habita ab eo i hoſpitali æde ꝓ Nicolao Recupero de laudibus eius & uita.

OMne mortalium genus patres:qđ uos minime ignoratis:ea lege natũ:ea cõditiõe editũ in hãc lucẽ ẽ:ut ad finẽ:quẽ ultimũ terribiliũ pleriq; arbitrant̃:ad mortẽ inquã interitũq; perueniat. Mortalis hõiquẽ alioquin Deus & ai & corporis inumeris atq; ampliſſimis donauit muneribus: & nobiliſſimum oium:quæ in terris ſunt:ac uelut peculiare opificiũ cõdidit:hãc quæcunq; tandẽ eſt/ſiue legẽ/ſeu ſor

tem non

teri non effugit. Vere tamq́ omne quod natũ eſt: quoniã ſolutioni patet: conſeneſcat: & tandẽ aliquando deſinat neceſſe eſt. Sed nõ eſt unus hoïs & iumenti interitus: qđ quidã temere (ut ita dicã) blatterãtes effutiũt / nõ æqua ut nuſq́ cõditio: id qđ falſo ſimul atq́ impie apud Eccleſiaſten iſipientes profitent̃. Nã ſi iumentũ ſpectamus & brutũ / oĩa quæ illius ſunt / morte delent̃: & una cũ corpore: quidã traduce quoq́ materie eductus / ac ꝑfectus eſt: tenuis ſpũs / tenues euaneſcit in auras: ac totus in illo ſenſus prorſus extinguit̃. Homo uero: q̃ rõnis eſt particeps: ac diuinæ mentis capax: cuius aĩus inſufflatus a Deo / nullã in terris originẽ hẽt: ita certe morit̃: ut uel cadentibus uel reſolutis corporis mẽbris / maneat illius ſpũs: & ĩmortalis / atq́ incorruptibilis ꝑſeueret. Quocirca ſcite & apprime ſapienter magnus nõ ſecus phũs / atq́ Orator. M. Cicero interitũ / mortẽq́ diſtinxit in eo opere: in quo de morte cõtẽnenda grauiter / copioſeq́ diſſeruit. Quod cæteroꝶ animãtiũ ĩteritus ſit: qui corpus ſimul atq́ aĩam tollat: deleat: penituſq́ cõficiat. Mors aũt rõnalis creaturæ & hoïs ipſius / magis ꝓprie habẽda ſit: quæ (ut ꝓbe definit diuinus Areopagita / ac ſacer Theologus Dionyſius) nõ rei cuiuſquã cõſumptio: ſed cõiunctoꝶ ſeparatio terminat̃. Quare cũ ſũmis Philoſophis / ac pene ſapiẽtibus uiris / illud firmiter cõprobamus: illud certo aſſerimus: illud oĩ dubitatione reiecta / plane cõſtituimus / manere hoĩum poſt mortẽ aĩos: & cũ corporibus exceſſerint: nihilo ſecius ſempiternos atq́ ĩmortales fore. Sed certe nõ eundẽ oĩbus rurſum: nõ idẽ patere oĩbus iter. Quippe cũ ꝓ meritoꝶ uarietate / alii daturi ſceleꝶ poenas / ꝓficiſcant̃ ad inferos: lõgiſſime a beatoꝶ cõcilio ſegregati: alii ſuperos petant: quoꝶ uitã in carne quodãmõ præter carnẽ uiuentes / magno ſtudio ac ſummo labore in terris fuerint imitati. Bene igit̃ ab iis: quos Spũs ſci afflatus inſtituit / peſſima delinquẽtiũ: & peccatoꝶ definita mors eſt: pretioſa uero eorum: qui pie atq́ innocẽter uixerint. Si iuxta ꝓpheticam uocẽ: pretioſa in conſpectu dñi mors ſanctoꝶ eius de q̃bus præclare ſapiẽs: Iuſtoꝶ aĩæ / inq̃t / in manu Dei ſunt: & nõ tanget illos tormẽtũ mortis. Viſi ſunt oculis inſipientiũ mori: illi aũt ſunt in pace. Sed quoſnã iuſtos: quoſnã ſapiẽtes: quoſnã tãtæ laudis noĩe dignari debemus? Eos ꝓculdubio facile reſpõderim: q̃ obſcænas uoluptates: q̃ caduca & fallacia bona & terrena hæc ludibria reſpuẽtes / ad æterna & ꝑpetuo duratura coeleſtia regna rapiunt̃. Quo qdẽ nr̃a / ſi rectã cõſectamur rõnẽ / aſpirat oĩs: & feſtinat intẽtio. Vt igit̃ ad inſtitutũ noſtrũ ac ꝓpoſitũ ueniamus / optime de Nicolao Recupero: cuius hodie triſtes honores: funeſtũ rogũ / ſolẽnes inferias: atq́ exequiaꝶ põpam ꝓſequimur: optime inq̃ ſperandũ cẽſeo. Meminimus hoĩs ingeniũ: ipſi illũ uidimus: q̃ in ciuiũ oculis uerſabat̃: nemo noſtrũ eſt: q̃ neſciat. Quẽ uiꝶ ꝓbũ: quẽ ciuẽ clarũ: quẽ æquitẽ ornatiſſimũ: quẽ huius piiſſimæ ædis / ſacri Xenodochii almi diuerſorii diligentiſſimũ Præfectũ pleriq́ oẽs agnouimus. Qui bonis ꝓgenitus parẽtibus / ĩ ipſis etiã ĩfantiæ rudimentis & tenellæ adhuc ætatis incunabulis optime indolis & futuræ ꝓbitatis ſpecimen præbuit. Puer ſeſe & ad litteraꝶ diſciplinã capeſſendã / & ad mercaturã / atq́ ad honeſtaꝶ artiũ exercitationẽ / laborẽ / atq́ operã contulit: Adoleſcens uero / quo tẽpore in pleriſq́ feruentior laſciuit ætas: hic oĩa flagitioſa cõtempſit: & alias in patria laudabiliter omnibus gratus uixit: alias relicta aliquandiu patria / peregre ꝓfectus uirtute atq́ induſtria rẽ ſimul & gloriã reportauit: frequentiſſime in ea urbe uerſatus: q̃ in tota Venetia iampridẽ longe florẽtiſſima eſt. Mox repetita patria / & ad rẽpublicã nõ tã ſua ſpõte / q̃ bonoꝶ uel adhortatione / uel uolũtate cõuerſus / recta ſemp / tranq̃lla / ſalutaria / & ſenſit: & cõſectatus eſt. Totius aũt fugitans ambitionis & faſtus / ac coelibẽ uitã agẽs / cũ alios doctos & ſapiẽtes quotquot nãciſci uiros potuit: tũ præ cæteris oĩbus Petrũ Ruſſiũ / inſignẽ noſtræ memoriæ phũm ac Theologũ ſtudioſiſſime amplexatus eſt. Ad curã poſtmodũ huius ſacri Xenodochii & piiſſimæ hoſpitalis ædis q̃ una in cunctis fidelibus nationibus celeberrima ẽ: & ĩ uniuerſo terraꝶ orbe clariſſima: tãdẽ accitus annos circiter uiginti (ni fallor) ita cõſilio / ita ſtudio / ita induſtria / atq́ opa illi præfuit: ut eoꝶ: quæ multa geſſit / nullũ mea qdẽ ſn̄ia / culpãdũ ſit opus: Pauperes fouit: pupillos & uiduas ſuſcepit: lactẽtes ĩfantes aluit: adultos ad bonaꝶ artiũ ſtudia excitauit: in carcere & cõpedibus uinctos nõ deſeruit: egenis opẽ tulit: lãguẽtibus atq́ ægrotãtibus ſuccurrit: nudos ueſtimentis operuit: eſurientes pauit: potauit ſitientes: mortuos ſepeliit: uirgines caſtiſſime collocauit: hoſpites & conuenas benigne excepit: inopes oẽs tum ciues / tum peregrinos præſidio ac pecunia iuuit. Domi induſtrius: foris nõ indiligens / magnificentiora hæc tecta reddidit: eccleſiam ſplendidiorẽ fecit. Pius in Deum: in ſeipſum ĩteger: beneficus ac liberalis in oẽs. Qui cũ nonaginta / aut eo amplius uitæ annos exegerit: eũ ſeſe in oĩ ætate ꝓſtitit: ut laudari ab oĩbus iure debeat: uituperari queat a nemine. Siquidẽ uiuens theſaurizauit ſibi theſauꝶ nunq̃ deficientẽ in coelis: moriturus uero ſacris Chriſtiani ritus peractis muneribus. exigua dempta unciola / & tenuis ac ueteris patrimonii relicta ſuis portiuncula / deuncem & grande æs & amplas: quas ſudore parauerat facultates / in pauperum uſus inſtituit: pie huic ædi hoſpitali dicauit: ſacratiſſimæ Virgini dono dedit: cui pia ſemp fide / ac præcipua deuotione inſeruiit. Cadauere ſuo ſacri Bernardini addicto coenobio: cuius ſacra ueſtigia & ornamẽta glorioſa / pro uirili ſua ſtudioſiſſime conſectatus eſt. Bene igit̃ mea quidẽ ſn̄ia / hoc ſi ita appellare libet epitaphio Nicolaus: & iuſto eſt decorandus eulogio. Pius Recuperus Nicolaus piæ Virginis ædi incredibili pietate Præfectus: ob ſummæ pietatis ſtudia: pie credendus eſt ſupera regna petiturus / in beatoꝶ domiciliũ: in ſinũ Abrahæ / in gremiũ Virginis / in Bernardini conſortiũ / in Sororis cõtuberniũ facillime transferendus: quãdo eam ædem: quã ille primus inſtituit: hic multã induſtria / plurimũ facultatibus amplificauit: & auxit. Non igit̃ uiri huius lugenda mors eſt: ſed uita laudãda: quẽ ſolutum corporis uinculis tanq̃ & ipſum benedictũ æterni patris accerſendũ ſperamus ad poſſeſſionẽ regni eius: quod dictũ & paratum eſt electis Dei a conſtitutione mundi. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Funebris Oratio. III. Habita ab eo in funere Mariani Sozini ciuis Senenſis / utriuſq́ cõſultiſſimorum Iuris: quos noſtra ætas uidit: longe omnium celeberrimi.

Mos quondã fuit / uiri patres: qđ ad Eliodorũ ſacer ſcribit Hieronymus: cuius hodie ſancta ſolẽnia fidelis concio ueneraт̃: ut ſup defunctoꝶ cadauera in concione proſtrati / laudes liberi dicerent: & inſtar lugubriũ carminũ / ad fletus & gemitũ audientiũ pectora concitarent. Hunc ego morem in hoc funeſto ſpectaculo hodie nõ iniuria reuocãdũ cenſeo: quãdo is mortuus eſt: & mortali luce defunctus: qui nõ

modo eorum:qui nunc ſunt:ſed eorum quoq;:qui ueteribus ſaeculis floruerũt/uirtutẽ facile aequaret & gloriã.
Marianus/inquã/Sozinus:diuinus quidã iuris interpres:cuius nomẽ toto iã fulget:& claret in orbe:cui ſapiẽtiae/
doctrinae/ac legalis prudẽtiae palmã merito pleriq; tribuerent:quẽ nõ modo Senenſes uiri:ſed etiam uniuerſi/ &
Italici & Tranſalpini populi laudabant:ſuſpiciebant:plurimũ admirabant̃.Pro magna uiri ſapiẽtia:a quo oẽs pe-
ne mortales:quos aetas noſtra cognouit/conſilium pariter atq; auxiliũ & uitae praeſidiũ expetebãt.Ad eius ipſius
liberos pertinebat hoc dicẽdi munus:qui a clariſſimo & ſũma gloria praeſtante geniti patre ſupra defuncti paren-
tis cadauer/multiplices uarias late patentes/illuſtres/ampliſſimas laudes explicare/& pietatis officio debeant: &
pro ſumma eruditione & dicendi copia facillime poſſint. Bartholomeus imprimis Sozinus/ omni genere laudis
abunde ornatus:& nunc paternae gloriae digniſſimus haeres.Sed neſcio quomodo dũ forte a praetura uenio:cum
luctuoſus acciderit caſus:ſunt ad me cõuerſi:quorũ apud me iuſtis de cauſis auctoritas ualet.At uereor ne dũ pa-
rere/atq; obſeq ſtudeo/ĩbecillitatis meae obliuiſci uidear.Itaq; poſſim uere cũ Rufino dicere.Dũ aliis ſatiſſacere
cupio:oblitus ſum mãdati eius:quo recte ſane praecipit̃.Onus ſupra uires tuas ne leuaueris.Sed qd rñ eſt:qd᷑ in-
doctus ipſe partim Praetorio munere/ac multarũ rerũ occupationibus ꝓpeditus/ partim tẽporis correptus angu-
ſtiis:uel tanti uiri laudibus:uel ueſtris auribus dignũ poſſim afferre? A principe mũdi euocatus Marianus Sozi-
nus/corporis ſolutus cõpedibus/migrauit a terris:rebus exceſſit humanis:neceſſitati paruit.Vtrũ igit̃ moueri tã-
ti uiri deſiderio/mortẽ deflere/interitũ deplorare debemus:an cõtra moerorẽ & luctũ abiicere:tẽperare a lachry-
mis:abſtinere doloris? Quid dicã:qd faciã:quo me uertam/neſcio.Gemere compellit humanitas:ratio prohibet.
Quod ſi malũ mors ſit/atq; ultimũ terribiliũ:id quod uulgo arbitrant̃/nemo nõ ſuorũ mortẽ iure defleat. Sed
certe malũ ſuapte natura non eſt:ſi eam intelligimus:ꝑ quam fit animi & corporis ſeparatio/Triplex nãq; tradit̃
mortis genus:qd᷑ eruditiſſime magnus diſceptauit Ambroſius.Atq; una qdẽ mors peccati dicit̃:de qua ſcriptum
eſt.Anima quae peccauerit:ipſa morieť.Alterã aũt myſticã uocant:qua quis peccato morit̃:Ac Deo uiuit: de qua
recte Apoſtolus.Cõſepulti ſumus/inquit:cũ illo ꝑ baptiſmũ in morte.Tertia uero naturalis iure optio dici poſ-
ſit:ꝑ quã curſum uitae huius/ac munus explemus.Ea eſt.n.animi corporiſq; ſeceſſio.Aduertimus igit̃ una cũ Am-
broſio:qd᷑ mors demũ illa malũ ſit:ſi qdem ꝑꝑ peccata moriamur.Ea cõtra bonũ:cũ quis ita mortuus ſit:ut qui-
dem a peccato iuſtificatus ſit.Tertia illa media quaedã habẽda eſt:& tũ iuſtis & innocentibus bona:tũ pleriſq; me-
tuenda:q̃ cũ oẽs abſoluat/paucos certe delectat.Sed nõ hoc mortis eſt uitiũ:ſed noſtrae potius ĩfirmitatis:q uolu-
ptatibus corporis & uitae huius delectationibus capimur:& curſum hunc miſeri conſumare trepidamus : in quo
plurimũ amaritudinis:perparũ iucũditatis ineſt.Et qdẽ in exiguo melle/multa uenena latent.At nõ pertimeſcũt
Sancti mori:nõ ſapientes uiri:qui longaeuitatem huiuſce peregrinationis ingemiſcentes/diſſolui/& cũ Chriſto eẽ
longe pulchrius/ac beatius arbitrant̃.Ab hoc uero nequaq̃ alienum eſt/quod Midam Regẽ Silenum docuiſſe fe-
runt.Non naſci homini longe optimum eſſe:proximum aũt q̃ primũ mori:id quod ipſe quoq; Euripides uſurpa-
uit.Prius illud minime probare auſim:at poſterius tanq̃ tutius imbecillitatis humanae remediũ optabile uideri
poſſit:ne hominis ingenium a labore & uirtute/ad libidinẽ & turpitudinẽ ꝑ uitae diuturnitatẽ ꝓcliuis/in profun-
dũ uitiorũ ac peccatorũ praecipitiũ dilabat̃:ac uitae prauitas:ſi forte diutius occaluerit:naturae ꝑſtantiã labefactet:
& prorſum rectae rõnis lumẽ extinguat.Saepe.n.malitia ſenſum hõis ĩmutauit.Execrabant̃ nõnulli ipſum quoq;
generationis diẽ.Velut is quiſquis ait.Pereat dies:in qua natus ſum. Cui opinioni aſſentiri uidet̃ Thracũ natio:
quae natales hoĩum flebiliter/exequias cũ hilaritate celebraret.Mors/ſi recte iudicare uoluerimus/ talis plerũq;
habẽda eſt:qualis morientiũ uita praeceſſit:iuſtis quidẽ/quietis portus:nocentibus atq; improbis/naufragiũ. Sed
omnifariã bonũ mors eſt:ille ipſe inquit Ambroſius:ſi pugnãtia diuidit:ne inuicẽ pugnẽt:ſi eorũ portus eſt:q ma-
gno uitae huius iactati ſalo/fide quietis ſtationem tutiſſimã quaerunt:ſi deteriorẽ ſtatum hõis nõ efficit.Quippe
qualẽ in ſingulis inuenerit/talẽ in iuditio futuro reſeruat.Quiete ipſa fouet:praeſentiũ ſubducit inuidiae : futu-
rorũ expectationi cõponit.Praeclare acutus.Stoicus.Rerũ natura quae te genuit/ expectat/ & locus melior/ ac tu-
tior.Illic nõ tremunt terrae:id qd᷑ nuper nimiũ pauefacti ac territi ſumus/experti/nõ inter ſe uenti cũ magno nu-
bium fragore cõcurrunt:nõ incẽdia regiones urbeſq; deuaſtãt.Quid mortẽ tantope ꝑhorreſcimus? Luculẽte ſa-
ne.L.Seneca:Moriendũ eſt inquit:quando? qd tua intereſt? Mors naturae lex eſt:mors tributũ/ officiũq; morta-
liũ:malorũq; oĩum remediũ ẽ:poſtremo(ut Ambroſius ait)uniuerſorũ trãſitus. Ac ſiue caſu hoies moriant̃ : qd
Stoici crediderunt:ſiue fato/ut Epicurei putãt:ſeu denq; genitura/qd᷑ Pythagorici affirmare ſunt ſoliti: una eſt
mortis ratio:ſi recte uixerimus/ut a malis abducat/& ad foeliciores ſedes aditũ atq; ingreſſum ꝓbeat ꝑtioſa eſt.n.
mors Sanctorũ/pretioſa ſapientũ oĩum:bonorũ oĩum ꝑtioſa mors putãda eſt. Qui uiuẽtes in terris/munitiſſimã
ſibi uiã in coelũ cõparauerũt.Hoc nos & de Mariano Sozino/q̃tũ credere fas eſt:augurari libet:q ĩter eos iure an-
numerãdus ſit:quos ad iuuãdos/iuuãdos/cõſeruãdos hoĩes natos arbitramur. Qui cognitionis & legalis ſapiẽtiae
ſtudiis deditus/oẽm in ea exercitatione cõſumpſit aetatẽ.Qui nullius fuit diſciplinae expers:q Italiae Gymnaſia
& urbes:ſed ĩprimis Senã patriã florẽtiſſimã doctrina/ſcripto/ſnia/uoce denq; illuſtrauit.Quis nõ domum eius
frequẽtabat? Quis nõ ſibi inde cõſiliũ atq; opẽ petebat? Quis nõn illius acute reſponſa/ſapienter dicta/mature
conſulta/grauiter iudicata cõprobabat? Extant multa & ꝑclara huius uiri monumẽta/ ſcripta compluria/ ingen-
tia uolumina/libri rerũ maximarũ cognitione refercti.Earũ praeſertim/quae ad rectã uiuendi uiam/ ad humanorũ
actuũ directionẽ ſpectant:ad pellendã iniuriã:ad colendã iuſtitiã:ad uirtutes exercendas/ ad uitia execrãda. Opti-
mus hic iuriſcõſultus fuit/optimus legũ ĩterpres/optimus ueritatis ĩdagator.Nullius rei ꝑſus rudis:atq; ĩteger:
ſed quaſi alter Laelius in oĩ ſermone ſapiens iure merito iudicandus.Huius fama ultimas mũdi oras penetrauit:
huius doctrina cũcta reſonant:& totius Italiae/& exterarũ gentiũ ſtudia.Quod de nobiliſſimo hyſtoriarũ ſcripto-
re Liuio ſcribit Hieronymus haũd iniuria ad hũc quoq; uirũ transferri poſſit:ut non minus uiri huius ſapientiae
claritas/q̃ florentiſſimae patriae ſplẽdor ad ſeſe contemplandũ pellexerit : & ad perſpiciendã uiri huius laudẽ/nõ-

nullos a

multos a remotiſſimis regionibus tanti uiri fama perduxerit. Ad Marianũ Sozinũ ut taceã Siculos/Picentes/Vm
bros/ac cæteros finitimos põpulos:ex Gallis/ex Hiſpãiis/ex Germania/ ex Anglia/Britania/Hibernia/ex ultimis
orbis finibus cõfluebant:& cõfluebãt qdem:ut ſapientiã eius delibarẽt:perciperẽt:ut de uberrimis eius fontibus
haurirẽt. Innumerabiles ab hoc uiro inſtituti Doctores:nobiliſſimi euaſerunt: Põtificii & ciuilis Iuris adepti glo
riã. Sed iam uocat funeris pompa:modus ſtatuendus eſt laudibus:quas ſine mõ explicari oportebat patribus ap
poſitus eſt ſũmus iuris interpres:Thomã Docciũ comitatus:quẽ habuit uitæ comitẽ & ſtudioꝝ ſocium/ſecutus
Piũ admirãdũ/diutnũq; Põtificẽ:qui tãtope eius delectabat affatu:apud quẽ tãtope ualebat gr̃a. Secutus & Bar
tholomeũ Piccolomineũ:ne tam præcox diſcipuli/ſenior magiſtri uideret egreſſus: Secutus eſt ſummoꝝ uiroꝝ
coetũ:quos multos ac celebres noſtra tulit:atq; amiſit patria. Sed iam eferte funus/triſte miniſteriũ: & quoniam
aliquid humanitati indulgendũ eſt:quatenus rõ patit/flete liberi:flete propinqui:non quidẽ ſup illũ:ſed ſup uos
ipſos potius:tanti uiri orbatos præſidio/amici & conciues flete oẽs:ſtudioꝝ ſectatores ingemiſcite/ ac deflete de
functũ uita Marianũ:gemitũ qdẽ:ſed nõ etiã eiulatũ adhibentes:ne ſapientiſſimi uiri mortẽ inſipienter ferre ui
deamur. Iuſtas pſoluite iſerias:funus celebre panægiris/ac laudibus pſequimini:Deũ & cœleſtia numina cõpre
cantes:ut ſublatus e terris Marianus/transferatur ad ſuperos:& patrono Hieronymo: quẽ uiuens religioſe cole
bat:nunc defunctus ſæculo illi uiuat:qui ſolus eſt uitæ auctor:& requietem largitur æternam. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi funebris Oratio. IIII. Quam habuit in laudem Thomæ Doccii Iuriſconſulti incorruptibilis/ & Doctoris ueritatis in Iure/atq; ornatiſſimi ciuis Senenſis.

PRohibebat ingens dolor o uiri:q funeri adeſtis:deterrebat uis lachrymaꝝ:nec minus mea mihi nota
tenuitas pſum diſſuadebat in hoc tãto cœtu ſermonẽ facere:niſi parẽdi neceſſitas: atq; imperantiũ
auctoritas/me ad hoc munus dicendi cõpuliſſet. Obruit igenii mei ibecillitatẽ rei ipſius magnitudo/
& ſumma atq; eximia eius uiri uirtus:q nup rebus exceſſit humanis:cuius hodie in tã magna circũſta
rium corona luctuoſum funus agit. Nec mihi cogitãti aliunde cõmodius exordiendum uidet/q̃ ſi a deploratione
fragilitatis hũanæ noſtra proficiſcat oratio. Breuis nãq; eſt:plena laboꝝ/ uariis ac pene innumerabilibus ſubiacẽs
caſibus hoium uita/morti/atq; interitui ſine dubitatione obnoxia:qd ultimũ & extremũ oium terribilium nõ
nulli Philoſophi eſſe tradiderunt. Atq; a primo exordiar:qd tam circunciſum:qd tã anguſtũ: qd tã breue/q̃ hois
uita longiſſima? Bene ac ſcite. M. Tullius:quæ inquit ætas lõga eſt:aut qd oino homini longũ? Nõ ne modo pue
ros:mõ adoleſcẽtes in curſu a tergo inſequens:neq; opinantis aſſecuta eſt ſenectus? Et.n.dies hois nõ ſecus q̃ um
bra prætereunt:diffugiunt:atq; euaneſcunt tanq̃ puluis:quẽ proiicit uentus a facie terræ. Volat ætas:uita decur
rit. Tempora labuntur:tacitis ſeneſcimus annis:Et currit freno nõ remorãte dies. Itaq; fertur Xerxes Rex ille Per
ſarum potentiſſimus/cum numeroſum atq; imenſum quẽ parauerat/circũſpexiſſet exercitum/illachrymaſſe:qd
tot millibus tã breuis immineret occaſus. Hinc ſacratiſſimus Vates:Dies annoꝝ noſtroꝝ/inquit:in ipſis ſeptuagin
ta anni:in potentatibus octuagita. Reliquũ ſi qd forte amplius accedit uitæ/labori & dolori merito iure aſcribit.
Qualis deĩde ſit hoium uita:q̃ magnis laboribus:q̃ uariiſq; multiplicibus pateat diſcriminibus: ut ipſe arbitror
nemo eſt:qui neſciat. Proinde hãc tã miſerã/tamq; calamitoſam humanæ uitæ ſortẽ deplorat Euripides:cũ dicit:
πασ λολκηροσ βιοσ ανθρωπων κουκ εςι πονων αναπαυσισ. Quoꝝ uerboꝝ hæc mens ẽ. Tota laborio
ſa eſt hoium uita:nec eſt laboꝝ requies. Vt qd dicit uir ſummæ prudẽtiæ Plinius ille ſecundus: cũ de natura lo
queret:difficile iudicari poſſit:parens ne melior homini: an triſtior nouerca fuerit: quippe quæ hoiem protinus
uitæ principio ad lachrymas/atq; aduagitum edit:ac ueluti a miſeria auſpicata uitam hois riſum ante diem qua
drageſimũ nulli tribuit. Vni homini ex oĩ animalium numero luctum dedit:uni multiplicem perturbationem:
uni in ſumma uitæ breuitate imenſam uiuẽdi cupidinẽ præbuit. Hoiem præ cæteris animãtibus p uarios caſus:
per tot diſcrimina reꝝ:ad mortẽ tandẽ interitũq; perducit. Quocirca eleganter ſapiens ille pdidit. Si annos com
putes:exiguũ tẽpus uitæ:ſi uices reꝝ/æuum putes. Nihil eſt in tota hois uita:qd aut diutius in eodẽ ſtatu pſeue
ret:aut certũ exploratũq; uel ad breuiſſimũ momẽtũ tẽporis eſſe queat:ut nõ uita hæc:quæ dicit uita:ſed mors
potius haberi:atq; exiſtimari debeat. Vt nõ iniuria Aurelius Auguſtinus dubitauerit:utrum mortalẽ uitã:an ui
talẽ mortẽ/eam ipſam appellare debeamus. Mortẽ quidẽ oibus natura propoſuit. Mortẽ effugere: mortẽ euita
re nemo põt. Morit doctus:ſapiẽs concionator inquit:ſimiliter ut indoctus. Oĩa tẽpus habẽt: & ſuis ſpatiis tran
ſeunt uniuerſa:ſub Sole. Mors oibus ſupra caput inſtat:quotidie dies ultimus appropinquat:quotidie dies aufe
runt nobis:quotidie ad finẽ tẽdimus: pperamus ad mortẽ. Merito igit cũ pclaro Oratore exclamare liceat. O fal
lacẽ ſpem hoium/fragilẽq; fortunã:& inanes nr̃as cõtentiões:q̃ medio uitæ ſpatio/ſæpe frangunt/& corruũt: &
ante in ipſo curſu obruunt/q̃ portũ cõſpicere potuerũt. Hodie ibecillitatis humanæ perſpicuũ phibet teſtimo
niũ ciuis clariſſimus/uir optimus/Iuriſconſultus inſignis/Doctor celeberrimus Thomas Doccius:q uix ſexageſi
mo expleto ætatis ſuæ anno/morte præoccupatus ẽ:& ſublatus nobis ex oculis uir oĩ pene genere laudis/ac uir
tutis pditus:ingenio/doctrina/Iuſtitia/ pbitate clarus:& qd de Principe Porciæ gẽtis Catone Hiſtorici pdũt: Se
nator optimus:optimus orator:pro Impatore optimo:optimus legum ac Iuris iterpres. Quodq; de. Q. Sceuola
tradit/homo oium diſciplina Iuris ciuilis eruditiſſimus:Iuris peritoꝝ eloquentiſſimus:eloquentiũ Iuris peritiſſi
mus. Cuius doctrinã/& legalẽ ſapiẽtiã/nõ mõ tota admirabat Italia:ſed exteræ quoq; lõginquæ/ac Tranſalpinæ
natiões plurimi faciebãt. Ac multos ſæpe ex Galliis:multos ex Germania:multos ex utraq; Hiſpania: multos ex
Luſitania:multos ex Anglia:multos ex Sicilia:multos ex Sardinia:multos ex cæteris orbis gentibus ad hãc urbẽ
colendã:ad hauriendã doctrinã:eius unius huius hois fama pduxit. Ab ultimis pene finibus complures tanq̃ del
phicũ quoddã petẽtes tẽplũ:huius uiri adibãt:ac frequẽtabãt domũ:ſummã uiri prudẽtiã:& ſolertiſſimũ cõſiliũ
exquirebãt. Reſpõſa eius uere reſpõſa prudentis:& q̃ſi oracula quædã plena fidei: plena ueritatis nõ imerito exi
ſtimabantur. Nunquã aut in uerbis/aut in ſcriptis ſuis ſecũ pugnauit:ſecũ ſemp ipſe cõſenſit. Quare & Doctorẽ

ueritatis hũc uirũ tota Sicilia & pleriq; nõ ignobiles populi uulgo appellare cõſueuerũt. Itaq; ob ſummã ĩgenii/doctrinæ/ac ꝓbitatis laudẽ/a tenui loco ad maximũ gloriæ faſtigiũ euaſit: oĩbus reipub. functus honoribus: fœcunda ꝓle ſeptus/opibus & fortunis florẽtiſſimus. Gratus oĩbus: ĩprimis dilectus bonis: & q̃ maxima & ampliſſima eius uiri laus erat. Sũmo Põtifici Pio. II. quẽ & docuit: maxime charus. Sed qs mirificas eius uiri laudes ſatis referre poſſit? Ciuitati q̃ charus fuerit/mœrore funeris iudicaẜ. Itaq; dicere auſim/ nos moueri oportere tali uiro orbatos: qui omnibus ꝓfuit: qui cõmuni ſemper utilitati cõſuluit: q patriã uiuit: & eã plurimũ illuſtrauit. Cuius mors luctuoſa ſuis ẽ/acerba patriæ/grauis bonis oĩbus. Nec tamẽ negamus. ſi qd mali eius morte accidit: id ſolis accidiſſe nobis priuatis frugi hoĩe/& ſapiẽtiſſimo uiro: cũ ipſo aũt fœliciter actũ eẽ: q oĩbus defunctus ẽ hũanæ uitæ laboribus: ac ſoluto corporis carcere/ad meliorẽ uitã migraſſe putãdus ẽ. Quod qdẽ de oĩbus bonis ac ſapiẽtibus uiris ꝓculdubio ſperare debemus. Nã ſpes iuſtoꝝ imortalitate plena ẽ: & illoꝝ aĩæ ĩ manu ſunt Dei: ac tã & ſi oculis inſipientũ mori uideanẜ: illi tamẽ & ĩ pace ſunt: & qete ac beatitudine ꝑfruunẜ. Propter qđ ꝓbe Socrates magnus phũs/Cicerone teſte/diſſeruit duas eẽ uias/duplices curſus aĩoꝝ e corporibus excedẽtiũ. Nã q de humanis uitiis cõtaminauiſſent/ ac ſe totos libidinibus dediſſent: qbus cæcati uelut domeſticis uitiis/ atq; flagitiis ĩquinauiſſent: uel repub. uiolãda fraudes inexpiabiles cõcepiſſent: his deuiũ quoddã iter eẽ ſecluſum a cõcilio Deoꝝ. Qui aũt ĩtegros ſe caſtoſq; ſeruaſſent: qbuſq; fuiſſet minima cũ corporibus cõtagio: ſeſeq; ab his ſemp ſeuocaſſent: eſſentq; ĩ corpibus hũanis/uitã imitati Deoꝝ: his ad illos: a qbus eẽnt ꝓfecti/reditũ facile patere. Atq; hoc illud ẽ: qđ in Gorgia a Platone dr̃: eos/q iuſte/pieq; uixiſſent: cũ e uita migrarẽt: ad beatoꝝ ĩſulas: hoc eſt: ad Paradiſi delitias ꝓficiſci: ubi exẽpti ab oĩ malo/ĩ fœlicitate degerẽt. Qui uero iniuſte/atq; ĩpie uixerit/ĩ punitiões ac pœnaꝝ carcerẽ: quẽ appellãt Tartarũ/ire. Nã mors ꝓinde eſt: ut eoꝝ uita fuerit: q uitã hãc mortalẽ deſerũt. Et mors qdẽ peccatoꝝ peſſima: quẽadmodũ iclytus uaticinaẜ ꝓpheta. At cõtra/ꝑtioſa ĩ cõſpectu dñi mors ſanctoꝝ eius: Quã ut aſſeqẜ is: q mõ uiã uniuerſæ carnis ĩgreſſus ẽ: ſupplici uoce/atq; humillimis ꝑcibus obſecramus eũ q uult oẽs hoĩes ſaluos fieri: q uitã perennẽ tribuit oĩbus: q cõfidũt in eo: q ſaluos facit: q beatos reddit oẽs: q ĩplorãt clementiã eius: & q illã inuocãt ĩ ueritate. Sed iã tp̃s ẽ/funus efferri: & defuncti manibus parentari. Et qm̃ ita carnis cogit ĩfirmitas: atq; ipſa poſcit hũanitas/lugeri tãti uiri mortẽ. Quãq̃ nefas ẽ: quẽadmodũ nõ de Virginio ſolũ: ſed de oĩbus ſũmis ac ſapiẽtibus uiris recte dr̃: aut fleri: aut oĩno mortẽ uocare: qua tãti uiri mortalitas magis finita q̃ uita ẽ. Viuit. n. Thomas Doccius: uiuetq; ſemp: atq; ẽt latius ĩ memoria hoium/ & ſermone uerſabiẜ. Quando memoria bene redditæ uitæ conſenſu omnium ſempiterna eſt. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Funebris Oratio. V. Quam ipſe habuit in funere clariſſimi uiri Petri Ruſſii Senenſis/ eminentiſſimi & Philoſophi & Theologi noſtro tempore.

NEqueo ſine lachrymis affari uos hodie uiri ꝑes: dũ cogito ſublatũ e terris Petrũ Ruſſiũ/Doctorẽ nobiliſſimũ: cuius uita nõ mõ ꝑclarã hãc ciuitatẽ: nõ mõ totã Italiã/& ꝓximas terraꝝ regiones: ſed uniuerſam quoq; nationũ fideliũ cõcionẽ: doctrinæ ſplẽdore/& admirabili ſcientiæ laude plurimũ illuſtrabat: cuius mores ab ipſis uſq; tenellæ ætatis primordiis: uſq; adeo in oẽm uitã ꝓbatiſſimi extiterunt: ut uere ad uirtutẽ: ad ſapiẽtiã: ad cõem hoium utilitatẽ natus eſſe uidereẜ. Sũmã nãq; eius uiri ĩtegritatem: ingenii magnitudinẽ: doctrinæ laudẽ: nõ mõ nr̃a rudis nequeat oro: ſed ne eloquentiſſimi cuiuſq; uiri copia atq; ubertas ſatis explicare poſſit. Quare ex ĩfinita quadã reꝝ abũdantia ac uarietate: quas tãti uiri ꝓbitas/ & huius defuncti Doctoris ſuppeditat gloria: unũ dari mihi ĩtelligo dicẽdi locũ: ſi ad lugendã eius uiri migrationẽ ac mortẽ uos uiri patres fuero cohortatus: & cõem nõ mõ huius patriæ: ſed totius etiã chriſtiani generis iacturã deplorauero. Hodie proh dolor optimo uitæ Duce: præclaro oĩum diſciplinaꝝ artifice: ꝑceptore bene uiuẽdi ꝑſtantiſſimo: ĩſigni Philoſophiæ ac Theologiæ ꝓfeſſore: ſacraꝝ ſcripturaꝝ uero interprete orbati ſumus. Quod nos iure optimo documẽtũ ꝓbitatis: exẽplũ pudicitiæ: uirtutis ſpeculũ: doctrinæ lumẽ: maximæ laudis/ĩtegritatis fulgẽs ſydus ſapiẽtũ uiroꝝ teſtimonio atq; cõſenſu appellauerimus. Hodie ſoluto carnis ergaſtulo/& corporeis laxatis uinculis/res hũanas deſeruit: q res hũanas cõtẽpſit ſemp: ac ꝓ nihilo habuit. Solũ Deũ puro & mũdo cordis affectu ac uirginali ĩtegritate ſectatus ẽ. Qui/ut eccleſiæ uerbis utar/pius/prudens/humilis/pudicus/ſobrius/caſtus/fuit & qetus: q̃ diu fragili carne & mole corporis circũdatus eſt. Qui ꝓcalcatis terrenis delitiis/ſpretis mũdi honoribus/reiecta ſæculi põpa/eã ſapiẽtiã amplexatus ẽ: q̃ ad deũ ideſt/ad ſũmũ & incõmutabile bonũ ſola ꝑducit. Theſaurizauit. n. Theſauros ĩ cœlo: quoꝝ imarceſcibilis atq; æterna poſſeſſio ẽ. Audeo ꝑhibere nõ ambiguũ uirginitatis eius teſtimoniũ: cuius cõuerſatio oĩs ĩ ſpeculatiõe diuinaꝝ reꝝ/& ĩ cœlis uerſabaẜ. Qui nunq̃ ocioſus: nunq̃ ſolus erat. Legebat ſemp aliqd: ſcribebat: docebat: cõtẽplabaẜ. Sociã habebat mẽtẽ: ad res altiſſimas cõſiderandas: ſpũm ſcũm comitẽ: q loquebaẜ in eo/ieiuniis/helemoſinis/uigiliis/orõnibus diligentiſſime ſemp intentus. Qui diuino canẽte ꝓpheta/nõ iniuria beatus dicẽdus ſit: ſi in lege dñi fuit uoluntas eius: & ĩ lege eius dies ac noctes meditatus eſt. Quippe q ſanã doctrinã docuit: uiã ſalutis oſtendit: ueritatẽ meditatũ eſt guttur eius: & labia eius deteſtata ſunt impiũ. Euãgelicã uitã & uixit ſimul/& docuit: ut teſtimonio Saluatoris nõ ſine cã magnus uocandus ſit in regno cœloꝝ. Erat eius domus officina bonaꝝ artiũ: unde ꝑcepta uitæ/ ſalutares monitus/ exortationes uirtutis/exẽpla laudataꝝ reꝝ oĩum ꝓficiſcebanẜ: ut merito ĩter eos annumerãdus ſit: qui ſal terræ/ & lux mũdi/a Saluatore uocanẜ. Os eius annuebat ſapiẽtiã: & ſacris lectionibus aſſidue circũſonabant aures eius. Itaq; uniuerſa ſacra uolumina ac diuina quæq; oracula in eccleſiis benedicẽs dominũ explicauit. Et incipiẽs a Moyſe/percurrit ꝓphetas: ſacras ꝓuoluit hiſtorias: nouã legẽ ĩterpretatus ẽ: ac diligẽter expoſuit. Multa multis de rebus & ꝑclara uolumina: incorruptos libros edidit. Nec hactenus uel in eloquiis/uel in ſcriptis eius ullus ꝓrſum inuẽtus eſt error. Nihil obſcurũ/nihil inexplicatũ reliqt. Atq; ut taceã in diſſerẽdi diſciplina: in morali ſapiẽtia: in Phyſicis ac Methaphyſicis ſpeculationibus: ĩ tota deniq; Philoſophia Ariſtotelis ſcripta: explanauit Moyſi libros Geneſi n: Exodũ: Leuiticũ: Numeros: Deuteronomiũ: Librum Ioſue: Librum Iudicũ: Librum Ruth: Libros Regũ: Libros Paralipomenon:

Libros Paralipomenon:Libros Ezræ/& Neemiæ:Librũ Thobiæ:Librum Iudith:Librum Heſter : Librum Iob:
Pſalteriũ Dauid ꝓphetæ:Salomonis ꝓuerbia:Librũ Eccleſiaſten:Canticũ cãticoꝝ:Librũ Sapiẽtiæ:Librũ Eccle-
ſiaſticũ Ieſu filii Syrach:Prophetas oẽs:Primũ Eſaiam:Hieremiã:Baruch:Ezechielẽ:Danielẽ:tum librum duode
cim ꝓphetaꝝ:Oſeæ/Ioelis/Amos/Abdiæ/Ionæ/Micheæ/Naum/Abbacuch/Sophoniæ/Aggei/Zachariæ/ Mala
chiæ:Libros Machabeoꝝ.Explanauit Euãgeliũ Matthæi:Euãgeliũ Marci:Euãgeliũ Lucæ:Euãgeliũ Ioãnis : ſa-
cras Pauli apoſtoli epiſtolas:ad Romanos:ad Corinthios:ad Galathas:ad Epheſios:ad Coloſſenſes:ad Theſſalo-
nicẽſes:ad Philippẽſes:ad Timotheũ:ad Titum:ad Philemonẽ:ad Hebræos:Actus Apoſtoloꝝ: Canonicas epiſto
las Iacobi/Petri/Ioãnis/Iudæ:Apocalypſim Ioãnis apoſtoli.Subtiliter diſſeruit q̃ ĩ ſniaꝝ libris de ſacroſancta/atq;
ĩdiuiſa Trinitate:quæ de mundi & reꝝ oium creatione:q̃ de ſacris Dominicæ ĩcarnationis myſteriis:q̃ de ſaluta-
ribus ſacramẽtis ab eccleſiaſticis Doctoribus ꝑtractanẽ.Sacros Doctores quẽadmodũ ſecutus/ita etiã uere/ac di-
lucide interpræratus eſt.Imprimis Gregoriũ/Ambroſiũ/Auguſtinũ/Hieronymũ.Sed & ueteres ac ꝓbatiſſimos
quoſq;:Cyprianũ:Hilariũ:Lactantiũ Firmianũ:Leonẽ:uenerabilẽ Bedã:maximũ Fulgẽtiũ:Remigiũ:Iſidorum:
Proſperũ:alios cõplures.Quinetiã pfamiliares habuit Baſiliũ/Gregoriũ Nazãzenũ/Ioãnẽ Chriſoſtomũ/Ioannẽ
Damaſcenũ/Dionyſiũ Areopagitã:Originẽ:cæteroſq; Græcæ ſapiẽtiæ ꝑitiſſimos.Tum Albertũ Magnũ : Tho-
mã Aquinatẽ:nec ommiſit Bonauẽturã:Alexãdrũ de Ales:Frãciſcũ Mayroniũ:Ioãnẽ Scotũ:Petrũ Aureolũ: Mi
chaelẽ Scotũ:in pretio habuit:ac maxime coluit Doctores celebres:Egidiũ Romanũ:Gregoriũ Senẽſem conciuẽ
noſtrũ ꝑilluſtrẽ:Ariminẽſem Gregoriũ:reliquos ꝑterea oẽs:q & noie & auctoritate digni ſunt.Qui igiẽ non do-
leat:quis nõ defleat tanti uiri amiſſionẽ:cuius præſentia & uita in terris mirificos:uberrimos/ac ſanctiſſimos fru-
ctus ꝓferebat?Lugeat nõ modo nobilis Ruſſia domus:quæ talẽ ac tantũ uirum genuit/ſed etiã tota Senẽſis ciui
tas:Lugeant doctiſſimoꝝ hoium coetus:& tota circunſtantiũ corona.Lugeãt totius Italiæ glorioſa Gymnaſia:in
quibus lux ſulgẽtiſſima ſubito extincta eſt.Quis nõ deploret ſublatum ex oculis tam præclarũ ſpecimen:ac do-
ctorẽ noſtræ memoriæ clariſſimũ/abreptum nobis:uix quinto & quiquageſimo exacto(niſi fallor)ætatis anno?
Orbati tam ſplendido lumine:q̃q̃ moriendũ eſt oibus lege naturæ:indulgeamus tamẽ humanitati & lachrymis:
magni uiri & doctoris funera gemitu proſequamur/paſſi ob eius cõmigrationẽ grauem iacturam : nec minus ta-
men credamus/quãtum fas eſt:uirum doctrina & uirtute probatiſſimum.Fide/ſpe/& charitate ꝑfectum/ tranſla
tum in beatoꝝ domicilium:ubi beatus æuo ſempiterno fruatur. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio.VI.De uita & obitu præcellentiſſimi & Philoſophi & Medici Bartholi Turei Senen
ſis/in toto Latio celeberrimi.

SEmpronius Aſellio uir doctiſſimus/& nõnulli ꝑterea hiſtoriæ Romanæ ſcriptores.P.Craſſum Mu-
tianum clarũ & inclytũ uirũ fuiſſe tradunt:& beatũ idcirco ꝓhibẽt:quod quinq; habuiſſe reꝝ bona-
rum maxima & ꝑcipua arbitrati ſunt.Diuitias:nobilitatẽ:eloquẽtiam:prudẽtiã Iuris : Põtificii digni-
tatẽ.Nõ ſunt hæc ſpernẽda/nec cõtẽnenda ſiue Fortunæ:ſiue potius coeleſtis Principis munera . Sed
perinde hæc ſunt oĩa:ut certe eoꝝ animi:in quos ceciderint.Nã bona ſunt iis qui bene utunẽ:mala iis cõtra:q ma
le.Diuitias:ſi iuſtum nactæ ſunt poſſeſſorẽ:fortunæ ornamẽta:uitæ ꝑſidia:uirtutis ĩſtrumẽta ducimus res ẽ præ
clara nobilitas:ſi ad claritudinẽ generis:ſi ad lõga ſtẽmata/ac ſplendorẽ ſanguinis:uirtutis decus:ſpecimẽ ꝓbitatis:
incorrupti atq; ĩculpati mores acceſſerint.Eloquẽtia tanq̃ humanæ cõciliationis Princeps:magno ſemꝑ in honore
eſt habita:ſi tñ cũ ſapiẽtia fuerit & moderatione cõiuncta.Iuris prudẽtia/& ipſa quoq; ad tuendã hoium ſocieta-
tem/plurimũ certe momẽti habet.Si quis tñ uitæ ĩtegritatẽ eã adhibuerit:ut ab omni auaritiæ labe & cupidita-
te quæſtus prorſus abhorreat.Honoꝝ gradus/& dignitatis amplitudinẽ ita demũ laudamus:ſi forſan crimẽ abſit
affectatæ gloriæ:& ꝓcul repellaẽ ambitio.Ita beatũ Craſſum quẽpiã iudicabimus:ſi ditiſſimus:ſi nobiliſſimus:ſi
eloquẽtiſſimus:ſi Iuriſcõſultiſſimus:ſi Pontifex Maximus fuerit.His muneribus ita demũ beatitudo cõſtabit:ſi
exteriora hæc/& quaſi quædã fortuito dona tributa mortalibus:mẽtis bonitas/atq; animi bona ꝑceſſerint . Nos
q̃ Hiſtorici ꝓbabilius eũ beatũ & habẽdũ & appellãdũ ſtatuimus:in quo alia qnq; lõge ꝑclariora munera/& q̃ſi
ꝑtioſa talenta quædã effulſerint.Si quis optimo ſit natus ĩgenio:ꝑditus ſũma reꝝ cognitione/atq; doctrina : ſin-
gulari ſapiẽtia ornatus:eximia ꝓbitate ac uirtute decoratus:ꝑcipua auctoritate munitus. Magna uis eſt igenii ad
excogitandũ:q cũ docilitas ad facile ꝑcipiendũ:ad retinẽdũ uero memoria reꝝ theſaurus naturali quadã ſocieta-
te iungunẽ.Hæc ſunt.n.mea qdẽ ſnia reliquoꝝ oium fundamẽta bonoꝝ.Quanta eſt doctrinæ laus:ꝑ quã nobis
ueritas eluceſcit:mens illuſtraẽ:uita expoliẽ humana:noſtræ dignitatis decus effulget.Humana ꝑſtantia longe a
quadrupedũ natura diſiungiẽ.Fons cõſilii:ꝓuidẽdi ratio:agendaꝝ reꝝ modus/atq; ordo:unde quæſo aliunde/q̃
a ſapiẽtia eſt?Dux certa ſalutis rebus oibus moderaẽ:humanos regit actus:erroribus liberat : tutiſſimũ recte ui-
uendi iter oſtendit.Ad portũ optatæ quietis:ad calcem beatitudinis uſq; ꝑducit.Virtus ſola eſt hoïs ac certa poſ
ſeſſio.Cætera aliena ſunt oĩa:hæc tantũ nr̃a eſt.Quippe quæ nec ꝑ uim eripi cuiuſquã:nec ſurripi ꝑ fraudẽ põt.
Nullis expoſita ꝑiculis eſt:nullis prorſum patet ĩſidiis.Hæc uitæ ĩſeparabilis comes ꝑpetuo nobiſcũ demoratur:
peregrinaẽ:cõquieſcit.Hæc nunq̃ deſerit.Hãc unã nobiſcũ ferre poſſumus.Hæc aium ꝑficit:uitã tueẽ : fortunam
exornat:mortẽ contẽnit:in bonis mortẽ ducit:ꝑ mortis ianuã ad uitã meliorẽ aditũ ꝑbet . Auctoritas teſtimoniũ
ꝓbitatis exiſtit:ſũmæ laudis monumẽtũ:ꝑſpectæ ĩditiũ fidei:iucundũ quoddã mẽtis pabulũ:columẽ uirtutis:ui
tioꝝ flagrũ bene actæ uitæ perẽne decus.Quiſnã igitur dubitet Bartholũ Tureũ foelicẽ cõprobare:in quo uno
quæ modo explicata ſunt oĩa affatim & abunde ꝑfulſerint?Quã ſplendido uir fuit ĩgenio?Quã ĩcredibili rerũ
poene oium cognitiõe/atq; ſciẽtia?Quã ſingulari ac poene diuino oibus in rebus pollebat cõſilio?Quãta quãq;
ĩcredibili uirtute/fide ſeptus erat/atq; cõſtantia?Quãta nõ ſolũ in patria:ſed apud finitimos populos auctorita-
te ualebat/& gratia?Quãta uel apud exteras nationes apud multos/& qdẽ claros Principes & laude & fama cla
rebat?Per ætatũ gradus ad ſũmã ꝑfectamq; ſapientiã ſemꝑ ĩtendẽs/maximaꝝ reꝝ ſtudia cõſectatus eſt:ea ferme
ſ

nunq̄ ītermiſit:ſed ne remiſit qdē:niſi raro admodū florētibus annis:& uſq; in ſenectā/& ſeniū/uirtutis ac ſapien
tiæ exercitationē:& ſalutis opa nō reliquit. Ad hoīes iuuādos natus/cū ſe ꝓbe excoluiſſet:diuinā quādā medēdi
tum cognitionē/tū peritiā aſſecutus:totū ſeſe ad ferēdū uitæ auxiliū/& opē ſaluti p̄ſtandā accōmodauit. Reme
dia poſcētibus fide/diligētia/cōſilio/opa/nunq̄ defuit:q cū ſex & octoginta fere annos uixerit/duo de ſexagin
ta in curādis lāguoribus/in ſanādis ægrotis/aut eo fortaſſe amplius/annos exegit:ut unus ꝓpiſſime acceſſiſſe ui
deaf ad illū q̄ſi triſæclū quēdā/ac longeuū ſenē Auenzoar diutiſſime in eodē peritiæ genere uerſatū:quē uixiſſe
tradit Auerrohus lōgo tpe:& ad centū & triginta qnq; annos ætatē ꝓduxiſſe/& plerāq; illā in medēdi exercita
tione cōſumpſiſſe. Quapp Medicæ artis prīas eas ſtatuit deferēdas Auerrohus. Sed ad noſtrū Bartholū reddea
mus:q ſemp quas medicina nō p̄ſcribit horas/male habētibus p̄ſto erat. Sæpe cōcubia:ſæpe ītēpeſta nocte & ante
lucano tpe uiſebat uariis morboꝝ generibus preſſos:ſi ſe illis ꝓfuturū cōſpicaref: uel poſthabendæ Græcoꝝ ui
giliæ/& lucubratiōes Bartholi curæ/ac ſtudio uiderenf. Qui uidit:& crebro exptus eſt:ueꝝ phibet teſtimoniū.
Miſericordē ſeſe idigētibus p̄buit. Egenū & pauperē nō deſpexit. Piam opē multis p̄ſtitit. Siqua foret aut ſpes ui
tæ/aut uia ſalutis/mirā Bartholus adhibebat iduſtriā. Quos moriēdi neceſſitas peteret:i iis mirabile dictu/raro
p̄ſagiētē Bartholū īteritus hora:uel tpis potius fallebat athomus:cū tā ad ſenectutē peruenīſſet:& diuturna q̄dam
medēdi exercitatiōe polleret. Ita pariter hūanoꝝ corpoꝝ ſecreta rimabaf:& Medicinā ſolertiſſime pcallebat:q̄
una diſciplinaꝝ maxie fuit oīum humāo generi ſalutaris:& magnis priſcis quoq; tpibus celebrata p̄coniis: q̄ pri
mū celeberrimo auctore teſte Plinio/īuētores ſuos cœlo dicauit. Hæc.n.pp ſummā eius utilitatē/tāti æſtimari a
ueteribus cōſueuit:ut pro Ciceronis ſnīa/Deoꝝ īmortaliū ſit īuētioni cōſecrata:ut Apollinē:quē tāti faciebat an
tiqtas/eiuſce artis īuētorē primū fuiſſe tradāt:quē ſecutus Aeſculapius/medicinā quoq; uehemēter auxit. Verū
(ut ommittā priſcos illos:q primi uel īueniſſe hāc artē:uel pditā reuocaſſe:uel cultā amplificaſſe phibenf Podali
riū:Machaonē:Orpheū:Muſæū. Heſiodū:tū Hippocratē Coum:Galenū Pergamenū:p̄clarū Auicēna hiſpalen
ſem:Aſclepiadē:Heraſiſtratū:aliosq; poene īnumerabiles:q maxie admiratiōis ſunt habiti:quos laudare malim/
q̄ cū cæteris cōparare) ad Italos noſtros & recētioris memoriæ Medicos ueniā. Gloriaf Patauiū Petro Hebano:
gloriaf Marſilio. Florētia Thadeo ſuo/& Truſiano. Chriſtophoro honeſto Bononia. Forum Iulii Iacobo. Verona
Gerardo Bolderio:Ioāne Herculano:nec parū etiā amico nr̄o Petro ſacco. Alii p̄terea populi aliis. Sena uero una
īprimis iure gloriari poſſit duobus luminibus Vgone Bētio:& Bartholo Tureo:quoꝝ igeniū/doctrinā/peritiam
Philoſophiæ/ac maxiaꝝ diſciplinaꝝ laudē/tota admiraf Italia. Sūmā bonaꝝ artiū cognitionē & optimus qſq;/&
uulgus oē p̄dicat:& maximis extollit honoribus. Sūt & alii hodie Senēſes Medici illuſtres:quos poſſum mōſtra
re:& uos de qbus loquar/minime ignoratis. Sed nolo blandiri uiuētibus. Cæteros nūc miſſos faciā:& ad Bartho
lū noſtrū redibo. Illud affirmare nō dubitē:hūc unū cū īprimis cōtēplationē cū actiōe cōiunxiſſe. Quis neget fœ
licē Bartholū:q in utroq; genere uerſatus/utrūq; eſt cumulatiſſime aſſecutus? Vt nō iniuria beatus uideri poſſit
in terris:ſi eē hoīs (id qd dicere ſolebat Auerrohus) pro ultima ꝑfectione eius:atq; abſoluta ſubſtātia ē:ſiqs ſpe
culatiōe ac reꝝ ſciētia fuerit cumulatus. Hæc eſt.n. ultima (ut idē ait) atq; extrema fœlicitas:& uita utiq; ſempi
terna. Cūq; uirtutis laudē Bartholus ſitā in actiōe cognouiſſet:ita ſcite/ac ſapiēter diſtribuit oē tpſ:ætatis ut agē
do/cōtēplando/docēdo/diſceptādo/medēdo/nullā tpis partē effluere patereſ inanē. Rē familiarē ꝓbe curauit:rē
ruſticā nō neglexit:rēpu. cōſilio/ſtudio/omni officio ꝓſecutus eſt. Magiſtratus quoſq; nr̄æ ciuitatis ampliſſimos/
īcredibili q̄dā cū laude geſſit:amicoꝝ ꝓſpexit cōmodis:ſtudioſos ſapiētia uiros paterno ſemp amore cōplexus ē:
ut quos ſua īſtitutiōe docuiſſet:octogīta/aut eo fortaſſe amplius/Medicinæ ac philoſophiæ laurea coronauerit:
ut in oē latiū/inq; oēs fideliū populos/doctrina tāti uiri/ac fama puaſerit. Sed p̄cipua i eo uirtus eluxit. Quæ cu
iuſq̄ ſit nr̄a tēpeſtate/ciuilis hoīs tāta ꝓbitas:q̄ cū Bartholi fide/inocētia/ītegritate/cōſtātia/animi magnitudīe cō
ferri poſſit? Cōſtās ac ppetua recte uiuēdi rō/& imutabilē optimæ mētis ꝓpoſitū etiā poſteritatis memoriā nō
latebit. Pueritiā cōtriuit i litteris. Ludos cōtēpſit. Adoleſcēs altiora ſtudia cōplexus flagitiū: & Venerē tanq̄ ſco
pulū fugit Iunior ciuibus tū ſingulis/tū uniuerſis ꝓdeſſe ſtuduit. Reliquū oē tēpus ætatis ad cōem utilitatē &
ad hoīum ſalutē cōtulit. Mira fuit hoīs tēperātia. Tenui uictu cōtētus/lautiora aſpnabaf conuiuia. Mos illi fuit/
quaſi uni ex ueteribus Romāis:ut frequēter cibū ſemel īterdiu & leuē & facilē ſumeret:ut pdiu in offenſa uali
tudine uixerit:ſi nō effectū corpus/ac iā extremo cōfectū ſenio/clades iuaſiſſet ꝓfluētis humoris: q̄ iā cœli (ut mi
hi qdē uidef) humectioris uitio cadēs/ne ipſis qdē lactētibus parcit. Sed difficilius eſt:in tā ubere capo/orationis
modū/q̄ dicēdi copiā īuenire. Ipſe igitur me cōprimā:& iā tādē ad finē feſtinabit oratio. Nō poſſum nō fœlicē ad
modū Bartholū iudicare:q acutiſſimus:q doctiſſimus:q ſapiētiſſimus:q itegerrimus:q iſignis/fuerit auctoritate
& ſplēdore nois. Hic cū ītellexiſſet etiā ſapiētē ſacrū decere cōnubiū:parū admodū remiſſis cōtēplatiōis ſtudiis:
Dādā claris ortā parētibus/caſtiſſimā duxit uxorē. Erat ſibi cū illa:q̄lis philoſophū cōgreſſus decet:nō ad uulgi cō
ſuetudinē/aut ad uitæ delitias/matrimonii fœdera:ſed ad ſobolis ꝓcreationē referebat:ut nō ſecus cōiugii legē/
q̄ ſacra q̄dā tuereſ:unde fuit Bartholo nō ī fœcunda ꝓles. Thomā memini eius filiū: q padoleſcēs Fato functus
eſt. Forma corporis/& digna claro patre ſpecie/ſupra ætatē magnā uirtutē/tenerioribus annis/atq; eruditionē cō
parauit. Huius nō diſſimilis Bādinus nūc ſupſtes/ita prudētia excellit:& laude:ut ſenectutis annos/& quādā ue
lut p̄cocē auctoritatē adeptus uideaf. Sed nolo p̄ſentibus blandus eē. Taceo ſemellas eius filias:q̄ maxi[illegible]ſum
mū pudicitiæ decus & uerecūdiæ/ac muliebris ꝓbitatis nomē/primatibus qbuſdā nr̄æ urbis nupſerū[illegible]s. Vi
dit nepotū gregē utriuſq; ſexus:qbus p̄clara īdole ornatis/ſuā Bartholus mirū in modū ſenectutem [illegible]bat.
Fortunis Bartholus ampliſſimis floruit:q opibus & reꝝ bonaꝝ oīum circūflueret copia:potiſſimū u[illegible]nſilii/
ꝓbitatis/ſapiētiæ/doctrinæ/gloria. Sed ea tn̄ etiā in ſecūdiſſimis rebus moderatiōe fuit:ut nunq̄ q̄ſi [illegible] mul
tis eſſe uidereſ. Nemini ſe p̄ferebat. Ab īmutabili uitæ cōſtantia nunq̄ diſceſſit. In utraq; fortuna ſe[illegible] præ
ſtitit:q ꝓſperis minime unq̄ efferreſ:& aduerſa fortiter tolleraret. Nam (ut omittam alia) quo aio [illegible] filii

morté tulit:liceat nobis eum Socrati & Lælio comparare:de quibus dicitur:quod una erat frons: atq; idem illis
ſemper uultus. Quam uero laudabiliter humana contempſerit:ultima eius indicauit uoluntas. Nam ita omnia
recte/moderate/ſapienter inſtituit:ut totus ad eum uerſus: unde eſt omnis creationis initium: ea præſcripſerit:
quæ ſecundum rationem & ſecundum diuinam legem probarentur. Et illud (ut coniectari licet) probans Ennii.
Nemo me lachrymis decoret:neq; funera faxit:in probro habendum ſtatuit:quod a Sapientis grauitate lõge ab/
horrere cognouerit:& de campano tumore/ac poetica uanitate deprompſit Neuius.

Immortales mortales ſi foret fas flere: Itaq; poſtq̃ eſt Orcio traditus theſauro.
Flerent diuæ Camænæ Neuium Poetam: Obliti ſunt Romæ lingua latina loquier.

At cõtra Bartholus habens oïa mortalia ac terrena pœne pro nihilo/cœleſtia atq; æterna ſuſpiciens:pompã fune
ris/aſpernatus uulgi moré/ĩterdixit:& ſepulturæ decreuit modũ:ut in ꝑpetuo illo ſuo & cõſtanti mentis de con/
tẽnendis humanis rebus ꝓpoſito/ad ultimos eum uitæ terminos perſtitiſſe plane oẽs intelligerent:liquidoq; co/
gnoſcerent. Et ut ſemper cum uirtute/& beate uixit:ita pie ſeſe ad mortem præmunit:quã nunq̃ timendam du
xit:& obiturus uere ſapientis functus eſt munere. Quod ſi nemo iure unq̃ deplorauit ſe mortalem genitũ: quis
eum defleat:qui uiuens ſummã ſapiẽtiam adeptus eſt:moriens ſummã uitæ laudẽ cõprobauit:per morté æterni
tatem nois cõſecutus? Non decet laudare poſt morté. Laudandus eſt nauta:quum ad portum peruenerit. Portũ
nõ iniuria Bartholum putem attigiſſe ſalutis. Comprecemur æterni Principis Maieſtaté:ut eius ſpiritũ trãſferat
in ſalutis domicilium:qui uiuens mortalium ſalutem omni ſtudio ſemper tueri conatus eſt. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi funebris Oratio. VII. De morte & laudibus generoſiſſimi æquitis & integerrimi/atq; clariſſi
mi/& nobiliſſima Senenſis ciuitatis familia orti ciuis Franciſci Aringherii.

FLeuit Dñs Lazarũ:id qđ ſacra eloquia ꝓdiderũt:fleuit Deus & hõ mortalẽ hoiem/morte affectũ/ui
ri patres:qa uehemẽter amabat eũ. Quẽ erat ſuſcitaturus a mortuis/fleuit Saluator noſter Ieſus Xp̃s
quatriduanũ in monumẽto fetẽtẽ quo uidelicet nr̃æ idulgeret ĩbecillitati:ſi eos quoq; defun
ctos uita defleamus:q chari nobis in uita/iuſtis de cauſis extiterũt. Quod dum ipſe aio & cogitatione
cõplector/nõ pudet me aliquãtiſper dolori idulgere/& lachrymis:qđ e cõſpectu & oculis ſublatus eſt noſtris Frã
ciſcus Aringherius æques/nobilitate generis ꝑſtãtiſſimoꝝ ac doctiſſimoꝝ hoium: Epiſcopoꝝ & Cardinaliũ co/
gnatione/& lõgo ſtẽmate clarus:uir ꝓbitate/ſapiẽtia fama illuſtris. Qui cum uixerit annos circiter ſexaginta/oẽs
pœne quoad nobis cõpertũ eſt/nõ in uanis ſæculi huius oblectamẽtis:nõ in aliqua turpitudinis labe:nõ in uolu/
ptatũ illecebris:nõ in ulla deniq; uitii ac ſceleris fœditate:ſed in amplectẽda/colendaq; uirtute:in parãdis bonis/
atq; igenuis artibus:in patriis laudibus amplificãdis/atq; exigẽdis cõſumpſit. Qui illico a puero natus eſt ſenex:
& grauitaté prudẽtiãq; ſuxit cũ lacte nutricis:ac ꝓpterea quãtus q̃tus erat:totus ſapiẽtia & uirtus erat. Ac ſubin/
de optimus uir ſemp/& frugi. Vtilis patriæ & reipu. utilis liberis/uxori/& ſuis oĩbus:utilis ꝓpinquis: utilis ami/
cis:utilis oĩbus:q noti ſibi:qbus notus ille erat:charus ciuitati:charus ſingulis ciuibus:charus finitimis: charus ex/
teris populis:gratus ſũmis Põtificibus:oĩbus inq̃:q ſua ætate in Apoſtolatu ſederũt:gratus Cæſaribus: gratus re
gibus & magnis Principibus. Sed qđ nã obſecro tantopere charus & gratus fuerit Frãciſcus Aringherius? Erat qꝑ
pe nota & explorata ſumma uiri itegritas/ſapientia/moderatio/& ſingularis atq; excellens in omni genere laus.
Itaq; cũ ſemp in repu. præ cæteris maxie floreret in grauiſſimis reip. ꝑiculis atq; negociis:obiit Legatus Romam:
Neapolim:Venetias:Mediolanũ:Lucã:Florẽtiã:Ferrarã:Bononiã:Peruſium:cæteraſq; nõ ĩcelebres urbes. Totã
pœne Legatus illuſtrauit Italiã:bello & pace magna & ꝑclara geſſit. Lætos uidit dies multos:ſed illum utiq; fau/
ſtiſſimũ/cũ rediens a Venetis/clariſſimo in toto Latio Principatu:ſocietate cũ Venetis inita:magno totius popu
li plauſu exceptus eſt:feſta fronde coronatis ductus in Senatũ:& inde ab eodẽ ipſo ſupraq̃ explicari poſſit: hono
rifice reductus domũ. Quid de Alphõſo dicã celeberrimo noſtræ memoriæ Rege? Nonne ita hic uir unus apud
eũ auctoritate ualuit:ut uel renitẽtibus multis:traduxerit illũ in Senẽſis populi uoluntatẽ:atq; ſniam? Tum ui/
delicet/cũ Rex ipſe ꝑclariſſimus Ioãnẽ Baptiſtã Aringherium Frãciſci ipſius filiũ/puerũ admodũ ob patris gra/
tiam:& pp eximiã pueri indolem magnis affecit honoribus:& militari honeſtauit dignitate. Sed ex innumeris exẽ
plis/his ſimus contenti paucis. Nam plura afferre & ſup uacuũ eſt:cũ ſint plæraq; notiſſima:& difficile mihi: quẽ
in anguſto quodã/ac breui tpis articulo dicentẽ cõpulerunt:qui uires meas cæco amoris iudicio ſunt dimenſi. Ad
Frãciſcũ redeo:q uiuẽs i terris:ſemp p̃riæ ꝓfuit:p̃riã adiuuit:patriã tutatus eſt:& cunctis (ut aiunt) amplificauit
uiribus amicis nunq̃ defuit:publicæ ſaluti cõſuluit:pacẽ adamauit:ciuiũ cõcordiæ ꝓſpexit. In cõſilio prudẽs/i ſer
mone modeſtus: & gratus/in rebus agendis prõptus/atq; ipiger. Vir optimus iudicatus ſæpius Tribunus plebis/
ſæpius priceps populi:ſæpius Cẽſor fuit. Oĩbus defunctus eſt reipu. Magiſtratibus/nec in patria ſolũ: ſed i urbe
quoq; Roma ſũmis eſt affectus muneribus. Senatorẽ urbis iterũ geſſit. Indicãt Senatus populiq; Rõani iſignia:&
ꝑclara uexilla. Vbiq; laudes/ubiq; magnos eſt honores aſſecutus. Quãdoqdẽ ut Philoſophi tradunt/laus:& ho/
nor ueræ uirtutis ẽ ꝓmiũ. Quæ cũ cogito:& ipſe tẽperare a lachrymis nequeo:& luctũ ſuis:imo cunctis ciuibus
diſſuadere uix audeo:cũ uideã nos orbatos tãto uiro:& tantis decorato muneribus. Quãq̃ apud nos plus ualere
ratio debet:q̃ uel noſtra ĩbecillitas/uel trita ĩperiti uulgi cõſuetudo. Illa inquã ratio plus ualere debet: ꝑ q̃ plane
dignoſcit̃ cõcluditurq; nõ modo malũ nullũ eẽ mortẽ:ſed potius magnũ bonũ. Mors putanda eſt hæc mortaliũ
uita:plena laboris:plena miſeriæ/plena angoris/plena luctus. Id qđ deplorauit ſapiens Euripides auctor ꝓbatiſſi
mus/deplorat:& magno igenio uiri. Sed nec aſſentimur ĩdoctis qbuſdã:qui ſe ſapiẽtes ꝓfitent̃:& iterire cum cor
poribus aĩos arbitrant̃. Caligat eoꝝ mens cœcata uoluptatis illecebris:& turpiſſimæ ignorãtiæ obuoluta nebu/
lis. Vera diſſeruit Socrates:uera ſcripſit Plato & Academici plæriq;:& Peripatetici Philoſophi:q ĩmortalitatẽ ani
moꝝ certiſſimis argumẽtis:& rõnibus cõprobarunt:& duplices illoꝝ curſus cũ corporibus exceſſerit:ut qui ma/
le:& impie uixerunt:in tetrum carcerẽ demergãtur:qui uero bona egerunt:ꝑducantur ad ueræ beatitudinis glo/

riam. Vera imprimis nouit Magiſter gentium Paulus:cupiens diſſolui:ut cum Chriſto eſſet. Quod ſi moriẽdum eſt oibus lege naturæ:eoꝝ minime deflenda mors eſt:qui cum uirtute laudabiliterq; uixerunt:& nati ad imortalitatis fœlicitatem carnis cõpedibus:& corporis uinculis ſunt abſoluti:cum uiuit ſemꝑ uirtus:uiuit celebris memoria:imortalia:& præclara extant opera/quæ nulla ætas/nulla extinguet obliuio. Id de Franciſco noſtro Aringherio Equite:& ciue clariſſimo facile ſperandum ſit:qui & ipſe uir magnus fuit:& præcipue Ioãnem Baptiſtam:& Alexandrum:atq; Albertum:egregiæ iuuenes laudis:ſuæ uirtutis/ac probitatis filios claros reliquit hæredes. Qui ut in urbe totius Italiæ opulentiſſima mortem obiit:& in celebri patria ſepultus eſt:ita in patria cœleſti glorioſus ſemper exultet:in beatorum aſcitus concilium cõdant cineres:atq; oſſa eius:quibus datum eſt:nos iam tandem recta ratione inſtituti:ſummum capiamus ex probitate eius:& uirtute ſolatium. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi De laudibus clariſſimi/& Poetæ/& Oratoris Campani Epiſcopi: funebris tomos orationis. Octauæ:quam tamen ipſe non habuit:ſed uel alterius rogatu ſcripſit:& nomine/ſeu quod /uero magis eſt ſimile/noluit Dathus præſtantem eloquentiæ laude uirum:atq; amicum/ſuo præconio: & laudatione carere. Reliquum huius orationis eſt perditum.

QVod ſine ui magna lachrymaꝝ fari neſcio:uiri patres:ſublatus eſt de terreno carcere:& de mortali luce migrauit. B. Cãpanus:a Pio quõdã .ii. Põtifice Maximo Aprutinus Põtifex cõſtitutus. Quod eum nouerat uirũ bonũ:natum ad cõem hoium ſaluté/atq; utilitaté tuẽdam:ad Latinas litteras illuſtrandas:& ſi ita dicere fas eſt:quaſi Muſarum alumnum:ex Helicone ꝓfectum: ad ſtudioꝝ gloriam propagandam. Qui nõ a parentibus quibus ille filius nomen/ac ſplendorem dedit:non a patria:quæ in abdito orbis angulo delitеſcit:gloriã/laudem/ac decus cõparauit:ſed ipſe ſibi ſtudio ingenio/exercitatione/uirtute maximam gloriam peperit:ut per uirtutis:ſapientiæ/doctrinæ gradus:ex humili loco/ad magnum honoris faſtigium peruaſerit:ut iam tandem in toto latio Campani nomẽ:nomen clareat:ſplẽdeſcat Eloquẽtia:doctrina refulgeat.

¶ Excellentiſſimi Oratoris Auguſtini Dathi Senenſis. VI. Orationum Liber fœliciter incipit.

¶ Auguſtini Dathi Oratio:quam ipſe habuit palatio Dominorum Senenſium:magna ciuium & clarorum hominum aſtante corona:in ſponſalibus Magnifici Equitis/& Prætoris Senenſis Laurentii Iuſtini.

CVPIEBAM Si ſine dedecore fieri potuiſſet Magnifici/ac potẽtes Domini:præcellentes Magiſtratus uoſq; ornatiſſimi uiri:hãc dicẽdi recuſare ꝓuinciam:quod eam nõ mihi:ideſt/iperito homini:ſed his cõuenire putarẽ: qui abundant igenio: qui eloquẽdi copia excellunt:qui auctoritate præſtãt. Sed memor eius qđ uetus præceptor Hieronymus tradit. Quãto potẽtiores ſunt domini: tanto oportere nos eſſe ad obediẽtiam promptiores. Idcirco malui uideri fortaſſe dicendo indoctior/q̃ ſilendo/& iperata renuendo cõtumax. Verum quicqd ſupra uires meas: ac tenuem facultatem fuerim auſus:id omne excuſare debet parendi neceſſitas. Sed rem ipſam ꝓſequamur. Cum multa in hoium uita & magna:& ꝓclara ſunt: tum illud præſtabile iprimis uideri ſolet:qđ a natura ꝓfectum: etiã ſanctiſſimarum legum auctoritate firmaẽ. Eiuſmodi eſt maris/ac fœminæ cõiugatio: quam cum natura reꝝ oium mater cuncta aialia docuiſſet: in hoium genere/legibus: atq; inſtitutis cõformata eſt:ne cõiunctionis appetitus:qui ꝓcreandi cauſa datus eſt nobis/paſſim:ac ꝓmiſcue belluarum more uageẽ:ſed certa moderatione regatur/ac rectæ rõnis cohercеaẽ/ac tẽperetur habenis. Hoc uero ſacrum cõnubium eſt:& ſancta matrimonii cõſtitutio. Quam ꝓbans Apoſtolus Magiſter gentium Paulus:cũ ad Hæbræos ſcriberet:Honorabiles/iquit/nuptiæ/& cubile imaculatũ. Hinc Cecrops qui primus apud Athenienſes regnauit:maximã adeptus eſt laudem:qđ primus de cõnubio legẽ tulerit. Hoc enim iura oia diuina: & humana cõmendant. Nam quẽadmodũ Auguſtino teſtante/nuptiale bonũ tripartitũ eſt:fides/proles/ſacramẽtum:ita & ꝑ illud tria iura cõplentur ꝑ fidem/nãq; lex humana ꝑficitur:ꝑ liberoꝝ ꝓcreationem:naturæ paretur/ꝑ ſacramentũ uero/diuinæ legi ſatis fit:atq; Euãgelicæ ueritati. Per hoc ſingulis cõſulitur hoibus:quoꝝ ibecillitas: atq; indigẽtia cõiugali ſocietate fouetur:hinc eſt illa ꝑ Moyſen domini uox:cũ primũ mulierem formaturus eẽt. Nõ eſt bonum:hoiem eſſe ſolum faciamus ei adiutoriũ ſimile ſibi. Per hoc recte familiæ gubernanẽ:& res domeſtica facillime diſpẽſatur:cuius cũ partes ſint:homo/& poſſeſſio:ad utranq; rem tuendã:neceſſaria eſt coniugalis ſocietas. Hinc eſt Ariſtotelis teſtimoniũ in Oeconomicoꝝ libris Probam mulierẽ oibus quæ ſunt itus dominari oportet:curãq; habere oium ſecũdum ꝑſcriptas leges:non ꝑmittentẽ quẽq̃ ingredi ſine ꝑcepto uiri:ueritam maxime uerba:quæ de mulierũ corruptela circunferunẽ:& ſiquid intus accidat:ut ſibi notum ſit ſoli:& ſi qđ ab igredientibus cõmitaẽ:ut penes uirum ſit culpa. Hinc & in Menone Plato:decet mulierem domũ bene diſpẽſare:ſalua facientem oia:quæ itrinſecus ſunt/& obſequẽtem eſſe uiro. Per hoc quoq; cõmuni utilitati ꝓſpicitur:creſcit humanũ genus:populi multiplicanẽ/terra repletur/ciuitates proſeminanẽ. Hinc. M. Cicero inſignis & philoſophus: & orator ad filiũ. Cũ hoc natura cõe ſit oium animãtium:ut habeãt libidinẽ ꝓcreandi:prima ſocietas in ipſo eſt coniugio:ꝓxima in liberis:deinde una domus:cõmunia oia. Id aũt eſt principiũ urbis:& quaſi ſeminariũ reip. Poſt ſequunẽ fratrũ cõiunctiones:poſt cõſobrinoꝝ:ſobrinorũq;:qui cũ in una domo iam capi nõ poſſint:in alias domos tanq̃ in colonias exeunt. Sequunẽ cõnubia:& affinitates:ex quibus etiã plures ꝓpinqui:quæ propagatio:& ſoboles:origo eſt rerum publicaꝝ. Sed inumera ſunt:quæ a matrimonii fonte proficiſcuntur bona. Quãobrem & Iuno infenſa Troianis/Soror/& coniux Iouis:apud Maronẽ Virgilium tẽpeſtatẽ petitura:& Eolum uentoꝝ Regẽ

ut poetæ ſabulantur:in ſuam ſententiam traductura/non habuit quod maius deferret : ſed quodquod habebat ſummam prætium:& donum ampliſſimum pollicetur deſponſationem filiæ/ac modulatur his uerſibus.

Sunt mihi bis ſeptẽ præſtanti corpore Nymphæ:
Quarum quæ forma pulcherrima Deiopeiam
Cõnubio iungam ſtabili:propriamq; dicabo
Omnes ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat:& pulchra faciat te prole parentem.

Quibus ſane uerbis uera/ac ꝓpria ſacri cõiugii uel cõmoda uel ornamẽta declarant. Quæ ꝑcipua ſunt/maris:& fœminæ cõiunctio legitima copulatio:īdiuidua uitæ cõſuetudo:fidei & cõiugalis pudicitiæ cõſeruatio/dieiq; longitudo:& uitæ iucundiſſima diuturnitas:filioꝝ deniq; ꝓcreatio:qui præcipuus ſancti cõnubii finis eſt : & fructus uberrimus. Quæ qdẽ oia:quæ utiq; & multa/& ꝑclara ſunt:cõſideras:& recto ſecum iudicio uolutans Magnificus Eques:& ſolertiſſimus iuris cõſultus Laurẽtius Iuſtinus:clariſſimus nr̃æ urbis Præſes:tanq̃ uere ſapiens:q ſe ītelligit nõ ſolũ ſibi natũ eẽ:ſed ad cõem potius/ꝑpetuamq; ſalutẽ:& pro uirili ſua ad cõſeruationẽ cõciliationis humanæ:iam maturus,uxoriũ ad uxorẽ appulit:& nuper diuina īſpirãte gratia deſpõdit ſibi Virginẽ formoſiſſimã Panteſileam clariſſimi quõdã/& doctoris/& Militis Baltaſaris Rimbotti filiam de quoꝝ laudibus cupio potius dicere:q̃ poſſum. Quãq̃ ſcio oportere neminẽ a quopiã laudari ꝑſentẽ:& grauiter ſapiẽtẽ ferre:ſi corã laudibus efferaẽ. Sed certe ſpõſo:& ſpõſæ utriq; illuſtris patria eſt:ꝑclarũ genus:& a ꝑſtãtiſſimis ductum parẽtibus. Vtriq; magnæ fortunæ:utriq; florẽtes opes:utrinq; ſũma uirtutis/ſapiẽtiæ:ꝓbitatis/doctrinæ ſplẽdeſcit gloria: utrinq; magnũ dignitatis decus Pater Virginis/pater ſponſi:& ipſe pinſignis Eques ſponſus ipſe : oẽs ꝓculdubio nobili germine nati:oẽs in plæriſq; Italiæ urbibus ob magna uirtutis merita:& magiſtratibus:& ampliſſimis honoribus functi ſunt. Vbiq; eoꝝ oium glorioſa fama niteſcit. Sed redeo iterũ ad ſpõſum/atq; ſpõſam:utriuſq; genus ſplẽdidum eſt/forma:& dignitas liberalis/ac puenuſta/ĩtegra/& florida ætas:ſpectati/ac laudatiſſimi mores: ꝓbatiſſima uirtus:alterius ſũma prudentia:& grauitas:alterius maxima pudicitia:atq; honeſtas: utriuſq; magna laus:ut uere credẽdũ ſit diuinitus eẽ cõiunctos. Quã qdẽ rem putauit ipſe Magnificus Eques Laurẽtius : excelſi Domini putauit inq̃ cũ ueſtris magnificẽtiis cõferẽdã:& hãc ſpõſalium cõmunicãdã celebritatẽ : ut ſolidũ ſit hoc gaudiũ:ſi eos ſimul lætãtes:cõgratulanteſq; intueatur:quos in ſũmo habet honore:quos obſeruat/& colit: qbus ſe ipſum:& fortunas ſuas ſe debere exiſtimat:quos deniq; huius optati boni auctores habet : ut iam p hoc arctiſſimum uinculum adepti cõiugii mẽbrum ſe factũ ĩtelligat ueſtræ florẽtiſſimæ ciuitatis:quã de cætero/ alterã habiturus eſt patriã. Poſtremo tu Laurẽti:& in hoc cõiugio/& in omni uita:deum quæſo:ſis fœlix:& tua laurus adiecta Panteſilea/ꝑpetua uiriditate floreſcat/ut tanq̃ lignum/qd plantatũ eſt ſecus decurſus aquarũ : det fructum ſuum in tpe ſuo:qd eſt:ut ad laudẽ Dei uideas filios filioꝝ tuoꝝ:pacẽ ſuper domũ tuã/ac ſuper uniuerſam terrã. Vnum erit huic ciuitati gratiſſimum:ſi nõ tu Panteſileam alio traduxeris:ſed illa te ad nos traxerit : ut uere hæc poſſit gaudere ciuitas:qd & illa nõ careat & te.i.optimum:& præclariſſimum ciuem ſit aſſecuta. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio altera in Sponſalibus.

NOn opinanti mihi:atq; imparato prorſus/patres optimi:hæc delata res:& ꝓuincia eſt:quæ proculdubio & meditatione ꝑcipua:& magni oratoris copia:& eloquẽtiſſimi uiri egebat eruditione / atq; doctrina:dabitis ueniam ut ſpero:& ipſe aperiã paucis ueſtræ huius letiſſimæ conuocationis cãm. Scite/ ac uere proditur Ariſtotelicum illud. Bonum eo diuinius:quo uideatur cõmunius. Proĩde id bonum quod & latiſſime patet;& ad totius humani generis amplificationẽ ſpectat:ſummis quoq; uideri debet:atq; ampliſſimis dignum laudibus. Quo numero iure/ac merito ſacrum cõnubium a uiris quibuſq; ſanctiſſimis collocatur:quo ſeruatur/augeatur/multiplicatur humanũ genus:cuius quãto dignitas eſt:& nobilitas naturæ præſtantior:tanto ea res facilius iudicari poſſit:& optima oium/ac cæteris pene omnibus præferẽda/per quã ſaluti : atq; incolumitati humanæ cõciliationis proſpectum eſt. Id autẽ ſacrum eſſe cõiugium declarauit uir ille apud Romanos clariſſimus:cum Cenſor apud populum hæc fatus eſt. Si ſine uxore poſſemus quirites eſſe:oẽs ea moleſtia careremus:ſed quoniam ita natura inſtituit ut nec cum illis ſatis cõmode/nec ſine illis ullo modo uiui poſſit: ſaluti perpetuæ potius q̃ breui uoluptati cõſulẽdum uidebaẽ. Quod ipſum luculentis ſane uerbis cõfirmauit Lactantius Firmianus inquiẽs ꝑfecto in oibus:cæteriſq; aĩantibus diuerſitas ſexus:& coitio:& generatio nullam habet aliam rationẽ:niſi ut oia genera uiuẽtium:quoniã ſunt cõditione mortalitatis obitura : mutua poſſit ſucceſſione ſeruari. Sed illud in humano genere potiſſimum eſ floreſcit p ſanctiſſimas cõnubii leges:atq; intemerata ſacri coniugii fœdera. Quod qdẽ præcipuũ/ac præclariſſimũ bonum quotiẽs cõtrahitur merito cum multis : ſed ĩprimis cum ꝓpinquis:atq; amicis debet eſſe cõmune. Quãobrẽ cum æterni principis nutu affinitatem cõtraxerint ciues ornatiſſimi:& uiri præſtantes Galganus Burgeſius Iure conſultus noſtræ tẽpeſtatis illuſtris: & Marianus Goſſus magna uir laude:& bina ſint eodem tpe ſponſalia celebrata:& Burgeſiæ Virgines fama/pudicitia & ætate florentes duæ. A.& B. ipſius Galgani filiæ nupſerũt. C.& A. ipſius Mariani filiis adoleſcẽtibus modeſtis:& gratia apud omnes:& ſpe uirtutis præcellentibus:æquum/& par uiſum eſt in hoc cœtu:& præclara propinquorum:atq; amicorum corona rem lætiſſimam:& piucundam/ac diuinitus cõpararã cõferre uobiſcum:ut ea rõe augeſcat gaudii cumulus:& ueræ amicitiæ muneri fiat ſatis:ſi ita iura diuina:& humana ſanxerunt/ſi ita recta humanæ uitæ depoſcit ratio:ſi ita optima rerum oium parens natura cõſtituit:ut eorum:quos ſummæ charitatis glutinum copulauit:quiq; in diſſolubili amoris uinculo cõnectunẽ:oia:tum ꝓſpera/tum aduerſa debeant eẽ cõmunia. Agamus igitur imortali deo grates:de cuius munere uenit:ut tam magna:tãq; præclara mortales beneficia aſſequantur in terris:& ſimul cõprecemur:ut fauſtum:ac fœlix ſit hoc cõnubium cũ optata ſobolis propagatione : & ſponſi/ac ſponſæ:& totius cognationis perpetua/ac ſumma lætitia : ut qui tanta neceſſitudine : & ſacri ſponſione coniugii iuncti ſunt/& uideant filios/ac nepotes:& qui naſcenẽ ab illis & lætitia & propria uoluptate fruantur cum ſumma pietate/ac perenni cõcordia ad catholicæ religionis gloriam:& ad ſummum patriæ decus. Dixi.

℄ Auguſtini Dathi Oratio.III. In Sponſalibus magnifici/ac generoſiſſimi Equitis: & clariſſimi ciuis Senenſis Antonii Bichi.

SVm per ætatem patres ornatiſſimi & p longam/ac diuturnã exercitationẽ dicendi iam tandem emeritus pius hoc tẽpore:& religionis eſt opibus in herẽdum. Id quod Magiſter gentium Apoſtolus præcipit/ac ſancta dei inuitat eccleſia. Reipublicæ cura:atq; aſſiduus multarum rerũ labor/me totũ ſibi pro ſuo iurẽ uendicat. Multum & ſæpe nimium hac una de re in cõſpectu ueſtro locutus ſum:ut nihil noui/nihil ĩauditum poſſit afferri. Sed & neſcio quonã meo fato hoc uſu ueniat:ut repente ſemp: & ĩpræmeditatum/ac nihil tale opinantẽ ſubito me aggrediãtur:qui mea uoce/atq; opera uti uolunt. Quoꝝ cum habeant imperãdi poteſtatẽ:iuſſa cõtemnere nec uolo/nec audeo. Sed hæc me ẽt inuitum cogunt:ut rem hodie uobis propoſitã:& inanguſtum redigam:& in q̃ paucisſima uerba cõferã. Nam qd eſt:quod efferam pluribus ſacri coniugii dignitatẽ/fructum/ſplendorẽ/amplitudinẽ: Nota hæc atq; explorata ſunt oibus. Illud magni oratoris præconiũ ad ſacrũ cõiugium nõ iniuria trãſferri poſſit. Omnium reꝝ ex qbus aliquis operatur:nihil eſſe coniugali ſocietate melius/nihil uberius/nihil dulcius/nihil hoie libero dignius:qd uirtus:ſobolis fœcunditas:dulce ſocietatis conſortium/multaꝝ reꝝ tum cõmoditas/tum etiã amplitudo declarat. Pacem laudat Aurelius Auguſtinus cũ Silio Italico ſummũ in rebus humanis bonum cõſtituẽs:qd & honeſtum eẽ:& iucundum exiſtimat:quæ duo per raro cõueniunt/& in una ſede morãtur. Sed honeſtum:& iucũdum ſacrum cõiugium eſt:ecce q̃ bonũ:& q̃ iocundum ſpõſum/& ſpõſam:uirum & uxorẽ cohærere in unũ/& arctiſſimo/atq; indiſſolubili ſancti fœderis uinculo copulari. Propter qd relinquit homo patrẽ/& matrẽ/uxori iungitur/fit unus ex duobus:ut ſint duo in carne una. Triplex cõſtituit Ariſtoteles bonum nõ modo Peripateticoꝝ:ſed uno excæpto Platone:Philoſophoꝝ oĩum prĩceps honeſtum/utile/iucundum. Si ſacrum cõnubium diligẽtius cõſiderare uoluerimus:præſto illius erit honeſtas:latiſſime patebit utilitas:nemini obſcura erit/dulcis cõſortii ſumma iucunditas. Dulce:& ſacrum eſt cõiugalis ſocietatis nomẽ:res ipſa uero tum ſacra/& a Deo auctore pfecta tum hoĩum generi ſalutaris/tum humanæ imbecillitati neceſſaria/tum honeſte degentibus periucunda. Pulcherrimum igitur cõnubium eſt:& uere laudandus thorus ĩmaculatus. Sed hi quoq; magna digni ſunt laude/qui ſe ad uitæ huius:& ſanctæ genus ſocietatis accõmodãt. In his hodie. A. ſponſus/ac. N. ſponſa:alter ex clara. Bichoꝝ domo:altera conſimili Bertorum familia:uterq; optimis nati parẽtibus/ac ſpectatu dignis. Sed nõ ſum ego adulari ſolitus:nolo cuiq̃ blandus eſſe. Prohibet ſaluatoris exemplum/præſentem quẽpiam laudari. Gentilium eſt iſta cõſuetudo:& eoꝝ qui diſparẽ ſequunẽ cultum. Nos qui ĩcorruptum dogma ſectamur/qui catholicam/& chriſtianã ĩtegritatẽ pfitemur reiecta adulandi uanitate/ad largitorem bonoꝝ omnium deum animum/atq; cogitationem conuertimus. Non enim tam cõmunicãdi gratia:quod uulgo putant:ſed potius congratulandi:& comprecandi cauſa:in templum Dei uocati eſtis: Demus igitur laudem Deo:atq; illum ſolum tanti muneris recognoſcamus auctorem. Nam pios animos/pia recæpta numina ſupplice ueneratione comprecemur:ut ſponſi:ac ſponſe:ſibi/& noſtri omnium uota ſecundet:& optimis ſemper auſpiciis proſequatur:ut diuino ſepti præſidio/multos annos:& longæuam ætatem læti agant: & pulchra fiant ac fœcunda prole parentes. Supereſt:ut quos noua iunxit affinitas: in charitate inuicem amplexati obſculentur ſeſe obſculo oris ſui:& firmo deuinciant amoris nexu. Dixi.

℄ Auguſtini Dathi Oratio.IIII. De ſacro coniugio. Hanc orationem habuit filii nepos Hieronymus Dathus uix decennium ĩſponſalibus Angele Dathe pfati Auguſtini neptis magna equitũ ac inſigniũ uiroꝝ aſtante corona.

COniugii ſacramẽtum patres chariſſimi/uere ſacrum/iure laudãdum:& humão generi ſalutare nemo nõ facile ĩtellexit:qui ſacra catholicæ fidei inſtituta cognouit. Hoc ille primus ſanxit/qui oĩa mirabili rõne gubernat:& eo certe tpe/cum a peccati ſorde:& totius culpæ lãbe noſtra prorſus erat aliena conditio. Per hoc nãq; terraꝝ orbem humano genere compleri cõſtat:& ſeruari/augeri/creſcere cœtũ ratione utẽtium creaturarum:quæ qdem ſolæ æterni cõditoris imaginem ſeruant. Hoc igitur ueneremur: & miris efferamus laudibus:eoꝝ cõmẽdantes propoſitum:qui ſacra coniugii fœdera inuiolata ĩtegritate tuẽtur. Hoc igitur fœlix ſit fauſtumq; cõnubiũ:& superni numinis aſpirante gratia macti ſunto laude/fœlicitate:& gloria:quorum hodie nuptiæ:& cõiugalis lætitia celebrañ eo auſpicio:atq; hoie:ut fœcunda proles cũ ſumma noſtrũ oĩum uoluptate:& ſpõſi/ac ſponſæ longo æuo uberrime ppagetur ad æterni principis ĩmortalem laudem. Dixi.

℄ Auguſtini Dathi Oratio.V. De laudibus ſacri coniugii.

CEnſent oẽs uiri ſapiẽtes:qui magnis de rebus rectiſſime tradiderunt:patres ampliſſimi:hoĩem ita procreatum:& cõparatum natura:ut ſocietate:atq; conciliatione lætetur. Et duabus quidem rebus ratione/atq; oratione/ita in humana conciliatione copulatur & iungitur:ut ſi quis in mortalium numero/eam cõſuetudinem conſectetur:ut ſolitariam uitam deligat:pro Ariſtotelis teſtimonio:aut ſupra hominem/aut infra hoĩem illum haberi cõueniat. Atq; cum multæ ſint inter hoies ipſos ſocietates/nulla certe gratior/nulla iucundior uideri ſolet:una illa:quam inter maritum:& uxorem:rerum omnium artifex natura cõciliauit. Quæ pculdubio origine ac tpe ſuperat cæteras omnes:atq; lõgiſſime antecellit. Nec obſcura eſt magni Oratoris ſentẽtia:cum primã ſocietatẽ in ipſo coniugio apertiſſime demonſtrauit. Proximã uero in liberis:quem cernimus ſacri cõnubii fructum uberem/atq; omniũ ampliſſimũ. Et enim cum ſit humani generis mortalis cõditio:& ea lege naſcamur:ut tandem aliquãdo ad interitum ſit:& uitæ exitum ueniendum:certe congrue ac ſalubriter ſancti coniugii interuenientibus ſacris fœderibus/cõſultum eſt:ut qd ſuopte ingenio & natura mortale eſſet:continua ſucceſſione quodãmodo ĩmortale fieret. Itaq; optimo iure ſacrũ coniugiũ magnis efferunt laudibus. Quod ita cõparauit humani generis/ac totius mundi conditor Deus:quẽ ſolum tanti muneris auctorem fuiſſe cõſtat:ut facile hoĩum naturã ac ſocietatẽ tueatur:& ſeruet. Et cũ hoiem udo limo formaſſet: atq; ſpiraculum uitæ infudiſſet:cõtinuo fragilem ipſius hois conditionẽ miſeratus/fecit & adiutorium ſimile ſibi. & ſociam dedit:ac totius

uitæ conſortem uxorem:quæ oẽs cum uiro ætatis annos exigeret:ac pulchra faceret eũ prole parentẽ. Vt ea ꝓpplauſtus comite ſuauiſſima ſeptus/facilius neceſſaria uitæ adiumẽta pararet. Quod ſi prolis fœlicitatẽ & dulciũ natoꝝ cõſideramus dulce ſolamẽ:nulla erit unq̃ tãta dicẽdi copia:q̃ ſatis dignas laudes poſſit afferre. Quãdoqdẽ ex ſacri matrimonio arctiſſimo uinculo idiſſolubilis amoris nodus efficiaſ:& ſũma quædã conflaſ charitas:q̃ res cum ad humanã ſocietatẽ acceſſerit:parit iexplicabile gaudiũ:iuſtitiã:mãſuetudinẽ/cõcordiã gignit:pacẽ & icredibilem trãquillitatẽ adducit:qbus rebus nihil põt oĩno excogitari iucundius:nihil iueniri melius:nihil ꝓtioſius cuſtodiri. Laudemus igiſ abunde ſacra ſpõſalia:lætiſſimas nuptias celebremus:Deũ precãtes:q cuncta regit:ut ſpõſi ac ſpõſæ uitã diuturnã cũ magna ſobolis fœcunditate & neceſſarioꝝ oĩum atq; amicoꝝ lætitia fœliciter tueaſ cum Bicoꝝ ſplendore & eius ꝓclaræ familiæ amplificatione & gloria. Atq; idem ornatiſſimi cõiuiuæ/ac patres ſit fœlix ſemper/ac propitius Deus:& det ſemper ætatem iucundiſſimã agere. Dixi.

℄ Auguſtini Dathi Oratio. VI. De laudibus ſacri coniugii.

PAr erat uiri ꝓſtantes/atq; ornatiſſimi/eũ quiſ accurate quicq̃ magnis de rebus locuturus eẽt:eiuſmodi ĩgenio ualere/ac doctrina:ut aliqua ex parte ueſtræ expectationi/quãtũ dareſ uiriũ/reſponderet. Nam ea eſt iueterata cõſuetudo:ut ii potiſſimũ ad dicendũ aſſurgãt:quos ſumma eloquentia:ſũma doctrina:ſũma deniq; auctoritate ꝓditos eſſe cõſtet. A qbus ego fretus eruditionis adminiculis/apud uiros lõge ſapiẽtiſſimos tam graue auſus ſim ſubire onus:in quo nõ modo rudis/atq; indoctus:ſed eruditiſſimus quiſq; facilius ſuccumbat/q̃ uictor euadat. Perdifficile nãq; eſt:res præclaras atq; admirabiles oratione cõplecti. Eiuſmodi uero eſt de nuptiis/deq; eaꝝ laudibus ſermo. Sed qđ mea imbecillitas explicare nequit:ex uberrimis diuinæ gratiæ fontibus petẽdum iudicaui:ut firmiſſimis auxiliis ſubſidiiſq; munitus/paulo audẽtius rem difficillimam tentare ualeã. Bene igitur atq; oportune ut ſapiẽtũ hoĩum inſtituta ſectemur:Seuerini Boetii ege: imius:

Da pater auguſtam menti conſcendere ſedem.
Da fontem luſtrare boni:da luce reperta
In te conſpicuos animi defigere uiſus.

Iam.n.fas ſit/tam magno iplorato præſidio:ut paucula de matrimonii iure/ac nuptiaꝝ laudibus in mediũ proferam. Sed quærẽti ac diligẽtius cõſiderãti mihi/coniugii iſtitutio/eius finis fructus/deniq; qui ꝓficiſci ex eo ſolent:explicãdi ſe offerunt. Omne & enim aĩalium genus ĩmortalitatẽ quãpiã cõcupiſcit:ac ꝑpetuæ uitæ cuncta aĩalia inhiare uideſ. Sed natura ita iſtituit:ut morti obnoxia eſſent:atq; ut ĩteritui ſubiacerẽt. Veꝝ miſerata hãc fortẽ mortalitatis:maris ac fœminæ cõiugationẽ iſtituit:quatenus diuina & iubente poteſtate/& uoluntate finente/ꝑ eiuſmodi maris & fœminæ cõbinationẽ/ſi nõ alia rõne/ſaltẽ ſucceſſione quadã ꝑpetuã uitã cõſequereñ. Huius aũt ſniæ teſtis eſt optimus ac ꝓbatiſſimus Ariſtoteles:qui ſecundo de aĩa libro/hæc grauiter ac ſplẽdide locutus eſt. Naturale eſt/inquit:oĩbus uiuẽtibus facere alteꝝ:quale & ipſum eſt:& aĩal qdem aĩal:planta aũt plantã:quatenus diuino ſemꝑ participent quoad poſſint. Omnia.n.id appetere uideſ:atq; eius gratia agunt quæcũq; agũt ſecundũ naturã. Hæc Ariſtoteles. Eandẽ quoq; ſniam & Firmianus qui & Lactatius dictus eſt:in ſacrarũ iſtitutionum libris ꝓbare uideſ:cũ hæc ſapiẽter ſimul elegãterq; ꝓfatus ẽ. Profecto in hoĩbus/cæteriſq; aĩantibus diuerſitas ſexus & coitio & generatio/nullam habẽt aliam rõnẽ/niſi ut oĩa genera uiuẽtiũ:quoniã ſunt cõditione mortalitatis obitura/mutua poſſint ſucceſſione ſeruari. Quãobrẽ bene ac ſcite Iureconſulti uiri:qui pleraq;/ut erant prudentiſſimi/e Philoſophiæ fontibus hauſerũt ſcdm Iuris naturalis uim/maris & fœminæ cõiugationẽ:qđ matrimoniũ uocãt:inſtitutã fuiſſe tradunt. Quare & natura ipſa duce/nõ homo ſolũ:q particeps eſt rõnis:ſed cætera quoq; aĩalia:quæ ſunt mẽtis ac rõnis expertia:hãc eandẽ copulam affectare uideſ:idq; ipſum ꝓbe teſtaſ M. Cicero primo de officiis libro:cuius hæc uerba atq; ſnia eſt. Cõmune eſt aĩantiũ oĩum cõiunctionis appetitus ꝓcreandi cauſa:& cura quædã eoꝝ:quæ ꝓcreata ſunt. Quibus ex uerbis ꝑſpicuum eſt/nõ ſolum ꝓcreandi curã neceſſariã eſſe:ſed etiã alendi/atq; educãdi diligentiã. Sed hæc homini cũ belluis cõmunia ſunt. Inter hoĩem autẽ & reliqua aĩantia hoc potiſſimũ ĩtereſt:qđ illa paſſim ac libere cõmiſceñ lege ſolita:homo aũt mentis particeps ad coniugii ſanctiſſimas leges:ac uenerãdum matrimonii ſacramẽtum ſe accõmodat:nõ a Cecrope iſtitutũ:ut Athenienſibus uiſum eſt:ſed a cõditore reꝝ oĩum/atq; opifice Deo in ipſo mundi primordio:cũ & Adam primũ hominẽ de limo terræ finxit:& mox de eius coſta ſociam Euã formauit. Finis aũt huiuſce ſocietatis eſt/nõ ſolũ liberorum ꝓcreatio:ſed & ciuitatũ ꝓpagatio/& reꝝ publicaꝝ. Quod eſt (ut Ariſtoteles ait) in humãis rebus bonorum oĩum longe maximũ. Idcirco liquido manifeſtat:cũ dicit. Cum hoc cõmune ſit oĩum animantiũ:ut habeãt libidinẽ ꝓcreandi:prima ſocietas in ipſo eſt cõiugio:ꝓxima in liberis:deinde una domus cõmunia oĩa. Id aũt ẽ principium urbis:& quaſi ſeminariũ reipub. Hæc uero idcirco dicit. M. Tullius:qđ ex hac dũtaxat maris & fœminæ cõiunctione/ꝓpagatio illa naſcitur/ac ſoboles:quæ eſt origo ciuitatũ & rerũ publicaꝝ ſeminariũ. Hinc tria:& ea qdem maxima & ꝑcipua bona ꝓfecta ſunt:quoꝝ primũ ad fidem ſpectat:quã itemeratã icorruptãq; & uir uxori/& uiciſſim uxor uiro cõſeruet. Eſt.n.matrimonii fundamẽtum ſolidiſſimum Fides:qđ charitatẽ ingẽtiſſimam cõtinet. Vnde & in ueteri lege & in nouo etiã teſtamẽto legimus. Propter hoc dimittet homo patrẽ & matrẽ ſuã & adhærebit uxori ſuæ:qđ itelligẽdum eſt/ꝑ firmiſſimã fidei cõſeruationẽ. Alterum aũt bonũ eſt:qđ ad liberos pertinet:qđ optime fuerit ſeruatũ/atq; ꝑfectum in his tribus:ſi honeſte ꝓcreentur:ſi modeſte alantur:ſi iſtituantur ad bonoꝝ morum cõformationẽ. Nam idcirco eſſe debẽt duo in carne una. Tertiũ ad ſacramẽtũ ſpectat. Nã ita uiuere uirum atq; uxorẽ oportet:ut ſumma cõſenſione/icredibili concordia/ſingulari deniq; amore deuincti indiſſolubili quodã coniugii nexu:ꝑpetuos inuicem uitæ ſuæ annos exigant. De hoc nãq; dictum eſt:quod Deus cõiunxit:homo nõ ſeparet. Quæ tria facillime euẽtura cõfidimus in his duobus/ſpõſo/ac ſponſa:quoꝝ cauſa in hunc locum celeberrimũ uiri ornatiſſimi i præſentiaꝝ cõueniſtis. Nã tum ſolent tria hæc pleruq; cõtingere:cum uir uxori:uxor quoq; uiro cõuenit. Sed in his cum cætera paria ſunt:tum mores utriuſq; ꝓbatiſſimi laudantur.

Quibus ex cauſis futurum eſt:ut non ſolum duo ſint in carne una: ſed duorum etiam una uoluntas: una mens unus ſemp/idemq; cõſenſus:ſumma denią; cõcordia/atq; tranquillitas. Demum Deum principem obſecramus: ut ſicut huius coniunctionis ſolus eſt auctor habẽdus:ita & uobis ſponſe & ſponſa præſentes uitam fœlicem tribuat:& ita ueſtrum cõnubium fecundet:ut liceat uidere filios filioꝝ ueſtroꝝ: & ſuper ueſtra domo perpetuã ac tranquillam pacem. Ad laudem Dei. Benignis auribus ueſtra amplitudo excellentiſſimi patres audire paſſa eſt: quæ hodie a tenui ingenio ſunt profecta:& inepte potius/q̃ ſtudioſe & acriter in medium prolata. Fateor me perpetuo uobis deuinctum/ac uehementer obnoxium. Et quoniam agendæ gratiæ minime facultas datur: ille quæſo/pro me rependat:quem fontem uberrimum eſſe conſtat bonorum omnium. Dixi.

Auguſtini Dathi Oratio. VII. Qua publico nomine gratulatur egregiæ coniugi inclyti Ferrarienſis Ducis/& Sereniſſimi Ferdinandi Regis filiæ/tanto dignæ parente/Sena tranſeunti:& ad genialem thalamum properanti:uinclaq; multum laudat connubialia Dathus.

AVguſtinus Dathus Nicolao Burgeſio.P.S.D. Cæteri in urbem ſe recipiunt dum bella fremunt : dum ſæuit hyems.Quid te igit̃ rura tenent? Qui uillæ delectant? Dira lues fundit̃. Lætifera clades ſerpit longius:oēm late regionē infeſtā habet.Tutiora ſunt(ut mihi quidē uidet̃)urbana tecta.Nā & ibi minore cū periculo uerſari ſolēt:ubi exoriētibus malis faciliora præſto ſunt uenena. Sed quiſnā hac tēpeſtate immunis ſit periculoꝝ locus neſcio.Malim intra urbis moenia:q̄ intra uillaꝝ ſepta uerſari. Veniunt ſæpe īmentē prerupta iſta monterionana:& aſſi fluminis collapſa uada & denſis uepribus obſita dumeta. Videor uidere delitecentes latrones:eorumq; patere inſidiis oīa.Si ꝑ hæc turbulēta tēpora redundāt oīa ſpiculatoribus: atq; ſiccariis:nuſq̄ ſe offert tutus exitus:ut nō iniuria:quiuis ēt frequēti comite fractus uiator uel motæ ad lunā trepidet arundinis umbrā.Nā uix regia uia ſecurus incedas.Cupio igit̃ :ut iam cum tuis patrios lares reuiſas/ & ibi ſis: ubi una cum collegis tuis ocioſius cures:ne qd detrimēti res.P.patiatur:quæ uſo conſilio ſtudio/labore/ eget/ut nunq̄ maiore alias.Cupio inquā:ut confeſtim redeas.Quod uero dem conſilii:habeo nihil.Quādoquidē futura latent:& nimiꝝ incertus eſt reꝝ euentus.Qui.n.minime ſapiam.Conſilium ualde ſapienti dare non auſim. Audacia pro ſapiētia:(q̄q̄ praua hæc ſunt tempora)cui uis liceat uti:mihi nunquā licebit . Hoc certum eſt mihi. Vtere tuo iudicio.Sed certe reditum tuū opto uehementer. Venies(crede mihi)cum tuis collegis ornatiſſimis uiris/ tum mihi in primis expectatus cupidius. Tibi ſpero & tuis non inutile fore.Sed profecto reip.ſalutare:cuius charitas te compellat:præſertim nunc ciuitate(ſi ualitudinis habenda ratio eſt)facta meliuſcula.Iam Boreas a Septētrionibus per flans aera piat:& ueterem coeli clementiam reducit.Nam & niue iam albeſcentibus:& pruina peruſtis & gelu : atq; glacie rigentibus terris : quod ardens Sirius plærunq; inuehit noxium uirus non poſſit graſſari diutius. Vale.

AVguſtinus Dathus Hieronymo caſtello Ferrariēſi philoſopho ac medico.S.P.D.Salue amice iucūdiſſime/ac uehemēter aīo optate meo.Vereor mi ſuauiſſime Hieronyme:ne q̄ caput matuꝝ annis: eadē noſtrā amicitiā canities inuaſerit:ſi ea ſit uini uetuſtas iuuat me plurimū.Sin capularis ſenectus:nimiū ægre ferā.Sed id me ſolat̃ abſentē/ qd̕ noſtrā puto eē eiuſmodi neceſſitudinē quā neq; tp̄is diuturnitas nec locoꝝ diſiunctio:nec abſentia lōgior uel diſſoluere quouis mō/uel extenuare poſſit . Quā iactis optimis fūdamētis:ſolius uirtutis cōciliauit opinio.Quæ uero abeis ꝑfecta initiis ē:nec ēt fortūæ uarietati ſubiacet:atq; ea fractus ſnia:minime reor:te tā alti faſtigii culmē ſupgreſſum:oblitū tñ tuū illū quondā Auguſtinū.Quē relinquis humi iacētē.Illud meminiſſe te arbitror.Pares amicos eē oportere . His adiicio amicitiā : quos pares cōplexa ſit:eoſdē quoq; pares ſeruare debere.Quod ſi tui diſſimilis non es:ſcio me/e/tuo ſinu:atq; ex intimo pectore:nequaq̄ poſſe dilabi.At ſi roges:quo ipſe erga te ſim aīo:id tibi pſuade eē te mihi qdē ex oī amicoꝝ nūero chariſſimū me tui lōge oīum ſtidioſiſſimū:& ueteris cōſuetudinis:& dulciū quodā ſermonū ſedulo memorē . Epicurū imitatus:& ad imaginariā q̄dā cōfugiēs uoluptatē.Hieronymū fingo nūc fores meas pulſitātē : nūc i herbā abiectū grata miſcētē alloquia.Nūc ſub opacantis arboris umbra cōniuentē.Nūc ꝑcerā:& patulā buxum cōtēplantē interdū canētē incompitis/ac triuiis:perſæpe ſuaues facetias:& lepidū ſalē: qd̕ in te ē: cōplector aīo . Tua omnia facta dictaq; memoria repero/ac te mihi ita effingo præſentem:ut ueras uidear audire / ac reddere uoces . Atqui tanto interdum uiſendi tui deſyderio animus feruet:ut cogitāte illo:Ferrariam:& Hieronymum amplexari cu-

pientea:iter pedes arripiant:& quo anhelat animus:greſſum intendant. Sed tã multa de te uerſantur in pectore:ut neſciam qd ſcribã potiſſimũ. Q uí tibi reddet meas litteras. Antonius Turaminus:quẽ unice diligo: claro ortum genere:litteris & doctrina ſane eruditũ:optimis moribus iuuenẽ:& tui obſeruãtiſſimũ. Is te affabit meis uerbis: & coram mentẽ in te meã:& amorẽ flagrantiſſimũ cõmemorabit. Eam cõmemorationẽ quæſo libenter accipito: & Antoniũ ipſum præſertim mea cõmẽdatione adhibita:ſuſcipito benigne. Cui qcqd gratificabere: in me ipſum cõtuliſſe puta. Me aũt:& amico utere: & filio:& Matthæum Tommaſiũ:cui ualde afficior:ſerua quæſo in tuorum numero:& redde illum ad ſtudiorum exercitationem inflammatiorem. Vale.

AVg. Dathus Ioãni Lucẽſi. S. Multiplex ac uaria ẽ hoíum rõ:alia alios delectãt/ & qđ íſignis uates cecinit. Trahit ſua quẽq; uoluptas. Q uid uero mihi cordi ſit:ſiqs roget:haud dubie reſpõderim. Ex oí rex numero:nihil amicitia uideri maius/nihil ꝑclarius: nec qcq̃ oíno ꝑ ſtabilius. Q uippe q̃ una naturæ hoís accõmodatiſſima ẽ:& hoiem maxie cõciliat homini ad uitæ ſocietatẽ. Sed ea iter eos potiſſimũ exiſtit quox de doctrina & uirtute opinio ſit:& magis ꝑſtare laudibus iudicenť. Q uũ igiť ſæpius de tua ꝓbitate: ſapiẽtia:& multax rex cognitiõe:familiares mecũ ſermões cõtulerit uir clariſſimus & equeſtris dignitatis hõ: atq; oí uirtutis laude inſignis:Ioãnes Soarra:ita demũ tuũ nomẽ extulit:pſpicuũ:& frequẽs tuæ eruditiõis: & doctrinæ teſtimoniũ phibuit:ut te ꝓlecto q̃q̃ nõdũ uiſum ardenter tñ diligere/uel potius amore cœperim. Nã ſi uirtus ad beniuolẽtiã allicit:dignus uiſus es:quẽ cõſtituã amicox numero. Ita iã poſt hac affectus tibi:ut nihil tã difficile factu ſit:quin illud facillimũ uideri debeat. Si gratũ: Si iucundũ tibi futurũ ſit. Cõpulerat iãpridẽ tuæ laudis fama: ut te mihi diligẽdũ exiſtimarẽ. Accedẽte uero locupletiſſimi teſtis uel auctoritate/uel prædicatione/tã uehemẽs:tãq; præcipua erga te exarſit charitas:ut te inter eos amicos collocare inſtituerim. Q uibus cũ uetus mihi fuit cõſuetudo:Probatiſſima uiguit amicitia. Te igiť & hortor plurimũ:& oro:ut hãc meã uolũtatem nõ aſpemeris: & optimũ accipias aíum erga te noſtrũ. Nec ſi ſum tuis laudibus ípar:íparẽ habebis ſtudio:atq; officio. Q uãqdẽ ad te ſpem affert tua humanitas:& diui Hieronymi ꝓbata ſnia. Amicitiã parẽ aut inuenire aut facere. Itaq; gratiſſimũ fuerit uiciſſim abs te huic beniuolẽtiæ reſpõderi:reddiq; nobis tuas peroptatas lr̃as. Poſtremo ut iã tecũ amice agã/oro:ut quũ igenuũ:& modeſtiſſimũ adoleſcẽtẽ:Frãciſcũ Soarrã erudiendũ ſuſceperis:ut oẽm ad eã rẽ curam:diligentiã:atq; induſtriã adhibeas:ut te duce & præceptore patris amplitudinẽ aſſequať: & recta imitatione illuſtret facilius tuæ doctrinæ laudẽ. Feceris nõ modo nobis rẽ gratiſſimã:ſed uniuerſæ quoq; huic rei.p. quæ Ioãnem Soarrã diligit:ammirať: & omni ſtudio/atq; amore cõplectiť. Habetq; non Senenſem: minuſq; Lucenſem. Q uarum ciuitatum:ea profecto ratio eſt:ut uno ſpiritu uiuere uideantur. Vale.

AVg. Dath. Pacifico Maximo. S. D. Norã iã pridẽ:ſummã igenii tui elegãtiã:maximã eruditionẽ:cumulatam exquiſitæ doctrinæ laudẽ:ꝑclarã multax rex diſciplinã. Ea effecerũt: ut te uehemẽter diligerem: quãdoqdẽ ad beniuolẽtiã cõciliãdã plurimũ ualere debet doctrina/& uirtus. Vnũ deerat: qđ minime datũ eẽt:te orantẽ audire. Q ua una in te maxime uires/ac nerui ꝓferunť igenii. Forte fortũa cecidit:ut dũ nuꝑ opiparo cõuiuio:& ſplẽdidioribus intereſſem nuptiis. Iã pene mẽſis remotis: lepida & ꝑſtanti formæ aſſurgẽs Frãciſca Scotta uirgo/uere:& claro genere nobilis/& uirtute/ac laude nobilior:Nuptiale quoddã panægyricon & dulce & graue ſimul epithalamiũ ageret:ea exagitatũ copia/decore uerbox/ ſniax ſplẽdore/ ea induſtria/ſtudioq; elaboratũ/ea uocis/uultus moderatiõe/ac uelut modulatiõe ꝓlatũ: ut cõuiuæ oẽs ad unũ: qui & multi:& præſtãtes iudicio aderãt:magno quodã ſtupore tenerenť. Ipſe íprimis ꝓfuſius laudarẽ: & uirginis ſummã cũ eruditiõe modeſtiã:& auctoris/ac ꝓceptoris in docẽdo ꝑſtãtiã:q nõ mõ igenuos adoleſcẽtes:ſed & infantes quodãmõ natura:puellas ſantiſſimas: & eloquẽtia claras reddat. Mirifice delectati ſumus:non tã lautis epulis: q̃ affatim ſuppeterint:q̃ iucũdiſſimis hiſce bellariis: q̃ nouiſſimo ſũt allata loco. Q uũ tu Pacifice tãti muneris pepereris auctor:laudo te mirũ in modũ:& q; in affinẽ tñ in tenella ætate:ꝓ tuo ingẽii ſtudio cõieceris laudis/maximã tibi/& ago:& habeo Maxime gratiã:Noſtrã eo pacto tuis uirtutibus ciuitatẽ exornas:maiorẽ tibi idies:& gratiã paras/& gloriã:tui igenii ꝑclara exibes monumẽta. At dicẽte Frãciſca:auerti ab illa aíum:& ipm putaui loquẽtẽ:ut te & carminis elegãtia uatẽ:& dicẽdi ornatu:atq; copia haud ambigue oratorẽ eẽ cognouerim. Perge igiť/ac labora ſtudioſius. Obtrectatores uero/atq; inuidos/qui nunq̃ ſummæ uirtuti defuerũt:ſine inquam ualere:& illud ſit in ore Martialis. Rumpatur quiſquis rumpitur inuidia. Vale.

AVg. Dath. Chriſtophoro Lãbardo. S. Fuiſſe diu ruri plurimũ mihi cõducit(ut arbitror). Cognoui.n.quibus & ueris amicis & fucatis utar. Nihil eſt qđ ſcribã amplius:&(ut Laurentii noſtri uerbis utar) langueſcit manus. Scis q̃ti & te & Laurẽtiũ ipm faciã:q̃ crebras ſcribã lr̃as noſti. At uos q̃ſi meis ꝑrſus imemores uix tãdẽ unas datis toto mẽſe ad me lr̃as. Creditis me feſto die/ac celebri ſoleni affuturũ.xviii. Kalen. Septembres. Sed ſi ſcire cupitis:qđ ad tẽpus me expectetis:abero nõ minus menſes duos:certe ante nonas Octobres nequaq̃ rediturus. Expectet igiť qſqs uult:atq; q̃diu libet expectet. Delegi mihi:ꝑ id tẽpus ſecretã ſiluã:& ꝑlio dignũ ſeceſſum:quẽ locũ habitẽ potius: q̃ iſtuc redeã:ẽt ſi monachi & anachoritæ uita mihi degẽda ſit. Si oleribus ueſcẽdũ:& pomis. Si aqua frigida utendũ. Si cũ Hieronymo nr̃o debilia:& uix hærẽtia mẽbra collidẽda. Si bidui/ac tridui ꝑ ferẽda inedia. Malo mihi deformis/& ſquallida cutis ſit atq; etiopico adopta ſitu. Malo in tonſa barba/prolixo capillo:ſordida ac diſſuta ueſte in ſaltu uerſari/& nemore:ferarũq; latibulis:q̃ in urbe cũ iis uiuere:qui cum ſibi ipſis nimium placeant/amicitiam ſimulant:potiuſq̃ exercent. Vale.

AVg. Dath. celeberrimo uati/atq; Oratox principi. Frãciſco Philelpho ꝓceptori ſuo. P. S. D. Vir clariſſimus & Illuſtriſſimi pricipis:Illuſtris Orator Nicodemus utriuſq; noſtrũ amãtiſſimus:uarios pſæpe de te:deq; tua doctrina ſermões cedit:tuas ubiq; laudes ꝑdicat/eloquentiã extollit/igeniũ ammirať:ſummã pene rex oíum cognitionẽ:& ſingularẽ quãdã dicẽdi copiã/ac/ ſuauitatem: apud oẽs Senẽſes ciues præcipuis mactat honoribus. Solus in eius ore/ac ſermone uerſaris. Mılies ſi me cõueniat/ ſi offendat/ſi alloquatur. Subito

tur. Subito

tur. Subito de te mentionem infert:atq; ita crebro tãq; ſuauiter. Philelmi nomen uſurpat:ut nihil ꝑterea diligẽ-re/nihil:uno excepto diuo principe:pluris q̃ tuam doctrinam facere uideatur. Quæ ad eum ſcribis:tam iucunde legit:ut nihil ad ſummam uoluptatem:pœne addi poſſit. Te uero aureum flumen appellat: & tua ſcripta quaſi certam dubiam/dubiam putat eſſe:ubi neſciat quid potiſſimum laudet. Nuper tuos in Apollinem Lyricos uerſus/dulce carmen:& lepidum mihi oſtendit poema. Mox Spõzeidos tuæ libros.iiii.nitoris/grauitatis/& ſummæ elegantiæ plenos. Vtrũq; opus non me ſolum uere amantem diſcipulum. Sed omnes etiam:qui his de rebus iudicare poſſunt:uehæmẽter/ac mirifice delectauit. Sed non eſt hic ſatis idoneus laudandi locus. Id tamen minime ſiluerim:qui apud dubie noſtræ ſis ætatis Oratorum omnium ac poetarum princeps in utriuſq; orationis facultate/& gloria palmam tibi merito tribuendam. Quis dicit ſplendidius? Quis ſcribit limatius? Quis eloquit̃ magnificentius? Quis acrius inuehitur? Quis carmen concinit ſuauius? Quis artificioſius? Quis laudat grandius? Quis in omni dicendi genere excellit ꝑſtantius? Socraticam redoles diſciplinam Platonicã ſapis ubertatẽ. Ad Demoſthenis acumen:& ad ꝑclaram illius eloquẽtiã ꝓpiuſſime accedis:ut fœlix hoc ſæculũ iudicare nõ uerear:q̃d te ꝑconẽ tulit eiuſmodi:& ſimul inclytũ ac magnanimũ principẽ:cuius memorabilia geſta tui ſint farrago libelli. Ago Nicodemo ingentẽ gratiã:cuius tãta humanitas:tãq; ꝑcipua erga me charitas eſt/ut tua ſcripta/ q̃ in manus ſuas forte inciderint:mecũ uelit oĩa eſſe cõmunia. Te uero hortor:atq; oro/ut inchoato operi cõſimile faſtigium adiicias:& abſolutũ uniuerſum ꝑferri ad nos cures/ut legendo delectari poſſimus:& laudando tuũ/ferre ad ſydera nomen. Quod ſi tantũ/quantũ cupio ipſe poſſim afferre laudis ueteꝝ omniũ uel æquares uel antecelleres gloriam:atq; ſi uelis tuæ doctrinæ decus diffundi/ac propagari latius fac:ut tua ſcripta in magnifici Nichodemi manus ueniant. Vale.

AVguſtin. Dathus Proſpero Cardinali. S.D. xi. kal. Iulias luſtrãdi agri/ac ruris pagrandi cupidus in Vrſinum ꝓfectus ſum:ut poſt habita urbis frequentia:intra concaua uallium atq; abrupta montiũ ſub ingenti lucoꝝ umbra:& ocioſus ſæpe/& ſolus eſſem. Sed non ut deſidia torperemus:eo loci conceſſimus:q̃ uulgi eſt:& imperitoꝝ hominũ cõſuetudo:ſed potius ut tranquillitate ꝓpoſita uehæmẽtius ad naturæ inueſtigationem:contemplationẽq; rerum animus traheretur. In hac enim per iucunda montiũ/ac ſiluarum ſolitudine:inq; magno optatoq; ſilentio non languere ocium patimur. Sed laudatas artes:ꝑclara Philoſophiæ ſtudia:difficilium atq; altiſſimarum rerum:tum cognitionem:tum ſcientiam cupidius ardentiuſq; capeſſimus:ut bene me/ac beate putem uiuere:q; hiſce in locis uiuã. Quid enim noſtro ocio dulcius? Quid tã magnũ expetendũue ſit? quin illud hoꝝ locoꝝ amenitas ſuperet? Quã nunc uitam degimus:ſi nulla contaminet egritudine:læta imprimis/ac ꝑ beata eſt:ſed & exquiſitior/iucũdior/florentior/lauto uictu/ eleganti cultu/opiparis cõuiuiis/delicatiſſimis epulis:magnificis denique apparatibus eoꝝ:quos pleriq; oẽs multo eſſe omnium fortunatiſſimos putãt. Nã in hac re mea ſemꝑ hæc ratio fuit:ut optimo loco eoꝝ fortunã ſitã eẽ exiſtimarẽ. Qui parua tuguria:tenues caſas habitant. Qui pecudũ pellibus opti:glãde/olere/pomiſq; uictitãt. Quod (ſi Dicearcho credimus) uel oẽs facere Saturno quondã rege.i. in aureo ſæculo conſuerunt. Qui contexto palmaꝝ foliis: atq; ſtipulis cubili dormiũt. Qui & paruis finibus cõtenti ſunt. Qui moleſtia oĩ/ac labore uacui:ſumma aĩoꝝ q̃ete/ ac tranquillitate fruũtur:cuius cupiditate adducti uiri nõnulli ſapientes cũctis relictis humanis rebus:ſeſe in uaſtas etiã ſolitudines cõtulerunt. Sed hæc tibi ĩprimis optime:ac uenerãde pater explorata ſunt. Iã igit̃ quid agã accipe. Eſt ꝓꝑ uillã amænus locus:& ꝑiucundus. Hic latiſſima ſunt ſpatia:q̃ molliter in ambules:Hinc atq; inde uaſta rupes: ſed & duro undiq; ſaxo exciſa ſedilia uitæ deſup:atq; edera tecta:in medio fons nitidiſſimus:aq̃ ſaliẽtes: undiq; ꝓceræ/atq; altiſſimæ arbores frequenti aura:& auiculaꝝ garritu plurimo ꝑſonãtes:tũ immane ſaxũ & cauũ manibus:quod intra religioſum ſacellũ quo ꝓperamus prima luce ad rẽ diuinã. Poſt uero in cauernis:celluliſq; delitescimus:q̃ & multæ eo in loco ſunt/& uariæ:mitto libroꝝ ac ſtudioꝝ uarietatẽ. Mitto incredibiles inter legẽdũ:& cõtemplandũ uoluptates: quas uel uerbis:uel æpiſtola cõſequi poſſit nemo. Tũ uero creſcentis Solis ardore:atq; æſtu diei flagrãtiſſimo in cã:q̃ e regione ſita eſt ſiluã deſcẽdimus:ueꝝ quidẽ ſecretũq; ſeceſſum. Hunc uenerãde pr̃ ĩprimis locũ:dẽſiſſimæ ulmi:amẽniſſimæ q̃rcus:patulis arbores diffuſæ ramis:umbroſæ opacãt ilices. Haꝝ ſuauiſſima arboꝝ umbra:& caloris moleſtiã:& æſtus ꝓpulſamus incõmoda. Huc ſæpe ꝑ multos:q ꝓximas noſtro ruri uillas colunt ꝑ urbanos ac faceti̇ſſimos uiros iubemus accerſi:& cũ Romana facundia: tũ magna rerũ oĩum doctrina ꝑditos:q oẽs in herbã abiecti:de lraꝝ diſciplinis/de uirtute/de moribus/deq; communi oĩum laudũ gloria:uarios ſermones cedimus miris maximiſq; afficimur uoluptatibus:quas nõ tã iucundum ſit cape:q̃ explicare difficile. At iã uergẽte ad occaſum ſole:& clæmentiſſimo miteſcẽte cælo tum ꝓdimus foras: luſtramus agros/mõtium ac pratoꝝ uiriditate oculos paſcimus:ut ad ſummã delectationẽ:nihil poſſit accedere. Quãobrẽ ueniſſe iuuat. Hæ nãq; ſiluæ hæc nemora ingentia. Hæc ſola nã:ipſi me fontes:ipſa me arbuſta uocabant. Multa ſunt hac anni hora ruris oblectamẽta. Quis ſe ĩ urbe cõtineat? Et nunc oĩs ager:nunc omnis parturit arbos. Nũc frõdent ſiluæ: nũc formoſiſſimus annus. Scripſi quid reꝝ agã uenerãde pater:q̃d ſi eſt factum ſerius/obſecro te/ ut mihi ignoſcas. Nemo prius mihi oblatus eſt:cui ad te darem lr̃as. Qui igitur me habes totum. Serua me q̃ſo in tuoꝝ numero ſemper:atq; es perpetuo fœlix. Vale.

AVgu. D.N. Cardinali. S.P.D. ac ꝑpetuã fœlicitatẽ eſt exoptat. Nulla uis ingenii nullius eloquentiæ copia:nullius ornatiſſimæ lr̃æ ualeãt explicare:quãto nunc gaudio: q̃ admirabili læticia exultet animus tuæ Reuerendiſſimæ. D. aſſumptione:atq; fœlicitate. Video nunc ad magnæ gloriæ ꝓuectum faſtigium:quẽ amo/quem colo/quem ammiror/ac ueneror: quem tantæ uirtutis ſplendore fulgere: quẽ ieciſſe omnium laudatiſſimarum rerum fundamenta iampridem intellexi:quem futurum ampliſſimæ Sacro Sãctæ Ro. eccleſiæ decus/ac ſydus quoddã lucẽtiſſimum: qui q̃dẽ nouerit:dubitare nemo poſſit/meritis ꝑmiis debitis honoribus tuæ. R.D. uirtus decorata ẽ:nunc facilius ꝓbitatis tuæ laus eluceſcit. Nunc prudẽtia:nunc bon-

tas:& religionis flagrantiſſimus illuſtrabiť amor. Quibus plane rebus floruiſti ſemper. R.D. a teneris:(ut Græci dicũt) unguiculis. Ago igiť ĩmortali Deo grates quaſcũq; mea imbecillitas poteſt; q ſummo; omniũ bonorũ auctor tanti me nunc uoti fecit compotem:& quod adipiſcendi cupiditate animus conflagrabat:cumulatiſſime tãdẽ impartitus eſt. Magna eſt uel immenſa potius omnipotentis Dei bonitas:ineffabilis diuinæ prouidentiæ gratia:q̃ dũ eccleſiæ firmitati conſuluit:ſolidi cardinis adiecto robore:animũ meũ ſimul expleuit iucũditate:& gaudio. Itaq; tuæ fœlicitati plurimũ congratulor. Fœlix iſta natio exiſtimanda eſt:q̃ ſummi pontificis culmine enitefcit:& eius quidem Pontificis:cuius ꝓuidentia & uirtute uniuerſalis eccleſiæ firmitas. Apoſtolicæ Sedis gloria:totius Chriſtiani populi tranquillitas continet̃. Fœlix inq̃ iſta natio q̃ Sereniſſimi Regis inclyti:atq; chriſtianiſſimi principis ſplendeſcit amplitudine:fœlix ꝑfecto/ac beata iſta natio:q̃ tot tãq; clarorũ principum: & p̃ſtantiũ Dominorũ eminet/ac refulget gloria:& nunc potiſſimũ tuæ. R.D. exaltatione & nomine. Ea tam p̃cipua ſummi principis dona ut ſeruent̃ nobis/cunctis oro:atq; obſecro p̃cibus:& ut in dies tuæ. R.D. extollat decus / ac fœlicitatẽ tueat̃:ſupplex dep̃cor æterni principis maieſtatem. Nihil eſt:quod dignũ tantis meritis aut polliceri:aut deferre poſſim. Habebit certe tua. R.D. Aug. totũ animũ eius omnem/fortunas/facultates/ſuis p̃optos/ac paratos iuſſibus/uitam ipſam/& ſanguinem tuæ ſemper deuotũ uolũtati. Nã q̃d in me eſt tuæ. R.D. fidẽ:obſeruãtiã:atq; induſtriã polliceor:& meæ omne tempus ætatis:es perpetuo fœlix. Vale.

AVguſtinus Dathus Frãciſco Cardinali Senenſi:ſummam fœlicitatem optat: & ſupplex ſe commendat ſeruus. Sit mea protſus inexcuſabilis culpa:& indignũ uenia crimen. Si uel ſponte: uel uoluntate deliquerim. Verũ noxam aut leuem:aut nullam neceſſitas facit:q̃ ita potens eſt:ut cuncta ſint illi obnoxia. Quam prouinciolã demandaſti:curaui omni ſtudio celeriter nauare. Iã non æpiſtolã:ſed libellũ contecerã:per kalẽ. nouẽbres:quũ triſtis Pientia de fratris filiis:lætali morbo correptis allatus eſt nuncius/neq̃ apparitor:cui cõplicatas chartas:& tã collectanea/q̃ contextã hiſtoriã crediderã. Senã regrediens miſero mihi imprudens homĩcio perdidit:q̃d tã & ſi puſillũ erat:ad id tñ pœne amiſſum cõpulit. Quod. P. Terentius perpeſſus fert̃. Senio & quadã ueluti deſperatione:p̃citus alias res agebã. Diu laboris pertæſum eſt:nec ad eã rem:quã accuratiore parauerã ſtudio:de integro animũ operãue poterã referre. At cõtra tua pulſante animũ auctoritate (ſponte fatebor) difficulter:atq; ægre admodũ reficere tẽtaui q̃d antea q̃dem tã diligenter:q̃ libenter pfectũ erat. Nũc tandẽ nõ niſi laborioſiſſime iteratũ:p̃ſertim non ſatis ſuppetentibus:unde hæc fuerant mutuãda. Sed hoc quale cũq; eſt:prius copioſius:& induſtria maiore elaboratũ:nũc ut ſiccius/breuiuſq;:ita & incõcinnius reintegratũ. Accipe ſumme pater cui te non tã lectore:q̃ cẽſore opus eſt. Rẽ p noſce. Sortẽ miſerate:animũ meriti meum & ut caſum ꝑpetua deleat obliuio alia p̃terea impera:ut q̃ forte perperam ceſſerunt uetera:melioribus aggreſſus auſpiciis nouis:ualeam penſitare obſequiis. Aueto.

FRanciſcus Cardinalis Senenſis Aug. Datho. S. Nulla nobiſcũ tibi opus eſt excuſatione doctiſſime Auguſtine: qui humanitatẽ tuã innatã erga oẽs:& in nos ſummã obſeruãtiã atq; charitatẽ iã pridẽ experti ſumus. Neq; unq̃ ſero factũ eſſe putamus q̃d bene factũ eſt. Non. n. quiſq̃ prudens q̃ ꝓpere:ſed q̃ bene quid actũ ſit. Solet perquirere. Cõmẽtariũ tuũ re; Plũbinẽſiũ:quã rẽ tibi ſupiori æſtate demandauimus. Nup accepimus/eloquentia/doctrina/exacta rerũ pueſtigatione/ & uera dilucida: diſtinctaq; geſto; explicatione ornatũ. Satiſfeciſti certe deſiderio noſtro nr̃æq; de te ſpei habundantiſſimæ. Neq; eſt q̃ morã excuſes: q̃ñ ea nihil attulit incõmodi. Vnde gratias tibi agimus:p ingẽtes:p tua in nos optima/prõptaq; uolũtate. Appianenſes aũt noſtri immortales debent:quos tuis monumentis immortales reddidiſti Cæterũ moleſtia:qua ignaui tabellarii iactura affectus fuiſti. Nos etiã tua cã urget. Scimus. n. q̃ durũ ſit fruſtra tot lucubrationibus inſudaſſe: & q̃d fœliciter ſemel ꝓuenit:ſæpe eadẽ fœlicitate iterari non poteſt. Non tibi tñ: ita nũc uſu uenit: qui oĩa quaſi eſt promptuaria cella:e tua ꝓfundiſſima memoria deprompſiſti:ita ut huic rei p ætatem inſudaſſe uideans. Venit igitur tuum opuſculum:opportuno tempore ita ut a nobis iucundiſſimo uultu ſuſceptum ſit. Bene uale: & nos ama ut facis.

AVguſtin. Dathus Iacobo Maximo Pontecuruano. S. Noli ammirari:ſi ſum nunc in ſcribendo q̃ uelim breuior. Obruor agricolarũ cateruis:qui ad ſolẽne noſtrũ confluxere. Sũ undiq; ſtipatus turba conclamantiũ agreſtiũ. Qui cupientes diſcedere:facti uotorũ cõpotes ad me unũ reſpiciũt. Opportune importune agunt:reſpirare non ſinũt:quieſcere nullo modo patiunt̃. Abripiunt uel palliũ/ut nec prandere nec cœnare/nec dormire:& indulgere poſſim genio. Video alium circunuolare propetantem ad me: alium uel in faciem inuolare:ut expeditus p̃terat̃ cœteris. Quid ſcribã nequeo cogitare/nec pes/nec mens / ſatis ſuũ officiũ facit. Quo me uertã/neſcio/circũſtãt agreſtiũ iniunctæ umbone falanges. Cauſam accipe:nec ob has lr̃arũ anguſtias:ſis tu ad ſcribẽdũ remiſſior. Noli ruſticari diutius/& nos aliq̃n reuiſe / & Ioannẽ reduc ad lr̃arũ curricula/ nec maior illũ ruris q̃ urbis capiat oblectatio. Aucupare interdũ:& q̃bus potius ficus: q̃ dedit uua nomen. Ita fias fatur:ut ſi quæ aliquando ſuperſunt reliquiæ/ad nos mittas. Vale noſtri memor:& Nicolai in primis quem uere amantem:mutuo amore complectere.

AVguſtinus Dathus Petro Bachio Salutem. Quũ noſtram conſidero mutuam beniuolentiam: cõſidero autem q̃ ſæpiſſime. Statuo nihil mihi poſſe contingere gratius: q̃ tuas frequẽtes accipere:& frequẽter legere:quas opto in mirum modum tuas litteras. Quod ſi uideat tibi:ad ſcribendum ſegnior tardiorue. Scias id partim:accidere lectionum multarum occupatione:partim tedio quodam tuæ abſentiæ. Quæ poſtquã fuit nunquã potui iucunde:& ocioſe agere uitam. Vna ſpes eſt immo duplex:nam puto te uere reſpõdere amori noſtro:& etiam te ſeruaturum promiſſa : ut ad nos uenias : cum facultas dabitur. Id oro te & obſecro. Id filius optat. Id deſiderat hæc domus : quæ tota tecum communis eſt. Vale dulce dimidium animæ meæ.

AVguſtinus Dathus Leonardo Beneuolentio. S. Cognouimus ex multorum litteris: quæ hactenus inter Pariſienſium: & Britannorum legatos acta ſunt. Cũq; ſperandum uideretur: ut rebus compoſitis bella ſedarentur. Nunc quorundam perfidia redacta ſunt: pœne ad nihilum omnia irritatis utrinq; animis/exaſperatis rebus ſpes pacis adempta eſt. Res procliuis ad pernitié in alterutram partem perfundabit. Itaq; expergiſci debemus/nec cunctari diutius. Nihil loci ſegnitiæ: & ſecordiæ eſſe debet. Quod ſi qui inter oſcitantes oppreſſi fuerint: de illorum ſalute actum erit. Nouimus quæ ſint tua conſilia: accingere ſtudioſe & quid nos facere ſuadeas. Fac ut quã primum: per tuos nuncios certiores reddas. Res utiq; in magnum diſcrimen deducta eſt. Veremur ne ſera ſint remedia. Optimũ factu erat: ut paruus hoſtis interficeret: & tanti mali incendia extinguerentur in ſemine. At nos minime tamen pigebit oẽs in hanc rem cõferre animi uires: & oia prius experiri: q̃ illi inter ſe peſtifero conſilio audeant concertare. Certe ſapientis eſt: interdum de ſuo iure cedere & regredi: q̃ progredi male. Vale.

AVguſtinus Dathus Celeberrimo philoſopho/ac medicorum principi Bauerio Bononienſi. S. Cupit Nicolaus filius uiſere Bononiam urbem. Sed præter urbem teipſum multo magis: quaſi doctrinarũ decus: quarum ſtudioſus eſt. Quæſo te præſta illi affabilem: & tui glorioſi conſpectus: atq; ſalutaris ac iucundi alloquii obſecro ſac participem. Ita enim redibit: non utiq; ut ille: quem celebrat Gaditanus hiſtoriæ. Sed tua ſingulari ſapientia deguſtata: fiet una mecum tuæ immortalis ꝑcor laudis: & gaudebit tuis diuinis uerbis: q̃ quondam ueteres Delphicis oraculis: haud quamquam ſecus. Ita & in pectore filii celebre tuum nomen impreſſeris: quod iamdudum in patris animo: & alto corde pœnitus defixiſti. Nuſquã fuero tuæ uirtutis/doctrinæ. Humanitatis immemor. Es peremne fœlix/ac perge in nos optimi patris uicem gerere. Vale.

AVguſtin. Dathus uolentibus Diis fœlix. Leandro ſuo. S.P.D. Viſus es mihi tuliſſe grauiter: quoniam acceperis per breues litteras: ſed ſi meos & dolores: & labores multarum rerum conſideres: tunc profecto iraſci mihi deſinas. Quod autem doles: ut te ab inſtituto conſilio: & in cœpto deterream. Id certe nunquã tibi conceſſerim. Legiſti ne meas litteras? Intellexiſti meas litteras? Non enim te impedio. Sed ut bono conſilio agas uehæmenter hortor nunc quoq; ut facias idem: oro: te atq; obſecro. Magna nanq; ipſa res eſt: & magno regenda conſilio. Re integra neminem unquam penituit facti. Factam autem quis infectam reddat? Ne ipſe quidem poſſit deus Agathon ait. Pone igitur prius iram omnem. Dehinc quid ſit agendum delibera diligenter. Nunquam in ſapiente uiro/aut iram/aut ultionem laudauerim. Nempe tu Ciceronianus es totus. Sic enim quod tu & recte nouiſti: & conſtanter ſequeris. Cicero ait primo de Officiis libro. Iuſticiæ primum munus eſt: ne cui quis noceat: niſi laceſſitus iniuria. Nõ ſapiens eſt hæc uox nec libero digna uiro. Iudicis enim eſt punire ſontem. Magni autem uiri & excelſi animi eſt cõtemnere iniuriam: ſi illata eſt. Sed coram uelim hæc tecum diſceptare. Sed ſi faciat alter? Iſtic prorſum nulla extat etiam uirtutis umbra. Si fortis es: mitte iſtæc. Si euomere iram inſtituiſti: fac obſecro tuis manibus. Illud enim tanquam per fraudem. Hoc autem tanquam per uim uidebitur fieri. Fraus enim odio digna eſt maiore. Sed quid Helenus tibi ille inſanus? Eryphilem tibi eripuit? Immo eripuit tibi ſummum malum. Habeat: Eryphilem ſibi periturus. Si illam ſequatur. Sed dicis. Diſtricto gladio in me impetum fecit: Immo populo indicauit: ſe inſanum eſſe. Fecit: quæ erant Heleni deſipiẽtis hominis. Tu uero fac quæ Leandri ſunt uiri omni ex parte ſapientis. Micte/micte paruum hominem: & Vale anime mi.

AVguſtinus Dathus Illuſtri Princi. Vrbinati Oddantonio. S.P.D. Ac perpetuam fœlicitatem exoptat, Quaſi mihi illuſtris Princeps: detulit tabellionarius tuus litteras idibus Ianuariis: & ingenti me affecerunt uoluptate: & miro animum gaudio expleuerunt. Multa mihi grata ſunt: Sed iucunda præ cœteris rebus iſta uolũtas. Summa clæmentia: & principe quidem magnanimo digna. Nec ego unquam tantis me muneribus dignatus eſſem: quæ tu illuſtris princeps: in me humaniſſime contuliſti. Nimirum fortunatiſſimum me eſſe iudico. Qui apud clariſſimum principem gratia ualeam nõ mediocri. Sed nihil eſt: quod pro immortali beneficio contra referam. Quod uero in me eſt: animum ac fortunas meas tibi illuſtris princeps trado omnis/ac deuoueo. Inuitaſti me iampridem liberaliter ac magnifice. Quamobrem relictis rebus omnibus: ante diem ad te: & lætiſſimum ueniam. Præſertim cum facile intellexerim eiuſmodi te principem eſſe: qui diuina uirtute. Ingenti animi magnitudine/ampliſſimis fortunis/ac naturæ dotibus: clariſſimis omnium rerum gloria cæteris antecellas/nec cunctatus eſſem diutius: niſi hyemis magnitudo: atq; itinerum difficultas ſumma deterruiſſet. Iã uero parentibus ipſis cohortãtibus: qđ fieri perraro ſolet aliquot annos patriam relinquã. Cuius tu quoq; es amantiſſimus: & ut tecum uiuam coniunctius: q̃ primum iſtuc ad te ueniam. Interea uero clariſſime princeps qui litteris: & optimis artibus dare operam inſtituiſti: quod magnos & præſtantes uiros decet/obſecro te: libros para: quibus maxime opus eſſe cognoueris. Ego quoq; paraui: quos iſtuc q̃ primum deferri uelim. Quanq̃ ſperamus: quibus natura acre ingenium tribuit: perpetuum ſtudium attribuerit uoluntas. Bibliothecam quoq; nõ deeſſe. Quæ ſi fuerit copioſior: cũ in dicendi facultate: tũ etiam in cœteris diſciplinis ꝑficies plurimũ. Vale fœliciter magnanime princeps: & admiſſum Auguſtinum in tuo ſinu diutiſſime ſerua.

AVguſtinus Dathus Guidoni Piccolomineo. S. Inſtitueram longiuſculas ad te litteras dare. Sed id conſilium repente rei familiaris cura & laborum occupatio peremit. Nam poſt quam tua mihi æpiſtola reddita eſt: feſtinabundus domum uolaui. Parauiq; continuo: ut ad te ſcriberem. Ecce uenit corſiniano: qui annonam deferret: & frumenti pro noſtris facultatibus uim magnam importaret. Nec ob eam cauſam poteram uſpiam diſcedere nec ocioſus eſſe. Quippe qui ſolus domi manſerim. Nam patrem impediebat non ſolum ſenii imbecillitas: ſed etiam articularis morbus: & uetus podagra. Fratrem uero de uia ambulando defeſſum languor quidam tenebat. Præſertim cum Soles (ut noſti) nimium iter facientes his tempori

bus urgeant. Accipe igitur noſtram cauſam:non tamen tuis ſuauiſſimis litteris reſponſum:Nam eiuſmodi ſunt: & tanta grauitate:& lepore conſcriptæ:ut ſi quis eis cumulate reſponſurus ſit:plurimum ſibi dari cupiat ocii ac temporis. Quod cum accideri t:tum copioſe:(ut arbitror) & tuam æloquentiam laudauero: & animo erga me tuo cumulatiſſime ſatiſfecero. Vt ſoles me ama:& q̄ primũ expecta tuis litteris reſponſum. Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico Clancianenſi.S.Ea eſt amicorum:quos non temeritas: ſed uirtutis iudicium coniunxit/uetus conſuetudo/ut ſi quid aliquando petendum ſit:agatur paucis: ſi igitur non ſit tibi:aut ualitudinis cura: aut ulla ipedimẽto moleſtia: oro ut ad me q̄primũ uenias. Multa enim ſunt q̄ tecũ cõmunicẽ: q̄q; ex te ipſo perconter etiã per multa. Sed quid pluribus opus? Nã ſi ueneris erit (ut ipſe arbitror) utriq; per iucundum. Expecto uero:ac tuas confeſtim litteras: aut mox te ipſum potius. Vale.

AVguſtinus Dathus Franciſco Patritio.S.Quum in Philoſophorum uerſabar gymnaſiis per ſæpe ſcribere ad me conſueſcebas. Vbi uero eiuſmodi poſthabita paleſtra:ad Rethorum me ſcholã:atq; exercitationem contuli. Nunq̄ me tuis es dignatus æpiſtolis. Nunc tandem uideo uerum eſſe: quod uulgo dici ſolet. Quem lumina non cernunt:eum q̄ primum:& labi memoria:& animo deleri. Atq; id circo metuo:ut mei te dudum cœperit obliuio. Quod ſi eſt factum:nihil queo ſatis mecum excogitare cauſæ. Scis q̄ me frequenter ad æloquentiam impellere conatus ſis. Nec es Franciſce neſcius:quæ calcaria: quos ſæpe ſtimulos adhibueris. Quæ omnia mecum tacitus ſæpiſſime uolutans:malui parere tuis conſiliis: q̄ mei ipſius ſententiã ducẽ ſequi. Demum in deligẽdo genere uitæ:qua deliberatione nihil eſt neq; difficilius:neq; grauius. Abſentis tui plurimum ualuit auctoritas. Ad tuam igitur ſententiam:& exortationemq; conuerſus: ita proſum æloquẽtiam ſum complexus:ut remiſſius: q̄ par eſt:philoſophari cœperim. Quid igitur me abs te ita ſeiunxit:quos eadem ſtudia iunctiſſime copulare:atq; inuicem iungere debeant? Quod ſi ſorte me alicuius prætermiſſi officii accuſes. Id quidem factũ eſſe negauerim. Nam ita de te uigilans/& cogito/& loquor:ut frequens cogitatio & creberrimus ſermo id mihi pariat:quale de Homero prodit Ennius. Sed quid nam eſt remiſſæ beniuolentiæ cauſæ Si me amas:ſi quid ueteris amoris reliquum eſt:ſac ut ſciam:& redde omnibus de rebus me q̄ primum per tuas litteras certiorem. Vale.

AVguſtinus Dathus Marcello.S. Dederam ſuperioribus diebus ad te litteras:quibus & tibi plurimũ gratularer:& teſtificarer ſimul amorem meum erga te ſummum. Nihil/& ſi iampridem ſcripſimus: reſponſi allatum eſt. Quid cauſæ impedimento fuerit:neq; ſane ſcio nec ſatis cõiectare poſſum. Quod ſi grauiores quæpiam occupationes te aſcribendo deterruerint:cauſam nõ inuitus acceperim. Sin autem uel mei te cœpit obliuio uel meum in te animum neglexiſti:& ipſe multum doleo & te iuſta repræhenſione dignum exiſtimo. Quod ſi me (uti arbitror) conſtanter amas. Si quid fueris nactus temporis:ſi non longiores/ at per breuis tamen:quaſdam mitte ad nos litteras: Verum ſatis iocati ſumus: quanq̄ ſerio peto a te uel præcibus adhibitis:ut ſcribas. Quanta tua ſit Marcelle humanitas:tam facile expertus ſum:ut non ſim neſcius: cuius fiducia oro te:atq; obſecro:ut Galganum Saluium ciuem noſtrum:qui q; Romæ apud nellum Bononienſem: ætatẽ agere decreuit. Adoleſcentem quidem:ingenuis moribus per modeſtum:& tua atq; aliorum præſtantium hominum amicitia dignum:noſtri ſtudioſiſſimum:& circiter unum & uiginti annos natum. Oro inquam te ut eum ſuſcipias & in ſinum tuum admittas. Quod ſi feceris (ut ſpero) ſummum abs te beneficium accepiſſe iudicabo. Et quem tibi commendo perpetuo deuinxeris. Deoſculare ſanctiſſimi dñi noſtri pedes beatiſſimos meo noie. Me ama:& p litteras alloquere. Si quid uero eſt opus fac oro ut ſciam. Vale.

AVguſtinus Dathus Aldobrandino.S.Iamdudũ quid agas neſcio. Quod aũt ueterẽ exercitationem in dies ardentius amplexeris:id mihi quidẽ dubiũ non eſt. Nam id animaduerti iampridẽ: deditũ te eſſe litterarũ laudi: quã & optima uiuendi ratio ſequatur neceſſe eſt. Quorum quidem neutrũ ſeparari/ac diuelli ab altero poteſt. Fac igitur:ut qui adhuc:& eloquentiæ & uniuerſæ uirtutis ſtudioſus extitens:earum quoq; rerum pergas indies ſtudioſior eſſe. Hoc proculdubio:quam tibi iucundum: tam gratum mihi erit. Vale.

AVguſtinus Dathus Bartholomæo.S. Apud me nihil tantũ habet ponderis:q̄ amicitia. Nec eſt in rebus humanis quicq̄ prorſus:quod ei præſerre audeam. Sed tum omnium hominũ grata mihi eſt beniuola uoluntas:tũ eoꝝ gratiſſimus aius:quorũ & ſpectata ſit uirtus: & a teneris annis amicitiã nobiſcum conflauerint. Quod cum ita ſit:neminem tibi uttaq; tatione par ſit anteferre. Nam ut omittam tuas laudes:quis uetuſtate amicitiæ te uno apud me habeat potiora iura? Vere id noſtræ neceſſitudini accommodatum ſit: quod uino ueterrimo Iuuenalis tribuit. Titulum uero:nomenq; uetuſtas deleuit. Tuo igitur in me amore:nihil acceptius/ gratius nihil/nihil dulcius/ſuauius nihil/nihil charius/iucundius nihil eſſe poteſt: cuius tam antiquæ:tam probatæ amicitiæ fiducia:ſuperioribus diebus rem quidem honeſtiſſimam. Sed non ſatis fortaſſe tua præſtantia dignam:a te poſtulare ſum auſus:Factum forſitan a me immodeſte. Sed actum familiariter: & amice: Eam enim noſti amicorum legem:ut quæ indecora non ſint:omnia ab amicis audenter depoſcant: multoq; etiã audentius:ſi non pro ſua ipſorum utilitate:ſed ut aliis proſint :beneficia poſtulantur. Ego quod efflagitaui: amiciſſimi uiri cauſa:fecerim:quem te uno habeo excepto omnium chariſſimum. Quare ſi me amas: uelim quantũ erat petitum q̄primum abſoluas. Idq; oro/ut facias. Quod ſi preces nõ profuerint/adhibebo & minas. Vale. Rẽ tuam tempeſtiue tranſegero. Iterum atq; iterum. Vale.

AVguſtinus Dathus Hieronymo Ferrarienſi.S.Et ſi iamdudum Ferrariam abiiſti Hieronyme:nihil tamen neq; ſcriptum abs te eſt:neq; nunciatum tuis uerbis. Quod non tam doleo:atq; miror. An obſecro oblitus es quid te facturum receperis? Hoccine officium eſt amici? Hoccine promiſſum? Mole-

ſtum mihi eſt adhuc de te nihil eſſe allatum noui. Scis q̄ amici angi ſoleant:qui uere amant. Scis quid periculi:quid
ue etiam mali contigerit cogitare. Deniq; qd metuant/non ignoras:ut uel ab hoſte captus ſis: uel in latrones inci
deris:aut quiduis ſis paſſus incommodi. Præſertim his tēporibus. Nam quis uel abditiſſimus locus ſecurus eſt?
Refertum etiam prædonum Mare:undiq; bella:undiq; equeſtres pedeſtreſq; copiæ. Alii ſeſe accingunt prædæ.
Alii mortem & interitum parant. Quid mihi credis eſſe animi:cum uoluo hæc ipſe mecum? Nonne ſcripſiſſe te
oportuit:ubi Ferrariā uētū ē. Quo tū perueneris:nec ne icertū eſt nobis. Eia igit̄ ad me ſcribe. Age libera me q̄ pri
mū oī metu & p̄ſta te eū abſens:quē p̄ſens ſolebas. Sis eodē ſp̄ erga nos aio. Quē uero de tua abſentia dolorē cœ
pimus. Leni interdū obſecro/ l̄ris tuis iucundiſſimis. Quas dies ac noctes (crede mihi Hieronyme) deſidero: &
uehæmēter expecto. Nec te capiat obliuio noſtri Chereæ:qui q̄ te & diligat:& amet:iampridem cognouiſti. Hic
te plurimum iubet ſaluere. Andreoccius autem ille uir urbanus & omnium bonorum amantiſſimus/mittit tibi
litteras:ſeq; commendat diligenter. Cupit de ſuis rebus certior fieri:quidq; ſibi ſperandum/deſperandumue ſit
ſcribi uehæmenter deſiderat:ut quid ſibi agendum ſit/plane intelligat. Sorrinum igitur conueni:alloquere:inter
roga:ora:obſecra:uim affer/ſi opus eſt. Addam ne ego p̄ces? Dignus eſt Andreoccius: qui utatur tua opera: eius
dignitati conſulas:in quem curam atq; ſtudium conferas. Qui laudem amplius? Iamdudum ille cognitus eſt ti
bi. Quid eius laudes afferam in medium. Ita uirtute excellit:ut proximus ſecundū Chercam ſit: quem plurimū
diligas. Plura alias ſcribam. Raptim hæc iuſſit ſcribere Bartholomeus:cum iā æquū aſcenderet. Sorrino iſti uiro
ſcientia & uirtute p̄ſtanti/me plurimū cōmenda. Sis noſtri memor:ſicuti & nos tui a quo tū litteras/ tū etiā Ho
mericos uerſus expecto. Tu uelim me imprimis & Bartholomeū ip̄m uirū his humanitatis ſtudiis eruditum ſtu
dioſiſſimūq; tui/participem tuæ facias doctrinæ. Vale.

AVguſtinus Dathus Petro Stephaniſtæ. S. Si me pro tua uel beniuolentia/uel humanitate patrē uo
cas:& totiens chari genitoris repetis nomen. Quid eſt:quod non iam tandem te filium auſim appel
lare? Proſequar:quod abs te lepide inſtitutū/atq; uſurpatū eſt. Præcipue uero/cū ſecundū Nicolaum
natū dulciſſimū:tu cū lepidula Theodora ſecundū in amore obtineas locū. Sis igitur una cū charis li
beris tu quoq; pro filio:qui me pro genitore habere inſtitueris:& patris ſis dignatus nomine. Nec ſi te tulit Hiſpa
nia:me Italia genuit:quæ longis interuallis diſtare cernuntur:Non arctiſſimus utrūq; copulauit amoris nexus.
Magna imprimis uis amoris eſt/quis neget. Tu ſi ad Iberū & Gades natus es/proxime tamen iungeris nobis:qui
propiſſime ad filii ſtudiū accedis. Quod ſi odiū non nunquā uel geminos quoq; diſſidere cōpellit: quanti amor
æſtimandus eſt: cui natura optima rerū artiſex longe maiores uires tribuit. Indū quoq; & Gaditanū:ſi ſemel for
te congrediantur:uere faciet eſſe germanos. Creuit indies mutua hæc altis radicibus defixa charitas: una tandē
eſt animorū uoluntas:& uere cunctis in rebus certa cōſenſio. Nihil relinquitur amori loci. Vnū ſupereſt:ut quod
ſummus Princeps Deus & cæteri ſuperi dederint:ut in hoc mortali agamus æuo. mutua noſtra beniuolētia per
fruamur:reuiſamus ſæpius:ſepius conueniamus:ut ueras poſſimus tū audire/tū reddere uoces. Nihil tā aduer
ſum amicitiæ/q̄ abſentia diuturnior:ultro citroq; alter alteri occurramus in uices obuiā prodeamus: nec tibi ur
bis iſtius amenitas impedimento ſit:nec te terreat itineris difficultas:nec remoretur uel hyemis aſperitas: uel al
piū nix denſior/ac pruina rigens:omnia ſuperat:omnia uincit amor. Si potuiſti metiri longa maris ſpacia / ac poſt
habitis patriæ delitiis tranſfretare:ut tyrrhenas oras/atq; hetruſcos uiſeres colles:poteris & pauliſper relicta Bo
nonia/Senā demigrare:& aliqn̄ dulce diuerſoriū repetere:quaſi delicatiores Baias:gratū litus amæni ſeceſſus: &
q̄dā ueluti iucundiſſima tēpe. Ipſa te uocant urbis noſtræ mœnia. Ipſi noſtri lares imprimis: quos tecū uolumus
eſſe cōmunes. Veni igitur:atq; utere tuo iure. Tu ſi uales/bene eſt:nos ualemus die/noctuq; & tui & ueteris con
ſuetudinis memores. Vale.

AVguſtinus Dathus Vangeliſtæ. S. Perfunctū te magiſtratu/ſumma cū dignitatis tuæ laude plurimū
Vangeliſta gaudeo. Spē quā de te ſummam iāpridē conceperā in iſtis ampliſſimis honoribus / ſingu
lari quadā atq; incredibili uirtute ſuperaſti. Mihi gaudeo:qui amicū probitate ac ſapientia præditū
nactus ſum. Ciuitati uero & noſtræ Reipu. plurimū gratulor:cuius adminiſtratio his temporibus in
p̄ſtantes ciues & grauiſſimos uiros inciderit. Nec enim perturbatione animi:qua nulla ciuitati peſtis maior eſſe
poteſt. Sed iudicio atq; uirtute ad Rēpubli. gerēdā acceſſiſti. Nā q ſe ita parant:ut ciuitatis decus tueantur:& ſuis
ciuibus cæteriſq; omnibus pari iure conſulant. Ii ſummis/atq; ampliſſimis honoribus decorādi ſunt. Quam glo
riam uideo facillime te eſſe conſecutum:qui ad iuſticiam colendam/obſeruandamq; uirtutē/oēm induſtriā/ac di
ligentiā adhibueris. Deſinā igitur plura ſcribere:ſi id te unū admonuero:tantā te adeptū eſſe auctoritatē:ut non
ſolum æqualibus tuis anteponendum. Sed & cum maioribus natu conferendum pleriq; uiderint. Quare per
ge:tuam dignitatem amplifica:& uirtutem omnibus in rebus imprimis complectere: noſq; ipſos ama indies ue
hæmentius. Vale.

AVguſtinus Dathus Vangeliſtæ. S. Credo id tibi exploratiſſimū eſſe/diſſimillima haberi oportere ho
minū ſtudia: & quenq; ſuis quidem conſiliis duci. Sed ut multa etiā lite diſperſa/hominum genera in
duo inferamus. Quidā (ut noſti) boni/integri/innocentes/temperantes ſunt. Alii contra improbi/
flagitioſi/peſtiferi/ nefarii/qui longe amplior numerus eſſe cernitur. Quorſum uero hæc. Accepi ſe
ditioſos quoſdam ac turbulentos ciues: & quibus uirtutis exercitatio permoleſta eſt/acriter te inſectatos:dediſ
ſeq; operam:ut non abſolutione dignus/ſed mulcta uidereris: Sed ut tutiſſima ſunt uirtutis ac probitatis tela:ita
& improborum hominum inſectatio nullius æſtimanda eſt:tantumq; abeſt: ut quorundam perditorum homi
num tibi ob fuerit improbitas:ut etiam tuam dignitatem ac laudem plurimum illuſtrauerit. Sed iterum atq;
iterū te hortor:ut ſolida iacias gloriæ fundamenta:atq; ita efficias:ut non ex malorū leuitate:ſed ex ſapientū ho
minum atq; optimorum iudicio/tua omnia geſta dictaq; probatum iri uelis. Vale.

AVguſtinus Dathus Andreoccio.S.Vereor dulciſſime Andreocci:ne me eo numero hominum cẽſeas qui ſucatis uerbis amicorum auribus blandiuntur.Quod uitii pleroſq; oratores inceſſit : ut iam uiri boni:& quod maius eſt/oratores eſſe deſinant . Nam qui ſecus oratione profatur : atq; animo ſentit. Is non amicus iudicari:neq; uir bonus appellari debet . Qui uero malus eſt : & ſuis ſallacibus uerbis alienæ menti caliginem obducat. Abeſt Andreocci procul ab oratoris nomine.Verũtamen ego me neq; oratoris munere dignatus ſum:& linguam/atq; mentem ſemper uolui eſſe concordes. Adeo ut primas tibi amicitiæ tribuerim:non ſalſo quidem/ac ioco:ſed ex uero animi iudicio/ſerio conceſſerim . Quam ad rem hortantur multa maxime uero tua uirtus:tuus in me amor:uetus neceſſitudo:mutua etiam/ ſiquid ad rem pertinet/ beneficiorũ alternatio.Malo ſæpenumero philoſophus eſſe/q̃ haberi orator.Ille enim ſemper uera dicit. Hic nonnunquã ueriſimilia.Ego autem diutius in philoſophia/q̃ in eloquentia ſum uerſatus. Quare fac ut iam noſtris uerbis adhibeas fidem.Certoq; ſcias te ſerio a me amari.Quam rem cum fueris periclitatus/notiſſima erit tibi noſtra beniuolentia : & tu amorem in nos firmius non iam auge : ſed corrobora potius. Vale : & me in theſauro tui cordis ſerua poenitus.

AVguſtinus Dathus Andreoccio.S.Nequeo mi Andreocci apud te eſſe.Nequeo uidere te.Nequeo alloqui:quæ mea erat ſumma uoluptas.Te mihi auferunt tua ampla negocia:me tibi fortaſſe multarũ rerum magni labores.Sed utinam aliquando dulcis Andreocci quieſcas. Ego enim omnia relinquam ut tecum ſim:ut animum oblectem dulcibus alloquiis. Sed in tanto rerum turbine frui amicitia noſtra non poſſumus.Tu nanq; interdiu modo huc modo illuc animum uerſas : noctem uero in Chirographis totã commentarioliſq; conſumis.O utinam mercator fuiſſet Plato:qui ad bene in ciuitate uiuendum/ hos negociatores maxime neceſſarios ducit.Vere ille quidem:ſed tamen ipſe ſe in ſolitudinẽ contulit:quæ ſola recta & ſincera eſt uita.Iſtæc certe magnis continuiſq; agitatur fluctibus.Sed hæc forſitan alias . Tu nec uideans tam cito mihi ereptus eſſe e manibus:fac ut interdum una uerſemur:repetamus:reuocemus ueterem conſuetudinem. Hanc interpellatam diu/debellitari ſentio. Vterq; igitur accurramus Andreocci: mutuiſq; exhortationibus : ne extinguatur:inflammemus amoris ignem.Nec te mihi tua negocia:nec grauius quippiam eripiat.Sed emerge nõnunquã ex iſtis curis.Lætus nonnũquam uiſe.Amantiſſime mi Auguſtinum. Saltem impone finem diuturno ſilentio.Da ſuaues ad me litteras:& quamuis nihil merear:ut memor mei ſis.Tamen effice/pro tua humanitate:quã niſi ſpoliaueris:me trahes uiſeſq;. Vale.

AVguſtinus Dathus Ioanni & Antonio.S. Sum modo Ioannes & Antoni uos affatus per litteras. Sed niſi erit uobis moleſtum:coram hodie allequar: exponamq; uobis: quid mihi proxima nocte uigilanti acciderit. Viſis enim atq; auditis quibuſdam(ut Græci ipſi uocant)phantaſmatibus: uere horruiſteteruntq; comæ:& uox faucibus hæſit. Oro igitur utrũq; ne grauemini ad me uenire:ſi quid hodie ſuperfuerit temporis. Valete.

AVguſtinus Dathus Antonio.S.Acceptis litteris tuis:quæ ad ſextum kalenda.Quintiles ſcripta ſunt. Vix tandem reſpondendi ocium oblatum eſt.Quippe ego ſimulatq; ille redditæ ſunt:reſcribere cogitaui.Verum ad ſcribendum partim docendi munere:partim rei familiaris cura præpeditis nobis/ nihil datum eſt/neq; ocii/neq; temporis.Dabis igitur huic cunctationi ueniam : & quod longiore interuallo officii intermiſſum eſt / & facile ac modeſte feres:ac primum uelim: ne ob eam morã putes mihi minus iucundas litteras extitiſſe:quando ita copioſe/ita ornate ſcriptæ ſunt:ut uel ad.M.Tullium.&.Q. Hortenſium (ſi modo uiuerent)mitti ſint dignæ.Redolent:quam tui ætas iſta patitur:optimam eloquentiam. Accedit inſuper nitidæ orationi ſignificatio quædam præcipui amoris erga me tui:ut utrum agam/neſciam : tuam uel laudẽ eloquẽtiam:uel admirer uirtutem Nam amicitia præſertim inter bonos conflata non modo eſt neceſſaria: quod præclarus ait Ariſtoteles:non ſolum frugiſera hominum generi/ac ſalutaris:uerum etiam & ſingularis quædam atq; eximia uirtus.Quid enim aliud eſt:quod Peripatetici dicunt/amicitia q̃ uel uirtus quædam:uel cum uirtute.Quippe/quæ uel uirtutis nomen/ac rationem habere digna ſit:uel a puriſſimis honeſtatis atq; officii uberrimis fontibus proficiſcatur.'Quod is qui emolumentis aut uoluptatibus:aut ullis demum uel corporis/uel externis rebus amicitiam metiuntur/non profecto q̃ longe a uero abſunt:tam eadem uirtus nominetur & probrũ. Sed quid tam multa ea de te mi Antoni.'Quæ & ipſa ſatis ſuperq; explorata eſt:& teſtes habet grauiſſimos/ ac locupletes:e Græcis quidem Socratem:Platonem: Ariſtotelem: Theophraſtum.De noſtris uero Ciceronem:Lælium Aphricanum.Quod unum uel primum fuit ex paucis illis amicorum par. Cæterum & Epycurei ipſi quos pleriſq; in rebus & diuinis & humanis claudicare uiri ſapientes arbitrantur. Amicitiam ĩprimis colendam cenſuerunt:neq; ob eam ſolum cauſam:quod uoluptatis effectrix amicitia eſſe uidetur.Imprimis ſummum bonum & cõfirmatam beatitudinem conſtituerent. Sed ob id quoq;:quod in hac mortalium uarietate nihil inueniri queat amicitia maius/ac præſtantius. Maximam nanq; eſſe uirtutem conſtat:quod & Chriſtianæ quidam religionis ſectatores uiri doctrina pariter/ac ſanctimonia præcellentes teſtati ſunt.Nihil inſuper ipſa cogitari poteſt uberius. Nulla & enim uitæ pars:nulla prorſus ætas:nulla deniq; hominum conditio / ac fortuna uacare amicitia poteſt. Nihil amicitia iucundius poſſidetur.Quis enim ita audaci polleat eloquentia:quis uel apprime eruditus ſit Orator.Quis adeo ingenio ualeat:ut memorabiles amicitiæ/uoluptates/infinita eius oblectamenta/ uel cogitatione perſpicere/uel complecti uerbis poſſit.'Atq; res una melle (ut aiunt)dulcior cæteras uirtutes ingenti ſuauitate/ueluti ſale quodam aſpergit:& condit:quæ ſola uti ex uirtutis initiis/ac ſeminariis educta eſt: ita ſi honeſtati/officioq; acceſſerint:moleſtia & labor ea omnia non modo tollerabilia:ſed iucundiſſima etiam efficit amicitia. Cuius quidem ſtudio / ac ſplendore commotus / progreſſus fortaſſe ſum longius q̃ epiſtolæ breuitas patiatur. Sed neq; in his litterarum anguſtiis rem ſuopte ingenio perdiffuſam concludi oportebat. Attigi paucula hæc tamen:ut

men: ut cum alios hominum atq; noſtrorum ſtudioſos laudarem: tum hoc uolui: ut te maxime probarem: quē tam & ſi in teneris adhuc conſtitutum annis: ac pœne (quod dici ſolet) lactētē non perduxere Pythagoreæ ad Biuium litteræ: Iuuat tamen: ac mirum in modum delectat amicorum comparatio. Diligo te: & amo: qui crebro: qui humaniter: per q; frequenter/atq; ornatiſſimis litteris pulſitas amicitiæ fores. Aperui ego iampridem nō inuitus. Intellexi nanq; te non adoleſcentulorum errore ad amorem: ſed conſilio quodam grauiore: & uel uti maturioris ætatis iudicio commoueri. Quod ſi ex iniuria quod ob raptas Sabinas uirgines conditor Romanæ urbis loqueretur/poſtmodum gratia orta eſt. Si ex malo nonnunq̄ principio (ut ait Terentianus Cherea) magna familiaritas conflata eſt. Quid de ea amicitia exiſtimandum ſit: quam nulla ꝓceſſit iniuria: quam uirtutis conciliauit opinio? Noſtra uero eiuſmodi eſt: quam tanquam altis defixam radicibus ſpero firmá/ſtabilem inter nos/ac ſempiternam fore. Tu modo perge is eſſe: quem iure laudemus: & ita non dico ex patris: quem tibi uix cognitum fallax mors ſubſtulit: ſed ex paterni nominis imitatiōe: ita in quam mores tuos iſtitue: ita ad uirtutes reliquas accingere: ut abeunte paulatim ætate/non tam anni q̄ ſapientia/q̄ eruditio/q̄ laus creuiſſe uideať. Sed cū adeo ꝓbata cognouerim initia/nō poſſum/quin ꝓbatiſſimū ſperē exitū. Qui igiť ultimo ad amicitiá acceſſiſti/ fac ut & conſuetudine/& crebris litteris eam indies firmiorem facias. Vale.

AVguſtinus Dathus Antonio. S. Miraris Antoni: quid cauſæ ſit/quam ob rē ad Hebraicas litteras diu intermiſſas/animū reuocauerim. Cupis ſcire (niſi me opinio fallit) quid earum cognitio emolumenti poſſit afferre. Id tibi aperiam paucis. Nam eo loci noſtra amicitia deducta eſt: ut nihil quod mihi exploratum ſit: tibi eſſe debeat incognitum. Noſti me iampridem mi Antoni/non tam oratoriæ artis falleris quibuſdam/ac fuco delectari/q̄ ſacris potius ac diuinis inſtitutionibus: quarum deſiderium quoddam ingēs dudum me paruulum cœpit: eaq; a primis uſq; ætatis temporibus me auiditas tenuit: ut ſi qua aliquando occaſio offerretur/omne tempus (ſi fieri poſſet) ad ſacras lectiones/operamq; conuerterem: quod tu multis coniecturis/ac perſpicuis argumentis intelligere potuiſti. Vt igitur qui totos ſe in facultate dicendi adipiſcēda collocarūt Græcas litteras complectuntur: qui faciliorem atq; uberiorem copiam conſequantur. Ita & qui diuinarū lectionum inſtitutioni dediti ſunt: Hebraicum eloquium amplexantur: ut altius principia repetentes/firmiora iaciant fundamēta. A Græcis enim omnis dicendi ars & humanæ ſapientiæ diſciplina profecta eſt. Quapropter pleriq; litterarum ſtudioſiſſimi/e Græcorum fontibus aurire conſueſcunt. In quibus & nos (ut arroganter nimium impudenter dicamus) proluimur etiam ſumma labia. Ab Hebræorum autem uberrimo flumine/omnis diuinæ/ac myſticæ diſciplinæ ius ratioq; defluxit. Quare & nr̄ Hieronymus tuæ meæq; deliciæ ad eas ſe pœnitus exercitationes contulit: non tam ut laſciuientis/calentiſq; ætatis impetu domitaret: quem incredibili moderatione compreſſit/q̄ ut diuinas litteras illuſtraret: & latinæ egeſtati: quæ tunc forte erat ſacrarum litterarum uiuente Hieronymo Hebraici eloquii ubertate moderetur. Nec ego id attulerim: quod merito poſſit: qui plura genera linguarum adeptus eſt. Ipſe etiam Paulus Apoſtolus: qui uere eloquentiæ Demoſthenem: copia Platonem: feſtiuitate Iſocratem: Ariſtotelem doctrina/ſuperauit. Fide pœne Abraham. Inſtitutione Moyſen æquauit. Merito unus præ cœteris (ut Græci uocant) cum munera multiplicia/ac uaria diuini numinis dona connumeraret. Tandem etiam linguarum genera adhibuit: quæ res non modo non infirmauit noſtrum conſilium: ſed confirmauit etiam plurimum. Habes igitur noſtri propoſiti rationem ſatis (ut ipſe arbitror) cumulate. Reliquū eſt: ut uiri ſapientis partibus perfungaris: & quæ recta conſilia ſunt probes: & me ad Hieronymum ſermonum perdiſcendum uehæmentius cohercetis: ꝓſertim cū in tam florenti urbe & bonaꝝ artiū alumna/ac matre. Nemo iampridē inuētus ſit: qui tā ſalubris diſciplinæ cognitionē attigerit. Nec uero ob id Hebraicas lr̄as amplexamur ut dediſcamus latinas: ꝓpter quas & illas ſequimur. Tu uelim me facias certiorē uelim: cū hanc lectitaueris epiſtolam: Quid hac omni de re ſentias. Nam quod ſuades/ardentius ſequor: quod diſſuades: aut deſero: aut ago remiſſius. Vale.

AVguſtinus Dathus Antonio. S. Quod ſapientes uiri de rebus humanis ſolent dicere. Nihil omnino eſſe ex omni parte perfectum. Id uerum eſſe experimento perſpicio. Nam quid per immortalē Deū amicitia eſt firmius? grauius? Quid ea melius/ac ſolidius? Vbi maior fructus? Vbi utilitas uerior? Vbi deniq; uel honeſtas amplior/uel uoluptas eſſe iucundior q̄ in amicitia poteſt? Maxime uero ſi grauiter/aut laudabiliter comperata eſt. Cætera enim neceſſitudo neq; eas cōmoditates habet: neq; amicitiæ meretur nomen. Sed nota tibi hæc ſunt. Redeo unde digreſſus ſum. Quid putarem uera amicitia ſuauius in rebus humanis habebam nihil. Verum quam nunc ex ea ſollicitudinem: quem mœrorem capio: q̄ me præſens delectabas: tam nunc crucias abſens: quem de abſentia dolorem auget tuum inſuper ſilentium: ut ad ægritudinem uix mali quicq̄ addi poſſit. Quamobrem ſi ſerio me amas: niſi tua me fallit beniuolentia/aut q̄primum redi: aut de multis rebus/ac uariis perſcribe ad me nimium optatas litteras: quod uelim facias: tum mea cauſa/tum ut tibi ipſi conſulas. Qui enim multas eodem tempore diſciplinas ꝓſertim Arithmetricas cōplexus eſt. Eū (crede mihi) nequaq̄ oportere diutius ruſticari. Quare fac ut q̄primū uenias fœliciſſime. Vale.

AVguſtinus Dathus Nicolao Vercellenſi. S. Quas ad me dediſti/& ad filiū litteras/ac poemata: uterq; accepimus periucunde: & cum ſumma legimus uoluptate. Magnam tibi habemus gratiam: ſtatuimuſq; nos uere abs te amari. Sed uicem amoris non parce rependimus: & in beniuolentia minime ſuperamur. Superas nos boletorum lætitia: ſed nequaq̄ amoris abundantia. Munus fuit nobis q̄gratiſſimum: & pluris facimus datum abs te/q̄ uel Creſi diuitias: uel Antiochi Regis copias. Nam & res ipſa haud parua eſt: & ab optimo animo profecta/antecellit facile cuiuſuis muneris amplitudinem. Sed non ob munera charus es nobis: qui propter eruditionem & uirtutem ſis longe chariſſimus. Perge: & pro uiribus contende. Non enim fruſtra ſperas meliorem fortunam. Lepidos uerſus terq; quaterq; legimus: qui te nobis quodammodo ꝓ-

ſentem faciunt. Cũ datur ociũ: a tua fac conſuetudine non diſcedas. Scripſi ad oppidanos iſtos: & ſpero meas ne quaq̃ fore inutiles litteras. Puto intelligent non poſſe tibi ſe abſq; graui mea iniuria & moleſtia uerba dare. Sum deſignatus Maſſanus Prætor. Confeſtim tui memor dedi operam: ut compotes communis uoti efficiamur: ac de di accuratiſſimam operam: & experieris uere te diligi nobis Nicolaus iubet te ſaluere: & ipſe quoq; reſponſum parat. Vale.

AVguſtinus Dathus Nicolao Vercelleſi. S. Vir p̃ſtans/ & tãq̃ optime frater & amice primarie ſalue Nicolae inq̃ ſuauiſſime ſaluus ſis. Gratiſſimæ mihi fuerunt tuæ litteræ. Quippe quæ ab eo ſunt redditæ: quẽ unũ ex Dathorũ genere: & alterũ Nicolao filio patrẽ habeo: quod tibi ſuapte ſponte debet eẽ notiſſimũ. Illud tamen non modo graue: ſed etiã moleſtiſſimũ atq; acerbũ fuit: quod tuis annectis litteris: & bipartitũ eſt: quod te non habeamus eximiũ: & iãpridẽ nihil ad te dederimus litterarum. Quorũ utrũq; a uero prorſus eſt alienũ. Nam unum te magno habemus in prætio: & omnia tibi ſecundiſſima optamus. Haud ſecus atq; ex iiſdem ſis ortus parentibus: Quod ſi aliter ſentis: nimiũ certe falleris. Freq̃eter in ſermone: freq̃ẽtius in laude: frequentiſſime in cogitatione uerſaris. Atq; ita demũ te obliuiſci poſſimus. Si nos obliuiſcamur ipſos. De litteris uero quid multa? Scripſimus ad te haud perdiu eſt/ ego & Nicolaus binas (niſi fallor) litteras. Quas ſi forte non acceperis: ualde accuſamus deferentium perfidiam: Sed ego inſuper recentes admodum poſt clariſſimi Principis obitũ: ut meo fungerer atq; ueri amici munere. Miror ſi nondum acceperis. Quod ſi acceperis/ quæſo te/ me q̃primũ facias certiorẽ: ut repetã q̃ ad rem pertinere arbitror: & ad ueri officiũ/ ac probati amici. Dolebã optimi interitũ Principis: Gratulabar ſuccedere principatui Clariſſimo patre non inferiorẽ filiũ. Tibi uero: quod pro tua fide/ integritate/ modeſtia/ & magna p̃terea doctrinæ laude ualeres: ualeaſq; apud illum magna & auctoritate & gratia. Quod ſignificatum nobis maximam atq; incredibilem attulit uoluptatem. Tu autem: q̃ ſerio amas: maximo iſti Principi nos diligenter quæſo commenda. Et quod ſibi natura duce debet eſſe compertum: perſuade illi: in aurem inſtilla dies & noctes: ut maxime recte Seneſi ſit fretus Repu. Cuius ſtatus una cum principatu iſto uno certe ſpiritu uiuit. Quod qui dubitat: nondũ rerum naturam explorauit. Sed ſapit iſte ſupra ætatem: & te aſſiduum monitorem fœliciter nactus eſt. Vale memor noſtri: qui & nos & noſtra omnia tuo arbitrio dicauimus. Fœlix es.

AVguſtinus Dathus Franciſco Philelpho clariſſimo Oratori. S.P.D. Quas ad me nuper litteras dediſti/ ſumma me affecerunt uoluptate. Quod uero pleriq; ſolent ægre ferre: id plane mihi uel iucundiſſimum fuit: ut me obiurgares. Miraris enim quid nunc rerum agam: quid tam diu inter tot ſolatia me oblectem ruri: Miraris id quidem uehemẽter: metuiſq;: ut uel languere ocium patiar: uel ĩdignis & libero uiro/ & docto homine me uoluptatibus dedam. Quod ita de me Franciſce ſolliciteris/ habeo tibi maximas gratias. Sed longe ſecus: atq; eſt: cogitas: Namq; & ocium fruimur: & nobiſcũ Philoſophia ruſticatur. Quotidie enim ut ſcias/ quid agam/ uenitur in opacas ſyluas: ſub umbroſis amœniſſimiſq; arboribus conſiditur: ubi omne ſtudium/ atq; opera tribuitur ſeruandis inueſtigandiſq; rebus: Vbi per acri ingenio & ſolerti induſtria ueritas indagatur. In eo igitur nos ſilentio inq; ea ſolitudine/ rerum naturas cauſaſq; cõtemplamur. Quid non ne imitamur Democritum: Pythagorã: Platonẽ: qui ſecretos petentes dulceſq; receſſus/ in ocio ſumma cũ dignitate fuerũt? Ego quoq; malo habere ſolas conualles/ ac uaſta colere montiũ p̃rupta: q̃ graues perpeti urbi moleſtias. Cætera Franciſce nullius ſunt: præ his ruſticis/ aggreſtibuſq; locis. Videor ſcripſiſſe: quid agã: & quibus in rebus ſumatᷣ tẽpus/ etiã feciſſe te certiorẽ. Quare me & deſine obiurgare: & ſpera ꝓpediẽ in urbe affuturũ: quo accerſunt me tuæ litteræ. ερρωσο φιλη κιφαλη.

AVguſtinus Dathus Bartholomeo Petruccio. S.P.D. Vereor Bartholomee: iã uereor: ne intercœperit quiſpiã tuas litteras. Quæ et ſi ad Kalẽ. Nouẽbres ad nos miſſæ erant: ſic eni nunciatũ eſt: tamen ne Decẽbribus quidẽ Nonis pulſarunt noſtras fores. Quidnã ſibi tã longa mora? Nã ſi uel ex Sauromatis/ atq; Occeano ſcripſeris: ueniſſent tamen ille ad nos iãdudũ: non poſſum igiᷣ non uehæmenter mirari/ ac dolere: niſi forte Curſinianũ diuerterint: quod ibi me adeſſe ſenſiſſent. Tu denuo alias interea ad me ſcribe: ut ſciam: quid agas. Quid tu amplius ruri? Nulla enim iam inde utilitas. Cõgeſſiſti intro frumẽta. Impleuiſti cellã uinariã: ſed oleariã quoq; cellã te dudũ impleſſe arbitror. Quodq; reliquũ erat poſſeſſionis/ ac fructus perceptũ iãdudũ eſt. Res familiaris omnis curata eſt probe. Ad hæc aũt id quoq;/ ut redeas/ accedit cauſæ. Nã ut edifices: prohibent hæc tempora. Tuã uero nouã arcẽ: q̃ altiſſima ſurgeret/ interpellabit aduerſa hyems. Quid te igitur tenet ruri: q̃nam ue remoratur uoluptas. Neq; enim te umbratia nemora: neq; florida prata: neq; ſalientes fontes delectant. Quæ omnia cum inſæuit acris hyems: non modo iucunda non ſunt: ſed etiam ualde moleſta. Quare te ut redeas/ etiam atq; etiam oro. Iam crede mihi/ uenies plurimum expectatus. Deſiderant te tui: & tã ſero redeuntem etiam accuſant. Veni igitur Bartholomee/ niſi loci amænitate ductus etiam ruri hibernare conſtitueris. Iam deſine peragrare rura: & nos aliquando reuiſe. Vale.

AVguſtinus datus Andreoccio Berardino. S.P.D. Iocatus ne es mecum Andreocci per litteras? Scribis enim charũ me eſſe Inacho: quẽ ip̃e & amo plurimũ: & obſecro. Gaudeo mihi: ſi id uerũ eſt: ſin minus etiã ſero. Sed q̃q̃ tibi apud me magna eſt fides: tamẽ interdũ ſubuereor ne qui me conſolari uelis: hæc ad leniendũ dolorẽ tã cõmode finxeris: p̃ſertim cum eo abſente/ nullũ de amore fieri periculũ poſſit. Cupio Andreocci certior fieri omnibus de rebus. Cupio reuireſcere neglectam diu/ atq; obſcuratã amicitiã: & illam indicari: quæ diu occulta latebris/ ac pœnitus recondita latitauit. Eſt enim quod timeã: quod uero ſperem/ nihil eſt: cũ q̃ uigere inimicitiæ uideanᷣ/ amoris indiciũ nullũ extat. Leua igitur me ancipite hac cogitatiõe: & q̃d aut metuendũ mihi/ aut ſperandũ ſit/ q̃primũ explica. Nã me amare/ nihil dubium eſt: amari autem omnino latet. Perfice igiᷣ hoc mihi: & ad me ſcribe. Mihi erit q̃gratiſſimũ. Cætera/ q̃ ſcribis: intelligebã prius q̃ me amares

mihi dubiũ nõ erat. Ea uero lex ẽ amicitiæ:ut tã aduerſæ amicoꝝ res q̃ ſecũdæ uiciſſim ſemp cõmunes ſint. Gau
deo mihi:habere amicũ: qualẽ alterũ difficile inueniã. Tu cõtra/me habes amicũ uerũ:qui non quantũ debet, ſed
quantum poteſt/te & amat:& colit. Vale dimidium mei animi.

AVguſtinus Dathus Andreoccio Berardino. S.P.D. Quæ ad me ſcripſiſti/ita fecere animũ dubiũ ut qd
reſpondeã/prorſus ignoret. Nã res tũ magna/tũ perdifficilis eſt. Ego aũt tã multis aſſidue curis uexor
ut ne in minimis quidẽ rebus date conſiliũ poſſim:& omnino quid faciã/neſcio. Sollicitus ſum de mul
tis rebus. Omnino autem mihi neq; conſilii locus eſt:neq; prorſum auxilii copia:Et q̃uis mi Andreoc
ci ſatis in te conſilii/ac ſapientiæ eſſe intelligam:uereor tamẽ ne quid facias impetuoſius/ tanta laceſſitus iniuria.
Adhibe igiť prius rectũ cõſiliũ: & aĩ tui furorẽ recta rõne moderare. Nã ut noſti / etiã in ſapientem cadit furor.
Quare quicquid Andreocci acturus es/etiã atq; etiã cogita. Cætera alias. Quid enim hoc tpe amplius ſcribã: qui
æger ſum:qui dolore conficior? Vale:& me ama Andreocci:ut ſoles. Iterũ mea ſpes. Vale.

AVguſtinus Dathus Laurentio. S.P.D. Et ſi te antea Laurenti diligebam: ſed hoc tempore admiratio-
ne quadam/uirtutis tuæ commotus/cœpi etiam ardenter amare. Vt te uno mihi neq; charior neq; iu
cundior ſit quiſq̃. Tu autem/ quæ mea eſt ſumma uoluptas/huic ſtudio atq; amori pariter reſpondes
ut uideor. Facis:ut uirum decet. Id enim mi Laurenti omnino turpe/ac fœdũ eſt:in amore uinci. Itaq;
mihi plurimum gaudeo. Studium eſt enim mihi maximum:ut ab omnibus amer. Quæ una res ꝑfecto tam me
delectat:q̃ pleroſq; diuitiæ/opes/honores. Eſto tua uero erga me beniuolẽtia eſt mihi præ cæteris iucundiſſima:
Supereſt:ut quam amicitiam uirtutis opinio ſola contraxit:augeat conſuetudo in dies: Quo nexu ad amoris uin
culum adhibito/nihil maius:nihil firmius inueniri poteſt: Hanc inter nos amicitiam Deus fortunet: quæ ut ma-
ture exorta eſt:ita quoq; perpetuo/ac ſemper maneat: Tu uelim animũ ꝑnoſcas erga te noſtrũ: tibiq; ꝑſuadeas ne
minem eſſe te mihi chariorẽ: Diu/ac fœliciter uale dulcis Laurenti. xi. Kalen. Ianuarias.

AVguſtinus Dathus Franciſco Philelpho Oratori. S.P.D. Scio te grauiter ferre / atq; acerbe & ſiluiſſe
me diu:& non miſiſſe ad te:quas dudũ poſtulabas æpiſtolas. Alterumq;/ut ipſe opinor/ualde admira
ris:alterum uehæmenter doles. Nec id quidem iniuria. Non enim erat neq; officii / neq; humanitatis
meæ:nihil decem menſes ad te ſcribere. Quod antea perſæpe conſueueram facere . Quid dixi ſæpe?
At ſcribebam aliquando:& meam teſtificabar in te tum beniuolentiam/tũ etiam obſeruantiam. Quarũ utrãq;
ob diuturnum ſilentium/forſitan putes obſoleuiſſe in me. Sed abſit iſta cogitatio . Quotidie enim maiore affi-
cior deſiderio tui:& amore ardeo. Aueo uidere te:audire:alloqui:aueo dulces/ut ſolebam/ac familiares tecũ cõ-
ferre ſermones. Tua me abſentia die noctuq; ingenti dolore ꝑmit:qui non modo non adimitur(ut aiunt)die:ſed
etiam indies magis/ac magis excreſcit. Te uigilans/dormitanſq; deſidero. Te firmiter conſtanterq; & amo: & ob
ſeruo. Quid multa? Noſti iãdudum me:& quali ſim natus ingenio/facile didiciſti. Venio nunc ad tuas æpiſtolas.
Has commodaui Ioanni Lãſolo hyſpanienſi:is diuitiarum plenior eſt/q̃ fidei. Abiit ille quidem ad inſulas Balea-
res:ſimulans ſe ꝓpe diem rediturum. Annum abeſt:& quid de eo factũ ſit:neſcio. Fregit nauim:ut arbitror : ipſe
ſubmerſus eſt. Annũ abeſt:& ubi gentiũ ſit:prorſus ignoro. Videor amiſiſſe res tuas: q̃ mihi erant iucundiſſimæ.
Id primũ pati æquo animo non poſſum:deinde quod mittere ad te illas nequeam. Eſt mihi Franciſce ualde mole
ſtum. Nonnullas tamen tuas æpiſtolas magno q̃ſitas labore/tradidi exſcribendas/eaſq; mitte re ad te q̃primũ in-
ſtitui. Interea uero uel redibit Ioannes:uel me quid ſperẽ faciet:per lr̃as certiorem. Quid tibi aliud uis. Quid q̃-
ris. Satis tibi hoc ſit. Tu mihi ignoſce tñ:& ſi quid opus eſt:fac me/ut ſciam. Vale: & tuo filio die Xenophonti ſa-
lutem meis uerbis. ερρωσο ω ηδορη αυωρ.

AVguſtinus Dathus Andreoccio Petruccio Senenſi. S.P.D. Tuæ Andreocci litteræ: quas ad Bartholo-
meũ ſpectatum adoleſcentem ſcripſeras:redditæ ei iampridem ſunt ad Nonas Februarias. Nam cum
mihi illas dediſſes:continuo relictis rebus/percurri ad Bartholomeum domum: is autem ne media q
dem decurſa uia/inſperanti mihi ꝓſto fuit: Ibi ego lætus reddidi Andreocci tuas litteras. Quas ille ac
cepit auide:legit iucundiſſime:ut facile intelligas:quantam inde caperet uoluptatem. Redditæ igitur a me ſunt
litteræ tuæ Bartholomeo iãdudum:quem ut offendiſſe in tempore iucundum fuit:ita & non inueniſſe / multo
mihi moleſtiſſimum extitiſſet. Tu autem/ſi Bartholomeum amas:fac ut ad eum q̃ ſæpiſſime ſcribas : perge cre-
brioribus eum delectare æpiſtolis. Nam cum uoluptari ſibi/tum etiam/utilitati futurum eſt . Nam & ſi nõ eget
Bartholomeus calcaribus:tamen ſcio fore eum ornatiorem indies/ac copioſiorem:ſi & ſæpe & ſtudioſe res tuas
legerit. Spero autem ſi curam adhibeas/prope diem Bartholomeum euaſurum ſimilem tui. Quem ſi ad libera
liſſima iſta ſtudia natura pepererit uoluntas exercet/obſecro te: etiam tuæ hortationes feruent . Ita qui cæteros
noſtræ ciuitatis adoleſcentes ingenio & natura ſuperat:doctrina etiam & humanitate facile antecellet:& nos quẽ
ꝓpter ꝓbitatem iãpridem dileximus:cũ hæc laus acceſſerit:etiã atq; etiã amabimus. Vale.

AVguſtinus Dathus Hieronymo Caſtello Ferrarienſi. S.P.D. Accepi tandem quas diu deſideratam a
te Hieronyme litteras:cũq; iis ſimul Homericos uerſus. Quorum utrũq; tã iucũdũ mihi fuit:q̃ quod
iucundiſſimũ. Præcidiſti mihi dubitationẽ:q̃ peracerbe animũ turbabat. Mirifice lætatus ſum: cũ au-
diui Mutinenſis litteras teſtes unas ſeruatæ amicitiæ:q̃ quia mihi non erant redditæ : tuli iniquo ani-
mo. Nã laboꝝ tuoꝝ:quos & in ſuperandis cæteris periculis/ & traſcẽdis Hetruſcis alpibus/maximos perpeſſus
eras:hyſtoriã auidus expectabã:ut reducẽ te & incolumẽ reuertiſſe Ferrariã:potuiſſem ſolidius gaudere. Itaq; ta-
bellarioꝝ uitio factũ eſt:ut in eã ſuſpitionẽ ꝑduceret:& te accuſarẽ iniuria. Quãuis difficile credebã tantã amici-
tiã/tã cito obſolere:cuius optĩe iacta eẽnt fundamenta. Da igť poſt hac lr̃as iiſce tabellariis:quoꝝ plane tibi ꝑſpe
cta ſit fides. Sed quid de amicitia noſtra plura diſſerã: quæ apparet liquido:atq; extat. Quid de tua cõſtantia quic
q̃ Noui enim te ab inſano uulgo longe abeſſe , Venio igitur ad Neſtoris orationem : quam & Græce ſcriptam &

latine interꝑtatam nuper ad me miſiſti. Cuius grauitatem ne an ſuauitatem plus admirer: neſcio. Inuideo Agamenoni & Achilli: pro quorum diſcordia ſedáda tam apte/ tam ornate/ tam copioſe/ tam pulchre orauit Neſtor. Quanta dicendi ars? Nanq; aptiſſime exorditur: lucide narrat: inuehitur acriter: uarie ornat: artificioſe complectitur. Quid hac Homerica oratione perfectius? Quid abſolutius? Quis modus? Quis ordo. Nunq̃ mi Hieronyme aeq̃ delectatus ſum. Multa: q̃ de huius orõnis elegantia dici poſſunt. ου γαρ πω τοιο εριδορ λογορ ουδε ιδωμαι: Spero fore: ut ſub noſtra opaca Buxo iucundiſſime conferamus: non minus q̃ delectari conſueuimus: q̃ ut eſt apud Platonem Platano olim Socrates. Sed huius umbram Hieronyme procul fugiam: donec uterq; noſtrum alterum complexus/ dulcia ſimul repetat alloquia. Vereor enim ne ueteris uoluptatis memor/ gemere/ ac lachrymare compellar. Ita nanq; fit hominum more. Haec uero hactenus. Quid igitur pulcherrimam mihi Homeri oratiõem dono dederis maximum monumentum/ ac pignus amoris: ago tibi Hieronyme gratias: quod ut q̃ ſaepiſſime faciam/ te uehaeméter oratio. Delector enim mirifice/ ut Ariſtarchus/ Homeri uerſibus: quem unum pſtantiſſimum inter caeteros Graecos fuiſſe conſtat. Aliud nunc: quod ſcribam: nihil eſt. Bellum gerebatur cum Eugenio Pontifice. Sed ſpero q̃primum & feriri ſoedus & pacem componi: idq; ſpondent Legati utrinq;. xvi. kalen. Octobris. ερρωσο ω ηλορη ημωρ ερ σηρη.

AVguſtinus Dathus Ioanni Sartio. S. Accipies oblitas lachrymis litteras: quas dú ſcribo: ita me gemitus inuadit: ut unde ſummá initiú/ proſus ignorem. Hei mihi: unde mi Ioannes/ unde obſecro exordiar? Turbauit nos ita luctus triſtis/ ac peracerbus caſus Franciſci Vlmii immatura mors ſummi & clariſſimi uiri. Quae quo fuit inopinatior: eo nobis grauior/ ac moleſtior. Erat enim Franciſcus ex omni Hiſpanienſium numero/ in hac florentiſſima Italia ueluti quoddam probitatis lumé/ ac decus. Nam quá tribuit ſibi natura bonitaté/ miſcuit ille Itala elegantia: ut nemo eſſet hoc uno clarior: nemo praeſtãtior. Sic uita erat: ut omnes quibus cognitus eſſet. Franciſcú amarent: ac uererentur. Quod certe ipſo funere/ facile indicatú eſt. Quis Senenſis: quis Florentinus ciuis temperauit a lachrymis? Amariſſime enim huius interitú uiri & doluerunt omnes: & defleuerunt: ut facile cerneres q̃ ille omnibus charus eſſet. Nec mirú. Neſcio enim quo pacto plus in iis uirtus eluceſcit: qui tum aliarum rerum ſplendore: tú pulchritudine corporis pditi ſunt: ut de Eurialo prudentiſſime ſcripſit noſter Maro. Gratior & pulchro ueniens in corpore uirtus. Quod ipſum licet uere de Franciſco dicere: qui mirabile dictu/ uirilem dignitaté/ uenuſtate quadá honeſtabat & gratia. Verú haec tibi nota ſunt. Redeo ad funeſtú caſum. Hic igitur dum ſecundiſſimis rebus floreret: & uiridiſſimá adhuc uiueret aetaté: ab fallace atq; inſperata morte opprimitur. Heu Ioannes intempeſtiue nimis ademit illú nobis iniqua mors: qua quid uel incertius/ uel mutabilius cogitari poteſt. Cú alios in tenella adhuc aetate ſubripiat: alios iá grandes natu abſumat: plaeroſq; ſinat ſenio tabeſcere. Haec Franciſcú nobis in maximo eripuit aetatis flore. Sed accipe nunc tandem/ quae ná ſibi extiterit mortis cauſa. Ná petebat Franciſcus portú Telamonis: luſtrabatq; maritimas oras: inde conſcenſurus nauim/ ac traiecturus ad fratrem uiſendum: quem unice diligebat. Hic enim parata claſſe ſoluerat Hiſpania: ut in Italiam iret. O q̃ erat ſatius: ſi celeriore curſu ad nauigaſſet. Quid multa. Id Franciſco fatú impendebat. Peſtiferum coepit conſilium: qui ſibi unq̃ uidendas duxerit maritimas plagas. Quas ita intemperies aeris/ ita peſtilens nothi inficit: ut ille habendus beatus ſit: qui inde euadat incolumis. Hinc morbum: hinc terram febrim contraxit: quae nunq̃ Franciſcum dereliquit: donec ambo uno eodemq; clauſi ac conditi ſunt ſepulchro. Aegrauit Telamone complures dies: mox Senam allatus eſt: cum quottidie magis ac magis febris incrudeſceret. At quae nam febris. Non quae foris anhelans/ atq; aeſtuans ſe curandam praeberet: ſed quae in intimis oſſibus latitans/ & ſpem ſoſpitatis oſtentans/ clandeſtino ueneno uitalem ſpiritum paulatim abſumeret. Demum in florenti urbe/ uita defunctus eſt: non ſubito ille quidem: non inteſtatus: ſed rebus ſuis recte/ ac diligenter compoſitis. Huius tanto honore exequias celebrarunt: ut non apud exteros: ſed in ſua ipſius patria mortuus eſſe uideretur. Moriens prohibuerat funeris pompam: ſed multis/ ac claris uiris: qui ſepulturae interfuerunt: non potuit ille quidem legem dicere. Aliorum funalia/ ac mille honores non potuit Franciſcus prohibere. Omnes q̃uis homines ſecuti ſunt funus: ut hinc plane liqueat: qualis/ quantuſq; ille eſſet uir. Quotus enim quiſq; & multorum ſimul: & optimi cuiuſq; beniuolentiam aſſequatur. Caeterum is honor non attulit tamen nobis doloris finem. Quam multa enim Franciſcum oculis offerunt: dies/ nocteſq; falſis pſentant imaginibus. Vt ſummo etiam dolore afficiamur: cuius aequum duxi te fieri participem meis litteris: non quidem & conſolationé adiiciens: qui ipſae tuae indigeam medicinae: ſed potius te obſecrás: ut qui multú ſapis/ doloré meú tuis remediis mitiges: ac lenias. Franciſcus/ ut ipſe opinor: quoniam uir optimus eſſet: ad Deum uolitauit: ab omni malo exemptus: nobis uero & dolédi & lachrymádi locus relictus eſt. Vale.

AVguſtinus Dathus Nicolao Tudértino. S.P.D. Deſine Nicolae me tá miris laudibus efferre. Nimiú. n. mihi & plus q̃ decet: tribuis. Fallit aút te amor. Ná in latinis lrís ſi me negé aliqd pfeciſſe: certe métiar ab ipſis poene cunabulis iter Grãmaticos Rhetoreſq; uerſatus. At uero graece linguae tñ incoepi eſſe diſcipulus: Atq; de Graecis fontibus hauſimus ſolum primoribus (ut aiunt) labris. Longe abeſt Philelphus noſter: qui ut erat utriuſq; linguae doctiſſimus: ita nos quoq; humaniſſime erudiebat. Quis abſq; doctore uere proficiat. Cum ne ipſi quidem agricolae poſſint: & qui in opere ruſtico faciendo uerſantur. Cui eſt id roboris. Vix per ſe/ quod cupiebat Hipocrates/ aſſecutus eſt diuino potius ingenio q̃ humano. Sed Hannibal Carthaginenſiú Dux/ & ſi erat Barbarus: potuit tñ poſt Bellicas laudes didiciſſe Graecas litteras: & quidé etiam ita didiciſſe: ut Graece hiſtoriá ſcripſerit. At Latinis nobis non licet: quos miſeros deſeruerit chariſſimus pceptor Caetera Italia claros uiros amat: colit: admiratur: nos uirum clariſſimum tam cito amiſimus. Sum euagatus longius: qui Philelpho careá: qui magno dolore pmar: Deniq; Nicolae parú in me eſt: at quicquid eſt: id totum intellige tuú eſſe: Ná omnibus in rebus/ quatenus pgredit amicitia: operá tibi & ſtudiú nauabo. Nõ. n. tibi aurú atq;

argentum

argentum:non Cotinthia uaſa:non fulgentes Margaritas polliceor:ſed bonã fidem:ac ueꝝ ſincerũq; amorẽ.Ego nãq; aut uere amo:aut amare nũq̃ incipio.Fac de me periculũ:qñ opus accidit.Hac lege amicitiã iungamus:ut uiciſſim alter alterũ/& amice tractet/& liberaliter.Dicam tibi Nicolae uno uerbo.Tua ſunt:quæ mea ſunt:quibus uelim perſruaris ut tuis. Vale.

AVguſtinus Dathus Venantio Amerino.S.P.D. Tanti me/ac res meas facis? Quod dono mihi Philelphus dederat:quod erat mihi pergratum:tam cito obſecro/tam negligenter amiſiſti? Tanti me/ ac res meas facis.Perierũt inquis/tuæ tabellæ.Id primum nequeo moderate ferre. Quod ſi forte mentitus es:eſt mihi etiam moleſtiſſimũ.Horum autem utrũ magis credam/neſcio:ut ſeſe habet res/nequaq̃ id mihi crede:auferes inultũ.Dabis mihi pœnas.Dabis mihi magnas pœnas.Tu quid tibi agendum ſit:uide.Quod niſi pugillares inuenias/maledicta tibi parata iam ſunt:& dignum factis ſupplicium. Vale.

AVguſtinus Dathus Guido Antonio.S.P.D.Patrui funus ĩpediuit:ne ſ:m executus meas partes mi Gui de Antoni.Quæ ſane erant:ut lenirem hoc tempore dolorem tuum:quem de fratris tui morte/ maximum te cœpiſſe arbitror.Solent enim uel ſapientes homines morte ſuoꝝ dolere/atq; angi:atq; tũ maxime ſi ſe:quod nuper tibi uere accidit/claris uiris orbatos nouerint. Nam ut nimis mœrore frangi/ac ferre mollius res aduerſas cenſent leuitatis eſſe:ſic acerbiſſimis caſibus /fratrum/liberorumq; amiſſione/ nihil moueri immane quiddam/ac ferum uideri ſolet.Neq; enim conſentaneum eſt : ut quos uitam ingreſſos lætati ſimus:eoſdem negligamus:ſi uita deceſſerint.Niſi forte iucundiorem uitam uiuere arbitremur:quam optimo cuiq; ſempiternam atq; immortalem parari nemo dubitat.Sed hoc poſt fortaſſis.Nunc uero/ut ad ꝓpoſitum redeam:& doluiſſe te & dolere nũc reor:qui tam grauem/tam acerbam iacturam paſſus es.Puto incidiſſe te in magnos luctus.qui dulcem fratrem:qui optimum uirum:qui doctiſſimum hominem in ipſo quaſi ætatis flore amiſeris:cuius quotiens ſubit me recordatio:uix poſſum cohibere lachrymas.Nam & ĩpe quoq; Carolũ uehæmẽter amabã:eratq; mihi ſecũ ſumma cõſuetudo:quo ægrius illo:ac moleſtius careo.Patruus enĩ & ſi mihi charus erat mortuuſq; magnũ dolorẽ attulerit:conficiebat tamen ille ultima ſenectute/octo & ſexaginta annos expleuerat:quo quis plus appetat? Verũ Caroli mors immatura nimis/atq; intẽpeſtiua mihi uiſa eſt. Vix mediũ attingebat ætatis:cũ ſubito triſtis atq; iniqua mors/illũ e medio ſubſtulit.Fallax mors ſemꝑ ſupra caput inſtat. Plærũq; aũt eos repente opprimit:quos diutiſſime credas uiuere.Sed ne in luctũ forte prorũpã imprudens/deſinã hæc ſcribere. Vereor enim ne qui conſolandi tui conſiliũ cœpiſſem/dolorem augeã:uel excitẽ potius : quẽ tua ipſe medicina fortaſſe cõpreſſeris.Nota eſt.n.nobis tua Guidæ Antoni animi moderatio. Cũ igiẽ hoc fœdere/ & hac lege in uitã introiꝫrimus:ut aliquando mouendũ ſit:quid refert obſecro qua ætate id facias:quod naturæ neceſſitas urget.Paruũ/ut opinor/refert.Atq; haud ſcio:an per adoleſcentem/ac puerũ exire de uita melius fortaſſe ſit. Tanta nanq; eſt humana fragilitas:ut quotidie magis ſorde ac labe uitiorũ animus inquinetur.Sed multis peccatis oneratum animum/ad inferos deſcendere malorum omnium ultimum eſt:ut ait Socrates. Quapropter nemo niſi admodum ſtultus formidat mori. Quo citius aere alieno ſoluimur: eo mea ſentẽtia eſt ſatius. At q hoc naturæ debemus:hoc tributũ ferre mortales omnis oportet.Mori omnem hominem eſt neceſſe.Nõ diues: non pauper non Rex:non priuatus quiſq̃ uitare hunc exitũ/fugere hunc finem poteſt.Hoc autem qui iuniores mortui ſunt: etiam ſenibus ꝑſtant:ne in peſſima morborum genera:in multa / ingentiaq; incidant mala:quæ ſecũ ingraueſcẽs ætas plerũq; conſueuit afferre.Quare ex ipſa neceſſitate/non mediocre debet eſſe ſolatium. Niſi forte noſtra cã angamur ſolum:quod fieri iniquum eſſe ſapiens iudicauit Cato. Quod qui ſi qui uitam bene / atq; innocenter egerint:ii profecto beati putãdi ſunt:ſi q̃primum ex hoc carcere ad cœleſtem patriam euolauerint. Huc paratur aditus bonis uiris:huc eſt ingreſſus iis:qui & cum uirtute uixerunt:& nemini fecerunt iniuriam. Quo in numero imprimis ponẽdus eſt Carolus:qui ita uitã ſuã oĩ uirtute honeſtauit:ut omnes uno ore prædicare eius laudes non ſinant.Apud omnes gratioſus erat.Quis enim non tulit grauiter eius mortem.Quod non perditis/non ſceleratis contingit hominibus:quos omnes interire expetunt.Abiit:abiit Carolus refertus ille quidem non diuitiis non opibus/non cæteris fragilibus rebus:quæ ut terreſtres ſunt:ita in terra quoq; manent:ſed iuſticia/continentia/fide/cæteriſq; animi uirtutibus:quæ inſeparabiles comites ad Deum uſq; perducunt:Nec ſi innocenter uixit mortuus eſt:aut extinctus Carolus:ſed ad calcem peruenit potius:quo curſus eſt omnibus hominibus. Quæ deniq; una res ita te ſecundo loco conſoletur:ut dolorem omnem prorſus abiicias.Actum cum Carolo optime eſt. Quamobrẽ luctu/mœrore/ægritudine omni omiſſa/nos quoq; ita uiuamus:ita omnis enitamur ſtudio: ut mortuis eodẽ pueniendũ ſit:quo aduentus eſt iuſte degentibus.Vt retro carcere liberi/ad beatoꝝ inſulas: quas concinunt Poetæ merito/ac iure ueniamus. Vale.

AVguſtinus Dathus Epyphanio.S.P.D.Nuper accepi tuas litteras interlitas lachrymis. Cognoui enim te ferre grauiter:ut nobis careas.Sed nos quoq; tua Epyphani abſentia uehæmenter excruciat. Abes nobis longius:qui pater eras mihi/& uitæ inſtitutor:quo duce/optimam ſectarer uiuendi uiam. Nũc uero ita repente filiolum chariſſimum deſeruiſti.Relicta urbe abes mihi Epyphani longius:quod me male habet:quod mihi dolet plurimum.Nam conſolabaris me: ſi quid unquam accidiſſet aduerſi . Dolores noſtros:quibus quotidie animis præmeretur : plærunq; leniebas:leuabas nonnunq̃. Hei nunc igitur miſero mihi: quem tot ſollicitant curæ quem aſſiduæ exedunt fluctuantes animi ægritudines. Noſti aſperitates rerum noſtri & horum temporum ingentis procellas:huius quoq; uitæ moleſtias non ignoras. Verum crede mihi/illud eſt Euripidis πασ λολυηροσ βοισ αρφωπωρ κουκ εςι πορφρ αρωπανσισ.Nũſquam quies: nuſquam tranquillitas eſt : ſed potius ubiq; turbæ : ubiq; lis peracerba. Nemo in terris fere non miſer. Hi etiam miſeri ſunt: quibus Regna quibus imperia ſunt : qui in magnificis apparatibus : uictuſq; & cultus ælegantia degunt : ſtipati ſeruis / atq; ancillis . Neq; uero hi ſunt fortunati : qui populos armis / nationeſq; ſubegerint : non

qui debellatis hoſtibus:urbibus euerſis:Regum detractis ſpoliis/glorioſas reportauere uictorias:non qui ciuitatũ Principes ſunt:& rebus publicis p̄ſunt:ſed illi utiq;/& ter/& quater beati putandi ſunt: q̄ tenues caſas inhabitant: amicti ouis atq; agni pelles:qui glande & olere paſcuntur:qui molli herba conſident:qui lectis cubant frondibus conſtratis/& culmis: qui intra opaca uiuentes nemora/hominum conſpectum fugitant:in cœlum uſq; mẽte/& cogitatione ſublati.Nos humi iacentes/& quodam quaſi cœno obuoluti/quid tenue/quid cœleſte unquã cogitamus?Proh Deus immortalis/quanta rerum peruerſio:quanta hominum prauitas/ q̄ nefanda temporum commutatio? Virtus nanq; ſiue extincta eſt/ſiue in cœlum abiit:iamdudum nuſquam apparet.Flagitio ſolum/ ac ſceleri locus eſt.Relicta nobis pro integritate diſſolutio eſt:pro continentia profuſa labes:pro moderatione luxuria:pro innocentia auaricia:pro fide perfidia:pro iuſticia uis & fraus. Omnia dolo malo fiunt. Vbi nam bonitas:ubi charitas inuenitur? Vrit hominum præcordia acquirendi cupiditas inſatiabilis.Itaq; adimunt ſociis: pupillum/ ac uiduam ſpoliant:ærarium expilant:hæredes ſeſe alienis tabulis teſtamentiſq; ſupponunt:templa/ fanaq; diripiunt:non homini cupiam:non Deo ipſi parcunt:ut diuitiis affluant. Nihil ſordidum/nihil inhoneſtum putant:quod quæſtus gratia fiat.Pecunia uero pluris æſtimatur:q̄ uirtus.Deſitum eſt uideri quicq̄ turpe: quod compleat diuitiarum cumulum. Qui autem pro quingentis ſextertium/mille repoſcit / nec is quidem magnus fœnerator eſt. Quando auaricia hos animos? M.Curius rapas comedebat mollis: neq; uero Samnitum ingens auri pondus accepit.Fabritius autem proditorem Medicum remiſit ad Pyrrhum:neq; eum ulla uis pecuniæ pellexit ad fraudem.Nunc uero uel patrem interimant:paruulum cantarum/aut fictilem urnulam quæſituri/Taceo reliqua.Plæraq; omnia corrupta ſunt Diſſoluti Senes:impudentes adoleſcentes:iniuſti Magiſtratus / iniqui Iudices:ciues improbi:cœteri flagitioſi.Quid multa? Verſamur in tenebris/nec ulla prorſum aut laudis/aut probitatis umbra remãſit.Inuideo igitur uobis/quos longe diſiunctos ab hominibus non lædit peccatorum ſordes. Nam qui in hac celebritate uerſatur / hunc pollui: atq; fœdari quotidiana cogit conſuetudo. Dat enim contagio labem: ſicut Poeta noſter teſtatur. Quocirca diuinas merentur laudes: ſi qui rebus contemptis humanis/ emancipati deo/in ſecretas ſiluas:& ſola/ac ſalruoſa loca ſeceſſerint. Sed quanto abſentiã tuã magis/magiſq; cõſidero:tanto doleo magis:atq; diſcrucior. Si quidem nos Epyphani/optimis/ & præceptis: & inſtitutis humaniſſime erudiebas. Quoſq; agros magno uel ſtudio:uel ſudore excoluiſſes: quaſi perdoctus agricola ſparſo optimo ſemine quotidie irrigabas. Nunc uero:quod nequeo ſine lachrymis dicere/ te ſum priuatus: qui & ad uirtutem amplectendam calcar incutere/& ad uitia expellenda frenum adhibere conſueueras. At nunc quoq; uitæ magiſtrum adeſſe oporteret/ut calentis/ac ferueſcentis ætatis domitaretur effrenara uis. Sed quodquod coram fieri nequit.id perfice obſecro litteris.Gratum nobis/ac iucundum erit.Ita uero perſuadebo mihi: nos apud te gratioſos eſſe.Quod ſi dolorem/quem nos de tua abſentia cœpimus:lenire uelis ſæpiſſime ad nos ſcribe. Vale.

AVguſtinus Dathus .N.S.P. D.Solent cœteri homines: hoc neſcio Bacchanaliorum/ ne an uinaliorum die:alii gallinam/altilem: & ſaginatum caponem:alii aprũ/leporemq;:alii pingues turdos / alii cruſtula:& laura largiri obſonia/ tibi ego amice. N.dono mitto has litteras:quas ſi legeris / plurimum ridebis. De Bacchanalibus nanq; ſcribendum eſt mihi: quæ quondam a ueteribus inſtituta / præclare inde tranſlata ad noſtra ſunt ſæcula/atq; tanto etiam celebrantur honore/ ut Bacchanali feſto dici maius/ ac præſtabilius nihil poſſit.Horum igitur ſacrorum ritum paucis explicemus / ut res tam præclara: & hiſtoria digna/memoriæ prodatur.Sed quid? An ne ego tam pias obſecro cerimonias audeam mandare litteris: quas ne Pontifici quidem Scæuolæ fas ſit attingere? Itaq; incipiamus ordine:.Magnum certe eſt:quod delinquamus:ſed quod expiari poſſit.Prima igitur luce cum adhuc oculi recenti ſomno cæcutiunt omnes.N.tam mares:quã fœminæ:tam ſenes q̄ iuuenes:tam inopes: q̄ opulenti gregatim eunt ad meritorias tabernas: illic aras ponunt: illic menſas parant:laute illic:& oppipare apparant conuiuium.Omnes ſolliciti ſunt:alii coquunt:alii magnos crateres: & pateras lauant:alii prælibant æpulas:uerentes credo/ne ſi parum ſale conditæ ſint:paulo minus bibant:alii qui oderunt moras carnes uel crudas/uorant. Vides omnes feſtinare:laborare quẽq; pro ſe uides. Iam uero plurimum affertur uini:id enim eſt primum omnium.Interea confectis rebus:& ferculis undiq; ordine paratis / ecce eliſſas carnes/pernices/lepores/faſianos:aſſa altilia/tum capones/& gallinas:tum etiam turdos:centum æpularum/genera:mille adipata obſonia:compluta irritamenta gulæ:quæ non tam facile eſt comedere: q̄ commemorare difficile.His ubi ita completæ ſunt menſæ:omnes intenti ſacrificiis litant omnes affatim comedunt:bibunt affatim omnes.Omnes eo ſancto: atq; auguſto in loco: ita ut uiros decet: uentri / ac gulæ inſeruiunt:ut recte his clamet Lucillius: Viuite Lurcones:commeſtones uiuite uentris.Ibi mandones:atq; helluones non bibentes mactant ſolum:ſed pinguia quæuis animalia:his uictimis:his immolationibus Deum colunt.Hæc Bacchanalia noſtra / ſiue liberalia/ſiue Dionyſia appellare mauis:eiuſmodi ſunt:ut ad eorum ſacrificia/non uerbenis/non fibris/non ceſpitibus opus ſit:ſed lautis:& exquiſitis æpulis:non thure:non cæteris odoribus:ſed multo/& adipe/& lardo. Omnis nanq; hic ritus non in manu:& digitis:ſed in gutture potius eſt:& faucibus.O inauditam ingluuiem/o inſatiabiles Vẽtres/o immanes homines:quorum uita omnis/& ars/ſagina eſt:ut de Athletis inquit Hippocrates. Hoc eſt Bacchanalis feſti ſacrificium:in quo carnibus ſe & adipibus explent:nimio diſtendunt cibo:plurimo ingurgitant mero. Quibus rite/ac pie confectis ſacris:quiſq; domũ redit:ut prandeat.Ibi quoq; magnifici apparatus ſunt non ſine ſplendidiſſimis æpulis. Quarum delitias elegãtiam:atq; luxuriam mirati omnes: narrare nemo poſſit. Vorant tamen omnes cibos:uino exhauriunt omnia dolia.Inde uero hanelantes: & turgidi abiciunt pallia quibus amicti eſſent / perſonas induunt / acturi pulcherrimos ludos. Nam Laruati eunt per ciuitatem omnes cum tripudiis / inhoneſtoq; ſaltatu / cimbala pulſant / & timpana.Ita perſonati: ambiunt totã urbem:circuunt omnes uias: perluſtrant quæq; lupanaria: ut nihil reliqui ſit:quin omnia gerantur quæ turpiter / molliter/effeminate / quæ impudicæ /oſcene/ſordide/aut dici/aut fieri poſſint. Vide.N. celebrem/ lætum/ & clarum diem.

Vide quid faciant optima:& ſuauia uina. Demum uero nimium tum crapula/tũ etiam itinere defatigati rurſum domũ redeunt:ita comedendi auidi/ut fame/ac ſiti confici uideantur. Afferunt bonam: & magnã cœnã una hac comedunt patrimonia menſa:ut ait poeta. Quare ſaltando/edendo/bibendo/hilarem totũ conſumunt diẽ: non tamen his æpulis ſatiati:nec cœna contenti: pulchra ut mihi quidem uidetur hæc Bacchanalia ſunt: quæ non modo uiſu: ſed etiam auditu iucunda ſunt. Quis tenere riſum queat? Ego iam ridendo feſſus ſum/ tu quoq; N. plurimum ride. Vale.

Bachanaliorum die/Idibus Februariis.

AVguſtinus Dathus Nicolao. S. Dubium eſt mihi Nicolae:qualis poſthac futurus ſis:quod futura non ſatis explorata ſint. Sed iecisti ſemen futuræ fœlicitatis in bonũ agrum:quem ſi accurate/diligenterq; excolueris/breui tempore/& certam: & uberrimam frugem percipies. Oro te:atq; obſecro: ut ita te geras/ut poſſimus te Romam iſſe gaudere. Non ignoras quid tibi potiſſimum agendum ſit. Da operam:atq; effice:ut te laudemus. Bonam fortunam adipiſci: fœlicitatis eſt:tueri/diligentiæ/& uirtutis. Noſti qualem eum eſſe conueniat:qui principem ſapientiſſimum/ piiſſimum patrem:clæmentiſſimum benefactorem nactus ſit. Eiuſmodi uiro/nihil tam charum eſt/q̃ bonitas/q̃ fides/q̃ diligentia/q̃ modeſtia/q̃ deniq; alacris/ac deuota uoluntas. Quas ſemper intellexi ſitas in te eſſe:quibus ad te amandum etiam commotus ſum. Eas tu res ætate poſtulante requirente p̃ſentia tanti patris/auge/cumula:cunctis uiribus complectere:ut iis quaſi optimis gradibus/ad optatum honoris faſtigium queas peruenire. Moneo te amice/hortor familiariter: quod ut faciam / nõ diffidentia ulla tuæ probitatis:ſed ingens mea in te compellit beniuolentia. Tibi gratulor:cui Deus optimum futuræ fœlicitatis primordiũ detulit/cui ſolida/ac firmiſſima iacta ſunt fundamenta. Supereſt tibi:ut reliquũ ædificium omni ſtudio perſequaris. Vale.

AVguſtinus Dathus. N. S. P. D. Gratum munus:gratiſſimus quoq; amicus miſit ad eum qui grates paratus eſt agere potius/q̃ referre. Sed & (ſi dabitur uſpiam referendi facultas) experieris uerũ erga te amici animum/ſtudiumq;:& officium probatiſſimi amici nuſquam tibi deerit. Vale.

MAgnifice uir/ac pater obſeruande ſalue/amice iucundiſſime cum liberis:& tota domo ſaluus ſis. Noſtram:quam pœne natura ipſa non ſolũ uoluntas conciliauit amicitiam/ nec temporis uetuſtas / nec locorũ diſiunctio/nec deniq; quiuis caſus:& fortunæ euentus labefactare poteſt: ſed ne fraudate / ne imminuere quidem. Sit tibi perſuaſum/te mihi conſtanter amari/eademq; quæ tibi iampridem cũ dulcibus modulis explorata beniuolentia eſt/firmã præſtare:ſtabilem permanere. Quod idem mihi de te iure coniectare liceat. Diligis diligentes te:ſed nec te pateris in amore uinci:quod merito turpiſſimũ iudicatur. Odiſti inſanũ uulgus:uulgi quoq; aſpernaris ingeniũ:p̃ſentes amantis:obliuiſcentis abſentes. Quod ſi mutuus hic animorũ affectus firmiter perſeuerat: quidnã ẽ cauſæ: qua propter non omni fiducia petam abs te:quod & tibi facile factu eſt:& mihi adepto periucundum? Legem amicitiæ probe calles:ut ab amicis honeſta fidenter petantur:amicorum gratia honeſta fiant. Multa de p̃clariſſimo exercitus duce Bartholomæo capleone circunferunt & illũ in flãmiam cogitare. Alii alia ſentiunt. Te ego cuius grauitatem:& iudiciũ magnifacio imprimis:per noſtram amicitiam:per ueterem neceſſitudinem:per tuã fidem oro:obteſtorq;/ut quæ tibi ea de re comperta ſunt/ſi litteris ſine cuiuſq̃ iniuria committi poſſint/uelis q̃primum ad me pſcribere/ p̃ſertim cum rumor ſit iſtum illuſtriſſimũ principem/liberum:& Bartholomæo Duci: & copiis eius/ tranſitum permiſſurum. Feceris rem mihi q̃ gratiſſimam:& ad ueterum officiorum cumulum non parũ adiunxeris. Quũ uero opportunũ cenſueris:q̃ſo me iſti magnanimo:atq; glorioſo principi cõmẽda & me apud eius celſitudinẽ fac obſecro gratioſum. Vale.

AVguſtinus Dathus Ioanni Florentino diſcipulo. S. P. D. Qui uere/ac uehæmenter me amas uelim ut & eos diligas:quos ipſe obſeruo:& plurimũ ob uirtutem/ac p̃cipuas laudes ammiror. Cauſam habet uir noſtri amantiſſimus:& clarus ciuis Senenſis Philippus Accurſius. Quam ex aliis litteris (ut opinor) perſpicue noſti. Velim ad eam cauſam/operam tuam: & diligens ſtudium adhibeas. ut qui iſtam præclaram rempublicam maxime ſemper coluit:non modo adiumentum ad iuſticiam; ſed gratiam quoq;: atq; humanitatem referat. Eum igitur etiam:atq; etiam commendo:cui quicquid ſtudii:officiiq; contuleris:mihi ipſi te præſtitiſſe arbitrare. Vale.

AVguſtinus Dathus Petro Stephaniſtæ. S. Dulciſſimæ:& præclare frater ſalue optime inq̃:& ſuauiſſime frater ſaluus ſis. Quanto te nõ ipſe modo:& Nicolaus:ſed tota domus noſtra:quæ communis eſt complectatur amore:non ſane poſſit quiſpiam explicare. Nullum labitur nobis temporis momentũ quin uel colloquamur de te:uel cogitemus:& quem incredibiliter dolemus abſentem. Ipſi nobis/ad nos ſolandos præſentem fingimus. Nullus unquam fuit abſentia moleſtior:neminem prorſus deſideramus ardentius/& quãquam tum natura/tum lex ipſa diuina: quod tu quoq; ſapienter profiteris: ad amorem impellit. Tamen ut te unice diligamus:fecit etiam ratio:quæ iubet/ut eos miro proſequamur amore/in quibus: uirtutẽ/conſtantiã/manſuetudinẽ in eſſe cernamus Deus te nobis intulit:in quẽ omnes beniuolẽtiæ neruos intẽdamus. Te filius/te uxor/te filia/te Angelus domeſticus apparitor/te noſtri omnes amant/ colũt/affectant/noctes dieſq; deſiderant:& nullo modo obliuiſci:uel ad punctum temporis poſſunt: quo carere patienter nullo modo poſſumus. Sed ſpes eſt:ut te crebro reuiſemus:& præſente fruamur aliquando. Si te eximium atq; præcipuum habemus:quem propinquis:quem affinibus:quem amicis omnibus anteponamus. Nec enim aliã ob cauſam una uoluimus eẽ utriuſq; inſignia:niſi una foret aiorũ uolũtas:& oibus in rebus ſumma cõſenſio:qđ unũ maxie ꝓpriũ eoꝶ eſt:qui uere inter ſe amant. Id tibi ueli pſuadeas: eſſe te uno chariorẽ nobis neminẽ. Idq; nõ ioco:nõ blãdimẽto non falſo dicitur:Sed ſerio ex intimo cordis affectu. Si uidẽtur noſtræ tibi epiſtolæ rariores mirari noli: nã modo uerſamur in agro:& raro noſtrũ q̃ſq̃ i urbẽ cõmeat. Qui redierimus obruemus te faſcibus lrãꝶ. Ternas tuas

ubi profectus hinc es: accepimus litteras: exq; his unas tantum ex itinere: binas uero poſtq̃ Bononiam attigiſti. Detuli repente tuas ad Nicolaum ruri demorantem continuo reſponſum paratur. Studium adhibitum eſt: ut perquireremus uectorem librorum tuorum. Retulit Petrus Turaminus in dies expectare Ioannem cognomento Malacoſam: & ex eo percontabimur rem ordine: & te confeſtim certiorem faciemus: uel ubi nam tui libri ſint: uel quod ad tempus ſint Bononiam perferendi: atq; q̃ primum curabimus perferendos. Dolet Petrus Turaminus non fuiſſe ſibi demandatam eam prouinciam. Nos fungemur noſtro munere / ac iam explorantes inſtituimus: qui & nomen exquirant uectoris: & contendant iſtuc aſportari res tuas. Iucundiſſime Petre fac ut ſis ſemper incolumis / ualidus / lætus / & ubiq; noſtri memor quando tu nobis in penitiſſimo es corde defixus. Hanc mutuam Charitatem natura conciliauit: augebit indies uoluntas. Tu quæſo ſerua / ac gere parem animum. Id quod certo credimus: auemuſq;: & saluū te eſſe: & fieri p̄ſentem nobis Perpetuo fœlix es dimidiū animi noſtri. Senæ Pridie kalen. Iulias dum forte fortuna ueni ad urbem.

AVguſtinus Dathus Galgano Petroccio. S. E. multis æpiſtolarū generibus: quibus frequēter uti Galgane conſueuiſti. Id mihi probatur imprimis: & maxime cordi eſt: quo & ſummam tuam in amicos beniuolentiam præſtas / & fidem: & ad rectam uiuendi rationem compoſitis, ac ſapientibus uerbis hortans: in hoc tua uerſatur æpiſtola quam paucis ante diebus ad me dediſti: qua ob eam ipſam cauſam ſum mirifice delectatus. Quæ ſcribis teſtificantur utiq; amorem ſummum erga me tuum: unde magna ſæpe legenti mihi comparatur uoluptas. Sed illa maiora ſunt: quæ uitam inſtituunt: & ad recte agendum uehemēter impellunt. Cum tua lego Alter mihi. L. Seneca obicitur: & nouus quidam mentis oculis Cato ſuboritur. Cuius p̄cepta: cuius inſtituta tam grata ſunt: ut nihil poſſit optari mihi antiquius præſentari. Habeo ob eam cauſam ſummam tibi Galgane gratiam: & ut idem ſæpius efficias etiam atq; etiam oro Hoc ego tecum fœdus percuſſerim: ut ſcribenti non deſit reſpondentis officium. Quod ſi forte nunc tibi ſim uiſus negligentior temporibus tribue. Rura me plærunq; tenent: perraro iampridem ſolitus ſum in urbem commeare: quo quū uenio: confeſtim laquei initiuntur: & thetia. Si quis funeratur funebrem me orationem habere oporter. Si ad ſtudia litteratum cohortandum ſit itur ad me: undiq; me ſualus: undiq; præces: & importuniora uerba præmunt. At iam emeritus eiuſcemodi ſum ſatur curriculis. Hæc ætas aliam rationem poſtulat: in alia exercitatione reliquum quicquid ſupereſt terendum eſt temporis. In ea uero maxime: ad quam ipſæ peroportune in uitas. Perge amici explere munus: ſenioris in ſenem præſtare officium: & ardentius inflammare ad ea quæ ſola hinc migrantes, nobiſcum ferre poſſimus: quæ optimi inſtar uiatici obtinent. Qui probe dicis: qui recte ſentis: qui honeſte agis: facis ut mihi quidem uidetur: quod te decet: quum ad tuæ imitationem uirtutis crebro allicis: & ſoporatum altiore fortaſſe ſomno: nunc ſuaui uoce: nunc contentiore clamore excitas. Nam & ſtimulis perfodias licet: quando neminis qua tua plus apud me auctoritas ualet. Vale.

AVguſtinus Dathus Galgano Petroccio. S. Binas tuas accepi litteras: quarum utreq;. Pientinis reſonāt controuerſiis. Noſti me iampridem: quali ſum natus ingenio: ſcis ad ſtipulatorem pacis acrem belli inſectatorem: natura odi bellum: & quæ inde manant omnia. Altercationes: rixas: diſſidia: iras: contentiones. Quocirca eum ſum populum ad concordiam: ad quietem: ad moderationem cohortatus. Eatenus mea & omnis rendit oratio: & progreditur opera Valere ſi modi honeſti limites tranſgrediantur. Iuuat igitur te præeſſe oppidanis iſtis hac tempeſtate: qui ſuopte ingenio longe in taberna meritoria libentius: q̃ in foro uerſantur: qui freno egent: qui niſi a bono auriga: & æquo regantur præſide: procliues ad malum facile turbanticient: & in omne prorumpunt: & iniuriæ & contumeliæ genus. Non ignoras ruſtica ingenia: calles aggreſtes animos: illos coherce: & qua maxima polles ſapientia auctoritate: uirtute compeſce. Equum te & Quincenſibus: & Pientinis iudicem præbe. Sed quid de his tecum longioribus? Qui nec turpia unq̃ (ut ipſe opinor) rogaſti quempiam: nec feciſti rogatus. Omnia recte ſeſe habebunt: ſi a tuo ingenio non diſceſſeris: ſi ueterem morem obtinueris: ſi tui ſimilis eſſe perrexeris uiro probo: iuſto præſidi perfacile eſt fidem tueri: ſeruare iuſticiam: frenare improbos: neminem lædere. Sumus incolumes res quoq; ſecundiſſimæ. Quibus utinam fruamur: potius q̃ abutamur. Vale.

AVguſtinus Dathus Matthæo Tommaſio. S. Putant Stoici: (ut probe noſti) paruam eſſe: ut magnam culpam. Ego tecum exiſtimauerim / magnam eſſe: ut paruam potius. Accepi tuas binas litteras. Erant partes meæ celere reſponſum dare. Id diutius ſum cunctatus facere: certe non ſuperbia: cum ſuperbi uideri ſoleat non reſpondere. Sed nec incuria: cum tu ſis mihi maximæ curæ: nec obliuione: cum tu dies: noctesq;: tum in memoria: tum in animo uerſeris mihi: ſed alia fuere: quæ me ſegniorem reddiderunt: ad id efficiendum. Quod ſpe uehæmenter exopto. Eſt enim iucundum mihi ad te ſcribere. Iucundius legere tuas litteras. Sed multo certe iucundiſſimum crebrum: id mutuumq; obire munus. Nam id cum fit ueras uideor audire: ac redere uoces. Vnum te præcipue oro: ne litteras numeres meas: ſed uoluntatem ipſam metiaris. Quorum primum forſan diuturnum ſilentium pariat: alterum uero faſcem litteratum rependat: Id tibi perſuadeas uelim ſummam mihi ex tuis æpiſtolis uoluptatem comparari. Quippe quæ amoris perſpicuum faciunt documentū. Proinde perge ad me ſcribere: & expecta tuorum laborum non iniucundam uicem: Quod autem ad Iſagogicum libellum ſpectat aperiam paucis meam ſententiam. Quum primum mihi nunciatum eſt: de ſuppoſiti nominis falſa inſcriptione: quum innotuit deletum Auguſtini nomen: & immutatum eſſe titulū. Principio ſtomacari cœpi: & accuſare temerarium auſum eorum: qui uel improbitate: uel inuidia indignum facinus fuiſſent auſi. Poſt uero rem ipſam accuratius expendi cogitans id forſan ignoratione potius auctoris: quam falſi intentione feciſſe. Quamquam nec mihi debet eſſe moleſtum: ſi Laurentii celebrius: quam meum ſit nomen. Nam ut taceam doctrinam eius uiri: quæ profecto fuit non mediocris: quum longe anteiret ætate longius anteibat

& nomine

& nomine illum ego accuſare debeam non iniuria: qui primus libellum arripuit: & nomen meum ſuppreſſit: atq; (audenter dicam) me non uſq; adeo ignobilem eſſe: ut puduerit eū: qui librum aſportarit: ferre & Auguſtini nomen. Nolo de me ipſo pdicare: quod agenti uitio/audientibus moleſtiæ/eſſe cōſueuit. Sed certe libellus iſte non reponit inter ea q̄ a me accuratius ſcripta ſunt. Fuit quoddam ueluti ingenii delibamentum non mea uolūtate: ſed quorūdam amicorum opera in lucem prolatum: qui ſe lecturos quidem: ſed minime edituros aſſeuerarent/ac tam breui lucubratione conflatū eſt: ut dictu incredibile uideri poſſit. Quidam Religioſi uiri primū abſtulerunt libellū delectati (ut arbitror) pceptorum nouitate: & Venetias uſq; perlatus eſt: ubi & de auctoris nomine fuit controuerſia. Demū re cognita Auguſtinus inſcriptus eſt/& celebratus auctor: Mox pleraſq; Italiæ urbes peragrauit: nec uſq̄ accepi pter quam Ferrariæ nomen in mutatū/ubi is agit: qui cum alter Auguſtinus ſit relinquat nemini iuſtæ defenſionis locū. Andreas Cappacius clarus ciuis plus dolet q̄ ego ipſe: qui condidi. Nam & ſuaſu eius opuſculū confectum & ſuo nomini dedicatum eſt. Non uideo opus eſſe concertatione pro re puſilla. Quod ſi aut in orationibus meis/aut in iis libris qui a me de Philoſophia ſcripti ſunt: idem fieri animaduertam/cuius lenitatem/& māſuetudinem experiunt/experient etiam amaros morſus. Cupio ſcire de te/ſi aut odio cuiuſquam aut inſcitia factū ſit & me q̄primum certiorem facias. Ac tam & ſi ad rem comprobandā tu ipſe ſatis pſidii habes. Tamen ne Senenſium genus contemnendum uideat. (Si ipſe oportunum iudicabis) & libelli proferā perſpicua documenta: qui a me ſcriptus eſt: & ſi qui nebulones ueritati tenebras effundere uoluerint: oſtendā q̄ tollerandum ſit propriorū bonorum poſſeſſione ſpoliari: & quod alienum a meo ingenio: & conſuetudine eſt. Latratores agam dignis modis. Nam uereor interdum ne non uerum ſit: quod dici ſolet a nonnullis finitimis noſtris. Hetruſcis gloriam inuideri: Itaq; rogo te: ut quicquid hac de re tibi exploratum fuerit. q̄primum ad me ſcribas. Quod erit mihi gratiſſimum. Tuas litteras percupide deſidero: me autem habebis ſemper tuis ſtudiis obſequentem/non ſecus: atq; optimum fratrem commenda me tuo clariſſimo atq; optimo patri: & tuos omnes iube ſaluere meis uerbis. Vale.

AVguſtin. Dathus. Mathæo Tommaſio. S. Iucūde eſſe conſueuerunt amicorum litteræ: uiua uox multo certe iucūdior. Paraueram longiuſculam ad te æpiſtolam teſtem mei erga te animi. Sed cum Antonius Turaminus iſtac iter facturus ſit: quem me alterū puto eſſe: alloquet te meo nomine auerte ab ipſo animum/Auguſtinū loqui ipſum crede. Is uberius explicabit meam ſentētiam: q̄ ipſe poſſim per litteras conſequi. Oro te: ut longum ſermonem quem habiturus eſt: & meum eſſe exiſtimes: & ab Antonio tanq̄ ab altero Auguſtino accipias: qui ipſe defert eulogium breue in Guarini laudem: quem uita defunctum uobiſcū luximus: ereptū terris frugi hominē plurimū condoluimus. Sed fruſtra hæc. Patrē tuū: quē & amo/& obſeruo: ipſe ut patrem ſaluere iube & me Hieronymo Caſtello diligenter commenda. Vale.

SEruus Auguſtinus Dathus Franciſco Cardinali Senenſi ſupplice commendatione puia/ac ſuæ ſeruituti congruenti ueneratione: perpetuam fœlicitatem exoptat. Scio nequaq̄ opus eſſe ut plura de me ſcribam: quem iampridem in ſuorum clientum/ac ſeruorum gregem aſciſcere dignata eſt tua dominatio: atq; ut itidē habere pſequat deuotiſſime tum oro tum etiam ſupplicitet obſecro/auctoribus uenerabilibus patribus Mariano Abbate & Luca ſacerdote: quibus mandata res erat a tua dominatione: ſolum illud olim cultum: nunc incultum protſus: atq; infructuoſum contraximus/ut ego: & poſteri mei illud poſſideamus: & peracto quinquennio: quot annis pendamus: quod illi par cenſuerunt: uini congium. Et ſi uiſum eſt mihi onus fortaſſe fructu percipiendo maius. Habeo id tamen a tuæ dominationis benignitate ingentis muneris loco & beneficio tributum animo donum facit quolibet munere antiquius. Supereſt: ut id omne ratum habeat tua dominatio: & ut ita per ſuas litteras comprobare digne: deuotiſſime pcor: paratus tuæ dominatiōis iuſſa: ubiq; libenter accipere etiam capitis periculum ſubiturus. Vale.

AVguſtinus Dathus. N. Bononienſi. S. Quas detulit iucundiſſimus Neſtor paucis ante diebus ad me litteras: miſcuerunt neſcio quonampacto commiſeratione quadam animi læticiam. Reddiderunt q; dolorem inter uoluptatem q; ancipitem. Solet nōnūquam uiris fortibus: & ſapientibus nōnulla obiicere fortuna: q̄ imperitum uulgus ſane aduerſa putet: q̄ tamen excelſo: atq; elato uir animo facile cōtemnat/ac p nihilo ducat. Non pius error Neſtorem dedit nobis: ſed ea pietatis ratio: q̄ maxime hominum ſocietati: & hominum ingenio congruere uideat. Quod ſi homines hominū cauſa nati ſunt: quod Stoici Philoſophi ſcitiſſime tradiderunt & pro ſacris inſtitutis optimus quiſq; ſociū perinde/atq; ſeipſum diligere debet. Magnis efferendus eſt laudibus: uitæ qui auxilium tulit: uitio dandus qui contra dederit damnum aut malum: alia alios decet: alia eos: qui magiſtratus gerunt: amicos alia. Fecit Neſtor quod amici maxime proprium eſt: ut amici capiti conſuleret: & eum ſeruaret: qui cū omnia optimo iure debent eſſe communia. Sed peruagari non licet: Ad rē ipſam redire malo. Carere te filii conuictu non poteſt mihi non eſſe moleſtum. Si forte tibi hoc temporis curriculo moleſtum eſt. At lenit moleſtiam omnem periucunda Neſtoris conſuetudo: & alloqui hominem: atq; audire pſentem mirifice iuuat. In promptu eſt ſumma uiri probitas/modeſtia/liberalitas/ſolers ingeniū/exquiſita doctrina/ac multarum rerum cognitio. Facillimi eius delectant mores: & comis uita: ut nec incognitus nobis acceſſerit: & Charus ſit factus omnibus Senenſibus. Mihi imprimis ita charus: q̄ qui chariſſimus. Fateor me summū abs te beneficium accepiſſe. Qui iucundū amicum/fratrem ſuauiſſimū/dulcem uitæ ſociū obtuleris. Eum ego ſum eximiū habiturus: atq; erit ille mihi non quidem filius: quod tutam humaniter polliceris ſed certe

& qđ de ſummo Græci amico uſurpant Non fuit ad hanc neceſſitudinem conciliandam caduceatore opus: ipſi fœdera percuſſimus: ſocietatē iniuimus. Crebro iam congrediemur: ſtudio: officioq; certabimus. Trina claruit ætate: (ut ueteres Poetæ canūt) ille triſeclus Neſtor. Ex cuius ore melle dulcior fluebat oratio. Triplice floret hic Neſtor laurea differēdi diſciplina: diuinarū atq; humanarū rerū ſcientia/meden

di arte/ac peritia clarus. Ex cuius ſapientia/ad cõmuné utilitaté fructus manat uberrimus. Senes Neſtoris dicta. Iuuenis Neſtoris facta laudant. Erit igit hoc biénniũ.(Si tuã moleſtiã cogitauero) æuũ longius. Si meam iucunditatem: per exiguũ tẽps: natalé patriã nõ ammittit. Hanc ſibi cõmunem cõperauit: bono & ocioſo animo es/nõ mõ quia ubi uis gentium ſapienti patria eſt. Sed etiã: q dũ Senam petit Neſtor: lares: & focos reuiſit ſuos. Il ũ ſtudiorũ alũna Bononia genuit: alũna quoq; doctrinæ aſciuit: atq; aluit Sena. Q uodã qſi poſt liminio lõgiore interuallo intermiſſam Senam repetit. V trumq; genus traxit Neſtor: utraq; in urbe iucundam: ac beatam uitam deget. Habebit ille me perpetuo fratré: & tu me una cum illo filium: atq; ut ita ſuſcipias te uehæmenter oro: & meum experiare erga te animum. Vale.

AVguſtinus Dathus. N. Bononienſi. S. Me in Neſtore noſtro tantũ arbitror adeptũ iuris: ut de eo poſſidendo: lis nobis: & dulcis contentio ſit futura. Pater ueteres amici: & ſummæ uirtutis meritũ & ipſa (ſi exaudiri poſſit) patria Neſtoré repetit. Virtuti & fœlicitati eius libens accedo. Reditui uero conabor impedimento eſſe ut qui tanto uirtutis ſplendore ſulgeat: non in patria ſolũ: ſed alibi quoq; luceat: & ubiq; ꝓficiens: ubiq; in dies clarior fiat. Dignus eſt Neſtor: qui ꝓpiſſime: ad ueterũ Philoſophoꝶ doctrinam accedit: parem quoq; aſſequat & gloriam: paternum amorem uincat ꝑclari filii peruagatũ decus. Sine qſo qué tãdiu ſouiſti: nos quos tam benigne in hanc ſorté: & cõmuné poſſeſſioné uocaſti: aliquãdiu Neſtore ꝓ noſtro iure perfrui. Hoc erit certum ueri pignus amoris: ꝑpetuũ uero monumentũ: Lupæ: ac lactentium Remi: & Romuli clarum inſigne. Vale.

AVguſtinus Dathus Bartholomæo Scalæ. S. P. D. Cupio ſcire quid agas: & cum uidere adhuc non poſſim: tuas uehæmẽter expecto litteras. Q uæ (ut recte ait Turpilius Comicus (abſentes ꝑſẽtes faciũt. Fac igitur: ut & amare ſimul: & ſcribere pergas: & mea (ſi quid opus accidat) omnibus in rebus utaris opera. Ego & amo te plurimũ & omnia gratificari cupio. Q uod ſi periculũ feceris: experieris me uere: & uehementer amantem. Vale.

AVguſti. Dath. Bartholomæo Scalæ. S. Q uæ accepi de Florentinoꝶ erga te beneficẽtia beniuolẽtiaq; ea mihi fuerũt pq̃ grata. Nam ꝓſperis tuis: & ſecũdis rebus lætor ac ꝓpterea tibi gratulor plurimũ/ Macte eſto cõmodis omnibus: & gloria. Scis diſſidere collenſes de finibus cum noſtra Repub. Q uæ res cunctis eſt pmoleſta ciuibus noſtris: & aliqñ adhibendũ eſt huic malo remediũ: ne uetuſtate fiat deterius. Eſt enim oĩs mali labes extinguenda in ſemine. Q ua decet ueros amicos fiducia peto a te: & etiã atq; etiã oro: ut ad componendã eiuſmodi cõtrouerſiam excelſos iſtos: atq; illuſtres hortari: & obſecrare principes uelis; ut deligant ciuem quépiã magna auctoritate: & cæteris ꝑſtãté laudibus: quorum magno numero ferax eſt iſta ꝑclara ciuitas. Q ui miſſus Reipub. iuſſu modum tandem una cũ legato noſtro ſtatuant huic diſceptationi: ut ſint tranquilla omnia: & undiq; quiete charitate: atq; ocio perfruamur. Scio te ualere auctoritate: & gratia Præſta te qſo eum mihi: quem ſpero: quem tã amice humaniterq; pollicitus es: & cum ſim tibi deditus: ero perpetuo tibi obnoxius: ſi ad hãc ré cõficiendã neruos tuos intẽderis: & quos iudicabis idoneos: fueris auctoribus uſus. Vale.

AVguſtinus Dathus Bartholomæo Scalæ. S. Conſtituerunt iampridem litteræ noſtræ: & diuturniore ſumus uſi ſilentio: ſed corda loquunt: & uicem amoris ſentiunt. Silentiũ reipublicæ occupationes: qs nũq̃ uel intermittere/uel etiã remittere licet. Coegerunt: nunc ut ſcribã cogit amicitia: q̃ mihi magna é cũ Ambroſio: cui has dedi ad te litteras: diui Auguſtini cænobita: ſacræ Theologiæ ſectatore ſupra ætatem illuſtri: concionatore etiam celebri: tecum (ut accepi) affinitate: mecũ uero ſumma neceſſitudine coniũcto. Is modo ad te uenit: uiſet: ſalutabit: alloquet etiam uerbis meis. Velim illum familiariter accipias iucũde audias: annuas quoq; uotis eius. Eũ deniq; quibuſcũq; in rebus opus fuerit/ſtudio: atq; officio proſequare. Dignus eſt enim tuo amore: nam ad affinitatis fœdera: q̃ uulgo probant Accedit tum uirtutis/ac doctrinæ ratio/ tũ morum ſimilitudo: q̃ in amicitia ſapientes: (ut plane noſti) maxime ſpectare conſueuerunt. Ego Ambroſium diligo & amo uehæmenter. Q ui differenti diſciplina/philoſophiæ laude/ſacri eloquii/ & diuinaꝶ litteraꝶ cognitione excellit. Caſtus homo eſt/modeſtus/integer/mei perſtudioſus: tui etiam obſeruantiſſimus. Eũ tibi plurimũ commendo: & ut commendé: neceſſe eſt. Nã quorũdam aduerſarioꝶ improbitas eius dignitati inſidiatur. Patet enim ſemper inuidiæ uirtus: & uiri amplitudinem confictis dolis labefactare contendit. Propugna qſo & inuidorũ obſiſte atq; obtrecta cogitationibus. Confidit plurimum tuo ꝑſidio: ne eum ſpes fallat: etiam atq; etiam rogo. Q d ſi citus ad nos: & hilaris redibit Ambroſius eũ tibi perpetuo deuinxeris. Me ipſum quoq; nihilo ſecius. Tu uiciſſim/cuius explorata mihi: & liquido perſpecta uoluntas eſt: uelim mea opera utaris. Q uæ ſi in tuis rebus fortaſſe inanis ſit in amicoꝶ negociis certe. (ut ſpero) non erit ꝓrſus inutilis. Vale.

AVguſtinus Dathus Bartholomæo Scalæ. S. P. D. Cum ipẽ ꝑſentem te ꝑſens uidere nõ poſſim. Venit iſtuc una cum Senenſium legato alter Auguſtinus Minos tabellio. Q ui cum mihi ſunt omnia cõmunia Certe uir probus/ humanitate: & eruditione apprime clarus. Et ſi amicorũ ſunt cõmunia omnia: ſit ille qſo & noſtrum utriq; cõmunis amicus/ Is te affabit meo nomine: & q̃ concœpi: ipẽ tecũ colloquetur. Tu uelim tibi perſuadeas: quum illum audies: te Auguſtini ueram aurire uocem. Et ſi tertium in amicitiam aſciueris: & uerbis eius fidem adhibueris: utrũq; erit mihi q̃ gratiſſimũ. Aueto/ ac ſemper & incolumis eſto & noſtri non immemor uſq;. Vale.

BArtholomeus Scala Auguſtino Datho. S. Iam de amicitia noſtra plura dicere ſuperuacaneum puto. Itaq; non de amicitia a nobis poſt hac accipies litteras. Sed amicus ad amicum ſcribet (ut amici ſolẽt) admodum amice. Q uod & tu continuo facis diutiuſq; ut id facias oro. Ego ſi aliquando ſum in reſpõdendo tardior: uelim condones. Obruor enim aliquando ita occupationibus: ut euenit ſuperioribus diebus: ut homo non multi ingenii non nunquam obliuiſcar mei. Q uod mihi gratularis ob honorem muneris a

populo

populo honorificẽtiſſime profecto datum. Scio te cogit natura tua & noſtræ amicitiæ neceſſitas. Sed id ex Deo eſt. Illi ergo pariter laudẽ demus: enitamurq; ita uiuere pie religioſeq;: ut nos decet: quos cæteri homines: quod aliquã fortaſſe de noſtris moribus honeſtã habeãt opinionẽ præ cæteris honore dignos putant. Quãquã ipſe optime me noui: & curtã ſupellectilẽ. Quod aũt attinet ad rẽ Colleſem. Faciã ut mones: & ſi adibes calcaria curren ti (ut aiunt) magiſtratus ſocordiã affectat. Collenſibus omnis diſcordia detrimentũ affert. Tantula lis negligenda etiã aſpernandaq; uidet/ ne dũ tã diu tot legationes: & litteræ taliũ urbiũ tã crebro fruſtra eſſe debeant. Me q dẽ (ut tecũ amiciſſime loquar) tota ea res ad nauſeã faſtidiuit. Heus de Corintho: de Meſana Romani digladiãtur cũ Carthaginenſibus. Scarna. Vaſonius mons. Elſa flumen. Mulinaccius/ Petrina: ridicula nos noia perturbãt. Vos debetis mea ſententia ꝓ magnitudine animoꝝ ueſtroꝝ: magis ea deſpicere: atq; ultro uocare ad pacẽ: eã dare ẽt inuitis. Si minutioris ingenii noſtri rẽ uiliſſimã priuatius tutarent. Sed ego cuicũq; concordiæ fauebo ꝓ uiribus: & (ut mones) ubicũq; adero: & quãtũ conari potero nihil ꝑtermittã: bene: & longũ. Vale.

BArtholomæus Scala Auguſtino Datho. S. Ex Minoe te altero quod ſcribis gratiſſimas litteras accepi tuas. Sunt enĩ ille quidẽ ꝑ humaniter & per amice ſcriptæ: Minos quoq; ipſe: qui uerbis tuis eſt mecũ ſuauiſſime collocutus: uoluptatẽ mihi omni ex parte cumulauit. Ego quid de noſtra amicitia ſentirẽ: ſcripſi ad te ſuperioribus diebus: litterulis ꝑbreuibus. Eas Cioni noſtro tradidi: ut ipſe ad te deferri curaret: ꝓpter eius mirificã omnibus in rebus diligentiã. Poſtea quã ſcripſeris eas ad me: quas Minos reddidit arbitror illas noſtras accepiſſe. Nihil muto de his: q̃ tum ſcripſi de noſtra amicitia. Addo etiã nunq̃ ex omnibus quos aut obtulerit caſus/ aut uoluntas delegerit/ aut certe dederit neceſſitas: quẽpiã me auidius ad amandũ acceſſiſſe. Te igit iã non modo: ut doctũ hominẽ/ atq; eloquentẽ: q̃ ipſa per ſe magna q̃dã cauſa eſſe debet beniuolentiæ inter nos cõciliãdæ. Sed ut uirũ bonũ: ut amicũ ueterẽ: quẽ ego ut uina ſoleo anteferre recẽtioribus: arctiſſime ſum cõplexus ſacitq; opinor deſideriũ uidendi tui: & corã colloquendi: ut & mire quodã ardore legã litteras tuas. Et qui mecũ de te ſermones ferunt: incredibili: proſequat beniuolentia: quo mihi facilius eſt Minoem recipere tertiũ: & amare ut te alterũ. Et profecto is mihi primo etiã congreſſu uiſus eſt: qui a te effingit uir probus/ humanitate: atq; eruditione apprime clarus: eius ſum affatu uehæmenter delectatus. Sed auxit ille ſitim meã non reſtinxit. Quid fons inquã ꝑme: ſi in his riuulis tantũ eſt ſuauitatis? Leonardus etiã beneuolẽtius legatus ad nos Senẽſis: & tuo me nomine ſalutauit: & animi uoluntatiſq; tuæ erga me locupletiſſimũ teſtẽ ſeſe ꝓbuit. Nõ ego iã teſtibus: (mihi crede) natura ipſa noſtra ſatis teſtificatur. Ago tamẽ tibi ingentes gratias: qui tantũ tribuas nobis: & neceſſitudini noſtræ: ut nullum officium accumulandi amoris ꝑtermittas Beneuolẽtius autẽ: quẽ iucunde ut intuear iubes: amo: obſeruoq; diu Noſtra etiam ciuitas probitatem eius & ſapientiam nouit: & habet in ſummo ꝑcio. Coſmus quoq; Medices noſter: quem ego humanum Deum appellare ſum ſolitus. (Naturam enim hominum uirtute e ſapiẽtia ſua ſupauit) De Beneuolentio ſæpenumero cõdignas quidẽ ꝑdicauit laudes. Nõ poſſum non totus eſſe Beneuolentii. Si ad eum ſcripſeris: facito ut ei me q̃ diligentiſſime commendes / ac totum tradas. Bene ac longum. Vale.

BArtholomæus Scala Auguſtino Datho. S.D. Reddidit mihi Ciones Rani utriuſq; noſtrum amantiſſimus litteras tuas: elegantes quidẽ. & te dignas. Nos profecto mi Auguſtine diu amici ſumus ita enim ſentio naturã moreſq;: q̃ ornant plane: & maiora fieri poſſunt noſtris ſtudiis: cõciliare amicitias: eaſq; & conſtantes & perpetuas eſſe ſolere. Facitq; ea naturæ uis: quod ſapienter in Lælio ſcribit Cicero: ut quos nunq̃ uidimus quodãmodo diligamus. Nam q̃ iudicio noſtro: noſtraq; electione contrahunt: ſæpe uel leuiſſimis quibuſq; de cauſis labefactari: diſſoluiq; uidemus: magno cũ dolore animi noſtri: quos nec immerito tantũ aberraſſe indeligendo poenitet: qui natura ipſa amore: beniuolentiaq; iungunt. Eos uero non aqua: non ignis (ut aiunt) poterit diſiungere: quin quod multo eſt admirabilius: mortuũ quoq; amicũ relictus in uita alter eodẽ animo ꝓſequit. Sumus nos quidẽ conciliati natura amaui cũ primũ legi litteras tuas: id eſt cum primũ: qui fores qui intelligere. Si quid eſt in me: quod reclamatione dignũ ſit: uehæmenter gaudeo. Vera enim amicitia nihil mihi uidet eſſe iucundius ſed de amicitia ſatis Neſus. Mineruã: Redeo ad Cionem. Habeo illi ingentes gratias: qui de te mecũ ꝑ ſæpe eſt ſuauiſſime collocutus: ut huius recentis coniunctionis: & neceſſitudinis noſtræ uoluptatẽ pleniſſime cumulauerit. Vir eſt bene prudens: & quantũ natura põt ꝑſtare ſuo Marte. i. ſine ſtudiis & litteris ſatis acutus: ſatiſq; eloquens. Sum ego hominẽ arctiſſime complexus ut addita cõmendatiõe tua: nihil omnino poſſit accedere. De rebus noſtræ ciuitatis ſcio eum ad uos ſcripſiſſe q̃ diligẽtiſſime ut officiũ in hac re meũ deſiderari abſe minime putem. Id non ꝑtermittam proſpera iam eſſe omnia: quietiq; & paci conſona: quod cæteris quoq; omnibus gratiſſimum: ut ſit oportet. Muſæ autem noſtræ etiam geſtiant lætitia. Tu cum his te oblectabis: & immortalem efficies. Vale.

BArtholomæus Scala Auguſtino Datho. S.D. Ne redirent: & legatus/ & ſcribas / & Ciones omnes noſtri ſine meis litteris. Hanc ad te ſcripſi breuiſſimam æpiſtolam. Quid enim ſim longior talibus ad te uiris: tam utriq; noſtrum amiciſſimis a nobis modo redeuntibus? Eos rogaui: quod nullæ litteræ poſſunt efficere: ut uultum ſaltem meum: animi cordiſq; humani ſignificatorem: unde & nomen ſumpſiſſe docti quidam autumant: quando corda ipſa noſtra animoſq;: natura ſagax inocculto poſuit: tibi referent. Vale longum & fœliciter.

AVguſtinus Dathus Filius. Nicolao patri. S.P.D. Difficile factu eſt pater: quod tu etiã perſæpe dicere ſolitus es: ut idem & inueſtigandæ ueritatis ſtudio incumbat; & aliarũ quoq; rerum curam ſuſcipiat ac uelut patris familias cuiuſdã uitæ fungatur: quaſi ſeruire dominis unus poſſit duobus: quod humani imbecillitas ingenii ꝑſtare nequit. Quando quidem: (ut apud Platonem in legibus inquit Socrates) unus unum opus recte facit: quaſi plura: quod multorum exempla declarant: plerũq; nõ recte: ſed perperam po-

tius atq; improſpere. Eſt in manibus Ariſtotelis liber:q Oeconomicus inſcribiť:quē cū odioſus lego:tū plane ui-
deo rei familiaris pœne infinitos labores:eiuſq; ꝓuinciæ moleſtias liquido ante oculos ponit. Nos uero Philoſo
phiā cōplexi ſumus in qua ne illi qdē excellāt:qui uel ad mille annos(ſi ita dicere fas eſt)uitā uſq; ætatēq; ꝓduxe
rint. Democritus:ſiue Abderites:ut pleriq;:ſiue Mileſius:ut non nulli tradunt:quo facilius philoſopharenť:ma
gnas opes cōtēpſit. Crates Thebanus uim magnā auri abiecit:ne uirtutes ſimul:quod ꝑdifficile eſt:ac diuitias cō
plecterenť. Sed & negauit noſter Cice. diuino quodā uir ingenio:poſſe ſeſe:& Philoſophiæ:& uxori operam dare,
Quid igiť agendū mihi:cui parum natura tribuit & ingenii & roboris?Quantopere laborandum:præſertim in
hoc lubrico æuo. Nā uita hæc fugax/breuis:incerta eſt/ac uere celeriter cadentibus:lāguentibuſq; floſculis ſimil
lima. Cuius tēpus labiť:& rapido curſu fugaces mortalis uitæ annos abſumit:ut ꝓbe. M. Cato: & ſapienter ho-
minū uitā ferri ingenio cōperauerit:quod quidē eiuſmodi eſt:ut uel aboleať rubigine:uel exercitatione ipſa:atq;
opere contrrať. Et nos perinde ac ferrū ſiue agentes quippiā:ſiue torpētes ocio:tandē labente die ad ꝑfinitos ter
minos:mortēq; deducimur. Itaq; cauendū ē:ut hoc quodcūq; tēporis dať amittamus inane. Lubricis his paucíſq;
fruamur annis. Expgiſcamur:atq; euigilemus:nedū ineuitabilis mors hos mortales artus abſumpſerit:cū dolea-
mus miſeri uixiſſe fruſtra. Quare ut Philoſophiā ducē ſequar:& in hac ſalutari admodū cogitatione diutius per
ſeuerē. Mitte obſecro te ad latē noſtrū ſalutandum Ioannē fratrē:qui & alia ſtudioſe gerit:& iā per belle harū re
rum adminiſtrationem callet. Erit eius ad nos aduentus eo gratior:quo celerior fuerit:ut iam tādem ipſe remea
re in urbem poſſit.   Vale.

NIcolaus Dathus pater Auguſtino filio dulciſſimo. S.P.D. Accæpi tuam fili mi plenam leporis:ſed ple-
niorem grauitatis æpiſtolā. Ex qua cū multa mihi grata ſunt:tum illud certe iucundiſſimū:qđ te toto
(ut aiunt)pectore capeſſentē intelligā doctrinæ ſtudia non q̄ ſequor ipe in hac turba fori:ac defenſio-
num laboribus:ſed q̄ auidiſſime fuiſſem confectatus:ni res anguſta domi obſtitiſſet ingenio:& tot li-
beris Herciſcunda familia: ex medio pœne ingenuarū diſciplinaꝝ curſu: ad hanc q̄ſtuariāue mercenariā potius
declamandi conſuetudinē animū aduecaſſet. Duos & uiginti parens tua:& dulcis mea uitæ Angela confors pepe
rit filios. Quoꝝ quattuor:alii abortu/alii ægro interierunt partu. Duo de uiginti ꝓſpere in lucē editi ſunt:quā-
quā nonnullos:uel immatura mors:q̄ nulli parcit ætati:aut ab ubere rapuit/aut abſorpſit florentibus ānis. Om-
nes ſum pio patris amore ꝓſecutus. Sed tu unus præ cæteris(teſtor cœli numē)eo ſemp mihi fuiſti charior:q ꝑ
cæteris uiſus es mihi optimarū artiū cupidiſſimus/ac natus in primis ad litteraꝝ gloriam:ad eā te ſponte incitatū
inflāmaui ſæpius:ut cætera poſt haberes omnia. Solam illā cōplecteretis uehæmēter cohortatus ſum. Omnia ti-
bi ſuppeditata ſunt:q tu minime ignoras:oī curaui induſtria:ne alioꝝ bibliothecis egeas. Currēti adieci calcaria
ſæpe. Nihil eſt quod cupiā atq; optē uehæmētius/q̄ iā tandē te eū euadere:quā clara indoles/& ingenii bonitas/
iāpridē ſpopondit:quē inde uſq; a teneris tuis unguiculis fore cōiecit cōciuiū multitudo:quē ꝓceptoris tui uiri
oī laude ꝓſtantis Franciſci Philelphi:quoddā ueluti ꝓdixit oraculū. Eia age:rūpe moras:relinque rura:ueterē pa-
leſtrā repete:ꝓpera ad optata gymnaſia:ut ibi ſis:ubi queas ꝓficere in dies magis:& in ea quidē exercitatione ꝑſi
ſtere:ad quā te unus inuitauit pater:amplexandā cenſuit:tenendā ꝑſuaſit. Nō ſum paſſus te rura peragrare:ut uil
lici fungaris officio:ut rē familiarē geras/ac ruſticeris:ꝑterq̄ te ſtudiū adhorteť tuum. Noui te ſæpiſſime laudare
Antiſtiū Labeonē: q nunc in urbe negociari:nunc in agro ociari ſolitus eſſet. Si nōnunq̄ ſeceſſus amænus: & ſoli-
tudo magna cogitationis incitamenta ſunt. Sed optimus oibus in rebus eſt modus:etiā ab exercitatione fit inter
miſſio ſæpe/ac daní multi ad ſtudia reditus. Vere ſcribis fruendū eſſe hac:quā p breuē uel natura dedit uſura ui
tæ:& bonis artibus iugiter incūbēdū. Etiam ſi triſæcli Neſtoris:(ut ueteres noſtri dicūt) & longæui Matuſalem
quē ſacræ hiſtoriæ produnt:longior ætas tributa ſit:Præſto ſunt agricolæ:qui faciant lætas ſegetes:uinitores:q
ꝑlis:& torcularibus intendant. Paſtores:qui gregibus & armentis ꝑſint. Adeſt Ioannes/qui probe curet uillici mu
nus. Auſcultemus Euripide:quam quiſq; nouit artem in ea ſe exerceat. Tu ueni:& notū tibi decurre ſtudiū:ut ſis
gaudiū & corona parentum:quando te noſtræ Senectæ habemus dulce uehiculum.   Vale.

AVguſtinus Dathus Filius Nicolao patri. S.P.D. Quanto ſim dolore affectus: quanto etiā preſſus lu-
ctu:nemo poſſit:aut uerbis:aut æpiſtola conſequi:quē uiuere/quē ualere putabam fratrē dulciſſimū
ætate florentem:& moribus Franciſcum ſacerdotem luctuoſus caſus:& immatura mors abſtulit. Tri
ſtem nuncium triſti animo accæpi pater:& eo iniquiore tuli animo:quo inopinatior allatus ē. Neſcie-
bam illum ægrotare pater:& repente de illius interitu reddite mihi ſunt funeſtæ litteræ. Exanimatus ſum & in-
credibili quodam ſtupore affectus:ut nec tum animus conſtiterit:nec quo me uerterem ſcierim. Atq; ipſe mecū
num fato:num fortuna: ereptus eſt frater? Natura haud equidem opinor neq; enim medium uitæ curſum at-
tingebat:quamquam quidem primum:quid medium:quid extremum in eo quod inſtar puncti obtinet? Quid
tam circunciſum:quid tam anguſtum:quid tam breue:ut hominis uita?Heu fugaces nimium labuntur anni. Fu
git profecto uelut umbra hominis ætas. Facta eſt utiq; tanq̄ fœnum tectorum quod priuſquam euellatur exa-
ruit. Lachrymas nequeo continere cogitans fratris immaturam mortem:atq; acerbum interitum. O lubricū: &
caducum noſtri æui quodcunq; datur ſpatium:quibus caſibus ſubiacet humana conditio. Redeuntem domum
iactus fortuito lapis hominem ferit:caput infringit:paruo temporis momento delet. Quid uita hominis fra-
gilius omnino exiſtimari poteſt?Sed tria me lugentem conſolantur:& ſummam doloris acerbitatem leniūt. Pri
mum tuæ modetationis exemplum. Accepi enim te adeo patienter filii mortem ferre:adeo modice:ac ſapiēter
ut Catoni illi ſeni comparandus eſſe uidearis. Hanc mihi ꝓcipuam cōſtituo medicinam. Accedit eius:qui uita ex
ceſſit/ſingularis/atq; egregia uirtus:morum probitas:integritas uitæ pietas:innocentia:quibus ille ſemper excel
luit laudibus:ut ob eam cauſam omnibus charus eſſet. Poſtremo naturæ ipſius neceſſitas magnum ꝓbet ſolatiū
Moriendum eſt.n. omnibus. Longius aut ꝓpius mors ſua quenq; manet. Non habemus in terris ad quod Apo

ſtolus tradit:domiciliū duraturū:ſed futurum inquirimus'mortis legem ſubituri:in hanc lucem ingredimur. Cū illis bene agitur:qui pie ac religioſe/obeuntes carnis fractis ergaſtulis/ad beatorum ſedes migrauerint.Hanc ſpē p̄bet nobis & bene acta illius uita/ & religioſa mors. Proīde mœrere deſinamus: & contemptis humanis illecebris/ad immortalis uitæ fœlicitatem aſpiremus . Ego tum deniq; ſum incolumis : quum te ualentem eſſe intelligo. Aue.

AVguſtinus Dathus filius Nicolao patri.S.P.D.III.kalen.Maias dulciſſime pater Vrbinū ſalui ī̄columeſq; peruenimus.Nec dici queat:quanto non modo Vrbini:ſed uel toto pœne ipſo itinere honore excepti ſumus.Habeo:atq; ago Deo grates:qui tot me tantiſq; dignat̃ muneribus. Vnū id mihi moleſtum eſt:non repperiſſe illuſtrem ip̄m Pricipem:atq; inclytū Ducem:qui Ferrariam' profectus eſſet ad celeberrimas nuptias:immo (ut dicam fortaſſe uerius)ad peruiſendam'Sponſam. Verum illum propediem affutur̄ expectamus:qui multo me maioribus amplioribuſq; bonis afficiat. Sed qd uel mei itineris/uel honor̄ meor̄ texā hyſtoriam:' Omnia plane intelliges:ſi fueris coram cum Bartholomæo locutus:quem obſecro te pater id quod antehac feciſti:non ſecus ac filium noſtri utiq; amantiſſimum :'& tui etiam obſeruātiſſimum tracta: ſuſcipe:amplectere. Qua ille me cura/quaue diligentia fouerit:non facile æpiſtola conſequar. Quid nunc multa niſi me longinquitas hæc maior:& ueſtra hoc eſt amicorum/ſodalium/propinquorum /ſororum/ fratrum/ atq; imprimis parentū turbet abſentia.Nemo eſt:qui me uno uiuat lætior. Satis ſuperq; fortunatus is putandus eſt: qui & eo:quod habet:contentus eſt:& nihil p̄terea concupiſcit.Quū aūt componendar̄ rerū fuerimus cura ſoluti:nō frequētes mō:ſed lōgiſſimas quoq; ſcribā ad uos l̄ras.Dulciſſimæ matri/totiq; domui:atq; iis etiā:quor̄ dicet nomina Bartholomeus noſter:dic q̄ſo plurimā meis uerbis ſalutē.Rainaldo Peccio age meo nomine gratiam & claris me ciuibus commenda. Vale.

AVguſtinus Dathus Filius.Nicolao patri.S.P.D. Nequeo ſine dolore & lachrymis ſcribere] pater : non poſſum:quin deteſter aduerſam fortunam:q̄ me tā inique inſectata eſt.Prohdolor/;interiit dulcis Oddantonius Princeps/ crudeliter a ſæuiente ac tumultuante ſuo ipſius populo ;trucidatus : in quo magna ſpes mea ſita erat.Quam fallax fortuna eſt:q̄ uariæ rerum uices.;Habeo tamen Deo ipſi immortali/ac cœlitibus omnibus grates : qui me in tanto ſæuientis uulgi furore incolumen ſeruauerunt.Per mille pericula:per denſum tumultuantium hominū agmen tranſiui:atq; euaſi incolumis.Hoc qui mihi euenerit/ neſcio diuina me adiutū ope non dubito.Vi tamen eripuerunt me domo.Bonis ſpoliauere omnibus:una ſpes eſt innocentiæ/ac probitatis.Omnes me uiri boni una uoce tuent̃ :non tam Principis interitum deflent / q̄ iniuſtam meā ſortem deplorant.Ipſe imprimis.Princeps Fœdericus omni fauore proſequitur.Hic ſi annuerit/curabo diligēter ut ad uos redeam:inſenſam fortunam expertus ſum:atq; acriter inſectantem.Sed p̄ſente Deo non ego cedā malis:ſed contra audentior ibo.Reflauit inſtabilis fortuna: nos tamen ualemus:& euaſiſſe extremæ: cladis diſcrimē id plurimum gaudemus.Interiiſſe tamen optimum Principem mirum in modum cruciamur. Vale. Scripſeram litteras:en accerſor ad Principem:propero ad eum:ille iubeo inquit:ut ad tuos mittas tabellarium meis ſumptibus:& omnia illis ſignifices : ut geſta ſint ordine:ſimul hortat̃ :ut quibus conditionibus apud fratrem erā : apud ſe quoq; eſſe pergam re ipſa perſpecturus:quanti me & patriam noſtram faciat. Scribit ipſe quoq; ad noſtros magiſtratus litteras:& ſpem optimam pollicet̃ . Quid multis moror:' Benignū ſe mihi & affabilē p̄ſtat.Mitte lunatini uerba:& moneri illū iube/res ſuas mea diligentia nequaq̄ periiſſe. Veniam oī cūctatione remota/ad uos uiſendos:& corā oibus de rebus diffuſius colloquemur.Aut igit̃ confeſtim ip̄e uobis adero: aut ſcribā meliora & iucundiora indies.Eſto bono animo:atq; adime moleſtiam:cæteri ut idem faciant: da operam pro tua ſapientia : ac fœliciter. Vale.

AVguſtinus Dathus filius'Nicolao 'patri.S.P.D. Velim mihi credas pater / poſt multos varioſq; labores:recepi tādem paululū ſpiritū:cum.iiii.Nonas Auguſtas redditæ mihi ſunt litteræ tuæ.'Quod angorū/ac moleſtiarū ingens mihi fuit ſolatiū:q̄to me dolore leuauerint/nequeam explicare .;Sed tu facile cogitare poſſis:ſi multiplices noſtras ac grauiſſimas:q̄ me diſtraherent curas animo / ac mente conſideres.Nam qd mihi putas fuiſſe animi:' quū præ oculis indignis cernerem tractatū modis : quū ſæuiſſimis ſauciatū uulneribus:quū miſerabiliter trucidatū eū:qui Dux foret inclytus:qui Priceps magnanimus:qui omnibus fere & naturæ & fortunæ bonis floreret:qui diuino polleret ingenio:qui per uiridem/ac florentiſſimam uiueret ætatem qui meo nūc conuictu/& crebra conſuetudine/ſupra q̄ dici poſſit/delectaret̃ :qui mane:qui interdiu: qui ueſperi audire ex me ſemper auæret:ac noſſe aliquid. Sero ille quidem ad intermiſſa ſtudia animum reuocaret. Sed eam reuocationis tarditatem ſtudii diligentia compenſabat.Doleo nimirū:ac diſcrutior uehæmenter:quum tam chari Principis & dulcis Oddantonii ſubit me recordatio.Hac atq; illac perfluunt lachrymæ:quotiens illius acerbum triſtem/& funeſtum caſum conſidero:& quod uel maximum eſt mœroris noſtri & luctus fomentum: ſuauiſſimi principis cladem:& crudelem interitum dies cogor cogitare: & noctes : ut iniquo prorſus animo ferā tantam mihi ſecum conſuetudinem extitiſſe. Qui pridie q̄ exceſſit e uita poſt longam horarum pœne trium de officiis lectionem:de clarum hominum morte comiter mecum multa grauiterq; locutus eſt . Credo præſagiens quod poſtridie ſibi miſerum fatum impendebat:cumq; defeſſum me legendo/ac non ita / ut cupiebat/ iucunde reſpondentem aduerteret:mites ille in me coniiciens oculos. Da ueniam mihi Auguſtine præceptor inquit : ac uale:quaſi tum expleuiſſet:quæ erat auditurus omnia.Demum ſubiecit.Fer quæſo importunum me moderate:dixitq; nouiſſima uerba.Quam erat mollis:q̄ liberalis:q̄ feſtiuus illius ſermo:q̄ leue:q̄ præclarum ingenium. En iacuit poſtero die exanimis ſqualentem habens ac fœdatam:nitidam/ ante illa faciem : & concretos ſanguine crines. Quis lacerum corpus ſcribat:' quis diſiecta membra/ac molles cruentatos artus:' Cuius tam crudele:tāq; tetrum:aut narrantis/aut cogitantis exitium ora non compleantur lachrymis. Verum præter animi ſententiam

in hanc mentionem prolapſus ſum. Neſcio enim quomodo aut natura/aut conſuetudine comparatum ſit: ut ad ea quæ acerbius animum præmunt: ipſa nos cogitatio etiam propellat inuitos: meminiſſe animus horret: cum inſaniens populus undiq; tumultuaretur: cũ ſæua arma perſtreperent: cum ingens ſuror ad extremam uſq; multorum perniciem tela miniſtraret: cum ipſe a ſæuiẽte graſſantium turba domo abriperer: & bona: quæ haberem diriperentur omnia. Anulus: qui in digito erat/pœne mihi excidio fuit: qui ex omnibus rebus noſtris ſuperfuit ſolus. Nudus profugi: in proximo templo delitui delatus illo/ut certe ſtatuo/diuini numinis fauẽte dextera: q̃q̃ & extruſum me domo toruis quidam & minacibus oculis aſpectabãt. Quod ni boni ciues opem tuliſſent inopi etiam uita uerſabatur in dubio: Sed mala omnia ab ignobili & inſano uulgo. Sopitis deinde rebus: & turbulentiſſimo ſedato tumultu: & interfecto Principe: trucidato Manfredo protonotario: cæſo Thoma quodam Ariminẽſi: conciliata concordia: quam Fœderici interuentus peperit: cœperunt Vrbinates/tum ſinguli/tum uniuerſi clamitare indigniſſime factum eſſe: ut quem innocentem: quem probum: quem bene uiuendi inſtitutorem eſſe intelligerent: eum uilis plebecula tanta affeciſſet iniuria. Cum primis Federicus Princeps ita omnino meum caſum inique patitur: ut uix ſibi fratris ſui interitus poſſit eſſe grauior. Is decreuit/ſi ipſe abſentiar/ut maneam apud ſeſe: atq; ut id faciam/ampliſſima præmia pollicetur. Inſuper amiſſorum recuperationem. Sed & de his aliis litteris plura. Dolẽtem me/ac uariis ſollicitatũ curis/conſolatæ ſunt tuæ peroptatæ litteræ. Quod autem ſim tam charus ciuitati: plurimum mihi gaudeo. Lugebam miſerum infortunium: & animi cruciabar. Sed acceptis & tuis & noſtrorum magiſtratuum/ac Reipubli. litteris: non modo magnam accepi conſolationem: ſed etiam lachrymaui præ gaudio. Has legi etiam quater/ac uicies: & dulce ſtillantibus interlim lachrymis: atq; ubi iii. Nonas ſextiles delatæ ſunt: aut legi: aut cogitaui ueſtras lr̃as. Idq; mihi unũ fuit ſuauiſſimũ pabulũ: & laborũ omniũ dulce lenimẽ. Nos bene ualemus/& ad uos uiſendos cogitamus. Deferemus uſq; ad Principis reditũ: qui quo die ad me tabellarius reuertit Eugubiũ ꝓfectus eſt. Quicq̃d interea noui acciderit: faciã te cõtinuo certiorẽ. Hortatᷣ me Vrbinatũ Senatus: ne quo habeam abſente Principe. Itaq; oĩ ratione expectandus eſt Princeps. Spero omnia mihi proſpere ſuccedent. Vale.

AVguſtinus Dathus Filius Nicolao patri. S.P.D. Præclare patet mecum agitur: ni duæ res mihi moleſtiam nonnullam afferant. Suauiſſimi Principis Oddantonii mors per acerba: & tui ardentiſſimũ deſiderium. Sed alterum dic adimetur: ut aiunt: alterum q̃primum explebitur aduentu/ut ipſe arbitror id te meo. Nuper Eugubio rediit Princeps Fœdericus: qui cum uarios ſermones contuli. Eius hic tandem animus: hæc mens eſt: ut mea mihi reſtituantur ad unum omnia. Sed factum adhuc eſt nihil. Dolet nimiũ ea me affectum eſſe iniuria. Sed ea ſunt tempora: ut non omnia uelit quæ poſſit. Adhuc omnia mortem minitantur: & ſanguinem oſtentare uidentur omnia. Exultant uulgi animi & recentis cædis memores Principem ipm deterrent: ab iuſtitiæ/iuriſq; adminiſtratione. Verũ ego ita opinor: ut tandem nihil amiſerim. Pollicetur autem Princeps/eam ſeſe operam daturum: ut ſibi perpetuo ſim deuictus. Attamen grauiſſimarum nunc rerum occupationibus impeditur. Eugubii multa gerenda erant: ubi diutius modo immoratus eſt. Sed erit mihi propitius imprimis: cum ſim ſponte incitatus: tum noſtrorum magiſtratuum: ac præſidium inflammatus litteris. His ego agam per litteras gratiam: ſi uidetur/cum reſponſum accepero: ciuibus: qui me Principi commendarunt: is reſpõdere non potuit: quoniam Piſaurum properaret ad Galeaz Malateſtam continuo rediturus. Curabo diligenter & ad Magiſtratus ipſos/& ad ciues iſtos reſponſum. Miror pater: cur & tu quoq; non ad Principem aliquid litterarum dederis: quas accepiſſet iucundiſſime: habuiſſeſq; per humanum reſponſum. Vult omnino Princeps audire quotidie ex me aliquid: ſummamq; oſtendit non modo beniuolentiam: ſed (ſi dicere par eſt) etiam obſeruantiam. Ex omnibus Senenſibus: qui hic eſſent: me unum honorifice excipit: ac ſpe optima ducit. Curabo: quum te dierit. Salarii fidem ex illo/ac litteras & ſimul/ut iſtuc uolem. Oſtendit ſe litterarum cupidiſſimũ: quod me plurimũ delectat. Optimus eſt hic quidem Princeps: mea ſententia & præclariſſimus: licet mihi quodammodo gloriari. Cum cœteri deſpecti ſint omnes: qui cum duce erant: Ego cum Duci percharus fuerim: Sum huic uili fallor chariſſimus: quamquam uerſatur in magnis multiſq; laboribus. Miſeretq; me eius ſollicitudinis: nec unquã aut dies quieſcit/aut noctes. Verum abiens poſt longiuſculum ſermonem deiurauit. Nihil tam curaturum ſeſe/quã rem meam. Idq; (ſi non me fallit) ex animo. Quid Curſinianum agat: quãtum ex noſtris prædiis frumenti perceperis: q̃ noſter fundus colatur diligenter res familiaris noſtra quo nam ſe modo habeat: ſcire de te cupio. Sed q̃ primum & uos omnes & noſtra reuiſam. Ante omnia tamen de ueſtra omnium ualitudine certior fieri uelim. Matrem imprimis/fratreſq;/ac ſorores omnes iube ſaluere meis uerbis: quos cum ſemper alias: tũ præcipue ad te ſcribens/aueo: atq; ardeo uiſere. Proinde cuncta relinquam: uos cupide/ac prope diem ſalutaturus ſuauiſſime pater. Matri commenda me/& claris cõciuibus: fac ut amicorum cœtus & æqualium turba noſtri ſint memores nec obliuiſcanť abſentẽ. Nuꝑ miſit Princeps Fœdericus legatos Florentiã: quid nã acturi ſint: quũ reſciuero (ſi licere iudicabimus) cõteſtim accipies. Robertus de monte Albodo id ipm oppidũ recepit. Princeps Galeaz Mõtẽgaudiũ Nuuilarã/& alia nõnulla oppidula. Noui mihi ẽ aliud. Vale. Quid plura ſcribã: cũ iã ſum iter arrepturus. Iterum atq; iterum uale ad nos dulciſſime pater.

AVguſtinus Dathus filius Nicolao patri. S.P.D. Si uos omnes ualetis bene eſt: nos ualemus. Legi: ac relegi: quas hactenus miſiſti ad me æpiſtolas. Iis intellexi gratum tibi fore: ut agros relinquam: & q̃ primum ad uos redeam. Nec uideo: quam ob rem id tantopere cupias: niſi quod expectant noſtri meum reditum. Quid mihi nunc cum illis? Num obſecro quinquaginta aureum mihi lectionem parauerũt Id ſi factum ẽ: nihil eſt moræ: quin q̃ primum ueniam. Sed nunquid mihi equorum gregem parauerunt? Ego uero/ſi recte memini/neminem accepi ex tam amplo amicorum numero: qui equum obtulerit: ut mature redeam. At cupiunt: inquis: deſiderant: exoptant: noſtri tuum reditum. Quod abſum: dies nocteſq; cruciantur: Quid nũc

mihi quæſo cum illis?Verum pater ita fui iamdudum amicorum:ut iam uelim meus eſſe. Nam hæc dies alios mores poſtulat:aliam uitam affert.Iam profecto tempus eſt:ut malim meus q̃ alienus eſſe.Quod ſi me amici & expectarent(crede mihi pater)ad uos lætus aduolem.Sed quales amici putãdi ſunt: qui ſemper ſuis rationibus conſulunt?Quos uero amicos uocent:eos negligunt: deſpiciunt:atq; omnibus modis ſpernunt. Si quid ſeſe ex amico ſperent adepturos commodi: tum nihil eſt amico:neq; charius. quicquam nec iucundius. Nihil eſt eo tempore amico melius/ac præſtabilius.Quum uero ad alterius rem forte uentum eſt:neminem prorſus nouerunt. Quales hi obſecro amici exiſtimandi ſunt?Nouimus & nos ueram amicitiæ rationem. Eiuſmodi igitur amicis circunfluimus:qui ſibi nati ſunt.Horum tu pater hortatu rebus ruſticis me relictis redire Senam iubes? Quare ſi ita tibi pater cordi eſt:ut meis poſtulantibus redeam:redibo uel pedibus ut non tam ad libertatem q̃ ad ſeruitium natus eſſe uidear.Iam procul philoſophia abſit:quæ ita animum inſtituere hominis ſolet: ut nemini parere uelit:niſi præcipientibus docentibus:ac iuſte deniq; imperantibus utilitatis cauſa.Fac igiť ut ſciam quid de meo reditu decernas:ut meis paream.Quorum nemo adhuc miſit (niſi me animus fallit)ad me litteras. Quod ſi nõ dignantur me litteris: quæ ſunt præterea ſperanda ex eis?Pœne uolui ſcribere.Sinant amici ualere me:& ipſi uti digni ſunt/ualeant.Aueto.

AVguſtinus Dathus filius Nicolao patri.S.P.D.Si uos ualetis bene eſt:nos belle ualemus.Optamus ĩprimis tuam incolumitatem pater:& ut ex ſententia conualeſcas. Dies præcamus & noctes. Te autẽ oramus:ut curis omiſſis reliquis/omnem ad uires recuperandas adhibeas operam: & animi moleſtiã ſimul & odioſam podagram ſalubribus aquis abluas:ut tuæ ualitudinis integritate patris:quam modo aſſecuti ſumus.Gaudium cumulare poſſimus. Nam eum quæſtum putamus maximum. Sanum te/ac ſoſpitem contueri.Id ſummæ erit nobis tũ læticiæ/ tum etiam fœlicitati.Hic omnia bene ſe habent. Reliquum eſt:ut iucunde uiuas:& triſticiam omnem in læticiam uertas.Quid multa ad ueſtras ternas litteras?quæ ad uictum neceſſaria eſſent:miſimus: cũq; his obſonia:& quã Dominicus poſtulauit:ſuccidã:dedimuſq; ea ad uos puero Ioannis fratris:idq; nudius tertius.Si nõdũ accepiſtis:miramur.Si uero accepiſtis quid repetere eadẽ opus erat?Cæteraq̃ poſcis:parata ſunt oĩa.Si quis iſthinc ad nos uenit:cui date poſſimus:fac me:ut ſciã p tuas litteras. Puerũ ſegniorẽ accuſa: ac nobis iraſci noli.Iterũ atq; iterũ cura: ut & corpore podagrã arceas:& oẽm ex animo moleſtiã pellas. Vale ſuauiſſime pater:& uxorem & fratres ſaluta uerbis noſtris.

AVguſtinus Dathus filius Nicolao patri.S.P.D.Cum redire decreueris:iubes equũ parari tibi. Deſeſſi ſumus illum tibi quæritantes pater:tandem mittimus multo certe labore quæſitum. Te & Ioannem plurimum deſideramus:quorum nos turbat abſentia.Tabellarius ſero detulit tuas litteras. Sed multis:quæ(ut paulo liberius tecum agam) ioco ſcripſiſſe uideris:coram reſpondere fuerit ſatius.Quamobrem cura obſecro:ut q̃primũ uenias.Redibis/crede mihi/plurimum expectatus. Vale.

AVguſtinus Dathus filius Nicolao patri.S.P.D.Accepi.vi.Idus Auguſtas tuas litteras:quibus id nactus ſum:quod plurimũ antehac deſiderauerã.Sum enim & de ſoſpitate tua imprimis/ deq; familiæ cæteræ incolumitate abs te factus certior:quod neſcire ſummo ſine dolore:ſcire abſq; uoluptare non poſſum.Quapropter te uehæmenter oro: ut ſi quid datur aliquando & temporis & ocii ad nos aliquid litterarũ ſcribas.Erit id quidem mihi q̃ gratiſſimũ.Deſidero eni cũ aliorũ/tum pſertim tuas litteras:q̃ non modo quia patris ſunt:ſed etiam q ornate & iocoſæ delectãt.Quod autem expiaſſe ſcribis:id neq; uerum eſt:neq; ego confiteor.Nam nihil peccanti nulla eſt expiatione opus. Quod uero tam ſero ſcripſerim: ſerius iſthuc uenientibus tabellariis tribue.Ego eni in ſcribendo diligens & fui ſemper:& eſſe uolo. Scribis affuturũ te hic eſſe propediem.Ego ut id facias/te uehementer rogo. Vale.

AVguſtinus Dathus filius Nicolao patri.S.P.D.Spero/niſi me fefellerit opinio/rem frumentariam ppediem expeditum iri.Sed q tu non ignoras/flagris & calcaribus opus eſt.Nos agricolas mutauimus. At non mutarunt illi mores:atq; utinam rerum fides eorum ſit q̃ diligentia. Ad ſancti Quirici oppidum ad nũdinas ſum profectus:ut Catonis pcepto parerem:qui bonũ ſiue patremfamilias/ ſeu uillicum iubet uendacem/potius q̃ emacem eſſe.Dedimus operam:ut perendie ueniat:qui uinum exportet: ac uendat.Ne multa ſcribam:hunc menſem omnem ruſticis negociis duximus:quæ omnia bene ſe habeant:ſi repaſtinationem curaſſemus.Ego alias bonus uillicus/ ac diligens rerum gerens.Nolo aut contumelioſus eſſe:aut acerbus ut qui tuas uirtutes imitari nequeo.Hac una ſaltem in re ſim tui ſimillimus:quæ noua contingunt/ inuitus ſcribo. Abacta centum & decem pecora/aut eo amplius/& Perinianum compulſa accepiſſe te arbitror. Hodie inſidiis pœne rapti ſunt octo:aut alii referũt/nouẽ Martianẽſes homines:qui pdã ipſam recuperare conarenť. Heri ad ueſperã Curſinianũ diuerterũt.Poſtridie rediere uacui.Tuas expecto & amicoꝝ litteras.Iulittæ die acceſſiſſe me ad ſolẽne ſancti Quirici eius nomine:ubi honorifice ac perfamiliariter exceptus ſum.Matri commenda me/ & cum amicis/cæterarum domũ omnem ſaluta. Vale.

AVguſtinus Dathus filius Nicolao patri.S.P.D.Poſtq̃ ſcripſeram alteras ad te litteras/eodem die amicus noſter ad multam noctem Curſinianum rediit:diuertitq; primum ad proximum heremitam:ſed ſpero illum diligenti adhibita opera/& mecum in gratiam rediturum:& facturũ omnia: quæ tibi grata fore arbitremur. Quanquam modo incertus ſum:quid agam/nimis multos receſſus habet/mens/ hominis:& imprimis huius boni uiri inſcrutabilia ſunt conſilia:& altiores cogitationes:cognitu autem per difficiles:Cogor uarias animo uerſare ſententias. Camæleontis ſimilem dicas. Aliud ieiunus: aliud pranſus ſentit nec idẽ eſt pdius/ac p nox.Me certe cruciat animũ:& magna ſollicitudine uexat.Teneo quod dici ſolet.Lupũ auribus.Si mitto/uereor illius inſolentiorẽ animũ:ſin retineo fraudẽ pertimeſco.Vide quid agẽdũ ſit mihi.Nã & cõſulto/& mature facto opus eſt.Ego a tuo iuſſu nunq̃ diſcedam. Vale.

AVguſtinus Dathus filius Nicolao patri.S.P.D. Et ſi fortaſſe meum reditum expectabas : tamen coactus ſum fallere tuam expectationem. Quandoquidem tu ſpem noſtram feſelliſti. Miſeram ad te litteras:quarum reſponſum cupidius deſiderabam / q̃ ſcribi poſſit:atq; uenit iſthuc Ioannes ordine religioſus:& magna neceſſitudine nobis/ac iuſtis de cauſis amicus. Venit is igitur Senam:te conuenit:pluribus allocutus eſt:litteras meas reddidit:compluſculos in urbe dies demoratus eſt. Curſinianum redit:hūc confeſtim ſalutaui:atq; de ueſtra omnium ualitudine auide:ut noſter fert uſus:percontatus ſum. Rogo ut continuo e ſinu/aut ſacculo litteras depromat. Ille admiratus/nihil inquit tuus pater nobis litterarum dedit. Magna tū de ſpe decidi ſuauiſſime pater:& in dolorem non mediocrem incidi:ac me a uobis fuiſſe neglectum magna admiratio fuit:nihil ſcriptum eſſe ſumma moleſtia. Quod niſi pudor deterruiſſet:atq; obſeruantia patris: cū Terentiano Pamphilo exclamaſſem. Hoccine eſt humanum factum? Hoccine eſt officium patris? Nunqd non ego dignus eram tuis litteris? Sed mitto me ipſum pater es:nec me filium decet non probare:quæ facis:etiam ſi contemnas:in bonam accipio partem. Verum quæ ſcripta erant:reſponſi aliquid poſtulabant. Vos fortaſſe aliqua ægritudo præmit. Sed mihi ad hunc diem angores erant undiq; ac moleſtiæ. Nihil de chariſſima ſorore Bartholomea noui allatum erat:dare ad uos litteras nemini poteram:redire iſthuc:& aduerſa tempora/atq; acris hyems/& rei familiaris cura prohibebat. Erat mihi quotidie cum duriſſimo homine certamen: cuius iam cœpimus inſolentes ceruices contundere:& iam mecum in gratiam redijt. Sed eius cauſam coram exponam potius/q̃ committam litteris. Et ne de illo nunc multa/accuſo iam ipſum remiſſius:præſertim cum & manſuetior ſit q̃ conſueuerit:& magis frugi reditum meum expecto:cum reſponſum dederis. Cella olearia impleta eſt:penaria inſtituta:cura habita frumenti:ut iuſſeras:Ordeum uenundatum:uinum non ſecus:quod uendi præſtabat. Fundus locatus eſt:colendis agris data opera . Stercorata olíueta . Veteres coloni pulſi motiq; : qui ruſtico opere exercendo ſegniores erant. Sed de ſylua cedua actum eſt nihil. De amici reditu/atq; omnibus de rebus/ ſequar tuum & ſapientis matris conſilium. Vnū prudenter ſubmonere ſum auſus:ne quid irate:ne quid inconſulto geratur . Quod ſi adhuc non redierim/non mea culpa eſt. Tuæ litteræ uel cœleris reditus/uel diuturnioris ruſticationis cauſam afferrēt. Nam Bacchanalia paruæ mihi curæ ſunt:ſed Paſcha & magnum ſolenne maxime erit. Tum enim relinquam omnia/ac uos uiſam. Expedit mea ſententia:ut paululum ruſticer:ubi & rei familiari conſulitur & ueteribus noſtris conſilijs fit ſatis:ſed omnibus in rebus parebo ſemper tuis iuſſibus:Id nobis q̃ſo gratificare:ut his q̃ primū reſpōdeas litteris:& me de ueſtra ualitudine & ſæpe: & confeſtim certiorem facias. Vale.

AVguſtinus Dathus filius Nicolao patri.S.P.D. Quāprimū confecto ſolemni/ac peractis nundinis poſtridie eius diei: niſi quid impedimento erit: ad uos ueniā:& ſimul curabo:ut Bindus ipſe mecum proficiſcatur. Malo enim ad tuam prudentiam confugere q̃ culpam aliquam admittere . Noſti probe:& recte calles:quæ ad hanc rem opus ſint. Iam fidem dedit:ac dexteram iunxit. Cætera corā. Veniā mox tamen rus repetiturus:quū cœlitē Hieronymū publice laudauero. Dedi enim ad eam rem operam. Vale.

AVguſtinus Dathus filius Nicolao patri.S.P.D. Cupis ſcire quid agatur . Fruges demetuntur : earum quantum fieri poteſt/maturatur perceptio:ut iō fiat celerius. Argentū ſuppeditauimus. Amicus tandem redijt ad nos. Cōuenimus ſatis (ut mihi quidem uidetur)concorditer:idq; mea facilitate potius q̃ illius uirtute . Quid mihi agendum ſit:quum conſilium cœperis : fac quæſo:ut celeriter ſciam per tuas litteras:quāquam deſidero coram/tecum multis de rebus colloqui. Proinde ſi ueniam dederis:iam iter arripiā/pauculos dies cōmoraturus. Omnia redūdant latronibus & ſiccarijs:nec ullus uſquā tutus eſt locus. Nos cauebimus:& maiorē ſalutis noſtræ q̃ rei familiaris habebimus rationem. Vale.

AVguſtinus Dathus filius Nicolao patri.S.P.D. Nuper uir bonus & acceptis tuis plenis magnæ ſapientiæ litteris/& adhibitis multis a me ſuaſionibus/ac præcibus/perfracta tandē adamantina duricie/cōſilium cœpit:ut tuis iuſſibus pareat:atq; in urbem redeat. Biduum diſtulit hortatu meo:ut comitem haberet periculoſioris itineris:ſed ea nos ſpes feſellit:nunc maluit ſubire diſcrimen/q̃ a tua uoluntate diſcedere. Quamobrem ne multa ſcribam/in hanc ſententiam:& ne (ut aiunt) ſus Mineruam/oro te pater ſupplex:atq; obſecro:ut ſupplicem uenientem manſuete/ut ſoles/humaniterq; ſuſcipias: arte & benignitate retinere illum ſatius eſt. Noſti omnia probe:& ego quid ſcribam:tum ſcio ipſe:tum etiam exploratum eſt tibi. Percupio te cum loqui hac de re longius. Itaq; ſi facultas dabitur:iſthuc concedam. Porro uillam repetam:& inchoatam ruſticationem perficiam. Verum nobis quoq; abſentibus/& inuidorum improbitate urgente ſatis certo ſcio tui ſimilis eſſe non deſines. Nam qui uere ſapit:nunquam a uera ratione aberrat. Recte traditur/optima rerum omnium mediocritas. Hanc uirū ſapientem tueri ſemper oportet. Sed noc/tua Athenas . Si pudoris limites fuerim forte tranſgreſſus:quæſo te mihi ignoſce:tua indulgentia facit:ut interdum ſcribam liberius. Eſt enim quatenus filij uenia dari poſſit. Illa ne utiquam uiolata reuerentia: quæ natura omnibus parentibus iuriſconſulto teſte/exhibenda eſt. Ad primam facem noctis ſcripſit legatus/e caſtris ad nos litteras: nunciauitq; pedites quadringentos & ad octoginta equites in agrum Politiani deductos. Subſiſtere (ut rumor eſt) ad Solarcum: qui locus eſt inter Politianū & Fulſonicū medius. Verenť excurſionē in Perinani Solū:ad meſſores arcendos/boues: q a Florētinorū militibus ſurrepti fuerāt. Florentinorū iuſſu tandē reſtituti ſunt. De noſtris rebus nihil eſt qđ ſcribā noui: atq; omnia bene ſe habent:niſi tanta foret meſſorum inopia. Vale.

AVguſtinus Dathus filius Nicolao patri.S.P.D. Miſi ad te pater conſolatoriam æpiſtolam. Propediem uero mittam pecuniariam conſolationem. Referam gratiam empti uoluminis:q res mirū i modū me delectat. Parui emiſti rem:quæ erat maximi. Quam liberalis/q̃ benignus es pater. Sed reprimam me:ne cum gratiam egerim:celaturus non uidear. Cognoſces tuum mihi munus fuiſſe gratiſſimum. Nicolucia chara nobis in his barbaris locis mater febri correpta eſt:& igenti inſuper laterum dolore præmiť. Tute

ſi quid agendū ſit uide. Digna eſt q̄ & tuā beneficentiā & officiorū uiciſſitudinē experiatur. Habes quid morbi pa
titur. Cogita quod nā referēdæ gratiæ accommodatius genus futurū ſit. Mitto Chriſtophori noſtri obſignatas
litteras: quas ad ædes eius libellionis deferri poſtulat. Commendo tibi Antoniū Piccolomineū: ſimplicem uirum
ac probum: & qui priſcam fidem/ac uirtutem ſapit. Cognoſce quæſo ac meditare eius cauſam. Nam ipſe ſibi fin
git optimas rationes: te patrono eget. Commendo tibi illū: & cauſam eius diligenter deſidero fieri de ueſtra ideſt
totius familiæ ualitudine certior. Scribe igitur: & cum primū facultas daſ/mitte ad nos litteras. Commenda nos
optimæ matri: & fratres/ac ſorores/& amicorū cætū omnē plurimū iube ſaluere noſtris uerbis. Vale.

A Vguſtinus Dathus filius Nicolao patri. S.P.D. Ante ſolis occaſum pater p̄ter ſpem/iter noſtrū conſe
cimus: ſalui peruenimus: nubes q̄ late cœlū operuiſſent/cohibuerūt imbrē: ſedarūtq; calorē: moleſtiā
quod ob futurū pertimeſcebamus: & iucūdū nobis fuit: & proſperum/ac ſalutare. Viuamus certe læ
ti: ſi non de tua ualitudine magnū dolorem/atq; ægritudinem caperemus. Cura & effice: ut bene ua
leas: & crebro ad nos ſcribas. Ita enim leuabis me graui onere. Cura inquam diligenter: ut bene ualeas. De re fami
liari autem fac: ocioſo ut ſis animo. Si quidem in ea tum ſeruanda/tum etiam honeſte exaggeranda induſtriæ la
borabimus: dum dabitur nobis ruſticandi ocium. Vale. & Ioanni Sartio celtibero/uiro probo/& noſtri amantiſ
ſimo. Age quæſo gratiam meo nomine diligenter: quando in me adeo beneficus eſt: & nos ſedulo diligit. Iterum
Vale dulciſſime pater.

A Vguſtinus Dathus filius Nicolao patri. S.P.D. Accepi. xiiii. kalen. Sextiles pater tuā æpiſtolam. Ea fuit
mihi iucundiſſima. Noui ualentē te eſſe. Id multū gaudeo. Nos damus percipiendis frugibus operam
ſed argento opus eſt. Facies mihi gratiſſimū: ſi parū ad nos pecuniarū miſeris. Neq; enim exigendi daſ
facultas. Verū congeſtis frumentis/& hominibus ſeſe intro recipientibus conflabimus: quātā & ope
rariis debitā mercedē perſoluā: & cōmodanti tibi reſtituā: ac reddā. Nolo enim quēpiā his tēporibus in ius uoca
re. Quanq̄ plærīq; abſunt oppidani/p̄ter paucos: qui ordine quot diebus excubiis agendis ſortito deſtinanſ: Quod
utile factu ſcribis eſſe: ad id diligentē operā adhibebimus. Cōmentarios repperi: in quibus rei frumentariæ ratio
nes continenſ. Vinū ut ueneat/curæ eſt mihi: quanq̄ eius per magna eſt utilitas. Attamen uereor: ne recēs calami
tas charitatē pariat. Statius erit perſpicere: ſi pro tēporibus p̄tiū cōmuteſ. Pecus omne: armēta & greges belle ſe
habēt: errantq; lætis ſaltibus. Eculeus uenit: ſignaturq; indies. Id uolo ne ſis neſcius: curamus illū probe: & ibi ali
mus. Scitus eſt ſororis puer: & lactet diſtenta ubera nactus/& alūnā facetiſſimā. Iacobus frater ualet: & eius curo
ualitudinem diligenter. Laute uiuimus: quantū licere putamus: diligentes ſalutaria: & aſpernantes quæ nocitura
uideantur. Si ualeris/bene eſt: nos ualemus: & ſi minus ſecuri. Rumor eſt/parari bellū: imminent nobis Florenti
norum copiæ: quæ omnibus ſunt magno terrori. De omnibus rebus ad me ſcribe. Pecuniam ſi quam miſeris: do
fidem: fœneratam dixeris. Vale.

A Vguſtinus Dathus filius Nicolao patri. S.P.D. Quanto nos dolore & moleſtia tua affecerit ægrotatio
ſcribi ſatis non poſſit. Nunc aūt habeo deo grates: ſi te recte confirmaſti. Cura diligentiſſimæ tuā uali
tudinem: & ſi quid acciderit noui/ad me ſcribe. Mœtus: quē belli ſuſpitio iniecilſet/nobis omnino adē
ptus eſt. Vbi inſpexi pater tuas litteras: gaudeo rē ſuccedere ex ſententia. Argentū accepimus: & quan
tū ad nos dederas. Reliquū eſt: ut maturādis rebus intendā: & tuis iuſſibus pareā: ac demū cōflato me ære alieno
diſſoluā: ut recepta pecunia & adiecto ut erā pollicitus/fœnore credas mihi poſt hac non inuitus. Vale.

A Vguſtinus Dathus filius Nicolao patri. S.P.D. Quāuis ad te nuperrime dederim litteras: & rogatus/
atq; inuitus perditiſſimū tibi hominē/ac ſceleſtiſſimū cōmendauerim: ſpero tñ uſdem re uſurum uer
bis: quibus apud magnū uatē uſa eſt Iouis (ut fabulanſ) & ſoror & coniunx. Me ne incæpto deſiſtere
uictū? Minus turpiter non incepiſſes principio/q̄ modo nō proſequeris. Fratres illius ſupplices uenīūt
ad me: qui ſcelus admiſit: pertinaciter obdurat. Commiſſi eū nihil pudet: utere tuo iudicio: qui uere ſapis. Me ex
pecta. vi. idus Septembres. Interim res (ut opinor) omnes erunt in uado. Quid multa? Iuuat multis certe de cau
ſis fuiſſe ruri. At iam urbē cupio uiſere/& ibi eſſe: ubi non cū ruſticis uiuiſ ingenuis: ſed grauibus ſeriiſq; rebus in
tendiſ. Proinde conſtituto tp̄e iſthuc uolabimus. Interea gratū mihi feceris: ſi ad me ſcribes. In quibus aūt officiū
perſoluendū eſt: quæſo te/meam uicem gere. Vale.

A Vguſtinus Dathus filius Nicolao patri. S.P.D. Vetus maliuolus noſter: qui & nos & familiam noſtrā
tam crebris cumulauit iniuriis/laceſſere non deſinit. Quotidie in paſcuum noſtrū agrum omne pecus
agit: & noſtro fundo inſolenter inſultat. Cuius ingreſſu etiam p̄toris edicto atq; auctoritate prohibe
baſ. Alit ille non paſtores/ut mihi quidem uideſ/non cuſtodes armenti & gregis: non ſubulcos/aut
opiliones: ſed graſſatores/atq; emiſſarios/& alieni agri populatores: plus milies iam depræhenſus nullā ſuæ im
probitatis pœnam dedit. Sed quoniam nemo illius ſcælus ultus eſt. Idcirco tale quippiam fecit crebrius: & ad in
iuriam factus eſt promptior. Reus eſt multarum iniuriarum. Iube illi negocium exhiberi & in ius arceſſi. Qui te
olim falſo criminatus & pro uirili ſua infectatus eſt. Homo confidens/iniurius ex lex/& omni pœne flagitio ob
noxius. Quis ferat eum: qui quum poteſt/nocet omnibus: prodeſt nemini? Quis non potius omni odio proſe
quatur? Iudiciorum duplicem eſſe rationem non ignoras. Cunq; ſit defenſio laudabilior: atq; humanitati pro
pinquior. Tibi autem probata ſemper imprimis: ut qui omnium ſis inopum & calamitoſorum/atq; innocentiū
uirorum commune profugium. Solet tamen & plurimum accuſatio laudari: cum uel reipubli. id tribuas omnes
uel certe cum fraudulentos/ac nefarios homines acies bonorum inimicos in iudicium uocas. Id eſt enim non mo
do nihil uituperandum: ſed omni potius commendatiōe digniſſimum. P. Sulpitius uir eloquēs/& iuris etiam be
ne conſultus laude affectus eſt: cum ſeditioſum ciuem Norbanū accuſauit. En tibi alter Norbanus: qui neq; cœ
litibus/neq; hominibus parcit: qui nullis legibus paret omnibus facit iniuriam: ciuilia oīa & municipalia iura ſub

uertit. Fac igitur:ut diem ſibi dicāt prætores. Et ſi inficias ibit:teſtes adhibebimus locupletes: & per uim in agrū noſtrū irruiſſe illum cōprobabunt. Noli ſinere quæſo hominē perditiſſimū ſuis facinoribus gloriari. Vale.

AVguſtinus Dathus filius Nicolao patri. S.P.D. Sollicitus ſum de matris ualitudine:cuius uitam in dubio eſſe nunciatum eſt. Sed id me ſcilicet conſolatur:nihil iamdudum eſt allatū noui. Fit enim neſcio quomodo ut ſi quid mali ſit:id continuo reſciſcamus. Perdiu ignoremus:ſi quid contra acciderit boni. Verum illud Maronis. Fama malum:quo non uelocius ullum. Sed necdum animus quieſcit : neq; ea uel ſuſpitione / uel coniectura contentus eſt. Iniectum animo ſcrupulum ſcias nunquam exemptum iri : quoad litteras pater dederis : quod ut facias / te uehementer rogo. Leua quæſo tam acerba animum ægritudine:ac bene. Vale.

AVguſtinus Dathus filius Nicolao patri. S.P.D. Accepi tuas litteras:legi eas periucunde. Quæris quid nunc agatur? uiuitur. Vt omnia ſcias pater cū aggreſti hominū genere:quodq; omnem uidetur humanitatem exuiſſe. His moleſta hominibus ueritas eſt:nūquam grata beneficia:ut bene dicat Ennius:Bene facta male locata. Maleſacta arbitrari/ſe gratiam nullam adipiſcimur. Rem amittimus: dum in durum genus pergimus liberales eſſe:& uerum nunc ſit Terentianum illud:Eo rem rediiſſe:ut ſi quis quid nūc reddat:magna habenda ſit gratia. Si aūt ſecus non iuſſeris:erimus poſthac ad bñfaciēdū tardiores. Non ita tamen ut cuiquam ingrati:aut non benefici in uiros bonos eſſe uideamur. Nā id maxime decet:ut in officiis tribuendis delectum habeamus dignitatis. Vale.

AVguſtinus Dathus filius Nicolao patri. S.P.D. Optaueram pater qui iſthuc proficiſceret:& commeatus adueheret. Is conſtituto tempore non uenit:& mihi dedit uerba. Pudet me pater non meæ negligentiæ:ſed alienæ perfidiæ:uim magnam frumenti paraueram:& ſimul earum rerum copiamq; uilla ſuppeditat:& tibi imprimis gratæ ſunt. Eas nondum iſthuc importatas eſſe tecum ſero moleſtiſſime:qui penariam cellam curaui ſemper diligenter:& urbanæ uitæ proſpexi:ut abundaret neceſſariis copiis/potius q̄ deficeret. Dolet id mihi rem commiſiſſe:iis quorum non ſatis mihi perſpecta fides erat. Sed ſpero me alium prope diem nactum eſſe:qui rem ipſam cōficiat & ſententia:quod ut mature fiat/curæ erit nobis. Flagrantiorē æſtū aeris repente hyems ſubſecuta eſt. Ea impedimento eſt: ut maturius ruſticis muneribus defungamur. Cogūtur quotidie in cœlum nubes:auges effundunt imbres:terrent crebra ſulgura noctu : atq; interdiu aſſiduæ choruſcationes/frequentia fulmina turbulentæ procellæ:ut ſæpius exclamem poeticum illud. Heu quia nam tanti cinxerunt æthera nimbi. Quid ſibi ea res uelit/neſcio. Certe uereor:ne alicuius mali prænuncia ſit: ſi ita ſentire fas eſt. Scias pater:non minus eam nobis damno/q̄ errori eſſe. Sed quo ad licebit nobis : celeriter omnia nobis perficiemus: atq; id tibi perſuadeas uelim:Si de tua nos ualitudine feceris certiores:ualde futurum gratum nobis. Vale dulciſſime pater.

AVguſtinus Dathus filius Nicolao patri. S.P.D. Scripſi ad te:ut & de tua ualitudine & de curanda re familiari faceres me q̄ primum certiorem. Accepi nihil abs te litterarū. Id primū ualde admiror. Quod autem nihil prorſum nunciari iuſſeris: id etiam permoleſtum eſt. Oro te igitur:ut crebro ad me ſcribas : & ſiqui quid debeant nobis:fac ut ſciam. Ea enim ſunt tempora:ut nec credere multis:nec debere expediat:& implere theſauros q̄ arcam exaurire ſit longe utilius. Rumoribus accepimus indictum eſſe noſtræ Reipublicæ bellum:ac Simoneto duce:& ſummi pontificis copias noſtro agro inſultare:& populabundas ingentem agere ꝑdā. Nequeo conicere eiuſce noui motus cauſam/nobis perſtudioſis pacis. Ea res magnam moleſtiā attulit. Iubentur noſtri homines inuigilare:& ab hoſtium inſidiis tū ſibi cauere/tū pecori. Nuper ad ſancti Quirici oppidum proficiſcenti/mihi delatæ ad præſidem litteræ:& uolitans tabellarius/ſuſpitionem auxit. Cōtinuo accingi oppidani:ageres ſtrui:propugnacula muniri parari tela:& omnia id genus arma. Putabamus iam iā hoſtē irruere:& nobiſcum pugnam conſerere. Video omnes ſubito quodam perculſos mœtu:& in tutiorem locū ſeſe recipientes/timere ſibi ab imminēte hoſte. Accedunt Florentinorum pedeſtres/atq; equeſtres copiæ: quæ haud longe Lyciniano abſunt. Tu ſcribe ad nos quæſo:& quid aut metuendum/aut non metuendum ſit : qui & ſapis & hæc noſti omnia:confeſtim fac me ut ſciam. De Ludouico Michelotto Peruſino neſcio:quid etiam inſuſurari audio. Vale.

AVguſtinus Dathus filius Nicolao patri. S.P.D. Quid me tantopere tuo ſilentio affligis pater? Quid eſt:quod tamdiu nihil reſpondes? Nonne putas ſatis eſſe:quam affert mihi amicus noſter moleſtiam. Præſta te quæſo memorem dies ac noctes te cogitātis filii. Leni meam obſecro ægritudinem tuis peroptatis litteris. De amici cauſa noli diutius ſollicitus eſſe:moderatione/ & patientia aduerſariorū uincemus inſaniam. Tu conſilio/ego diligentia rem omnem traducemus (ut arbitror) in noſtram ſententiam. Id te oro:crebrius ut ad me ſcribas:ne quem tantopere amas:aliqua ex parte neglexiſſe uidearis. Id mihi erit maximū ſi uel me tantum ſaluere iuſſeris per tuas litteras. Fac igitur:ut reſpondeas:nec te podagra deterreat. Nupſit Heliſabeth uillicæ noſtræ filia & ætate & moribus/ florentem ſponſum nacta eſt. Gratulare illi:ut uidet:ac da operam quæſo:ut id me ad uos ſcripſiſſe intelligat. Vale.

AVguſtinus Dathus filius Nicolao patri. S.P.D. Poſcis remitti equum/quo tibi uſus ſit nemo erat: qui iſtuc proficiſceretur. Committere nemini poteram:cum omnes urgerent repentini labores. Itaq; mercennarius noſter uenit:Aliter enim equus redire non potuiſſet:in multis occupationibus:Accipe modo per breuis litteras:mittam poſt longiores. Vindemiam Iacobus curat probe. Nemo inueniri poſſit uillicus tam frugi:parcus eſt:diligens/& tuēdæ rei familiaris/per q̄ peritus:Bono igitur de ruſticis rebus/ atq; ocioſo es animo:& cū cœli faueat clementia:feſtina quæſo ad balneas:& largius indulge genio:Obliuiſcere quātum potes curarum omnium:& aīum collige. Viue iucundā uitā: ut ita nr̄i quoq; oīum lætiſſimā reddas. Vale.

AVguſtinus Dathus filius Nicolao patri.S.P.D. Eram iamiam rediturus pater:Putans hoc biduo ſportatum iri omnia:quæ aduehi in urbem iuſſeras:Feſellit me ſpes : & Petrus noſter ad res ſuas alacrior ſegnior ad alienas:importationem:quam erat pollicitus:producit longius:Facit is mihi quidem haud mediocrem iniuriam : & me qui ſatis fuerim ruſticatus : remoratur inuitum præſertim cum cætera tranſacta ſint omnia:Sum ille æquior:quod ſe dicit tuo id permiſſu facere.Nolim abeſſe diutius:Hoc certe quatriduum uiſum eſt longius/q̃ uel totum:quod modo elapſum/bimeſtre tempus. Sed cætera bene ſe habebunt: ſi tu curabis:ut bene ualeas.Tuam igitur cura ualitudinem diligenter. Vale.

AVguſt.Dath.filius Nicolao patri.S.P.D.Accepi pater abs te lſas.vi.Idus Septẽbres:& eas quidẽ ad multã noctẽ:q̃ ut optatæ fuere:ita extiterunt etiã deinde iucundiſſimæ.Nec eſt:quod modo reſpondeam quippiã:præſertim cũ lateret me Matthæi aduentus.Cũ eo ſum adhuc/& fortuito/& ſero locutus.Apprehendã hoiem:& alloquar de integro:& celere reſpõſum accipies.Nũc da opam:ut ꝓſpere ualeas.Nos quidem bene ualemus lætantes plurimum & tuis litteris/& lætis nuntiis. Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotto.S.P.D.Cupis ſcire:q̃d de me ſit:q̃d tibi reſpondeam multis? Talis ſum:qualem deſeruiſti:quod niſi ſpes cõtineat:dolore peream:ac decreui ſæpius dare ad te litteras:quando mihi aſſidue uerſaris in corde:& cogitationem meam ſine intermiſſione fatigas.Interliniunt affatim fluentes lachrymæ litteras:& modo hoc:modo illud ſcribere aggredior/nullo contẽtus:cum multa incepi:nihil probo:& prædolore deſero omnia:& interpellata proiicio a me.Neſcis quo me animo reliqueris abiẽs? Eodẽ ipſo fui ſemper. Verum binæ tuæ litteræ refocillarunt parumper ægrum animum: ſed cogitans poſt tuam abſentiam & difficultatem alloquendi maceratur animus:rumpitur:& in mæſtitiam perpetuam recidit. Tu locũ opportunum & ex ſententia nactus es:ibi te oblectas:ibi tranquilla uita perfrueris : ibi exerces te:concinis lætam uiuis/& a curis alienam uitã.Pro his mihi oĩa ſunt contra:cui ne ipſa quidẽ uita ſine te chara eſſe poteſt.Poſtulas me ut ſcribã.Id poſtulare eſt:ut depromam acerbitatem ſummã animi:q niſi id unum foret oblectamentum ſaluum te & lætum eſſe/omnis ſolicitudini locus eſſet.Sed ſpes in altiſſimo Deo repoſita eſt:qui ſtatuet iam tandẽ(quod precor)tot ærũnis modũ:& ſæuam auertet cladem: quæ nos tam triſti uexat exilio.Poſtremo ut aperiam mentem meam/tibi ſum deditus/q̃ ante nihilo ſecus cupidior uidendi tui: qui fortaſſan totus ſis.Ego ſine te/ne tertius quidẽ/quod ſi uis conſolari dulciſſimum amicum:fac ut pergas lætus eſſe:& obliuiſcaris curarum oium.Ciuitas adhuc luem patitur.De amicis quid ſit:collocatus in remotiſſimo angulo/nihil ſcio penitus.Tua domus ſaluberrima eſt.Id curaui:ut ſcirẽ:& patrẽ tuũ læt:uzal locutus ſum:qui me etiam ſilentii acrius redarguit.Ioannes monachus etiã bene ualet:qui ſuo etiã munere fideliter fungitur. Si uis me cõſolari:iube deferri faſcem litterarum:quia paucæ nequeant.Bene uale:& Biliotto cõmenda me/& Benedictum fraterculum/& Franciſcum ſaluta ex animo:& qui ſunt tecum amici. Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotto.S.P.D.Iubemur Delphicis litteris:ut ipſi nos cognoſcamus. Erat enim diuinitus(ut aiunt)inſcriptum græcis litteris ſalutare præceptum pro foribus Delphici templi Quod eſt interpretatum:Noſce te ipſum. Quid eſt autem:Noſce te ipſum: niſi cognoſce tuum animum? Firmianus noſter totã hois rationẽ animo conſtare cenſuit . Qui igitur ſe ipſum cognoſſe cupit:is ſuũ animum pernoſcat. Quid eſt inquam/noſce te ipſum? Profecto id quod magnus Orator inquit.Noſce aĩum tuum.Ego igitur ſi uelim me ipſum noſſe: ut te ipſum noſcam neceſſe erit . Si enim animum meum norim/non ne me ipſum cognorim: Sed quis eſt obſecro/animus meus? Nõ ne tu ille es? Alii amici ſuos amicos/ uel dimidium ſui animi/ uel maximã ſui animi partẽ appellare ſolẽt. Ego te totum animum merito appellauerim Cum igitur mihi dicitur:Noſce te:id dr:Noſce dominicũ: ideſt/uirum & amore digniſſimum:& quem me alterum nõ abſurde iudicem. Vis ne igitur:ut me noſcam? Noli te unquam a noſtra conſuetudine ſegregare.Quod enim frequenter cernimus:id & probe intelligimus. Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotho.S.P.D.Magnus & celeberrimus ẽ Dominice hic dies : ĩ quo natale glorioſum agit̃ eius q poſt aſcẽſionẽ Saluatoris ad cœlos/ſacri cætus/ac duodenæ turbæ expleuit numeꝝ:& cõſtitutis Barſaba:cui Iuſto cognomẽtũ erat/& Matthia/magnæ fidei/ac ſanctitatis uiris.Orãtibus Apoſtolis/ſors ſup Matthiã cecidit:ut ſubrogaret̃ ĩ ꝓuaricatoris Iudæ locũ:ut ſacroſanctum miniſteriũ ſortiret̃:ut Apoſtolatus culmẽ mereret̃ accipere:ut cũ duodecim annumeratus adueniẽtis Spiritus ſancti ineffabilis doni grã/& diuinæ lucis ſplẽdore illuſtraretur. Tibi quoq; lætus ſit & fauſtus hic dies Dominice:ĩ quo ueluti tui patrui uiri optimi/& clariſſimi ſacerdotis iã ꝓpe adeptus locũ:illius reſpõdeas laudibus: uel potius gloria antecellas:in quo cleri Senenſis excelſum atq; ampliſſimũ ſortiaris locũ.In quo maioris dignitatis fœlix auſpiciũ captes:lætũ omen arripias.Celeber inquã ſit tibi & fauſtiſſimus hic dies:& ad ſũmũ decus iter expeditiſſimũ ꝓbeat.Macte eſto uirtute/doctrina/gloria/nobilis adoleſcẽs:ut qm̃ modo initiatus es: & ſacri caracteris titulis inſignitus/ita labores:ita efficias:ut merito cunctis/equalibus tuis anteponẽdus eẽ uidearis: ut quũ tandẽ legitimũ tẽpus ætatis aduenerit:ſacri miniſterii dignitate ornatus:inter apoſtolicos uiros:doctrinæ/uirtute/ac ſanctitate reſulgens:adq; ut aſſequaris:deprecor:qui cuncta largitur Deum. Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotto.S.P.D.Heri ad multã noctẽ multa ipſe mecum tacitus cogitabam/aĩus in ancipites curas Dominice trahebatur. Sed ne alia percurram : quæ pene innumerabilia ſunt:tentaui crebro conſulere reip.Ecce cogitanti mihi dominicus occurrebat:alia deinde cura rei familiaris adminiſtrandæ animum ſubibat.Ecce Dominicus ueniebat in mentẽ. Conabor ad philoſophiæ ſtudia mentem reuocare . Ecce ſubito Dominicus animum inuadebat. Rurſum ad ius ciuile cõuertebar: confeſtim eam cogitationem omnẽ Dominicus repellebat.Cœpi deinde mente agitare:quæ inter Craſſum/ & Scæuolã uerſata contentio eſt.Repente preſto fit Dominicus:quaſi litem ſolus diiudicaturus Miſſa illa facio: &

accuratius altiſſimarũ rerũ inueſtigationẽ complector. Ecce in medio curſu Dominici interuentu irrita fit cœpta
cogitatio. Cœpi ipſe mihi iraſci: quid hoc rei eſt inq̃. Nõne tã immenſæ magnitudinis hic eſt Dominicus: ut ſolus
tantã animi capacitatem impleat? Tum perquiro omnis mentis latebras: ſcrutor uarios receſſus eius: intima ar-
chana penetro: luſtro diligentius ſuperas omnes atq; inferas partes: occultiora quæq; ſcrinia reſigno exploro ab-
dita oĩa: cuncta diuerticula acri indagine proſequor (mirabile dictu) omnia Dominici plena reperta ſunt: ſolus
Dominicus animũ ingentem occupat. Is ſolus mihi uerſatur in animo. Ille animũ regit. Ille mentis ſtatum: & quie
tem moderat͛: Ille ſedet: Ille intus agit͛: Dominicus cogitat͛: Dominicus ſolus adeſt. Solus dominicus reliqua pepu
lit omnia. Solus mente uagat͛. Dominat͛ dominicus ſolus. Quid mirũ igit͛: ſi a dominando ita appellatus ſit? Ple
na igit͛ ſint dominici oĩa. Si modo ille nobis uicẽ amoris/ac beniuolentiæ non parce repẽdat. Sit mihi proinde do-
minicus Pylades: ut dominicus Auguſtinum experiatur. Oreſtem ita eni. Pythagoricus fiet uerus ſermo: eritq;
ex duobus unus.   Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotto. S. P. D. Iãpridem mihi omnis in amicis ſita ſpes eſt: in quibus
& ſummũ bonũ dudũ conſtituere uiſus ſum. Sed eos p̃cipue ſemper duxi loco: qui non ſolum ſingu-
lari uirtute: atq; eruditione: ſed etiã ſumma humanitate ſunt præditi. Nolo de te multa ſcribere: ne
me aſſentatorem quendam potius: q̃ amici putes. Sed ut/ut res eſt: ſcis te mihi & chariſſimũ eſſe om
niũ: & periucũdũ. Amici ſuũ eſt ab amico omnia ſumma cũ fiducia petere. Quæ quidem honeſtatis legibus non
aduerſentur. Fidenti igit͛ animo: quod mihi gratum ſit: tibi non incõmodũ auſim petere. Per noſtram amicitiam
quo uinculo nullũ poteſt eſſe ſanctius/oro te/ut malis urbanus eſſe: q̃ ruſticus. Per meam erga te flagrantiſſimã
beniuolentiã/oro te/ut urbanus malis eſſe q̃ ruſticus. Per tuũ i me p̃cipuum amorem: quo mihi nihil eſt ſuauius
oro te/ut urbanus ſis ruſticari nolis. Per tuam eximiam uirtutis indolem quæ te optimũ/ac præſtantiſſimũ uirũ
ſpondet/oro te/ut hoc tempore ruſticari non libeat. Per eam ſummã fidẽ: quæ mihi apud te eſt/oro te/ ut priuſq̃
adeas: ruris te odium capeſſat. Per tuam ſingularem: admirabilẽq; ſpẽ magnæ doctrinæ quam uidere uideor pæ
ne diuinã/oro te/ut ruris moleſtiã hoc tẽpore periclitari nolis. Per egregiã humanitatẽ tuã: quã ſemp maximã ex
pertus ſum/oro te: ut tũ ruſticari uelis: quũ imbres æſtus ſæuitiã lenierint. Per facilitatẽ tuã incredibilẽ: qua cun-
ctis p̃ſtas æqualibus tuis/oro te/ut Mineruã potius in urbe: q̃ dianã in montibus ſectari uelis. Per cælitũ pietatẽ.
Per chara mutuæ charitatis pignora. Per ſancta amicitiæ fœdera. Per inuiolata æquitatis iura. Per ueri amoris in-
temeratas leges. Per utriuſq; noſtrũ auguſtiſſimã religionẽ. Per uirtutis integritatẽ/oro te/ut hoc tempore ruſti-
cari nolis. Optatiſſimũ beneficiũ gratificari uelis: ſi me uerũ: ſi unice diligentem / ſi ſuauem / ac lepidiſſimũ amicũ
putas. Si te non ſecus ac ſeipſum diligit. Si tua ſibi & uita curæ magnæ eſt: & gloria. Si te dies ac noctes cogitare nõ
deſinit. Si tuã cæteris oĩbus rebus auctoritatẽ anteponit. Oro/obſecro/ſupplico/ruſticari noli. Rura obliuiſcere
Ad urbẽ reuoca animũ. Vbi cũ tuo Auguſtino ſis: cuius tu es maxima pars.   Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotto. S. P. D. Parebo ſemper tuis conſiliis: & beniuolis auſcultabo
monitis. Quanta ſit tua apud me auctoritas noſti: & quotidie experiere magis. Ea mihi ſpes eſt ut te
eũ p̃ſtes qualẽ te cupio: & inueterata iubet neceſſitudo eſſe. Hodie nequeo te adire. At rogo te: ut ab-
ſolutis ueſpetis parũper diuertaris ad me. Cauſa minime neceſſaria eſt. Si maiora te morant͛: ſed id mi
hi maxime neceſſariũ ẽ: habere te in meis doloribus iucũdiſſimũ cõſolatorẽ. Qui uel ſi obmuteſcis: ſola lætificas
p̃ſentia eum: qui in rebus expetendis: tuã imprimis amicitiã cõſtituit. Si ueneris: feceris quod ſoles. Si minus exi-
ſtimabo te facturũ grauiora. Primum leniat mœſtum animũ & uirus hoccine acerbitatis auferat. Alterum mo-
derate accipiam. Alterutrum quæſo fac me ut ſciã: & fraterne age cũ eo: qui te amore: obſeruantiaq; proſequit͛.
Sed mihi crede (qui pro tua uirtute gloriam adipiſceris: Fies per me immortalis: niſi perimat fortuna conſilium
idq; prope diem re ipſa intelliges.   Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotto. S. P. D. Quid hoc rei eſt? tu ne ineptis: an ego potius? Quam
ſpem p̃bes ſeruandæ neceſſitudinis? Sum ne ego immutatus/uel tu immutatus es? Quem cũctis ali-
quando p̃ferebas: nunc uix alloqueris: atq; ei multos inferiores anteponis. Quid dixi inferiores? Cer
te inferiores habendi ſunt: qui te non antecellunt. Iura contẽnis. Leges deſpicis ueræ amicitiæ/uel ma
gis amicorũ tuorũ principes: quibus condam parebas: atq; id faciens & gratiã tibi & gloriã cõparabas. Noui quid
dixerim: nec tu etiã ignoras. Audenter dicã. Frugifera tibi erant noſtra alloquia: & tuã uitã nõ dehoneſtabãt. No
lo de me ipſo p̃dicare: quod audientibus moleſtũ eſt. Boni fabri bona quoq; ædificia conſtruunt. Atq; ut parabo
lam apetiã tuã conſuetudinem oportet eſſe cũ his: qui te poſſint facere meliorem. Crebram dico conſuetudinẽ.
Bonum eſt p̃clarum eſt: capere amicos omnes homines: Sed conuerſatio debet eſſe cum paucis. Omnia tempus
habent. Tu qui modo ſpem tantam ſpondebas: effeminaſti uirilem animum: tuam indolem proſternis: tuam di-
gnitatẽ negligis: tuæ uitæ non conſulis: tempus tuũ: tuã ætatem profligare non ceſſas. Credis mihi iucundũ eſſe:
ut hæc ſcribã? Erras ſi id putas. Ille tamen hæc dicit: qui te neminem chariorẽ habet: quo tu habere chariorem de
bes neminẽ. De amicis loquor: quos parare difficile: tueri multo difficillimũ. Noſti iã conſtantiam ſolide amantis:
quem (uera dicam) negligis quaſi unũ ex mœdia plæbe: qui te ducit ſublimiore q̃ patris loco. Dicam fideliter:
q̃ diu auſcultas ſtulto mihi: tam diu rectam uideris tenere uiuendi rationem. Dixi arroganter: tamen uere. Ami-
ci momentanei ubiq; occurrunt: aſſentatoribus plena ſunt omnia. Verũ amicum ubi inuenias? Vnum certe na-
ctus es/nec cum ullo tuo incommodo. Sed id commune uitium eſt. Bonum qui non habent: nimiũ affectant: qui
habent ignorant. Dixi. Ad rem ipſam. Quid meas lectiones audire non uis? Quæ tibi a me orta iniuria eſt? An
non orta a te etiã quidẽ ſæpius? Audis multos pernitioſa ferentes: ludibria iactãtes/ſtulta fundẽtes/nugas cõcin-
nantes. Auguſtinum non audis: parce mihi uera dicenti. Auguſtinum non audis/præcioſum/ clarum & ampliſſi-
mum munus afferentem: dixi & quidem non falſum aliquid. Orationem quam habiturus es: quæ tibi maximæ

habenda

habenda eſt cura:ipluſq̃ etiam canonum auctoritas(At dicat aliquis:hui tãtopere ſuperbis?) affero tibi inquam munus non canoniſtæ pinguedine:ſed ſummi Theologi auctoritate digniſſimum:excogitatum ſtudioſius:elaboratum diligentius:q̃ ſi meo nomini emancipandum fuiſſet:ſed certe affero illi:cui omnia debeo/ & debere uolo: inter quem & me nolo quicq̃ inter eſſe. Quando eſt etiam alter Auguſtinus quem tu audire debes potius:q̃ qui te lactant leuibus ridiculis. Redi ad cor tuum. Tolle iſtam inertiam:exue puſillanimitatẽ abiecti hominis:& uiri induere magnitudinẽ. Tu ipſe tẽpus cõſtitue:ut de re noſtra:quũ iuſſeris colloquamur. Sed uolo mihi offerri Dominicũ:non inſipidum atq; inſulſum hominem. Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotto. S.P.D. Heri cum multo iucundiſſimam lectionem pro more percurreremus id nobis ſcrupulum iniecit in calce diſputationis: ſed hoc tibi uideo non poſſe deberi. Meditatus ſum eum locum:quem ipſe ita interpraetor. Coniectamus Marcũ promiſiſſe Attico magnum ſe aliquid in eloquentia explicaturum. Id marco ſubito in mentem uenit:itaq; ait. Sed hoc tibi uideo non poſſe deberi. Recordatus ſuperioris promiſſi / uideo & intelligo inquit:imperſonaliter non poſſe deberi hoc. Quod Philoſophiæ eſt. Videlicet a me qui aliud ſim pollicitus:quod eſt Oratorii generis. Et ille: eſt inquit illud ante meridiẽ. Illud q͂ ab eloquentia eſt:hoc ſcilicet quod Philoſophiæ eſt eodẽ tẽpore ſcilicet poſt meridiẽ ſicut nunc de dolore ipſo diſputatũ eſt. Cõſidera ſi tibi cordi eſt & aperi tuã ſententiam. Quod ſi recte uales mea iucundiſſima uita eſt. Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico biliotto. S.P.D. Quid eſt quo ad te poſſim ſcribere melius:q̃ ut ad exercitationem bonarum artium ac uirtutis cultum te ſponte tua propenſum incitatumq; cohorter? Qui in doctrinæ ſtudiis pridem uerſatus es:Noſti id ſuum eſſe uiri ſapientis munus:ut uirtutem non norit ſolum:ſed etiam ad exercitationem accommodet. Parum eſt enim noſſe quid agendum ſit: niſi ea agas perficiaſq;. Quæ magiſtra uitæ Philoſophia & intelligenda ſimul:& exercenda præcepit. Accæpiſti quandam agendarum rerum ſeriem/ac diſtribuendi temporis ordinem. Nunc quæſo ſectare:ſerua: atq; ad ipſius ductum non pigeat ætatẽ ducere:ut poſſis & uitã traducere quietiorem:& temporis frui cõmodis:cuius ſolius noſtra eſt poſſeſſio. Cũ cætera pro ſapientis Stoici ſententia aliena eſſe dicantur. Anguſta uita hominũ circunſcripta eſt limitibus. Non ſinamus quæſo id quodcunq; nobis æui dat̃:inane p̃terlabi. Hoc tecum meditare. Hoc uoluta:hoc etiam atq; etiã cogita:quo nihil efficere aut tibi fructuoſius poteris/aut parentibus tuis gratius/aut mihi ipſi deniq; iucundius. Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotto. S.P.D. Hodiernus dies:dies laboris & occupatiõis illuxit mihi:nec datus eſt requiei locus qui erat tuus dulciſſimus:& die noctuq; optatus conſpectus. Circũſtrepunt:& urgent Reipu. indeſinentes moleſtiæ. Sed quæſo fac ſciam:ut uales. Scribe unicũ uerbũ:& reſponde cupide p̃ſtolanti mihi. Vnũ mihi inquam uerbum:erit ſatis. Vale.

AVguſtinus Dathus Senenſium Orator apud ſummũ Pontificẽ Dominico biliotto. S.P.D. Cogitabã longa ſcribere:& ita facturus ſum. Sed quotidie equitando:modo ad ſummũ Pontificem modo ad cætum ingentem Cardinaliũ defeſſus ſum:& poſt longas litteras:ad magnificos dominos oculi nequeũt coherceri grauati ſomno Deus nouit. Illud nequeo tacere:q͂ meas moleſtias ob abſentiam: & meum ardens redeundi deſiderium. Leniunt plurimum tuæ litteræ: & tum cumulatiſſime: quando de noſtra mutua beniuolentia dulcem faciunt mentionem Cardinales & alii domini:qui multi ſunt/defatigant & conſumũt quotidianis ſermonibus Auguſtinum tuum. Hos labores qui tñ cũ maximo honore ſunt:p̃uiderã: & imp̃meditati non me obruũt. Sũ in pelago maximoꝝ fluctuũ:& q̃uis ſupra modũ ab oĩbus cũ ſummo honore tractatus tamẽ cupio redire ad ueſtra ſuauiſſima alloquia. Comedo tũ Cardinalibus: loquor cũ Pontifice:uiſitant me multi: & tamen cor meum uobiſcum eſt. Cardinalis noſter:uere te & me diligit:& eſt oſtenſurus re. Veniet iſthuc: & ego (ſi potero)cum illo:poſtq̃ Viterbium conceſſerimus. Receſſiſſet ſanctiſſimus dominus noſter hac ebdomada. Sed me impulſore & humiliter ſubmonente decreuit honorare hic feſtum diuæ Catherinæ Senenſis: poſt ſtatim recedemus. Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotto. S.P.D. Accepi tuum libellum iucundiſſimum:& tua iuſſa ſequar. Quo nihil mihi poſſit charius eſſe:q̃ omnia gratificari tibi:hoc eſt alteri mihi:quem uiſæ aliquãdo/ac ſaluta. Si quid ſupereſt temporis:niſi forte moleſtum ſit. Si cupiam tecum uiuere ſemp noli admirari:q̃m ſine te nõ ſum totus: qui maxima eſt noſtri animi pars:q͂ tu non ignoras. Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotto. S.P.D. Quid eſt quod nequeam te uidere? Quid quod alloqui non poſſim? Publicis ipſe impedior curis reipubli. obruor laboribus. Sed tu mihi uideris occupatior. Totum diem deliteſcis:nec poſſum reperire uſpiam:quem ita magno complector amore: ut nequeam ſine illo iucunde uiuere. Agerem tecum multis. Sed uera amicitia ſumma beniuolentia: quã noſti:me cunctis in rebus audentem facit. Opus mihi eſt:ut tecum familiares:quos ſolemus/ac iucundos ſermones conferamus. Prodi quæſo in lucem:& ubi te conueniam fac q̃ primum me:ut ſciam. Expectabis: & ipſe propere ueniã. Non enĩ ita me rapuit reſpu. qn totũ poſſideas:qui quotidie de me potiora iura nãciſceris. Volo & uiſere patrẽ tuũ:quẽ uidi hodie nõ ſatis firmiter ualentẽ. Da huic uiatori reſpõſum. Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotto. S.P.D. Qui me magnis quotidie cumulas beneficiis dulciſſime Dominice. Hoc mihi quoq; uelim nunc gratificeris. Fac ut ſciam: ut ualles. Quod neſcire nimium mihi moleſtum eſt. Quæſo igitur: es incolumis: et me trahe in penitiorem pectoris tui partem. Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotto. S.P.D. Oro ut quo tẽpore minus tibi graue ſit:hodie conueniamus. De te credo:de me præſtare cupio. Tũ demũ mihi uideor uiuere:dum tecum uiuo. Proinde

noſtræ amicitiæ amplectare ſuauiſſimam conſuetudinem ; quo prætio nullum poteſt : neq; eſſe debet an-
tiquius. Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotto. S.P.D. Forte fortuna Petrus noſter ad me uenit:& cũ in tui
mentionem uentum eſſet:Subiecit tandem pati te neſcio quid pauxillulum morbi. Id quantulũcũq;
eſt:me plurimum excruciat. Ac plus forſitan meum animum:q̃ tuũ corpus uexat. Fac ſciam : ut te ha-
bes:& niſi graue eſt:Iube ut ad te ſalutandum accedam:uel certe reſcribe aliquid. Nam tantillũ etiam
mihi erit iucundiſſimum. Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotto.S.P.D.Cum Paulum uenientẽ excœperis:& exponentẽ mea
mandata audieris:Fac obſecro:ut illũ benigne intuearis:& ſi mihi credis : & illi crede: putas me ipſum
audire petentem:& remitte uolantem illum ad nos. Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotto.S.P.D. Quod fœlix fauſtumq; ſit tibi deferre uolo: quod no
ſtrã domũ honeſtat plurimũ:& lætificat:quod tamẽ deſuper datũ eſſe non ambigo. Quid multa? He
ri uenit Patricius nobili uir genere:q ruri ſe continebat:& longe gerebat publicũ munus. Heri ad mul
tã noctẽ cũ Franciſco Patricio locutus ſum. Hodie tranſacta res eſt. Iacobus frater uxorẽ accepit Cine-
uerã Patricii filiã:eũ omnibus partibus:quas ſolent in matrimonio exquirere:& deſiderare homines. Habes rem
totã:quã q̃ latere uolumus aliquot dies. Sed tu in omnibus rebus ſapis. Læticiã puto eſſe uerã:& perfectã : ſi tecũ
cõmunis ſit. Cũ reliquis nullũ adhuc ſermonẽ facias. Cũ Stephano dulciſſimo patre: & Antonia matre ꝓbiſſima
quos mihi arbitror parentum loco. Omnia confer:& bene uale:ac fœliciter.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotto Canonico.S.D. Quale tu de equis cœpiſti conſilium: tale ha
beo ipſe pridem deſcribendis litteris ꝓpoſitũ. Sed hoc quicquid eſt ſcripti/do tibi:ut ſeruem fidẽ. Re-
ctius erat:ut palã mecũ ageres:q̃ ut circuitione utereris. Sed quanq̃ oneratus iniuriis ne id exercebam
quod debet ſua natura eſſe dulciſſimũ:de iniuriis indico mihi perpetuum ſilentiũ. Sed quod magis ad
rẽ attinet:cauebo illa:quæ uel indignandi:uel irritandi:pꝛbere occaſionẽ poſſint:& illa erunt plura fortaſſe q̃ cogi-
tas Et id unũ erit ſapere:obtemperare ſaluatori:præcipienti oculum erui ſi ſcandalizet. At illud memento : me
putauiſſe hactenus habere amicũ. Quod ſi fuiſſẽ errore liberatus:neq; etiã culpa ulla contigiſſet. Verũ cũ didice
ris:quid ſit amicũ eſſe:tũ demũ ſuperbi/aut pro re tua remittere animũ. Vt uero mihi gratificeris : mihil poſtulo:
ut tibi conſulas:moneo. Poſtremo curabo:ne amplius iure repræhendar:quod ad uitam pertinet. Quod autem
ad amicitiã ſpectat ero ſimilis tui:qui fuiſti quodam tempore:mei non deſinam eſſe ſimilis:qui fui ſemp. Quod
ſi poſſeſſionem tanti amoris in theſauris tuis(ut ſæpe hortabar)condidiſſes : cum noſtri alterutro actum fuiſſet
præclarius. Bona eſt pœnaria cella:in qua nõ quotidiana:ſed perpetua condunt. Cauebo inq̃ illa:quæ dedere mo
leſtiæ cauſam. Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotto Camonico.S.D.Dulciſſimæ amice ſalue. Difficultate itine-
ris ſaltibus / & tripudiis / timpanorum ſonitu / aggreſtium frequentia obrutus : uel potius territus:
ubi ſim neſcio. Diſceſſi te in ſalutato. Deus nouit quo animo. Sed ita oportuit. Da ueniam: Inſtabat
ſumma neceſſitas. Præparatio ſolennitatis urgebat. Sed alia per multa ſunt quæ faciunt me quodam-
modo imporem mentis. Nunc rurſum ſuccedunt forenſes curæ:& litibus/controuerſiis/ ac rabularum clamori-
bus aures circunſonant. Miſeretæ quæſo non digna gerentis:ſed quæ animus prorſus abhorret. Vere ad laborẽ
nati ſumus/nec dat̃ uſpiã illorum requies. Iſthuc dum uenio:orare cogor:huc dum redeo orare : & ardua gerere
imperantibus excelſis Dominis:quoꝝ dicto parere neceſſe eſt. Vbiq; apud homines plena curarũ: & laborũ ſunt
oia. Mihi habunde ſuppetũt. Deũ q̃ſo:ut ſalui ad portũ:quo animus aſpirat: tandẽ aliquando ꝑuenire poſſimus.
Ex quo futurã patriã ingrimus. Tu quæſo ſcribe ad me: & parẽtes tuos/tũ uoce/tũ litteris ſaluta. Et in primis me
mor es Auguſtini tui. Et ſi qd eſt noui/fac certiorem. Vale.

AVguſtinus Dathus Senenſiũ Orator apud ſummũ Pontificem:Dominico Biliotto. S. Salue mi Do-
minice ſuauiſſime. Oro te: ut meo ſicut ſæpius dictum eſt:munere perſungaris erga optimam geni-
tricem:& dulciſſimas meas delitias Nicolaum:quem ita cogito uehæmenter: ut iam deſiderem relin/
quere omnia:& patriam & filiolum lepidiſſimum repetere. Quem tanq̃ ſis Auguſtinus amplectere/
oſculare, contracta/ſuauia/in delitiis habe/& conforta meos:& ſaluta tuos. Et fac:ut ſciant dominos optime uale
re/& ſic conſimiliter Sauinum conſocium:quem fama erat ægrotare. Habuit ſebrem per diem unum,ꝓpter mu
tationem aeris:& nunc ita bene ualet:ut ſit nemo noſtrum ualentior. Fac ſcias:ſi parentes eius cruciantur: & cer-
tifica eũ incolumiter ualere/ & iucũdiſſime agere. Meos ideſt noſtros reuiſe/ tuos ſaluta/ & meã indica uolũtatẽ/
& redeũdi deſideriũ. Sanctiſſimus Dominus noſter diſceder die tertio Maii: quia me auctore ſupplicante rema-
net/ut honoret ſua ꝑſentia feſtiuitatem ſanctæ Catherinæ Senenſis in loco ubi ſacra eius oſſa quieſcunt ad tem-
plũ Mineruæ: & tunc ſtatim erimus in itinere optatiſſimo/ut ſpero. Commendo tibi.i.mihi ipſi matrem/filiolũ
iucũdiſſimũ: & uxorẽ & reliquos meos oẽs/ac noſtros. Commẽda me collegis tuis patribus optimis quos & ſan
cti domini noſtri cõmendaui:& cõmendare non deſinam. Vale.

AVguſtinus ad multam noctem ſcribendo deſeſſus. Dominico Biliotto.S.D. Euge lætare : hodie Sena-
tus coactũs eſt & in eo decreta ſunt:& totius populi conſenſu conſultata:per quæ ciuitatis ſalus/ trã-
quillitas:& ocium conſeruari poſſit.ideſt Sed adhuc proferri non poteſt. Euge exulta & ad
feſtiuitatem/& cantum conuerte animum. Faces:& tedas para lucentes. tybias/ cytharas/ fiſtulas / ly-
ras / ſymphonias/& reliqua accerſe omnia muſicorum genera. Hæc ſunt quibus uere nobis lætandum. Tu uero
quæ ſcribis ad exultationem ammirabilẽ excitarunt:ſi mõ fortuna mihi infenſa non ſit:& tu rediens Auguſtinũ
tuum reperias. Habes quid noui iucundiſſimi habeamus. Sed tu archana hæc ſerua ſaltem duos dies. Vale.

Auguſtinus

AVguſtinus Dathus Dominico biliotto Canonico.S.P.Cũ domũ uenirem tuã dulciſſime Dominice: ut ſcirẽ:ſi quis abs te profectus eſſet:& id ut ad te ſcriberem:forte fortuna offendi:qui muſtum adue xerant:quorũ ſum interuentu lætatus.Si plus datum fuiſſet temporis quo meam potuiſſem/ & ape rire mentem:& deſiderium explicare.Nunq̃ tam longos ſum perpeſſus dies. Viſi ſunt mihi excedere anni menſurã.Ruſticare lætus ſed interim eius memor: qui te in altiſſimo corde defixit.Et quæſo fac me de tuo reditu certiorẽ:& quem ad diẽ expectẽ te mihi optatiſſimũ. Et nõ graueris ſcribere ad me aliquid . Sed ſi te mihi reddideris:multo erit mihi iucundius. Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico biliotto.S.Iã putabã noſſe te:qualẽ te amicũ:& nunc habeã:& iãpridẽ abuerim.Sed frequenter uideris habere obtuſiores aures. An neſcis te mihi eẽ in proſperis uolupta tem/in doloribus conſolationẽ : in laboribus requiem in mœrore refrigerium:& ſine te acerbam & in ſuauem uitam?An neſcis quibus nunc p̃mor malis:quibus circũueniar laboribus? Quo confugiã ſi tu mihi deſis?Quid mihi auxilii supereſt?An non deſtitutus omni ope miſerã uitã agã? Superioribus litteris narrare tibi uolui mea incõmoda: & te partẽ audiẽdo ſuſcipere ut meã leuares ſummã ægritudinẽ. Sed oĩa acci piã in meliorẽ partẽ. Vult credo experiri fortuna patientiã:& conſtantiã meã. Deũ q̃ſo:ne ſuccũbam.Nam onus graue ſubſtineo:& meis impar uiribus. Te aũt oro:ne deſeras eum:quem deſertum modo ĩtueris : ſed prorſum miſerum.Si tu deſeris:in quo uno ſpes mihi omnia ſita eſt.Dolenti:lachrymanti illi tuo quem iucundiſſimum ſo les Auguſtinum uocare. Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotto Canonico.S.Suauiſſime amice poſt optatam ſalutem.Iam tæ der tui me longi ſilentii/& quid agas:neſcio.Quid de te iã diu? Vbi lares?An neſcis q̃ te moleſte ca ream?Quam ſit grauis tam longa mora? Ego uero te non obliuiſcor/adeo/ut niſi te experiar:& inue niam omnino eundem dulces litteras ad querelas ſim conuerſurus.Expecto cupidiſſime tuas litteras & has ego miſiſſem longiores/niſi publica æpiſtola ideſt liber præ longitudine impediſſet me.A Põtifice uix poſ ſum diſcedere:& a Reuerendiſſimis dominis:qui una ſectantur illum: quorum ſum ego aſſiduus aſſecla : & coa ctus ſectari uitæ genus:quod ſemper abhorrui.Cupio non habere amplius hanc patientiam & uos reuiſere.Ad id do operam.Prætera ſi uelles uenire huc:quod mihi uidetur:mittam pro te & ſocium:& equum.Et tanto ui detur magis:quia Cardinalis noſter cito debet iſthuc uenire:& eũ poterimus aſſociare: & tu maxime: q̃ erit ma gna reuerentia.Et ſi ita facere uolueris:ſcribe.Et ego faciã certiorẽq̃ñ cardinalis ipſe uenturus ſit: qui nondũ diẽ conſtituit.Hic te oſtendit plurimũ diligere.Amplexare Nicolaũ meũ dulciſſimũ & meos ſaluta oẽs:ideſt noſtros tuos & meos multis uerbis. Saluta quos cenſes meo nomine ſalutandos. Vale.

AVguſtinus Dathus Laurentio Pariſienſi.S.D.Pluribus iampridem coniecturis : perſpicuis argumen tis:quantus tuus ſit:erga me amor/facile intellexi.Tuam præcipuam beniuolentiam: ſummam chari tatem liquido/ac plane cognoui . Quam me utaris familiariter plurimum ſcire deſidero . Itaq; mihi rem gratiſſimam feceris:ſi omnibus in rebus mea opera utaris. Qui maiore auctoritate polleant:cer te multos poteris inuenire: at qui me uel ſtudio uel fide antecellat:profecto reperies neminẽ . Proinde quæcũq; tibi aut uoluptati/aut honori/aut deniq; emolumento futura ſunt:ea a me fiducia petas uelim:q̃ eos amicos de cet:qui tũ uetere/tũ etiã coniũctiſſima amicitia iũcti ſunt.Quod ſi mihi gratificabere: magnũ abs te beneficiũ ac cepiſſe iudicauero. Vale.

LAurentius Pariſienſis Auguſtino Datho.S.Dolorem meũ tuæ litteræ lenierunt.Aduentus cõmunis amici uoluptatẽ maximã attulit.Tibi ob eã cauſam gratias q̃ maximas ago: ac tuã optimã iſtam erga me uolũtatem grãſſimã habeo.Amicoꝝ genera multa eſſe nõ dubito. Sed ii demũ ueri amici exiſti mandi ſunt:qui tã abſentes:q̃ p̃ſentes idẽ ſemp exiſtũt.Incũctis uero humanis poſſeſſionibus una om nium amicitia iucundiſſima eſt:quæ & res ſecundas iucũdiores facit:& aduerſas tollerabiles reddit. Tu fac ut me uehæmenter diligas:tibiq; ſuadeas eſſe te mihi quidem chariſſimum:Chariorem fore:ſi frequentes ad me litte ras dederis. Vale.

AVguſtinus Dathus Laurentio Pariſienſi.S.Cũ apud me ſæpius iter faceres: & ad uillã noſtrã uolupta tis grã diuerteretis:mecũ ante alios iucũde/ac familiariter loq̃baris.Me uno uti fratre: & amico oium primo uidebare.Nũc uero qd cauſæ ſit prorſus ignoro.Nec.n.nos uiſis:q̃ tua cõſuetudo erat nec audis nec alloq̃ris/ac pœnitus ueterẽ ſñiam uertiſti.Magna(ut arbitror)rep̃hẽſiõe dignus es cũ ſit tibi explo ratũ eã uerã amicitiã exiſtimari oportere:q̃ a primis ãnis cœpta creuit indies:nec uel calamitate ulla: uel fortunæ uanitate mutaẽ:ac ſumma in amicos beniuolẽtia eẽ debet.Nec ulla in re deeſſe amico ųſquã ſine culpa põt. Si q dẽ oĩa amicoꝝ iura eo tendũt:ut nõ alia amici:q̃ ſui ipſius habẽda ſit ratio.Igiẽ ſi uerã adipiſci laudẽ cupis:da ope ram ut ab amicitiæ legibus non diſcedas. Vale.

LAurentius Pariſienſis Auguſtino Datho.S.P.D. Petrũ Geometrã uirũ probũ:& noſtri amãtiſſimum ob uirtutẽ:atq; humanitatẽ eius:iã pridẽ uehæmenter amaui.Laudati mores eius/bene inſtituta ui ta/comis affabilitas/optima conſuetudo cogit:ut ſumma illũ beniuolẽtia:& charitate ꝓſequar . Hoc uno moꝝ facilitate p̃ſtãtiorẽ cognoui neminẽ.Cũ p̃cipua ſit eius uiri modeſtia:& ſingularis dignitas. Cõmẽdo eũ tibi diligẽter/& oibus in rebus/ita eũ tractes oro:ut uere illi mea cõmẽdatio plurimũ ꝓfuiſſe uidea tur.Hoc ꝓfecto tẽpore potes efficere gratius/aut iucundius nihil. Vale.

AVguſtinus Dathus Laurẽtio Pariſiẽſi. S.P.D. Cũ remittendi animi grã Bononiã ꝓficiſcerer: redditæ ſunt mihi in ipſo itinere tuæ litteræ . Amiciſſimi hominis iucũdiſſimas litteras ſumma cũ uoluptate legi.Quod ſi amicorũ(ut Græci dicũt) oia ſunt communia:ratio ipſa poſtulat/ut Petrum:quem mi hi tantopere cõmendas cõi ſtudio:atq; amore cõplectamur. Nã ſi uirtus ad amorẽ ĩpellit: ſi ꝓbitas ad

beniuolẽtiam allicit:quis eſt:quem nos aut diligere magis/aut amare etiã oporteat? Præclara eius uiri laus:multarũ rerũ eruditio:ſpectata doctrina/explorata integritas/facillimi mores/oĩum bonorũ amore digniſſimi ſunt. Suſcipiam igiẽ illũ:& in ſinum ad mittam/ac denique omni ſtudio & cura efficiam:ut intelligat ſe apud nos:& propter uirtutem ſuã/& ob tuã cõmemorationẽ:imprimis gratioſum eſſe/ac me paratiorẽ ad beneficiũ conferendũ q̃ illum ad recipiendum inuenies. Vale.

LAurentius Pariſienſis Auguſtino Datho. S.P.D. Quã ſoleã inſcribendis litteris diligens eſſe:quã curã in tuis doloribus leniendis/ac in ſedandis animi tui pturbationibus adhibere cõſueuerim (ut arbitror) nõ ignoras. Id eſt enĩ ueræ amicitiæ munus ut & cõſolari amicũ aduerſis in rebus:& iuuare cõſilio debeamus. Erã forte fortuna eo in loco:quas ualles uocant. En mihi nũcius callatus eſt Petru Ruſſium Philoſophũ inſignem & noſtra memoria Theologorũ principem obiiſſe diẽ. Perculſit ea res animũ:& me ipm quoque ſumma ægritudine ac dolore affecit. Sciebam quippe illũ eſſe:quod noſtri ſæculi doctrinæ decus quas toas delitias:quod ſcientiæ flumen:merito appellare liceret. Præ dolore ipſe quo me uerterẽ neſciebam:unde ad te ſcribendi initiũ peterẽ prorſus ignarus. Et enĩ qui alterius leuare ægritudinẽ/aut ſedare mœrorẽ cõcupiſcit:ipm iprimis uacare oĩ pturbatõe neceſſe eſt. Itaque ego qui in mirũ modũ animi cruciarer:q angerer extinctũ eſſe imatura ætate uirũ magnis laudibus pſtãtẽ ſcribere diutius ſum cunctatus. Da q̃ſo ueniam:nec aut negligentiæ/aut culpæ ſed dolori & ſollicitudini tribue. Quũ uero animus paulũ ſe collegerit:& ſcribã ſæpius:& dabo longiores litteras. Vale.

AVguſtinus Dathus Laurẽtio Pariſiẽſi. S.P.D. Quas dediſti nuper ad me litteras:fuere mihi gratæ admodũ & afflicto animo/ac dolenti optimi uiri interitũ plurimũ conſolatiõis attulerũt. Quem modo uirũ amiſimus:non modo iis:quos humaniſſime erudierat:ſed uniuerſæ quoque ciuitati:ſummis quibuſque:& clariſſimis uiris antiquus erat. Quas ĩ eius funere ciues ſuderũt:certe fuerũt uere lachrymæ & ab intimis pcordiis abſque dubitatione pfectæ. Quãquã deplorare illius mortẽ:nihil aliud eſſe uideaẽ:q̃ maxime eius uiri inuidere fœlicitati:quam moriendo illũ aſſecutũ putamus. Nam ſi bene/iuſte ſapienter/ac moderate uiuentibus poſt mortem cœlũ patere arbitramur. Quem uidimus iampridem:quem audiuimus:cui aditum faciliorem atque expeditiorem patuiſſe credamus q̃ ei qui omnia ſemper humana contempſit:uoluptatem aſpernatus eſt:turpitudinem abiecit/uirtutem coluit/ſapientiam & probitatem rebus omnibus antepoſuit? Proinde ne inuidi magis q̃ amãtis officio fungar:deſinam iam deflere eius obitũ/& te/ac cœteros omnes cupidiſſimos bonarũ artiũ obſecrabo:ut cunctis uiribus:& maximis ſtudiis eiuſdem uiri ueſtigia conſectentur. Fallax eſt fortuna Vita hominis breuis. Quare uirtutem:& ſapientiam amplectamur:quæ ſola beatos facit. Et quod nobis datur æui conteramus omne in magnis/ac pclaris exercitatiõibus. Quas uulgus opinaẽ:falſæ delitiæ ſunt:nec uere uoluptates. Itaque labora:ut id bonũ adipiſcaris:qd partũ & æternũ ẽ:& ſolidã atque integrã uoluptatẽ affert. Nec tñ intermittas ad me ſcribere:cui tuæ litteræ dulciores ſunt ſuper mel & fauum. Vale.

LAurentius Pariſienſis Auguſtino Datho. S.P.D. Hodie circiter decimã diei horã:puer cũ tuis litteris ad me uenit:ſimul & donũ q̃pulcherrimũ detulit:& tuam bonam ualitudinem ſignificauit. Pergratæ mihi litteræ extiterunt. Longe gratius pclarum munus q̃ gratiſſimum te incolumem eſſe. Id enim uel maximum amicorum officium eſt:ut ſolliciti alterutrum ſint de ſua ualitudine:& mutuo ſe per crebras litteras alloquanẽ. Varia nãque apud ſapientes uiros/ac multiplex de amicitia ſententia eſt. Sed ea utique longe melior ac multo pſtãtior:q̃ pcipit nõ minorẽ de amici cõmodis:q̃ de pprtis rõnibus curã ſuſcipi oportere. Qd cũ inte eſſe pſpiciã:nõ dubito te ex oĩ numero:unũ longe primũ/ac multo oĩ laude pſtãtiſſimũ appellare. Viciſſim facio te de noſtra ſoſpitate certiorem. Sed tũ ſcias plenam nobis te læticiã allaturum:ſi uel ſæpius tuæ nobis reddentur ſuauiſſimæ litteræ uel q̃ primum te pſentem intueamur. Quod ſi curabis:per q̃ magnum a te beneficiũ accepiſſe putabo. Vale.

AVguſtinus Dathus Laurentio Pariſiẽſi. S.P.D. Cũ iamdiu abſueris cupio tãdem aliqñ ad nos redeas ut uetere ac ſuauiſſima cõſuetudine corã uti poſſimus. Satis iã ſatis te oblectaſti ruri. Reliquũ eſt:ut urbẽ repetas:& rurſum paleſtrã noſtrã cõcelebres:q̃ lõgo iam interuallo intermiſſa eſt. Cupio tecum multis de rebus confabulari q̃ pſentes magis:q̃ abſentes deceãt. Sed ne me tibi ſub iratũ putes:quãq̃ ruſticãdo iniuriã facis:accipe qd nup allatũ noui eſt. Nã ex gallia duo heri pfecti:retulerũt eodẽ die:hinc a uenatoribus elphantũ iuxta Pyreneos mõtes illinc a piſcatoribus in Rhodano fluuio ingentis magnitudinis Delphinũ tractu retis:tractũ. Quod utrũque & ſi raro cõtingere cõſueuerit:tñ eiuſdẽ diei ſors inſtar miraculi habet. Hoc nolui te ignorare:cui pcipue curæ eſt:eiuſmodi pdigia/ac portenta coniicere. Vale.

LAurentius Pariſienſis Auguſtino Datho. S.P.D. Multæ ſunt/ac uariæ hominũ nationes:diſpares gentium ritus:rerũ p uarietate regionum ſumma diuerſitas:non eadem omnium uel ſtudia ſunt uel ingenia. Sed hæc in pleriſque diſſimilia eſſe noſcuntur. Apud Italos quidem inſolens eſt Delphinum/aut Elephantum cernere:quod utrunque animal perſæpe Gallis conſpectũ nullam prorſus ammiratione parit. Nã & uaſtũ iuxta eam oram mare & latiſſima nemora/ac frequentes ſaltus magnam q̃dã id genus aialiũ ſuppeditant copiam. Proinde:ne quid pertimeſcas aduerſi ob ea:q̃ nuper tibi ſignificata ſunt. Pauca perſcripſi:q̃ tibi gaudio:& uoluptati futura eſſe confido. Sed & fructui quoque & utilitati eẽ poſſunt. Siqdẽ metũ auferũt:quam grauiſſimã pturbationẽ eẽ cõſtat. Sed hac de re ſatis:Supereſt ut intelligas per noſtras litteras:quid ipſe agã. Solus ſum atque ocioſus:nũq̃ tñ/nec minus ocioſus/nec minus ſolus. Careo amicorum cõuictu. Sed ueteres amici nõ deſunt libri ſcribo ſemp aliqd. Meditor/mente & cogitatione complector. Si qd ab ea exercitatione daẽ temporis luſtro interdũ agros:& uirentes colles. Daẽ non nulla interdũ uenationi incpera. Si unus ad ſis uita ſit noſtra iucundiſſima. Vale.

Auguſtinus

AVguſtinus Dathus Laurentio Pariſienſi.S.P.D.Qui magno ante hac dolore afficiebar:nunc acceptis litteris tuis ſumma contra ſum affectus uoluptate. Verebar ne ob longiorem abſentiam eius oblitus eſſes:in cuius animo / ac pœnitiſſimo corde defixus es. Nam cum tuis litteris tum optata conſuetudine tua ita delector:ut tum demum:mihi uidear beate uiuere:dũ tecum uiuo/ ac tum ꝓpter tuam beniuolentiam:tum propter ſingularem modeſtiam tuam/ac probitatem:cœpi iampridem te non amare ſolũ:uerũ etiam obſeruare. Tu q̃ſo ne patiaris te in amore uinci:ſed redde potius optimi amoris uicẽ. Vale.

AVguſtinus Dathus Laurentio Pariſienſi.S.P.D.Cum omnes magno complectar amore:qui litterarũ ſtudiis dediti ſunt:tum eos & beniuolentia:& obſeruantia ꝓſequor qui ſe ad uirtutis exercitationem accommodant.Hi enim ut mihi quidem uidentur & digni ampliſſimis laudibus: & beati exiſtimandi ſunt amplexi id bonum:quod cœteris rebus facillimæ antecellit. Marcus Cato uir magna auctoritate:& præcipuo bonaꝝ artium ſtudio:eos laudare conſueuit:quorum perſpecta uirtus eſſet:& ſumma rerum cognitio/ac multis in rebus excogitata ſolertia.Nec iniuria. Quid enim his rebus uel dici maius poteſt : uel ꝓſtabilius cogitari? Summæ nãq; prudentiæ uiri:& exquiſitæ doctrinæ Philoſophi:ea ſemper ſectati ſunt:quorum certa foret ſtabiliſq; poſſeſſio.Illa cõtẽpſerunt:& habuere ꝓ nihilo:q̃ q̃ſi ludibria q̃dã fortunæ mõ huc/ modo illuc transferunť. Tu igiť/ſi uir ꝑclarus ingenio/ſi ꝓbatis moribus/ſi excelſi animi haberi uelis/cura: ut maximoꝝ philoſophoꝝ ſequaris conſuetudinem:& uulgi atq; imperitæ multitudinis errorem aſperneris. Feceris rẽ mihi gratam:tibi ipſi ſalutarem. Vale.

LAurentius Pariſienſis Auguſtino Datho.S.P.D. Cum tuis non inuitus iampridem paruerim conſiliis:nequaq̃ monito opus eſt/ſed opus facto potius. Quid agam:tu ipſe noſti.Dies laboro:& noctes. Nulla pars temporis mihi elabiť. Tuam uocem diuinum quodammodo oraculum puto eſſe. Sponte currentem incitas.Itaq; iam monere deſine:faue potius:& optatum auxilium ꝑbe.Nẽpe tuo conſilio tua opera:tuis inſtitutis:opus eſt ad eam rem:quam paro.Plurimum admirationis tuæ mihi litteræ attulerunt.Quippe q̃ ab alienationẽ quandã animi tui a me ſignificare uidenť. Verũtamen tantũ apud me ponderis tua habet uoluntas:ut q̃cũq; agas ad optimã ꝑtẽ referã. Satis rep̃hẽſionis allatũ ẽ:ſed parũ utilitatis affert rep̃hẽſio ſi iuſta non ſit. Magnus es & amicus & arbiter. Qui eqđ uel uitupatiõis uel laudis adhibueris:æquo aio ferã accipiãq;. Vale.

AVguſtinus Dathus Laurentio Pariſienſi.S.P.D.Quoniam te ex omni numero amicum:& fidũ imprimis & uerum expertus ſum:ſed & acrem & iuſtiſſimũ / nihil eſt quod tecum non libenter impartiar. Noui te eo ſtudio/ac natura ꝑditum:eo inſuper ingenio natum:ut amicis prodeſſe: omnibus opitulari uelis:& non ſolum conſilio:ſed etiam re:aut opera iuuare:cum tempus poſtulat. Sed de tuis laudibus difficile dictum eſt.Illud nolo ꝑterire ſilentio:maxime raro reperiri hominem: qui alteri: q̃ ſibi prodeſſe malit.At tu ad modum admirabilis es:qui maiorem in conferendo beneficio: q̃ in eodem accipiendo percipias uoluptatem.Eam igitur ob cauſam:ita te omnes/uel diligunt/uel admirantur:ut & auctoritate:& gratia merito omnibus antecellas. Quid multa? Et uirtutẽ tuis æqualibus ꝑſtas:& multarum rerum laude ita polles: ut maioribus natu comparandus eſſe uidearis:Cœpi conſilium:atq; ita in animo eſt:in ſiciliam tranſmittere : quo Hiſpanienſium claſſis nuper aduecta eſt ſi eſt:quod in ea inſula/aut tibi/aut tuorum cuiq̃ poſſim conducere:tuus ſit explorare labor. Meum officium patẽre tuis iuſſibus. Igiť ad me q̃primum reſcribe optantem expectantemq; magno deſiderio tuas litteras. Vale.

AVguſtinus Dathus Laurentio Pariſienſi.S.P.D.Qui quondã apud ueteres geſtarũ rerũ gloria claruerunt:idcirco in ſuis rebus publicis maximã ſunt auctoritatẽ & gratiã aſſecuti:q, eoꝝ uires oẽs: omnis intentio nihil ſpectabat aliud:niſi ciuitatis ſalutẽ/ac dignitatẽ. Omnis homines decet commum ſaluti atq; utilitati cõſulere.Id uir & mulier clara:pari rõne efficere contendat . Sed illi ante alios qui magno ingenio/& elato ſunt:quos nõ ſibi ſolũ/ſed patriæ:atq; amicis natos eſſe cõſtat. Nã iuuare hominẽ ꝑclare exercitationes:& laudãdũ opus eſt.Sed hæc tibi explorata:& diligẽter cõperta ſunt. At ope ꝑciũ eſt:imprimis oi ſtudio curare ut laudẽ aſſequamur.Ea ſine uirtute cõparari nõ põt. Eſt.n. laus(ut Philoſophi tradũt)uirtutis ꝑmiũ. Vt eam adipiſcaris:cunctis uiribus effice/ac labora. Vale.

AVguſtinus Dathus Laurentio Pariſienſi. S.P.D. Credo nouiſſe te quanti tempus facere debeamus. Omnia enim aliena cætera ſunt:tempus tantum noſtrum eſt. Si igiť me amas:ſi tuam ſalutem concupiſcis:fac ut tempore fruaris:nec ullam partem eius amittas inanem. Rudes & imperiti homines: gregibus:atq; armentis fruuntur. At nos tempore frui debemus: quæ omnium rerum ꝑcioſiſſima merx eſt. Huius rei ſi habueris rationẽ:longe maiorem etiã q̃ pecuniæ:ꝑ te feres ſummã ſapiẽtiã & grauitatẽ. Vale.

LAurentius Pariſienſis Augu.Datho.S. Tria ſunt amice iocundiſſime : quorũ imprimis habenda ratio eſt. Honeſtas/uita/fama:at maior honeſtatis ꝓxime uero nominis:cui uel uita ipſa poſt habẽdaretur. Quæ quũ ipſe mecũ mente complector:in animo eſt:mortem oppetere potius:q̃ uel honeſtatis iura uiolare/uel famæ decus polluere.Certũ ẽ mortẽ turpitudini anteponere:& uirtute tuẽda:ẽt uitã ipſam:& ſanguinẽ ꝓfundere.Ego uero eo te amore ꝓſequor:ut dũ ſaluus ſis:uitã cõtẽnere nõ dubitẽ. Sed tu amicus cũ ſis:noli indigne ferre:ſi uirtutẽ & nomẽ:cæteris rebus oibus ꝑferã.De me bñmeritus es innumera mihi bñficia cõtuliſti:ea in itimo aio ſcripta ſunt atq; ob eã cauſam:æque mihi/ac filio & charus/& obſeruãdus eris. Teq; haud ſecus/atq; patrem/tum diligam/tum etiam uerebor. Vale.

AVguſtinus Dathus Laurẽtio Pariſiẽſi.S. D.Accepi longieres nuꝑ tuas lr̃as. Fuere illæ mihi gaudio. Nã erã hoc tpe multis de cauſis triſtior:& me multoꝝ iniuſtæ inſectatiões ægriorẽ reddebãt. Alii dãt mihi uitio leuitatẽ:& miſericordiã:pauci laudi dãt:qđ calamitoſis:& miſeris faueã ciuibus . Nonnulli dant crimini:quod opertus ꝑbeã:quos cuniculos ad ærariũ egiſſe tradũt. Ipſe quid agam neſcio. Si de-

ſendo per uim oppreſſos:odia multorum incurro. Si iniuriam non propulſem uideo me iuſta bonorum rephen ſione:carere non poſſe. Qui igit̃ tibi ſemper fuerim obſecutus:qui tuis uoluntatibus ubiq; obtemperauerim: magnum mihi pſtiteris beneficium:ſi quod hac de re ſentias ſcripſeris ad me. Tuam expecto ſententiam: tuũ ma gnifacio iudicium. Cæteri quid ſentiant:haud mihi curæ eſt:cum partim odio atq; inuidia/partim rerum ignora tione afficiantur. Sed ex eo numero uix milleſimus quiſq;: quid in quaq; re uerum ſit perſpicit. Nam pleriq; fa mam conſectantur. Quotus quiſq; ueritatis ſtudioſus eſt? Tu ſi tuam ſententiam explicaueris:perq̃ gratam mi/ hi rem feceris. Vale.

LAurentius Pariſienſis Auguſtino Datho.S.P.D. Quæ ſit humanarum rerum conditio: minime tibi obſcurum eſt. Qua lege nati ſimus neminem latet. Et alias quidem lætamur alias dolemus. Alias uo luptate diffluimus:alias cura:& angore pmimur. Amicorum conſuetudine: & conſpectu complures dies oblectaui me:nunc abeuntibus magnam percipio ex ambitione moleſtiam. Et hic quidem Flo rentiam petit:ille Bononiam profectus eſt. Alius ſe ad caſtra contulit ſolus ſum:& ob eam cauſam: uehemẽter anxius:& de amicorum abſentia ualde ſollicitus. Nam iam longa ætate prouectus:& octo iam.&.xx. aut eo am plius annos natus ſolus eſſe nequeo:ſed nunc potiſſimum uerſari iter amicorum cætus cupio. Laboraui ĩ eloquẽ tiæ ſtudiis nunc in alias ſteriles quodammodo exercitationes:pdiu operã cõfero. Dedi rebus leuioribus operam. Reliquã ætatẽ grauioribus in ſtudiis cõſumere certũ eſt. Sed de tuo hortatu in Philoſophiæ ſtudia relictis oĩbus acriter incũbam:& tuam ſententiam conſectabor. Vale.

AVguſtinus Dathus Laurentio Pariſiẽſi.S.D. Teneo memoria multa:q̃ mihi pridem pollicitus es. Tu uero an earũdem rerũ memoriam teneas:neſcio. Sed nolo te aut mei capiat obliuio/aut eorũ quoq; q̃ & grata mihi:& utilia eſſe poſſint. Quid te tandiu in urbe contines? Ego cur me tandiu ruri teneã: ſi interrogabis:afferam per alias litteras reſponſum. Illud breui perſtringã:me pter cæteros ciues ru ſticis oblectamentis delectari:ut uix urbanus iam haberi debeam. At tu contra ita urbanus factus es:ut præ cæte ris tuis æqualibus ambitioni:& honoribus publicis deditus eſſe uidearis:plus forſan: q̃ par eſt eum: qui uirtutẽ præ cæteris rebus:& ſapientiam profiteri debeat. Atqui cum ſis facili natus ingenio:& ab ineunte ætate: huma niſſimis moribus:ſpero mea conſilia non aſpernaberis:ſed uere amantis auſcultabis ſentẽtiæ. Quod ut facias:te etiam atq; etiam oro. Vale.

AVguſtinus Dathus Laurentio Pariſienſi. S.D. Qui ualles ingenii acumine: qui polles memoriæ bo no:ſi laborare perrexeris:crede mihi clarebis pcipuis laudibus/ac florebis pſtãti gloria ſi q̃ mihi apud te eſt fides:omnia relinques:ut ſolam ſapientiam aſſequaris. Quod ſi tibi percipiendæ cum amica uo luptatis cupiditas eſt:recordare ſuperiora tempora:& odio habebis amicam: amicam quidem nomi ne:ſed re ipſa acrem inimicam/mentis/ac rationis. Veniant in mentem aliorum exempla: & utiq; te amorũ pige bit. Preſtas alios nobilitate generis:pſtas multis ĩgenii bonitate. Fac ut uirtute & doctrina reliquos ãtecellas. Am plexare animi bona. In quibus ſolis reperiri poteſt uera fœlicitas. Vt ſtudiis incumbas:te hortor. Vt amores ſeq̃ ris maxime dehortor. Vt cũ ſapientibus uerſeris:ſuadeo:ut cũ flagitioſis uiuas: & cũ ſcortis conuiueris prorſum diſſuadeo. Hæc igit̃ te oro:tu fac ut etiam exorem. Vale.

LAurentius Pariſienſis Auguſtino Datho.S.P.D. Quanq̃ multis & grauiſſimis impedior laboribus:ta men pro ingenti amore erga te meo:nequeo me continere:quin ad te ſcribam. Diligebam te pridẽ ob tuam rectam uiuendĩ rationem:nunc autem tua explorata doctrina obſeruo te inſuper: atq; ammi ror. Quãuis in ſummo te haberem pcio:ſed nunc ita magnifacio:ut non ſolum te amico:ſed etiã fra tre/ac ſocio rerum omnium utar:&(ut uere dicam)pſtantiſſimo pceptore. Non modo charus es:uerum etiã mi hi periucundus. Non tantum diuitias meas & facultates:ſed uitam quoq; ipſam in tua habes poteſtate. Ac deniq; tam mea omnia:q̃ quæ pœnes te ſunt:pro tuo arbitrio/uel tueri potes/uel etiam profligare. Quæ mea mẽs ſit: tu te noſti. Quã ex intimo corde tibi afficiar: egomet non adeo certus ſum q̃ tu ipe coniectare potuiſti. Nam ex quo tempore mihi tecum cõſuetudo eſt:nullũ cõſiliũ:nullũ quod ad me attinet opus te latuit. Nihil eni te libera lius eſt:ut tecũ mea omnia merito oporteat eſſe communia. Sed q̃ meæ partes ſunt:eas nunq̃ deſeram. Tu quoq; tuo officio fungere. Vale.

AVguſtinus Dathus Laurentio Pariſiẽſi. S. D. Quantum hactenus coniicere ipſe potui:cauiſti impro borum conſuetudinem. Quæ ſuaſerim/ea omnia recte (ut arbitror) meminiſti. Nec te pœniteat/no ſtris conſiliis ac monitis paruiſſe. Quod ſi perturbatione/ac dolore uacabis:tũ exiſtimabo uere te ſa piẽtem eſſe. Sed plane q̃ de hac re tradi poſſint:ex eo intelliges:cui dedi ad te litteras. Qui:niſi rẽ omi nem ordinem referat:animaduertam in illum grauiter. At fidus tabellarius eſſe conſueuit. Tu uelim eidẽ ad me des litteras:non unas:nec breuis:ſed plures/ac longiores. Quid te facere cupiam:nõ es neſcius. Sed de eodem ta bellario omnia fuſius noſſe poteris. Conare pro uiribus:ut uenias:quod ſi cunctaberis:reperies ſub iratũ. Ego ſi tibi oĩbus in rebus morem gero:tu noli moroſus eſſe:ſed te comẽ & affabilẽ pſta. Sed ueni:ut cætera corã perci pias. Nequeo enim longam rerũ hiſtoriã breuibus litteris conſequi. Vale.

LAurentius Pariſienſis Auguſtino Datho. S.P.D. Cũ antehac metuerim ab improbis inſectatoribus: & mihi & meis omnibus graue periculum: nunc tandem poſui metum omnem: cum uictor & opta ti uoti compos euaſerim:ac ſpero fore q̃primum: ut qui nocere conati ſunt:luant pœnam. Nunc arbi tror ueniſſe eam diem: in qua dimidiati temporis/dimidium in Reipublicæ utilitate paranda dimi dium (ſicut antea conſueueram) in defendendis amicorum cauſis/cõſumere poſſim. Video iuſtis calamitatibus preſſos eos pœne omnis:qui non ſolum moliendis iniuriis interfuerunt:ſed etiam pfuerunt. Itaq; mihi gaudeo: tibi/ac cæteris amicis gratulor:& ſimul tam optati boni auctoribus & habeo:& ago ingentes gratias. Quas & re

feram:ſi

ſcram:ſi quãdo fuerit oblata facultas.Exiſtimo hodierna die magnis me donatũ muneribus:ut ſi quãdo me beatum putauerim:nunc id tẽpus præcipue ſit:in quo me perbeatum eſſe conſtituã.Allocutus ſum remotis arbitris uirum ſapientiſſimũ:& magnis uirtutibus præditũ iis de rebus:quas ad me nuper ꝑ tuas litteras ſcripſiſti. Quid ſit capiendum cõſilii:quum dabitur redeundi poteſtas:coram aperiam: & quæ ad rem comparandam neceſſaria ſunt:optima ratione cõſtituam.Nunc uero fac:ut bene ualeas:& te incolumen reperiam. Vale.

AVguſtinus Dathus Laurẽtio pariſienſi.S.D.Nihil minus iucundũ mihi eſſe põt:q̃ te aduerſa ualitudine laborare.Cõplures iam te dies/nec te pro more audire:nec alloq datũ ẽ.Cordi tibi eẽ ſolet/uarios mecũ miſcere ſermones.Ego quoq;(ut noſti)tãtis plactus ſum:dum tecũ uiuo.Quippe q̃ mihi & carus ſis/& præ cæteris iucũdus.Delectãt me philoſophoꝝ diſputatiões:ſed nõ minus oblecto ipſe me amicoꝝ alloquiis.Qui multa ſæpe aduerſa facile & æquo aio paſſus ſum.Tuam tamẽ abſentiã grauiter & acerbe fero.Cõſuetudo alioꝝ qdẽ mihi moleſta eſt:tua uero iucundiſſima.Si me adis:magnã ſimul uoluptatẽ affers. Cæteroꝝ aduentũ doleo:perinde atq; eoꝝ:q meis cogitationibus/& cõſiliis impedimẽto ſunt.Coiuimus idiſſolubilem ſocietatẽ:& uerã amicitiam cõtraximus.Mille amicoꝝ nõ tam placeat/q̃ tu ſolus charus es:quẽ uere habeo ex omni numero oium primũ.Etiã ſi qcqd poſſideo nũmũ/eripiaẽ:etiam ſi interdicatur mihi aqua/& igni:te unum amare certum eſt:q̃ diu licebit:ac noſtrã amicitiam nihil diſſoluere poterit:niſi mors. Vale.

AVgu.Dathus Laurẽtio Pariſiẽſi.S.P.D.Quũ mecũ ipſe accuratius multa cõſidero ac mẽte uoluto:maximã itueor hũanæ uitæ breuitatẽ.Quõdã ferunẽ multi cẽtũ & uiginti annos uixiſſe.Nũc aũt quotus quiſq; octogeſimũ:aut qntũ:& octogeſimũ ad ſummũ attingit annũ.Olim uix nonagenarii ſenes eẽ uidebanẽ:at nũc uel duo detrigeſimũ:aut undetrigeſimũ annũ agẽs ſeneſcit:& ꝓuectus ætate iudicaẽ:ut ita dixerim.Qđ aũt deterius eſt:idies labiẽ nr̃a fragilitas.Fuere nõnulli:q priſcis ſæculis cẽtũ annoꝝ ætatẽ exceſſerũt.Tu cõleſtum decurſo ſex & q̃dragita annoꝝ ſpatio/ſenex ꝓculdubio uidebere.Itaq; cum Theophraſto Peripatetico nõ poſſum qn doleã exiguũ hũanæ uitæ tẽpus.Proinde nihil eſt iucũditati loci.Nõ eẽ ſegnitiæ locus debet:ſed maiorẽ i modũ laborare debemus:& maxio ope bonis exercitationibus icũbere.Idq; efficere conatur:q ſapiẽs iprimis & eruditus eſt.Sed qd te multis moror?Mortales oẽs una & eadẽ lege nati ſunt.Reges/ſerui inopes/opulenti/ſapiẽtes/ſtulti:q magiſtratus gerunt:priuati/ſenes cũ iunioribus/puſilli cum maioribus.Nos igitur:ne fruſtra cõteramus:qđ datur æui/omni ſtudio atq; induſtria curare debemus. Vale.

AVguſtinus Dathus Laurentio Pariſienſi.S.D.Hodie iter faciebã:ut ad ꝓximã uillã me cõferrẽ:atq; inter eundũ/datus eſt mihi obuiã Petrus nr̃:in quẽ maximus eſt utriuſq; noſtrũ amor:quiq; ambobus nobis apprime charus eſt.Nec me reipub.nec aliarũ occupationũ deterruit labor:quin lõgiſculũ iter ſimul cõficeremus.Sed quoniã ei qdã trãflumẽ Arbiam ꝓſtolabanẽ:eum diſcedere a me paſſus ſum.Impertus cum illo prius quæcunq; arcana/& ſecretiora cõſilia.Præſertim uero iis de rebus:quæ nunc nobis uſu uenerunt in hac temporum uarietate.Aſſentiẽ ille qdem pleriſq; rebus:quas ſimul cõmentati ſumus.Atq; ipſe omnium primus abhorret:quæ uulgus ſane/iprudenter/& inſcite uſurpat.Verũtamen aduesperaſcit:& me dies deficiat:ſi epiſtolæ anguſtiis habitos ultro citroq; ſermones complecti uelim.Eos omnis coram dabitur propediem explicare(ni fallor)cras in ſuburbanum concedam.Poſtridie te uiſam:atq; amplexabor. Vale.

AVguſtinus Dathus Laurẽtio Pariſienſi.S.D.Quinq; ſunt:q̃ tibi diluſæ & plene meo noie explicaturus eſt cõis amicus.Primũ de Reipub.ſtatu:deinde de exercitus iſtructione:tum de inito nouo cõſilio: præterea de cõtracta ſocietate:poſtremo de tuaꝝ reꝝ cõditione.Quoꝝ tria potiſſimũ quæſo diligenter fac:ut percipias.Primũ qdẽ de Republica:Secundũ aũt de noui cõſilii rõne:Tertiũ uero:qd poſtremũ diximus.Ea nolo ſcriptis ꝓdere:ſed tu illa mãda memoriæ:& qd agẽdum ſit:cogita:ac uide:ne te ſpes fallat. Miſſum fac hoiem iprobũ:& ei noli fidẽ adhibere:q nõ mõ tibi:ſed ne ſibi ipſi qdẽ fidus ẽ.Tenes illius igenium. Quæ ſcribis/laudo:ꝓbo:magnifacio:ſed illius ꝑfidi ueteratoris cõſilia turpia/flagitioſa/fœda ſunt.Nõ.n.icõmoda ſunt:q̃ ſtulti & tardi hoies cogitãt:ſed quæ facinoroſi & nocentes uiri moliunẽ/parricidæ/ſicarii/teſtamentarii: & reliqui id genus hoies quotquot ad nocendum nati uidenẽ.Ad hæc mala accedit fortunæ uarietas:quæ ſæpe malos euehit:ꝓbos deprimit.Sed tua ſapientia & uirtute cõfido.Tibi enim & cõſilia mea oĩa credidi:& grãdem uim pecuniarũ:quo nihil ſtulto & icerto uulgo hoium uideẽ expetibilius.Cætera coram. Vale.

LAurentius Pariſienſis Auguſtino Datho.S.P.D.Nõ decet minorẽ natu maiori natu cõſiliũ dare.Sed tuæ litteræ:quæ mea eſt ſumma iucunditas:fiduciã/ſimul & cãm ſcribẽdi attulerunt.Increbuit apud me nõ nulloꝝ ꝑfidia/& nefaria molitio:quæ te forſan ꝓterit.Sed nolo ut te diutius lateat.Quos credis tuos eſſe/nõ ſunt ueri amici:ſed in eoꝝ lingua mel ſitum eſt:in corde uenena deliteſcunt.Nolo ꝑ litteras fuſius explicare.Reliquum eſt:ut redeas:ſi uis ſcire rem ordine.Quod rumoribus ferẽ:& cõis hoium fama uulgauit:qđ uel nunciis/uel multoꝝ litteris accepiſti:me a prima origine referente cognoſces.Quid autẽ de hiſce rebus ſentiam:perſpicue/ac liquido intelliges tu unus ex omni numero:qui cum mea oĩa uolui ſemper eſſe cõmunia.Si quid clam te factum eſt:dum affuero corã planiſſime eluceſcet.Multa ruri dum ſum/cognoui:quæ ueſperi cras(ut ſpero)accipies.Eritq; mihi tecum & interdiu & noctu longiſſimus ſermo:& uaria omnibus de rebus alloquia.Qui modo ſerio ſe triumphare exiſtimat:paucis poſt fortaſſe diebus nullus erit.Sed ipſe me comprimam.Si me amas:quum cras uenero:fac ut ſeruus tuus præſto ſit mihi ad portam. Vale.

AVguſtinus Dathus Laurentio Pariſienſi.S.D.Non licet mihi bono amico eſſe:ꝓſertim ei:cui intelligo me in ꝑpetuũ deuinctũ/atq; obnoxium eẽ.Innumera apud me beneficia collocaſti:ut tibi oĩa gratificari debeam.Neq;.n.nimio ſomno indulges:ut qdam nitidiores cultus/ac uitæ delicatioris hoies.Sed bene agendo cõmuni ſaluti cõſulis.Eſt in te uera boni uiri laus:q facile ignoſcis:ſed nõ libenter idulges. Tantum quãtum ſat eſt:remittis aium:æque alioꝝ utilitati/ac tuæ ꝓſpicis.Talem.n.uirum & laudamus:& pro-

bare ſolemus.Hunc uel maxime diligimus:qualem te proculdubio eſſe conſtat.Igitur ob tuas præcipuas laudes in ore oīum/ac ſermone uerſaris:qui in bonis artibus a teneris unguiculis uerſatus es.Enimuero optimis rationibus eximiam es laudem & ꝓcipuam gloriam aſſecutus. Quoad uero mundus conſtabit:tua uirtus atq; amplitudo nulla obliuione delebitur.Perge:ut facis:& a uetere conſuetudine fac ne diſcedas. Vale.

LAurētius Pariſiēſis Aug.Datho.S.P.D.Venit ad te frater:q & has deferet litteras. Eget is tua opera: oro te:ut eū ſuſcipias.Eſt.n.uir tui amātiſſimus:nec ſane illiteratus:nec īprobus.Iniuſte illū aduerſarii qdā laceſſunt.Peto a te:ut ita eius cām tuearis:ne iniuſte preſſus ægritudine/ac dolore cōficiaſ. Te enim regnāte ī iudiciis:ſperamus nemīnē ꝓſertim uirū ꝓbum:ullā paſſurū iniuriā.Tua.n.& ꝓſtantiū oratoꝝ oīum cōſuetudo eſt/adeſſe bonis:& iniuriā ꝓpulſare.Iſq; eſt īprimis ſuus:cuiuſq; optimi uiri:& eloquentiſſimi mos:quē & accurate unus ante alios ſeruare cōſueuiſti.Die tertio ad te uenit: die quarta iterum te adibit utriuſq; noſtrū(ut uere dicā)frater.Eius cauſam/meā puta eſſe.Quod ſi mea cauſa ſæpe multos defendiſti:mei gratia ſcio te oēm opam adhibiturum:ut optata cōſequar.Atq; ita ut facias/te uehemēter oro. Vale.

AVguſtinus Dathus Laurentio Pariſienſi.S.D.Scio te amice iucūdiſſime ſtudioſe exequi quæ mei amici utilitati cōducunt.Sed quæ filii mei amicis expediunt:ꝓfecto nō ſatis/accurate ꝓſequeris.Veniat tibi in mentē ſermo eoꝝ:quæ perſæpe collocuti ſumus.Venis.Raptim alloqueris:cōfeſtim diſcedis:e ueſtigio redis.Quid hoc rei eſt?Age præſta te eum:qui mihi quōdā cognitus es:plenus uarietatis eſſe uideris:nec tui ſimilis.Cura:ut uir ſis.Da operā:ne Sardanapali mores ſectari uidearis. Magnum iam tibi decurſum eſt uitæ ſpatium.Rumpe moras:noli cunctari diutius.Quid metuis?Cunctabundus inanem pateris effluere tuam ætatem.Errabundum te eſſe putabo:niſi ſniam cōuerteris.Sed fretus tui ingenii bonitate:ſpero te futurum qualem exopto.Fac me quæſo certiorem ſtatus reꝝ:ut ſeſe habent:præſertim cum ſim iſthuc ꝓpediem rediturus.Quod ſi bene oīa memoria repetere uolueris:iudicabis me minime accuſandum. Vale.

LAurentius Pariſienſis Auguſtino Datho.S.P.D.Quāto indies humanaꝝ reꝝ cōditionē ſolertius accuratiuſq; perſpicio:tāto audeo affirmare magis nihil eſſe laudabilius/q̄ tranquillam uiuere uitam/& ocioſam degere ætatem.Nam qui uariis laboribus occupātur:& implicati negociorum moleſtiis/nunquam quieſcunt:duram(ut mihi quidem uidetur)ſeruiunt ſeruitutem.Oro te:atq; obſecro deuita id genus hominum:nec eorum ueſtigia conſecteris.Quod ſi feceris:uita tibi ex ſentētia ſuccedet: & ſumma quiete frueris.Quidam cupiditate cæcati ſocio iniuriam inferunt/ſceleratas manus afferunt parentibus: in bonos atq; innocentes impetum faciunt.Sed quid multa?Da ueniam:cum pro abundantia cordis os loqui conſueuerit.Sed qui a primis ætatis temporibus recte uitam inſtituiſti/mea admonitione non eges. Et enim ab ineunte ætate/& uirtutem & rectam uiuendi diſciplinam complexus es.Quod fœdus percuſſerim cum eo: cui tyranno cognomen eſt/non ignoras:illum tanquā ſcopulum fuge. Vale.

AVguſtinus Dathus Laurētio Pariſiēſi.S.D.Quid totiens polliceris ad me uenire:& dies nocteſq; mecū uerſari:nec ſeruas ꝓmiſſa?An ignoras nihil eē hoi mēdacio idignius?Mēdaces(ut uulgo aiunt)faciunt:ut nec etiā uera dicētibus credaſ.Sup tres noctis horas ſum tibi ꝑſto latus: at expectaui fruſtra. Laudo te cæteris ī rebus:in hoc nō laudo.Cōtra ſermonē meū nō tendis:ut cupio.Nō facis:q̄d te decet:quādo ego uel cōtra iter tuum tendo ſemp:& nihil mihi accidit gratius/q̄ uel tecum uiuere:uel ſi uſpiā diſcedis:aut ſequi te abeuntē:aut obuiam ꝓdire redeunti.Macte eſto uirtute/& amoris cumulo dulcis amice.Sena lōge Pariſius abeſt:at nos cōiunxit præcipua charitas/& uno Pariſienſis Laurentius/& Auguſtinus Senenſis copulantur amoris uinculo.Catuli quondā eloquentia præſtiterunt.Dathi amoris abundantia:omnes facile ſuperāt. Magna conaris:ſed egregie præter cætera amicitiam ſtude: qua nihil eſt mortalibus: nec magis neceſſarium: nec quicq̄ omnino præſtabilius.Fac ne tuam deſiderem beniuolentiam:cum te incredibili charitate complectar. Noli amando uinci in amore.Quartum pulſaui amicitie fores: ac primo/pulſaui oīum. Ruri malo eſſe quam in urbe uiuere/ſi te uno caream.Vale:& iterum atq; iterum dilige amantem te mirandum in modum.

AVguſtinus Dathus Laurentio Pariſienſi.S.P.D.Salue amice omnium primarie:amice omnium iucundiſſime ſaluus ſis.Cupio ſcire:ut uales.Id ad me ſcribe:& amicorum cœtui meo nomine dic ſalutem. Te ego/ac tuos omnis plurimum ſaluere iubeo.Miror tuum ſilētium. Scripſi ad te ſæpius.Poſtremo ad kal.Nouembres.Tu uix quinto Nonas Decembris reſpondiſti.Niſi q̄primum reſcribas:iraſcar:nec ullam accipiam cauſam.Sapis.Vale.Ex Senenſi urbe Idibus Decembribus.

FRanciſcus miſeratiōe diuina/Sancti Euſtachii Sacroſante Romane eccleſie Diaconus cardinalis/& Archiepiſcopus Senenſis/Dilecto nobis ī xp̄o Auguſtino Datho ciui Senēſi artiū Doctori eximio Salutē in dn̄o.Cū nefas ſit:& ad publicā redūdare iacturā uideaſ:ocioſam eē uirtutē:& ſub modio ardere accēſam lucernā nō deceat:ſed ſup cādelabrū:ut luceat oībus:q in domo ſunt.Nos intelligētes ſingularē doctrinā tuā admirabileq; īgeniū:nō modo ſæcularibus ſtudiis:ſed ēt ſacraꝝ litteraꝝ īterpretationi lectioniq; aſſiduo īcubuiſſe:atq; in eis ſincera fide/aſſidua ꝑſeuerātia/& acerrimo ſtudio eē uerſatū:ut diurni labores tui/cōtinuæq; uigiliæ cæteris quoq; ſint adiumēto:& iam in mediū cōferāt/q̄d hactenus ītra parietes elaborarūt tibi/q quāuis cōiugatus clericus tādē exiſtis:quiq; plurimis annis in uniuerſali Senēſi Gymnaſio philoſophiā & alias liberales artes cū magna Scolariū utilitate docuiſti:ut in poſterū ſacrā Theologicā diſciplinam: in qua/ut ītelleximus/diu elaboraſti:Legere diuinarūq; ſcripturaꝝ libros īterpretari:atq; docēdi gratia cum Scolaribus cōferre:in Gymnaſiis/tēplis/aliiſq; publicis locis poſſis harū ſerie auctoritate ordinaria permittimus:& gratioſe tecū diſpēſamus.Non obſtante dicto īpedimēto coniugii:ſeu ſtatutis/cōſtitutionibus/& ordinationibus dictæ Senēſis uniuerſitatis:aliiſq; in cōtrarium facientibus quibuſcūq;. In cuius rei fidem & teſtimoniū has noſtras patentes fieri iuſſimus:ac p ſecretarium noſtrum ſubſcribi:& noſtri rotundi ſigilli impreſſione muniri. Vale.

AVguſtinus Dathus.N. Cardinali.S. Si quiſquã eſt:qui fuerit ingenti affectus gaudio ob tuæ dominationis gloriã:quã diuina pietas ampliſſimis meritis cõferre dignata eſt.Profiteor me unum eſſe oium primum:quãdo & primus omnium ardebam deſiderio huius adepti boni: cuius me factum cõpotem nihil eſſe duco aliud/q̃ aſſecutum maximam fœlicitatis partem.Deo tanti muneris largitori ſummas grates ago:& ſimul deprecor:ut tam præclarum donum cum ſumma tuæ dominationis gloria/& ſanctæ Romanæ eccleſiæ amplificatione fœliciſſime tueatur.Tuæ autem dignationi gratulor : cuius uirtutem illuſtrabit magis indies tãtæ aſſumptionis amplitudo.Gratulor & Catholicæ eccleſiæ.Quæ tam ſalutare columẽ adepta eſt: & mihi gaudeo plurimum:cuius audiuit altiſſimus de cœlo preces:& uota magna ex parte perfecit. Quod dem amplius nihil eſt:qui me totum iampridem cum fortunis meis dedi omnibus.Erit mea ſemper ſumma fides atq; obſeruantia/& deuotione/& obedientia/nemini cedam.Oro tuam clementiam:ut me ſeruum in ſuorum : quos benigne delegit:numero habere proſequatur:ut ſibi perſuadeat nihil me cupere magis/q̃ promptiſſimum ſemper obſequium exhibere.Facius meis uicibus fungetur:& mentem meam explicabit uberius.Aueto præſidium & dulce decus meum.& eſto perpetuo fœlix.

AVguſti.Dath. Summo Pontifici.S.D.Nouit tua Sanctitas meam ueram iampridem/ac fidelem ſeruitutem.Nouit & me nihil optare magis/q̃ tuæ beatitudinis iuſſa capeſſere:& q; fidelem & diligentem ſeruum decet:promptiſſimum tuæ Sanctitati obſequium exhibere.Igitur cum me Senam recepi:uoluntas animo:quod tua ſanctitas imperaſſet/annales meos & cõmẽtarios ab ipſo perſolui initio : & ea ſingillatim annotaui:quæ digna putaui eſſe:quæq; gratiora futura eſſent tuæ beatitudini.Res fortaſſe leuior eſt q̃ quæ ad tuam beatitudinem dirigatur.Sed metiatur offerentis deuotiſſimum animum.Itaq; rogo ſupplex : ut qualecunq; munuſculum eſt:dignetur illud benigne ſuſcipere tua ſanctitas : cui dedi animum/uitam/liberos : & quæcunq; mihi uel natura/uel fortuna conceſſit. Vale.

AVguſt.Dath.N.S.D.Non temere dicitur a ſapientibus:finem rerum omnium ſpectandum eſſe : & ut ille exigit/cætera omnia moderanda.Nam cum cæterorum animantium nulla ſit uis rationis & conſilii:ſolus homo a propoſito agere debet:quæcũq; agit ratione duce/ac natura.Eſt enim finis mẽſura rerum omnium:qua & reliqua omnia metiri debemus.Cuius tãta uis eſt:ut nec bonum quicquam : nec malum exiſtimare debeamus:niſi pro ipſius finis uarietate:ut illa bona ſint:quorum finis bonus eſt. Cõtra uero: quæ malum finem habere cõſtat.Bene igitur & ſapienter præcipitur:ut conſilium tardius ſit : & moram habeat. Actionẽ uero celeritatẽ habere oportere.Agis de dirimẽda cũ Corinthiis ſocietate : quos piculoſis tpibus aſfuiſſe tibi meminiſſe debes:cum Rhodii cõtra aduerſis caſibus te deſertum eſſe ſint paſſi. Vtroſq; expende: & fidem & amicitiã cõpara:& tum plane intelliges/utris adhærere ſit ſatius.Ego(ut meam ſniam pferam)cenſeo in amicitia permanendum:quæ quãto uetuſtate excellit:tanto maiore firmitate præſtare creditur.Rerum omniũ conſidera exitum:& priuſq̃ noui quicquam aggrediaris:etiam atq; etiam delibera:& cogita. Vale.

AVguſtinus Dathus.N.S.D.Cupiebam gratiora offerri:quæ mihi ad te ſcribenda eſſent.Sed ea eſt hominum conditio:ut caſibus uariis:ac diuinæ ſubiaceat uoluntati. Cumq; me addixerim uernaculum clientem tibi/ac tuæ uniuerſæ familiæ/acerbe patior:quæcunq; tibi aduerſa contingant: & mortẽ ſanctæ uirginis & præclaræ ſororis tuæ luctuoſe fero.Putaui meum officium eſſe:ut id nunciarem:& dolorem meum p has litteras.Cõſolationẽ afferre:nec meum eſt:nec tua eget ſumma moderatio/& uirtus. Deum quæſo:ut cæteros tuos ſeruet icolumes:ac te icolumem:& ſaluũ reſtituat auctũ ſummis honoribus/& gloria.Cõmendo me tibi:quẽ habeo uitæ meæ firmũ præſidium:& tuis me defero paratiſſimũ iuſſibus. Vale.

AVguſtinus Dath.Frãciſco Cardinali Senenſis.S.P.D.Nihil eſt:quod optem uehementius:q̃ meam aliquando præſtare fidem:ne uidear ſeruus nequã:ac prorſus inutilis.Eſt enim mihi tua dominatio terreſtre quoddam numen:& non modo uniuerſorum:ſed ſingulorum quoq; ciuium dulce præſidium/ac ſplẽdidum decus:quod uere hæc patria ueneraſ.Sed quo cultu proſequatur:id maximo inditio/atq; argumento eſſe debeat:quod nuper in ſenatu:cum de Italico fœdere mentio incidiſſet:& ſuper ea re conſultaretur:quod ad hanc Rempublicam pertineret:dixere multi ſniam:& in unam tuam dominationem cõuentum eſt: ut ei facultas eiuſce rei tota demandaretur.Erat ſenatus frequens.Poſita res ad ſuffragia eſt.Mirabile dictu: uiſu iucundiſſimum omnes ad unum obtrectante penitus nemine/uno conſenſu:& albo lupino/tanquam candido lapillo:ac fœlici homine in unam ſententiam conceſſerunt.Non eſt etiam ex natu grandiſſimis quiſquam : qui ſeſe uel in re facillima meminerit uidiſſe ne ullum quidem diſſidentem in tanto præſertim ſenatorum numero. Miram omnes præ ſe lætitiam tulerunt.Geſtiebat optimus quiſq; ſenes cum iunioribus incredibili exultabãt gaudio. Quid multa? Bona omnia dicere omnes:& una cunctorum uoce uerus pater liberæ patriæ dicebaris. Quanta ſit ciuium cõcordia:uel potius ciuium omnium cor unum:quãta ſenatus & populi uniuerſi in tuam dominationem obſeruantia/fides/cultus:etſi multifariam eluceſcit:tum hinc liquido perſpicere oibus liceat. Quod etſi nullo meo teſtimonio egeret/nolui tamen meo rem tantam carere preconio.Ipſe mihi hoc officio feci ſatis:nec uiſum eſt præterire ſilentio:quod maxime prædicandum uideretur.Explere animum inſtitui : & narrandam hanc rem duxi meis litteris.Cõmendo me ſuppliciter tuæ pietati. Vale.

AVguſtinus Dathus.N.S.P.D.Ex abundantia cordis nõ poſſum me cõtinere/quin/ſcribam. Quid ſcribam igitur? Quod maxime corde ſedet.Cupio aliquãdo:dum tempus inſtat: pdeat in medium ſanctiſſimi Pontificis in tuam dominationem paterna dilectio. Quãquam nõ meſſis multa operarii pauci.Sed ad quã plurimorum operariorum numerũ modica/& fortaſſis exigua meſſis.Sed tua eiuſmodi ſunt merita:ut nõ ſit cunctandũ diutius:ſed dies noctesq; incumbendum:arguẽdum:obſecrãdum:opportune/importune agendum:& quotidiana nullo modo prætermittẽda inſtantia.Nos:quod in nobis erit : uigilabimus : ſi quid

occurrat noui:ſi quid in patria emergat/arripiendum. Sed quãuis uiã longa pareſ: & quouis gentium abeundum ſit:modo ad beatitudinẽ recta pergatur:nec renuendum quippe eſt:nec cunctãdum diutius ſapienti: cui mundus totus eſt patria:& ubiq; fata poſſunt parare quietas ſedes. His temporibus multo magis q̃ Ciceronis tempeſtate/audacia pro ſapientia uti licet:praeſertim uero in Romana curia:quo uniuerſae totius orbis cõfluunt nationes & ex ultimis conueniunt regionibus:ut uel commodi:uel ornamenti aliquid aſſequãtur. Sed quomodo aſſequantur? Si de ſuis rebus ſollicitae terant perpetuos dies potentiorum limina. Sed dices me fortaſſe imprudẽtem: qui Sus Mineruam doceam. Sed amori tribue:qui impatiens eſt:& modum praetergreditur. Ab optimo fit animo: a corde proficiſcitur plenitudo fidei. Aderat:dum haec ſcriberem: Leonardus Beneuolentius/ unus uere e patriae patribus:& quidam ueluti Senenſis Cato. Is iuſſit:ut ſe tuae dominationi plurimum commendarem. Eſt certe & tui:& tui ſimilium amantiſſimus. Vale.

AVguſtinus Dathus Franciſco Cardinali Senenſi. S.P.D. Scio nequaquã opus eſſe: ut plura de me ſcribam:quem iampridem in ſuorum clientum ac ſeruorum gregem aſciſcere dignatus es. Atq; ut idem habere proſequaris deuotiſſime tum oro:tum etiam ſuppliciter obſecro. Auctoribus uenerabilibus patribus Mariano Abate & Luca ſacerdote:quibus mandata tibi res erat: ſolum illud olim cultum: nunc incultum prorſus atq; infructuoſum contraximus. Vt ego & poſteri mei illud poſſideamus:& peracto quinquennio quot annis pendamus:quod illi par cenſuerunt. Vini congium. Et ſi uiſum eſt mihi/omnis fortaſſe fructu percipiendo maius:habeo id tamen a tua benignitate ingentis muneris loco:& benefico tributum animo/donum facit quolibet munere antiquius. Supereſt:ut id omne ratum habeas. Et ut ita per tuas litteras comprobare digneris/deuotiſſime precor:paratus tua iuſſa ubiq; libenter accipere/etiã capitis periculum ſubiturus. Vale.

AVguſtinus Dathus deuotus ſeruulus Franciſco Cardinali Senenſi/unico ſuae uitae praeſidio. S.P.D. Quantum dedit:qui bona cuncta largitur mortalibus/parui tuis iuſſibus:atq; ita parui:ut facile ſperem/nunq̃ poſthac te te dubitaturum omnia ſeruituti & fidei meae committere non inuitum. Quod res ipſa (ut arbitror) perſpicue indicabit. Magiſtratus ipſe innumeras gratias agit:& ſummi accepit beneficii loco pium optimi patris/ac boni paſtoris officium. Grates etiam agens Deo:qui tam bonum & uigilem patriae cuſtodem parauit. Sciunt:quos ſcire oportet:latet uulgus auctor. Nouerunt:quibus proſpicere conuenit:ſalubriter agitur. Habetur piiſſimo patri immortalis gratia. Poſtremo ſi non ſum ſeruus prudens:certe fidelis ita ſemper futurus ſum:ut fide mihi praeſtare poſſit nemo. Patriae conſultum eſt:& tuo cumulatiſſime propoſito ſatiſfactum. Vale.

AVguſt. Dath. Bartholomaeo Scalae. S. Vnae tuae litterae magnam nuper rure mihi redeunti attulerant uoluptatem. Hanc ipſam cumularunt:quas nunc alteras ad me dediſti: quibus q̃ fuerim delectatus: qui iam ſummam meam in te beniuolentiam/amoremq; cognoueris:hoc certe ignorare nõ potes. Ac uere nunc fortunatiorem me factum puto eſſe:qui eiuſmodi fuerim amicitiam aſſecutus: qua poteſt mihi nec gratius eſſe quicquã:nec omnino iucundius. Alii ſe beatos putant:ſi opes: ſi diuitias: ſi amplas fortunae copias adipiſcantur:at mea longe alia mens eſt:quippe qui amicitiam uitae tutiſſimum praeſidium/ac magnũ decus caeteris anteponam rebus humanis. Diſiungit nos locorum diuerſitas:quid nos dixi:imo (ut ſcribam rectius) corpora & membra diſiungit. At cõiungit natura animos:copulat amor:ut uel ſim apud te abſens: abſens tecum loquar:& quaſi alternos cedentem ſermones audiam. Quod enim de me certo ſcio:hoc de te plane cõfido/& ſpero:ut longe abſimus a uulgo. Amant quidem multi:quos coram cernunt:atq; adeſſe perſpiciunt: nos non modo quas uiciſſim ſcribimus litteras:ſed ipſa multo magis animorum cogitatio praeſentes reddit. Quem nunquã fors conſpiciendum obtulit:eum ita complector:ut frequenter in ore:ſemper in corde uerſetur: atq; illa demum omnium iucundiſſima cogitatio eſt:dum te & dulcia alloquia:quae ipſe ſaepe effingit animus: quaſi hoc loco Epicurum imitatus mente uoluto. Tu quoq;/ut idem facias:ut credo:ita etiam uehementer oro. Quod clarum Oratorem noſtrum Leonardum Beneuolentium & Minoem Tricircium amice fueris amplexatus:& laudo: & maximam habeo gratiam. Ab eis (ut ipſorum cognoui litteris) plurimum diligeris:& uterq; tuam uirtutem/doctrinam/atq; humanitatem laudant:& in magno habent pretio. Quid multa? Cum ſubeſſent mutui amoris cauſae permultae:facis tu quidem:ut indies grauiores addantur. Ad cauſas poteſt fortaſſe aliquid: ad ſummũ uero amorem nihil poteſt accedere. Vale.

AVguſtinus Dathus Dominis Senenſibus. S.P.D. Facile uel grauiſſimi quiq; feruntur labores: quibus iuſta/ac ſua premia referuntur. Illud perſuaſum eſſe debet/atq; exploratum omnibus nõ defuturos: qui Senenſis urbis gloriam:qui latiſſimus campus eſt:ac res eius p̃claras & memorabiles litteris mandent:cum domeſticis ſcriptoribus abundet:ſi bonarum artium alimentum ac ſuum uirtutis p̃mium minime defuerit:quem philoſophi honorem profitentur. Ac praeter alia multa illa quoq; ſcripta proderunt:quae per diuerſa tempora in magna publicarum actionum & contingentium negociorum uarietate Legatis deinceps fuerint demandata:qui a ſenatu/populoq; ſenenſi uel ad magnos principes/uel ad claros Latii populos miſſi fuerint. Ita enim Legati ſemper inſtrui conſueuerunt:ut a praeſcripto diſcedere capite piandum cenſeatur. Valete.

¶ Clariſſimi Philoſophi/ac pſtãtiſſimi Oratoris Auguſt. Dathi Senẽſis Epiſtolarũ liber Secũdus fœliciter icipit.

¶ Hac Epiſtola Amatoria Leuitas Improbatur.

AVGVSTINVS Dathus inſanienti amico longius abſentem dicit: atq; optat Salutem. Qui modo in arce Mineruæ ſecurus ocio fruebaris: amans uel amens potius/cœpiſti ſub cupidine Imperatore duriſſimo militare. Et quod nulla uenia dignum eſt: in aliena caſtra nõ explorator acceſſiſti: ſed tranſfuga. Infauſtus atq; infœlix is tibi fuit amice: nimiũ (crede mihi) infœlix is fuit dies: cũ tam ſæua/tãq; peſtifera aĩum tuum inuaſit labes. Quod ſi ita amare prexeris: nihil qđ ſcribam aliud ſupereſt: niſi illud Terẽtianum duntaxat. Actum eſt amice infœlix ilicet periſti. Sed una ſpes eſt: quæ aliqua ex parte dolorem lenit: paruũ poſſe hoſtem perimi: elidi nequitiam in ſemine. Neq; n. arbitror omne in te rationis lumẽ adeo repente extinctum eſſe: ut tui ipſius penitus ſis oblitus. Quãobrem cupies nõ iam tibi placere ad iteritum pperanti: ſed noſtræ amicitiæ facere ſatis: decreui ſcintillam tui luminis ac rõnis pœne extinctam/uel oppreſſam potius excitare. Video tuis uirtutibus ſubiectum incẽdium. Tuis laudibus præſto eẽ naufragium: qđ multis iam annis magniſq; laboribus partorũ bonorũ iacturam facere cõpellat. Ardent nunc tibi æquora: ut cũ in mediũ pelagus pceſſeris: ſubita exhoriaẽ tẽpeſtas: acris hyems ſæuiat: gliſcat turbulẽtius mare: ac te undiq; iactatũ fluctibus deglutiat uortex: & in pſundum pcella demergat. In charybdim ac Scyllam icidis miſer: Quã timeo quorſum euadas. Aſpera undiq; ſaxa: horridæ cautes: piculoſi ſcopuli pendent. Iam iam piculo pximus es: nec ſe uſpiam tutus locus offert: nuſq̃ ſecurus itendas. Quocunq; te aio cõuertis/inſidiarũ hoſtium/periculorũ/plena ſunt oĩa. Obſecro te ne cymba temuis iactata tantis fluctibus quaſſata tẽpeſtate ſatiſcat. Tunc. n. uere liceat mihi dicere. Actum de te eſſe: ilicet periſſe. Experto crede: ac principiis obſta. Bene dicebat Plato. Paruulus initio error perſæpe ad ſummũ excreſcit. Et tenuis ſcintilla (ſi Liuio & Curtio credimus) magnũ ſæpe ſuſcitauit incẽdiũ. Quare Hieronymus cẽſor ille optimus ita pcipiebat. Dum paruus eſt hoſtis/iterfice: nequitia elidaẽ in ſemine. Et tu ſi ſapis/cõtunde hoſtẽ parationem necem iferre/q̃ mortẽ excipere. Cõſere inq̃ cũ eo præliũ prius q̃ robore ac uiribus iualeſcat. Nõ eſt (crede mihi) cunctandũ diutius. Facilius eſt aduẽtantẽ repellere/q̃ iuadentẽ fugare. Sed quoniã/ut ait acerrimus Stoicus Seneca. Initium ſalutis eſt peccati notitia idcirco qđ iſte amor ſit paucis definiam. Eſt. n. amor iſte: qui alio noĩe appellari nõ põt furor qdã animi oĩbus ipſius pturbationibus uehemẽtior. Furens pturbatio eſt: atq; oĩum uehementiſſima: ut mentẽ ex ſuo ſtatu dimoueat: nec quieſcere unquã nec reſpirare ſinat. Itaq; bene Propertius.

Durius in terris nihil eſt: quod uiuat/amante: Nec modo ſi ſapias: quod minus eſſe uelis.

Sed qđ eſt amor iquies? Aegritudo eſt ingens animi flagitii/ac leuitatis auctor. Hinc. n. ſtupra/adulteria corruptelæ inceſta: tetræ libidines/oſcœnæ uoluptates/nefanda flagitia. Hinc Terentiana illa. Iniuriæ ſuſpitiones/inimicitiæ/induciæ/bellum/pax/rurſum: nõ expetenda qdem pax: ſed plena inſidiarũ. Itaq; bene Propertius.

Durius in terris nihil eſt: quod uiuat/amante: Nec modo ſi ſapias: quod minus eſſe uelis.

Quid eſt inquies Amor? Turpe flagitium eſt: qđ in quo fuerit hoĩem ſollicitum ſemper atq; anxium efficit. O q̃ deteſtabilis eſt iſte Amor. Cuius cum cogito ſæuitiam atq; acerbitatem/libenter id laudo Propertii.

Durius in terris nihil eſt: quod uiuat/amante: Nec modo ſi ſapias: quod minus eſſe uelis.

Vis ne ſcire quid ſit Amor? Certe Amor iſte eſt inconſtantia quædam mutabilitaſq; mentis: quæ ſine ſollicitudine: ſine deſiderio: ſine cura: ſine ſuſpirio eſſe nunq̃ poteſt: ut bene dixerit Propertius.

Durius in terris nihil eſt: quod uiuat/ amante: Nec modo ſi ſapias: quos minus eſſe uelis.

Quid eſt Amor iſte: niſi inſania quædam mentium: animorumq; labes: uirtutum calamitas: omnium bonarum artium clades. Extrema pernities uitæ? Nec quiſquam indoluit Propertio melius: qui dixit.

Durius in terris nihil eſt: quod uiuat/amante: Nec modo ſi ſapias: quod minus eſſe uelis.

Atq; ut uim Amoris intelligas. Eſt Amor iſte accuſabilis quædam turpitudo: quæ ignominiam parit: ac dedecus: quæ animi ægritudo tanto minus ſapientem decet: quanto eſt cæteris perturbationibus fœdior. Itaq;

Stultius in terris nihil eſt: quod uiuat/amante: Nec modo ſi ſapias: quod minus eſſe uelis.

Vis ne aliquid amori tribuam? Dux quidam eſt Amor magno militum comitatu ſeptus/inuidentiæ/obtrectationis/maliuolentiæ/odii/mœroris/luctus/lamentationis/ſollicitudinis/moleſtiæ/afflictionis/angoris/metus/exanimationis: ac deniq; deſperationis. Quid multa? Confertiſſimo eiuſmodi cuneo fretus amor nemini parcit: quemcunq; nactus eſt/miſere torquet: atq; diſcruciat. Quam ſcite igitur Propertius inquit.

Durius in terris nihil eſt: quod uiuat/amante: Nec modo ſi ſapias: quod minus eſſe uelis.

Eſt enim amore iſto nihil grauius: nihil acerbius. Bene igitur Poeta.

Res eſt ſolliciti plena timoris amor.

Quod enim Sollicitum dicit/præſentem indicat ægritudinem: quod timorem/impendentis mali metum ſignificat. Nihil eſt in amore: quod ſollicitudine: quod metu uacet. Itaq; recte Propertius.

Durius in terris nihil eſt: quod uiuat/amante: Nec modo ſi ſapias: quod minus eſſe uelis.

Sed quid eſt Amor? Dicam paucis. Eſt enim Amor quod aut amarum experimur: aut metuimus dulce. Nec unq̃ tranquillo animo eſſe poterit: quiſquis amores aut metuet dulces: aut experietur amaros. Ac uere mea ſententia Propertius ſortem miſeratus amantium/inquit.

Durius in terris nihil eſt: quod uiuat/amante: Nec modo ſi ſapias: quod minus eſſe uelis.

Infœlix heu nimiũ infœlix quiſquis tam ĩfeſto malo correptus/uulnus alit uenis:& cæco carpit̃ igni. Peſtiferum amoris ac lætale uenenũ eſt:& qđ ad exitium interitũq; pducit. Hoc morbo qui laborãt in neutra aure ocioſi dormiunt. Dies noctesq; cruciant̃. Amori pares perdius/ac pernox cruciaberis miſer. Nec animo ſollicitudo unquam deeſt. Nec placidã membris dat cura quietem. Itaq; Propertio crede:qui amoris tela expertus inquit.

Durius in terris nihil eſt:quod uiuat/amante: Nec modo ſi ſapias:quod minus eſſe uelis.

Intellexiſti ne qđ ſit Amor? An cupis pluribus tibi illũ definiri? Eſt Amor poculũ illud:in quo mellis pparũ ineſt: fellis atq; abſinthii plurimũ. Probe Naſo:Impia ſub dulci melle uenena latent. Quid eſt amor aliud/niſi idolorũ ſeruitus? Deum Cecilius amorẽ appellauit:& deum Plato:quẽ & Dicearchus Peripateticus ob eã cãm reprachendit. Nũ igit̃ Amor erit Deus: Certe erit iis deus:q Amori deditⁱ/obliuiſcunt̃ ſui. Nã cui quis ſeruit/deum habet. Quiſquis &.n. uitia ſua adorãs/atq; peccata:ut ait noſter Hieronymus:deũ cœpit habere:a quo uictus eſt. O q̃ execrabilis idolorum:q̃ dura ſeruitus Amor?

Durius ut in terris/nihil ſit:quod uiuat/amante: Nec modo ſi ſapias:quod minus eſſe uelis.

Vis ſcire quid ſit Amor? Amor eſt illa beſtia ſæuiſſima:quã apud Dionem tradit Cynicus Diogenes: quæ qdem oẽs ipugnat:ipſa fere expugnat̃ a nemine. Hæc illa agreſtis fera/atq; imanis bellua:ut dicit Homerus hoium infeſtatrix. Hic eſt Scorpius pungentibus aculeis. Hæc eſt Tygris hoium deuoratrix. Hic eſt Leo rapiens/& rugiens: ſæuiens/atq; irruens Vrſus:ingens portẽtum:foris quidem Agnus:intrinſecus autem Lupus:& ante Ouis: pone Tuſcus aper. Hæc ſunt arma:hæc tela inimicoꝶ oium. Hic laqueus atrociſſimi hoſtis:in quem qui incidit: perpetuis luctibus fit obnoxius. Qualis eſt ille:cuius ſortem deploret Tibullus.

Vidi ego iam iuuenem præmeret cũ ſerior ætas: Et grauis ipſe ſuper libera colla ſedet.
Mærentem ſtultos præteriiſſe dies. Excubat ille acer cuſtos/& tollere nunquã
Inſtat ſemp Amor ſupra caput inſtat amanti: Te patietur humo lumina capta ſemel.

Expergiſcere igit̃ dum tẽpus eſt:noli cuntari:iugum excute duriſſimæ ſeruitutis. Nec te terreat qđ potentiſſimũ deoꝶ cupidinẽ & uictorẽ fabulæ faciunt. Ipſe docebo qđ agendũ ſit. Ipſe tibi oſtendã quo pacto cõſuetudo cõſuetudine ſuperet̃. Habes qđ ſit amor:cuius ſi uis ſeruitute fœdiſſima liberari:fac ut q̃ primum ſciam. Vulnus.n. curare didiculus neſcio. Miſer amice deſinas ineptire:& ſerã noli expectare medicinam. Vale.

¶ Vita hominis hac epiſtola pro Pythagoræ Iſocratiſq; ſententia inſtituitur.

AVguſtinus Dathus Senẽſis Alexãdro Bononiẽſi ordinis prædicatoꝶ digniſſimo Theologo/& concionatori eximio. S.P.D. Poſtq̃ Alcyonem Platonis pfecerã/forte incidi in Pythagoræ uerſus/& Iſocratis libellum:in qbus aurea quædã uiuendi pcepta cõtinerent̃. Quæ quãquã ab Ethnicis tradita ſunt:plurimum tamẽ ad iſtitutionẽ uitæ ptinere iudicaui. Exiſtimaui fore nõ iutile:ſi ea quouis modo illuſtrarem. Nec tam ĩterpretatus ſum ea præcepta/q̃ Diogenis Laertii exemplo cõlegi/atq; in epiſtolæ anguſtiis coegi. Quod ipſum paruum munus ac puſillum deſtinaui tuo nomini. Credo.n. emulari te eruditos diuinarũ litteraꝶ ſectatores:& eoſdẽ ſanctiſſimos uiros:q nõ modo diui gurgitis ſalutarẽ aquã potant:ſed & riuuloꝶ nõnunq̃ liquidioribus undis labia pfluunt:ut tanto uehemẽtius ad bene uiuendũ hoies dicẽdo impellãt: quãto accuratius nõ ſolũ a chriſtianoꝶ philoſophis:ueꝶ etiã ab Ethnicis doctoribus bene uiuendi præcepta cõſtituta ſunt. Atq; animaduertit etiã noſter Hieronymus cœles nunc ille beatiſſimus in Moyſi a Prophetaꝶ uoluminibus nõ nunquã miſceri ſæculares litteras. De Salomone quis ambigat? Quid qđ & ipſe magiſter gentiũ/& diuinæ preco ueritatis ex Poetaꝶ carminibus nõnulla aliquãdo mutuatus eſt? Epymenidis uero Cretenſis ac Menandri comici teſtimonio in ſacris epiſtolis utitur. Sed tu hæc nõ ignoras. Quod ſi nõ ignoras/maioꝶ noſtroꝶ nõ aſpernaberis conſuetudinẽ:qui ſacra eloquia & ſacraꝶ ſcripturaꝶ ueritatẽ ſæpe Gentilium floribus conſpergere ſoliti ſunt. Itaq; tenue munuſculum noli repudiare:ſed accipe potius libẽter ac læto aio hæc:quæ tuis frugiferis inſtitutis ac ſalutaribus monitis uelut ſecunda mẽſa ac bellaria quædã futura ſunt:ſimul & teſtimoniũ quoddã amoris ſũmi erga te mei. Sed iam Pythagoræ ipſius aurea pcepta pſtringere igrediamur. Nam cum iſtitueret eos:qui ſuã doctrinam cõſectarent̃:quo pacto optima bene uiuendi iaceret fundamẽta/a Diis imortalibus atq; a religione ſumpſit exordium in hunc modum iquiens. Immortales primũ Deos quẽadmodum lege ſanctum eſt uenerare. Mallem unum Deum dixiſſet. Nos autẽ nõ plures Deos:ſed parẽtes diuinis legibus & ueſtris uocibus obtemperãtes, Trinum & unum Deum ueneremur. Qui ſolus ppetua mundum rõne gubernat. Tum pſequitur deinceps Pythagoras. Cole iuſiurãdum. Legitima ſerua. Parẽtes reuerere:& qui ppiſſime illos nati ſunt. Reliquoꝶ uero quiſqs uirtute maxime antecellit/tibi amicum para. Comis ſis in ſermonibus. Frugi in rebus gerẽdis. Noli amicum tractare moleſtius:ſi parua te ac leui affecerit iniuria. Imprimis uentris/ſomni/crapulæ/iræ / abſtine. Turpe aliquid neq; tecum agas:neq; cum altero cõtrahas. Iuſtitiam & opere cõplectere/& uerbis. Nihil temere:nihil inconſulto agas:itelligens mortis fatum cunctis mortalibus impẽdere. Pecunias alias ſeruare cõtende:alias pfundere. Quæcunq; tibi uiuendi ſors obuenerit:eam feras æquo animo:neq; grauiter patiaris:ſed medere aduerſis pro uiribus. Nullius impulſu aut agas quid:aut dicas:qđ tibi ipſi nõ cõducat. Cõſulta:ac delibera prius q̃ opus aggrediare. Ea perfice quoꝶ te factorum poſtmodum nõ peniteat. Nihil prorſum geras:qđ tibi exploratum non ſit. Quod ſi te lateat:cura aliunde:ut diſcas quodcũq; factum neceſſarium cõtigerit. Hoc nãq; pacto uitam uiues iucundiſſimã. Tuere bonam ualitudinem:& iis quæ corporis ſunt:adhibe diligentiã. Itaq; & potionis cibiq; & exercitationum modum quãdam ſerua. Eſt autẽ is modus optimus:qui nihil afferat detrimenti. Ita te para:ut nõ delicato ac molli:ſed ſimplice uictu cultuq; delecteris. Caue quicq̃ aggrediare:quod inuidioſum ſit. Nec pecuniam intempeſtiue pfundas. Sed neq; parcus nimium atq; illiberalis ſis. Optima oibus in rebus mediocritas. Ea conare:quæ tibi ipſi frugifera ſunt. Et prius q̃ aggrediare:etiam atq; etiam cogita. Neq; ſomno indulgeas:quin prius tecum cõmemores trifariam diei geſta. Quid egi? Quid dixi? Quid relictũ oportuit eſt? A primo uſq; ad poſtremũ deinceps.

Turpia agere graue ſit:bona ac modeſta iucundum. Hæc ſi ſectaberis/aiebat Pythagoras/diuinæ uirtutis conſe/
queris ueſtigia. Alia ꝑterea inſerit:quæ:nõ tam ꝑceptis uitæ cõueniunt/q̃ magna cultæ uirtutis oſtendunt ꝑmia.
Iam igiť ne longius epiſtolæ modus ꝓgrediať:Iſocratis ꝑceptiones aggrediamur. Qui ad Demonicum ſcribens:
quẽ mirifice diligebat:ꝑcepit ipſe quoq; in hunc modũ.Primũ res cole diuinas:nõ ſacrificãs ſolum:ueꝝ etiã ſtans
iuramẽtis.Nam illud diuitiaꝝ ſignũ eſt:hoc ꝓbitatis/atq; æquitatis iditiũ.Deum uenetare:tum ſemp alias:tum
potiſſimũ cum ciuitate.Ita.n.uideberis ſimul & rem ſacere diuinã/& legibus obtẽperare. Talis es in parẽtes/qua/
les eẽ in te ipſum cupis tuos liberos.Exercitationes corporis eas amplectere:quæ ad bonã ualitudinẽ tuendã:non
quæ ad robur ualeãt. Quod utiq; cõſequeris:ſi adhuc laborare ſufficiẽs deſinas.Neq; cachinno ĩfreni delecteris:
neq; ſermonis audaciore petulantia.Et illud qdẽ ſtultũ eſt.Hoc aũt furioſum/atq; inane. Quæ ſacere turpe eſt:
hæc tu quoq; dicere idecorũ puta.Ita te cõſueſacias:ut nõ difficilis/nõ triſtis:ſed cogitabundus:ſed ſeuerus eẽ ui/
dearis.Illud te cõtumacẽ & ſaſtidioſum idicaret:hoc prudentẽ eẽ demõſtrat.Decus/uerundiam/Iuſtitiam/mode/
ſtiam/decere te exiſtima.His nãq; in rebus maxiẽ meuntis ætatis mores uerſanť.Si forte qd turpe facias ne:id cõ
fidas diutius obſcurũ fore.Quod ſi alios lateas:certe tibi ipſe eris cõſcius.Parẽtes cole.Deos metue. Amicos ob/
ſerua.Legibus pare.Voluptates eas tibi aſciſce:quæ cũ laude ſunt.Et.n.uoluptas cũ honeſtate qdẽ optimũ:pexi/
mum ſine illa eſt.Calũnias etiã falſas deuita:multitudo nãq; & ignorat ueritatẽ:& opinioni maxime adhæreſcit.
Tunc ꝓberis maxime:ſi illa caueas:quæ alii ſi facerẽt:repræhẽdas.Si fueris diſcẽdi ſtudioſus:multoꝝ quoq; pol/
lebis ſcientia.Quæ ſcis:uſu atq; exercitatione cõſerua.Quæ uero ignoras:effice:ac labora:ut itelligas. Multum
uero diſciplinaꝝ:multis exiſtima ꝑſtare pecuniis.Hæc qdẽ celeriter decidunt.Illæ uero ꝑpetuo/ac ſemp durant.
Sola nanq; ſapiẽtia poſſeſſionũ oium ĩmortalis.Morũ comitas adſit:ſermonis affabilitas. Facilem te oĩbus ꝑſta.
Vtere aũt quos optimos noueris.Ita.n.& bonis amicis & ĩprobis eris nequaq̃ ĩfeſtus.In laboribus te ipſum exer/
ce uoluntariis:quo & nõ uoluntarios ſubire queas.A qbus teneri aium turpe ac flagitioſum eſt:eoꝝ abſtine om/
nium:quæſtus/iræ/uoluptatis/doloris.Diligẽtius uerboꝝ ſermonũ q;/q̃ pecuniaꝝ tuere depoſita. Decere puta
tam ĩprobis fidẽ nõ eẽ adhibẽdã/q̃ habẽdã probis.Nemĩnẽ tibi amicũ cõpares priuſq̃ inueſtiges quo pacto & ipſe
prius fuerit amicis uſus:ac ſpera ꝑinde eũ in te fore:qualis & erga illos extiterit.Sero amicus fias:factus aũt perſe
uera.Periclitare ĩ aduerſis rebus amicos.Nã aurũ qdẽ igne ꝓbamus:amicos uero in aduerſa fortũa cognoſcimus.
Optime uteris amicis:ſi nõ rogatus ſed ſpõte tua & deferas beneficiũ:& gratificeris ĩ tpe.Amicũ fac tibi q nõ mo
do res tuas aduerſas cõdoleat:ſed ẽt nõ inuideat ſecundis.Abſentiũ te amicoꝝ memorẽ præſta coram ꝑſentibus/
ne & illos cũ forte abſint floccipendere uidearis.Amictus compa:qui ornatum afferãt:nõ q modum excedãt.Præ
ſentium bonoꝝ nõ affluentia maior tibi chara ſit:ſed moderatus uſus.Deſpice q cumulandis intẽdunt pecuniis:
partis aũt uti neſciunt.Nemini calamitatẽ obiicias qđ & cõis fortuna ſit:& futurũ icognitũ.Aſſentatores fuge:ut
qui fallunt hoĩes ac decipiunt.Imprimis euita cõpotationũ cõuentus.Sin tẽpus te ad illos detruſerit:ante ebrieta
tem exurge.Nam ĩtellectus qdẽ uino corruptus eius q aurigam ꝑdiderit currus ſimilis eſt:ille nãq; temere fertur
rectore orbatus:& animus turpiter labitur corrupta mẽte.Moderatũ ſermonẽ tanto exiſtima loquacitate melio
rem:quãto qdẽ ſolent cætera quæ turpia ſunt pleraq; luctum afferre.Loquacitas magnis habẽtes afficit detrimẽ
tis.Quodcũq; dicturus ſis:prius mẽte uoluta:in pleriſq;.n.menti lingua ꝑcurrit.Duplex agendũ eſt in loquendo
tẽpus:aut qbus de rebus ꝑſpicue noueris:aut quæ dici neceſſitas ipſa coegerit. Solis.n.in his ſermo taciturnitati
præſtat.In reliquis uero ſatius eſt ſilere q̃ loqui.In cõſultãdo ſac tibi ꝑteritas res exẽpla futuraꝝ.Cõſulta quidem
tarde:ꝑfice aũt celeriter:quæ uidenť.Arbitrare optimũ eẽ a diis qdem fœlicitatẽ a nobis uero ipſis ſapiens conſi/
lium.Quẽ tibi ſociũ deligis capiẽdi cõſilii:illum cõſydera prius quo pacto ſeſe ſuis ĩ rebus habuerit. Etenim qui
male res ſuas geſſerit:nunq̃ recte ꝓcurabit alienas. Ex publicis mũeribus labora:nõ ut cumulatiores diuitias:ſed
ut maiorẽ tibi cõpares gloriam:multis nanq; pecuniis ꝑſtabilior fama popularis. Iuſtam potius ſuſcipe inopiam:
q̃ iniuſtas diuitias.Eo enim amplius pecuniis iuſtitia ante cællit.Quod hæ qdẽ uiuẽtibus ſolũ cõducunt:illa etiã
mortuis gloriã parit.Sed & pecuniarũ qdẽ uel ĩprobi participes ſunt:at iuſtitiæ oĩno exortes.Exiſtima nihil eẽ ſta
bile in humanis rebus nihil ratũ.Sic.n.nec erit ſucceſſibus lætitia efuſior/nec calamitate triſtitia maior. Probrum
magis q̃ diſcrimen de uita:metuẽdũ nanq; neceſſe eſt eẽ & formidabilem:ĩprobis qdẽ uitæ exitũ:bonis aũt igno/
miniam.Tunc plurimũ iuuet te honeſta ſectari:cum ex his ĩtelligas magnas ĩgẽteſq; fluere atq; oriri uoluptates.
Siqdẽ nequitiæ ac libidinũ uoluptatũq; illecebris:ꝑ multũ quoq; intercedit ægritudinis. At uirtutis exercitatio
ac moderatio uitæ/tum ueram tum firmiſſimã quoq; iucunditatẽ ꝑſtat:& illic qdẽ primũ oblectati magnis por/
ro angoribus urgemur.Hic uero laboribus defuncti ĩcredibili afficimur uoluptate.Alia ſunt ꝑ multa q̃ ſapiẽtiſſi
mi Pythagoras atq; Iſocrates ꝑceperũt:quæ ſi afferã ſingula fiam ꝓlixior & forſitan iam tibi moleſtus. Nec enim
pati debemus epiſtolã euagari lõgius.Ex multis.n.ac ꝑclaris duoꝝ ſapiẽtum inſtitutis:hæc nos potiſſimum decer
ꝑſimus:quæ ad te hoc tpe mitteremus.Quibus ſi fueris delectatus:q̃ primũ alias quoq; q̃ nunc in manibus ſunt
letiſſimas ſubnectam/ atq; adhibebo ſentẽtias.Quanq̃ cũ te audio ꝑcipiẽtẽ uideris mihi legiſſe: audiſſe:memi/
niſſe oĩa:ut nihil iam nouũ tibi aut inauditum poſſit afferri.Certe cũ cõcionaris ponis nobis ante oculos in præ/
cipiẽdo:Paulum illum magiſtrũ gentiũ:in ĩſtituendo Thomam Aquinatẽ Chriſtianæ religionis decus:in mouen
do uim Demoſthenis:in docẽdo Ciceronis ubertatem:in delectando ſuauitatem Iſocratis:ut nihil pœne nec dici/
nec cogitari poſſit:aut utilius/aut iucundius tuis optimis ac præclariſſimis inſtitutis. Itaq; nec quicq̃ te uno faci/
lius uel excitat ad uirtutem atq; impellit/uel a uitiis abuocat frequẽtem populi cõſeſſum/ac deterret. Verũ cum
tu mihi optimo quodam iure pater ſis/ac uiuendi magiſter.Par eſt ut opinor:ut deguſtes aliquid exercitationum
mearum:quibus interdum poſt maioris ſtudii atq; induſtriæ operam leuandi laboris gratia uti cõſueui. Tuæ par
tes ſunt:ut & errata corrigas pro tua incredibili ſapiẽtia:& pro ſingulari humanitate iucunde ſuſcipias puſillum
munus.Bene uale optime ac uenerabilis pater Nono kalendas Apriles.

Sacrum coniugium laudatur & amici Patritii Sponſalia.

AVguſtinus Dathus Franciſco Patritio. S.P.D. Heri peruesperi Franciſce cariſſime: ad forum deambulanti mihi uix duobus ſpatiis tribusue factis/forte fortuna datus eſt obuiã Antonius Turaminus adoleſcens ĩgenuus & grauis:& teſtis maximi amoris erga te mei. Nuncium lætiſſimũ detulit:quẽ profecto q̃ nunciauit Antonius feſtiuiter:tam ego hilare iucundeq; accæpi. Pactam tibi uxorem ex ſñia pudiciſſimis moribus uirginẽ præſtãti forma atq; ætate ĩtegra claris parẽtibus:nec tenui loco natam. Et ſi qd ad rem pertinet opibus fortuniſq; florẽtem:Antonii ſummi uiri & Clari ciuis filiam. Quod ſi ita eſt/gratulor tibi uehementer:quãdo ſpõſa eiuſmodi obtigit:quæ & cõiugalem ꝓbitatẽ:& uirtutum muliebrium laudes cõſecuta eſt. Antonium uero uirginis ipſius patrẽ plurimum laudo:qui ad generum diligẽdum tantã adhibuerit diligentiã:ut pace alioꝝ dixerim cõmodiorẽ magiſq; idoneũ cape neminẽ potuerit. Neq;.n.eædẽ uiri ſunt ac fœminæ laudes. Siquidem hanc nõ probam ſolum:ſed formoſam quoq; eſſe oportet. At illum nõ minus ingenio ac doctrina præſtare decet:q̃ probatis atq; optimis moribus. In utroq; autem uim maximam uirtus habet: minimam diuitiæ: ut ſapientes uiri arbitrati ſunt. Nam & Themiſtocles uir apud Athenienſes ſapientiſſimus:cum filiæ maritum perquireret:malebat uirũ q pecuniarũ ĩdigeret:q̃ pecunias q̃ uiri. Et Lycurgus Lacedemonius ſolertiſſimus legũ lator Spartanas uxores abſq; dotibus collocari iuſſit. Nos uero ut hac una in re uulgus hoĩum conſectemur maximam cuiuſq; laudem in uirtute honeſtateq; ſitam cenſemus. Eandem tamen exaugeri fortunis opumq; ac diuitiarum ornamentis uariari haud quaquã dubitamus. Illud igitur tibi imprimis iure lætandum eſſe uideo: quod tuæ iſti ſponſæ & probitatis/ac pudicitiæ adſunt laudes:neq; naturæ beneficia/aut munera fortunæ deſunt. Ac melius quidem mea ſententia fulgentius noſter:q̃ Theophraſtus de uxore ducẽda diſſerens:alterutrum fore uel perpetuum quoddam ſupplicium:uel diuturnam perennemq; uoluptatem perhibebat. Tibi uero facile hoc poſtremum ominari liceat:qui uxorem egregia uirtute/ac pudicis moribus:& tui deniq; ſimillimam nactus es. Optime enim res habet:cum uir optimus optimam quoq; ſortitur uxorem. Nam tu imprimis ita uixiſti ſemper ab ineunte ætate:ut ſpem ampliſſimam futuræ probitatis/ac laudis cunctis pœne ciuibus afferres. Et repẽte factus grandior doctrinæ atq; honeſtati inſeruiens: eam facillime ſuperares. Sed nullius tua uirtus prædicatione eget: quæ ipſa per ſe lucet:inpromptuq; eſt omnibus. Ob eas igitur imprimis cauſas ciues noſtræ urbis clariſſimi maximis te:ac plurimis dignantur honoribus. Et nuper princeps tibi Deus:cui mortalium uita curæ eſt:uirginẽ præclaram:quaſi eximiæ uirtutis præmium/connubio iunxit: omnes ut tecum meritis pro talibus annos exigat: & pulchra faciat te prole parentem. Erit itaq; is tibi ex omnibus diebus: quos multos ante hac lætiſſimoſq; uidiſti fauſtus præter cæteros/ac fœlix:cum apud te uirgo eiuſcemodi nupta erit. Neq; enim aſſentior iis qui negant uirum ſapiẽtem ducere uxorem oportere:ſed nec fortunatum quidem Terentianum Mitionem dixerim: qui uxorem nunquam ſeſe habuiſſe gloriaretur. Quod ſi quis coniugii ſocietatem deſugit:perinde atq; is qui concilia cætuſq; hominum aſpernatur:aut Deus quiſpiam eſt & homine melior:aut belluarum ſimilis atq; infra hominem iudicandus. Quoniam uero ſine uxoribus neq; ut probe Metellus ait:ullo pacto uiui:neq; perpetua ſalus cõſeruari poteſt. Et ducendam uxorem ſuademus & dandam liberis operam:quam hominum ꝓpagationem: & communem eſſe ſalutem conſtat. Ita hominum perpetuo nomen durat:liberi comparantur:in quis & uirtutis factorumq; permaneat imitatio & gloriæ hæreditas perſeueret:ita imbecillæ ætati ac labanti ſenectæ firmum præſidium multo ante conſtituitur. Atq; ea eſt natura duce animantium omnium libido communis: ut ſimilia ſui gignendo effingant:& aliis quidem aliud:homines autem hominem: ut quantum eorum imbecillitas pati poſſit: participia inmortalitatis exiſtant. Sed bellua quidem impetu quodam rapitur:homo uero natura ac ratione duce connubii legibus ſubiacet:concitatioremq; appetitionem cohercet. Quocirca plurimum Cecrops laudatur: quem ferunt primum ea de re ſanxiſſe legem:cum antea:ſi credere dignum eſt:ferini moris inſtar uiri mulieribus miſcerentur. Magnus profecto uir fuit Cecrops:& Athenis aut Roma dignus. Quare non iniuria peragre Athenas accitus eſt:& præclaro populo æternum nomen indidit. Quid quod deus is qui omnem mundum regit: liberos procreari:propagari ſobolem præcepit? Eius uero unigenitum filium:cum & ipſe factus homo inter mortales uerſaretur non puduit intereſſe nuptiis:qua tempeſtate primum in Cana Galileæ diuinitatis ſuæ teſtimoniũ nobis miraculo dedit:quo deteſtabilior eſt poetarum ĩmanitas:ſi tamen ſerio locuti ſunt:qui ſanos dicerent uxorum abſtinentes:ducentes inſanos:& mentes eſſe captos:qua ipſi potius caruere ſi ita ſenſerunt. Nec eſt nobis ad hanc ancipitem deliberationem auctor Cicero adhibẽdus:qui ſe iterum iungi uxori nollet:quaſi nequiret:& uxorem ſimul & ſapiẽtiam poſſidere. Quod forſitan idcirco fecerit:quod ante illa maledicam ſcatentemq; moleſtiarum Terentiam expertus erat. Sed nec diutius in eo conſilio perſtitit:& in Publiæ nuptias coniectus eſt. Melius Metrodorus Epicuri diſcipulus:qui uxorem habere uoluit. Longe fortaſſe melius Socrates: qui duas habuit eodem tempore Apollinis oraculo ſapientiſſimus iudicatus. Romani Papirii multo ante ut arbitror:cõmentũ præſagiens. Sed ut ad Socratem rurſum ueniam ita uxores earumq; efferebat ingenia:qđ tu minime ignoras:ut prodeſſe quidem plurimum: obeſſe autem parum poſſe affirmaret. Chriſippus quoq; acerrimus mea ſñia Stoicus atq; perſtudioſus etiã honeſtatis ꝓcepit ſapienti ineunda cõiugia. Romulus aũt iactis nouæ urbis fundamẽtis: ac domicilio ĩſtituto:neceſſarias tuendæ ciuitati uxores ratus cõtinuo ad finitimos populos legatos miſit connubia poſtulari iuſſit:nec ei raptarũ uirginũ iniuria obſuit:qn ĩmortalibus multis editis opibus:& clariſſimis rebus geſtis trãſlatus in cœlũ diceretꝛ. Eiuſmodi igiꝛ uiros debemus auctores ſequi:eoꝝ contra ſñiam aſpernari: qui ſapienti ducẽdam uxorem negant. Illos tamẽ ſemper excipio:qui in terris diuoꝝ uitam imitantur. Quod ſi proba eſt uxor & ſi deformis ſapienti ſemper amatur. Sin ſpecie ac pulchritudine inſignis:quam peccare pudet: ut ait Propertius: etiam reiectis cuſtodibus: luminibus auerſis:ſatis ſuperq; tuta eſt. Sed id quoq; rectiſſime afferri poſſit. Neq; enim deformitas ac pulchritudo ita diuerſæ ſunt:ut nulla exiſtat eaꝝ reꝝ mediocritas. Quod uel do-

ctos quoſdá uiros latuit. Quod uero Hieronymus noſter perraro inueniri ait uxorem: quæ nõ maledica: q̃ non iurgioſa ſit: id hác uim habet ut opinor: ut eos fortunatos exiſtimemus qbus ſine eis uitiis uxor obuenerit. Quare ne plura ſcribá tibi præſertim: cui plæraq; oia exploratiſſima ſunt: multo iá tibi iucundius gratulor: tui deſpõderint uirginé/quá ſatis laudare nemo poſſit. Poſtremo ut Iouẽ Nuptialé: ut Iunoné ipſam/cui uincla iugalia curæ: ut Athenienſem Hymeneũ ac Romanoꝝ Talaſſiũ miſſos faciá: ſummũ atq; imortalem Deũ obſecro: & reliquos cælites oro: ut lætũ iſtud efficiát fortunatũq; cõiugium: optimiſq; futuras nuptias ſecũdét auſpiciis. Porro ita tecũ fœlices uxor annos exigat/ut uideas filios: & pignora chara nepotũ. Aueto ex nr̃is focis Nonis Ianuariis.

ℭ Meditatio Auguſtini Dathi ad Gerium Bulgarinum de tempore.

AVguſtinus Dathus Gerio Bulgarino. S.P.D. Plurimum tua mihi ſemper probata conſuetudo eſt: amice chariſſime/tuum laudo uehementer ingenium/cum ita uitæ tempus diſtribuas: ut nullam eius partem labi inanem patiaris. Ita negociatoris munus exerces. ut ſapiẽtis officium: nullo modo prætermittas. Qui in reipublicæ amminiſtratione: qui in amicis iuuandis: qui in mercimoniis contrahendis uerſatis: tantum operæ in litteris ponis: ut etiam inter ſtudiorum profeſſores merito annumerari debeas. Sum ipſe teſtis/non illocuples: qui cum perſæpe de rebus magnis grauibuſq; ſermonem habere ſolitus es. Et cum ſuperioribus diebus tribunus populi una cum laurentio Venturino ciue claro & tuo per id tempus collega accitus a prioribus Reipublicæ de litterarum ſtudiis: & de doctrina multa conferres: cum fuerunt quæ a te dicta ſunt grata omnia tum quæ de tempore illata mentio eſt longe fuit gratiſſima. Eſt eius rei ualde laudanda parſimonia. Quid enim per immortalem Deum nobis tempore melius atq; antiquius? Quid quod maiori curæ prorſus eẽ debeat? Omnia aliena ſunt. L. Seneca inquit Stoicus. Tempus tantum noſtrum eſt. Quod ſi accuratius contemplemur: multo certe redderemur ad perfruendum illo diligentiores. Nec rem fugacem ſimul atq; adeo præcioſam fruſtra tereremus. Cum igitur gratum tibi fore intellexerim/ut quæ hac ipſa de re animo ſuccurrerint: breui annotatione complectar. Faciam id quidem non inuitus cum ut proſim cæteris tuo ſuaſu: tum ut planius amorem perſpicias erga te meum. Si libenter tuo fuerim ſtudio obſecutus. Quamquam certe omnium quæ a ſapientibus tractari ſolent: una eſt difficillima & per obſcura de tempore quæſtio. Nos tamen altiore ommiſſa indagine quod ad tempus pertinet: primum eius perſtringemus originẽ: tum de ſubſtantia deq; ipſius differentia/ac diſtinctione pauca ſubiciemus. Tempus igitur a temperando profectum uidet. quemadmodum litterati uiri tradunt. Itaq; M. Varro auctor probatiſſimus: maxime a ſolis ac lunæ curſu & ab eorum tenore temperato appellatum oſtendit. Quocirca in ſacris litteris: & in Geneſi ſcriptum eſt. Fiant luminaria in firmamento cœli: & diuidant diẽ ac noctem: & ſint in ſigna & tempora/& dies/& annos. Ac paulopoſt. Fecit Deus duo magna luminaria: luminare maius ut præeſſet diei: & luminare minus ut præeſſet nocti. Quod ne ipſe quidẽ ignorauit Virgilius Maro: qui Georgica ſcripturus eadem ipſa luminaria inuocans ait.

Vos o clariſſima mundi
Lumina: labentem cœlo quæ ducitis annum.
Liber & alma Ceres.

Per liberum Solem: Pro Stoicorum ſententia: per Cererẽ: Luná ſignificans. De quibus in Pſalmis legitur. Fecit luminaria magna. Solem in poteſtaté diei. Lunam & ſtellas in poteſtatẽ noctis: Iſidorus quoq; & pleriq; qui de origine uerboꝝ ſcripſerunt. Tempora a communionis temperamento dicta eſſe arbitrantur: quod in uicem humore ſeſe ſiccitate: calore ac frigore temperent/Et hæc quidem de origine ſatis. Diffinitur aũt multifariá tẽpus. Ac primus omnium. M. Varro in eo quẽ ad. M. Ciceronem ſcribit de latinæ linguæ origine libro. Tẽpus dicit interuallum mundi & motus: & in partes aliquot diuiſum: de quibus erit ſuo loco agendum. Macrobius in Saturnalibus. Tempus eſt inquit certa dimẽſio: quæ ex cœli conuerſione colligitur. Atq; illud addit: cũ chaos eẽt tempora non fuiſſe: cum fuerit chaos ante mundi primordium: quemadmodum Lactantius ait: rudis inordinateq; materiæ confuſa congeries. Vel ſi cum Naſone finire malumus. Rudis indigeſtaq; moles. Referunt Priſci auctores ad temporis rationem Saturnum quem Deum proderent: quem eundem fabulantur abſcidiſſe cœli patris pudenda: & iiſdem in mare deiectis Venerẽ procreatam: quæ & a ſpuma unde coaluiſſe fertur: Anphroditæ nomen accæpit: ut liqueret facta elementorum diſtinctione a cœli motu cœpiſſe tempus quod ex ipſa cœli conuerſione colligit. Semina porro rerum oium poſt cœlum gignendaꝝ fluxiſſe de cœlo: atq; ut perpetua foret animátiũ ꝓpagatio. Ad uenerẽ generandi facultatẽ ex humore fuiſſe tranſlatá: ut ꝑ maris ac fœminæ coitum cũcta ex inde animátia gignerent. Sed alio de his loco. Redeo ad tẽporis difinitionẽ: Hoc. n. dicunt quidá motum eſſe uniuerſi. Quod licet Biſariá interpretari: ut uel ſolũ motus mobilis primi atq; ultimæ ſperæ ſit tẽpus: qđ quidá noſtræ tẽpeſtatis arbitrantur Philoſophi/uel cũ motu uniuerſi ideſt primi cœli etiá cæteroꝝ orbiũ & ſiderum ac ſtellaꝝ motus. Quod Platoné quoq; ſenſiſſe uolunt. Quá opinioné ne ipſe quidẽ uidet iprobauiſſe. Subtilis cõmentator Auerrois. Nonnulli tẽpus rati ſunt eſſe ſperam ipſam cœleſtẽ atq; mobile primũ. Sunt qui dicant tẽpus eſſe rẽ quamlibet tẽporali duratione terminatam: quod qui ſentiunt etiam intereſſe affirmant inter Aeuum: eternitatẽ ac tẽpus. Vt ſit æuum quod eſſe cæperit: atq; eſſe nunq̃ deſinit: in qđ angelis tributum eſt: & cœleſtiũ orbium motoribus. Aeternũ aũt: quod & fuit ſemp: ac ſemper futurũ eſt/quod ſuũ eſt ſolius dei æterni principis: qui pro Apoſtoli ſnia: ſolus habet immortalitatẽ. Tẽpus aũt ſiue in tẽpore quæq; res dicit: quæ & eſſe cœpit & deſitura eſt. Qualia ſunt oia quæ ortui & interitui: q̃ generationi & corruptioni ſubiacent. Sed erit paulopoſt opportunior hæc diſtinguendi locus. Veꝝ Peripatetici: qui de natura reꝝ ſtudioſe inquirere ſoliti ſunt: & ſolerti induſtria hæc perſcrutari oia: de tẽpore quoq; grauiſſime diſſeruerũt. Quoꝝ Ariſtoteles princeps quæſiuit: primũ an tempus eſſet: deinde quidnam eſſet acutiſſime inueſtigauit. Atqui tempus eſſe per ſe exploratum ac perſpicuũ eſt. Quocirca Albertus: quem uulgo ob ſcientiæ copiam magnum cognominant: Peripateticæ aſtipulator ſententiæ

per ſe manifeſtum eſt inquit tempus eſſe:uel eo imprimis argumẽto:quod ipſum cum motu una percipiatur: cũ ſit motus certe notiſſimus/ac præ cæteris rebus maxime ſenſui patens.Itaq; recte Ariſtoteles ſimul motum ſentimus & tempus. Quod ſi quærimus tẽporis quæ nam ſit ratio.Eſt proculdubio tempus:ut idem magnus philoſophus teſtis eſt:ſiue numeratio quædam:ſiue dimenſio ſecundum id quod prius & quod poſterius cedit. Quod non ita intelligendum eſt quaſi tempus numeret ac dimetiatur motum: ſed potius quod numerus ſit prioris & poſterioris:quæ ſucceſſione quadam ſeſe comitantur:& in ipſo exiſtunt motu.Id quod etiã Peripatetico Alexandro placuit.Bene igitur ad eam diffinitionem hæc adiecit Ariſtoteles.Tum dicimus tẽpus eſſe tum in motu prius ac poſterius percepimus.Atq; ad uim tẽporis acuratius perſpiciendam:illud quoq; animaduertendum cenſemus:quod ille ipſe ſubtilis conſiderauit Auerrous.Earum rerum numero utiq; tempus habẽdum eſſe:quas mens noſtra compleat/ac perficiat animi cogitatio.Vt idcirco Ariſtoteles difficile admodum: & occultum dixerit :quaſi lateat tempus/ac ſolum poteſtate ſit/non plane actu exiſtat niſi cum animaduerſio & conſideratio mentis acceſſerit.Vt cum duo in tempore ſint:primũ incoatio:deinde perfectio.Inchoatio quidem ipſe eſt cœli motus:at perfectio temporis animi intelligentia ac dimenſione completur.Et alteri ſi recte perpenderimus:extra mentem eſt puta id quod mouetur & motus:qui tam & ſi mens nulla ſit nec mentis agitatio:tamen in tanta molis mundanæ conuerſione:& cœli motu facillime patet.Alterum uero intra mentem uerſatur : quæ ipſa eſt motus dimenſio. Etenim tunc conſtat fieri tempus:cum mens noſtra motũ ipſum in prius partitur ac poſterius/Ex quo ſit ut motus ſit quædam ueluti temporis incoatio/ac materiæ inſtar obtinens:numerus uero forma & temporis plena ſubſtantia.Poſſit non abſurde motus frugibus & tritici aceruo cõparari:quod ut per chores modioſue aut aliam quãuis menſuram diſpartiatur dimetientis ſola efficit cogitatio:adeo manifeſtum eſt animi dimenſione plenitudinẽ conſtare temporis.Proinde nonnulli etiam magna doctrina uiri in animo ſolum tempus eſſe putauerunt: & eo animoto tempus penitus nullum relinqui.quorum ex numero Galenus Phiſicus ſuum credidit eſſe temporis in animo eſſe:atq; ita in animo eſſe ut permotum quidem animi non rei cuiuſpiam extra animum tempus exiſtat. Cuius rei argumentum non obſcurum exiſtimabat:quod nonnulli cæco carcere agentes nati ſub terræ clauſtris:qui cœli motum:nec uiderint unquam nec perceperint:perſpiciant tamen per animi motum tempus. Porro Aurelius Auguſtinus acri uir ingenio & nulli eruditiſſimorum ueterum doctrina:& ſcientiæ copia impar: quem rerum natura non latuit Alberti pace dixerim:qui neq; quicquam ignorauit:quod quidem poſſit humanæ mentis acie compræhendi : ut cæteris de rebus omnibus ita & de tempore : multa tum acute : tum grauiter locutus eſt. Hic igitur/tempus quandam eſſe diſtenſionem autumauit.Quamquam de re obſcura quodam ueluti Academico more/nihil eſt doctor ille uidelicet modeſtiſſimus auſus affirmare:& cogitans(ut opinor)ueram temporis rationem: atq; formam/uim temporis totam in animo conſtituiſſe uiſus eſt.Proinde in confeſſionibus/fortaſſe inquit.Proprie diceretur/tẽpora ſunt tria/præſens de præteritis: præſens de præſentibus præſens de futuris. Sunt enim hæc in anima tria quædam:& alibi ea non uideo.Præſens de præteritis memoria : præſens de præſentibus cognitio:præſens de futuris expectatio.Et rurſum libro eodem undecimo in anima expectatio futurorum : memoria præteritorum:attentio præſentis: quod in puncto præterit . Et lapſum celerrimum/ ac uolucrem fugam conſiderans præſentis temporis : quando præteritum fuit:& futurum non dum eſt:luculente adiecit. Siquid ſit præſens:quod intelligatur tẽporis:quod in nullas iã/uel minutiſſimas momẽtoꝝ partes diuidi poſſit : id ſolũ eſt:quod præſens dicitur:quod tamen ita raptim a futuro/in præteritum tranſuolat:ut nulla morula extendatur. Quemadmodum temporis:ita finis huius non inuenitur epiſtolæ.

¶ De Philoſophiæ inuentione atq; origine:deq; philoſophorum ſerie/ac diuerſis eorum diſciplinis Epiſtola.

AVguſtinus Dathus Fabiano equiti generoſo ordinis diui Ioannis Hieroſolymitani.S.Deterruere me in hunc uſq; diem quo minus ad te ſcriberem quod pridẽ efflagitaras:tum non nulli ſtudioꝝ/tum graues quidam aliarum rerum labores.Atqui noſti ut ipſe arbitror:quæ nam animum diutius exagitauerint curæ quæq; me negocia ĩplicuerint nõ ignoras. Quod ſi ĩmodeſtius factũ ſit:quæſo te mihi ignoſce:ſin familiarius actum exiſtimas gaudeo mihi ac tibi habeo gratiam.Sed tu ſi recte memini uarias Philoſophorum diſciplinas:& eorum quandã ueluti ſeriem poſtulas:quæ res illuſtrata & cognita maximum nõ ſolum litterarum rudibus:ſed etiam doctis hoĩbus adiumẽtũ præſtat/præſertim cũ nonnullos ſæpe fallat harum reꝝ/ac diſciplinarum ignoratio.Ego uero tuæ iſti uoluntati nõ inuitus morem geſſerim:quando tua tantũ apud me ponderis auctoritas habet:ut nihil mihi pene gratius ſit:q̃ id efficere:quod charũ tibi atq; iucundũ fore intellexerim. Ac mihi quidem cogitanti:unde potiſſimũ exordiendũ foret/id nequaquam longioribus inueſtigandũ uidetur/a quibus philoſophia ideſt ſapientiæ ſtudium fluxerit ac permanauerit hoĩum nationibus.Nam magna hac de re apud uiros etiã eruditiſſimos diſſenſio eſt:Singulæq; ut ita dixerim uniuerſi orbis nationes Philoſophiæ ſibi uendicant gloriam:& maximaꝝ atq; ammirabilium reꝝ principes ſe autoreſq; profitentur.Et celtæ quidem ac Galli Druidas ĩprimis efferunt/qui ut in ueri inuegatione uerſarentur:nemora ac reconditos colebant receſſus.Gymnoſophiſtas indi iactant:liberum uero quem Dionyſiũ eũdẽ appellari licet:ſæpe cõmemorant:cuius quanta in rebus bellicis glorie claruit:tãta etiã in litteris uiguit induſtria.Tũ Egyptii atq; eoꝝ Thebæi maxime eiuſdẽ inuenti ſibi aſcribũt laudẽ.Inde Thraces gloriabũdi Zamolxim prædicant.Phœnices itẽ/ac Lybies: quoꝝ alteri Ochũ: Athlantem alteri ꝓdunt Philoſophiæ & inuentorem extitiſſe:& principẽ. Accedũt Scytæ apud quos cum alii floruere multi tũ ĩprimis Anacharſis Gnyri.Abariſq; Seuthi filius.Præterea Perſæ quoꝝ magos autor grauiſſimus Ariſtoteles uetuſtate ipſa Aegyptios quoq; anteire teſtat̃.Hi enim magni philoſophi duo illa numina Oromazam alterum & bonũ Dæmonem ideſt enim Iouem.Alteꝝ Arimanicum & malum Dæmona:quem nos Ditem appellare ſolemus. Quid uero Chaldæi nõ ne ipſi ſe in Philoſophiæ inuentiõe ac laude oĩbus anteponũt? Certatim alii pugnant ſibiq; ſuis quibuſdam rationibus huius præclari inuenti gloriam adiudicant, Sed quis tandem

qui uel oĩa

qui uel oīa ueterum ſit ac priſcoꝶ ſcrutatus monumenta inter tam multos tanq̄ eruditos uiros auſit tantas cō
ponere lites? Nec tamē latet me Chaldæū Abrahā qđ ꝓbatiſſime quoq̄ teſtanť hyſtoriæ/tum repperiſſe litte
ras/tum plurimum doctrinæ gloria ꝓſtitiſſe. Atq̄ haud ſcio an qđ multis uiſum eſt ea Græcis tribuenda ſit laus.
Quandoquidē Moyſes ipſe gētis Hebreæ uir oī humanitate īſtructiſſimus derelicta Aegypto in heremo philo
phatus eſt. Qui & ſi iunior eēt Semiramide atq̄ Abrahā: qui eiſdē fuiſſe tēporibus perhibenť: lōge tamē eos oīs
anteiuit ætate: quos Græci multo oīum uetuſtiſſimos prædicār. Homerum inquā/Heſiodū: Muſæum/Linum/
Chironē/Orpheū/Caſtora/Pollucem/Aeſculapium/Liberū/Mercuriū: Apollinē: cæteroſq̄ uel deos/uel uates:
quos tantis ubiq̄ laudibus celebrant. Sed & Iouē ipſum illū (ut aiunt) diuinitatis principē. Nanq̄ his oībus Ce
crops Rex primus Atticæ regiōis ſenior extitit/atq̄ antiquior: cuius tēpeſtate Moyſem malo enim ita q̄ Moſem
appellare: uixiſſe cōpertum eſt/quoꝶ uterq̄ Troianū excidiū trecentis & quinquaginta anteceſſit annis. Verum
nō contexere hyſtoriā: ſed philoſophoꝶ ſeriem explicare conſilium eſt. Multa enim quæ hac de re dici queant nō
epiſtolā: ſed librum potius deſyderent. Itaq̄ ut reliqua ommittam qui primi in philoſophia & reꝶ contemplatio
ne uerſati ſunt: ante alios numerenť/quos habitos & appellatos ſapiētes Græca hyſtoria cōcinit. Thales Mileſius
oīum primus: qui clariſſimis ortus maioribus ut Herodotus ac Democritus litteris prodiderunt ſiue quondam
Phoenix: ſiue indigena Mileſius: ſapiēs primū appellatus: qua tēpeſtate principē Damaſius gerebat Athenis. Sub
quo ſeptem quoq̄ σοφοι idest ſapientes & habiti & nominati ſunt. Niſi forte nos fallit Demetrius Phalereus in
deſcriptione principum. De Thalete autem præclara multa cum alii Græcarum reꝶ ſcriptores: tum uel maxime
Diogenes protulit: qui id genus hyſtorias: ſummo ſtudio: diligenterq̄ perſecutus eſt. Poſt Thaletē autē Solon ut
nō nulli aiunt Athenienſis: ſed re uera potius Salaminius: a quo Athenienſibus conditæ legis tanto in honore ha
bitæ ſunt: ut tabellis æreis inciderenť. Hic & principatum ipſe renuit & Piſiſtratum quāuis propinquū: & neceſ
ſarium dominari cupientē omnibus uiribus inſectatus eſt. Secundū hos uero Chilo Lacedæmonius: qui autore
Soſicrate primus inſtituit: ut Ephori regibus adiungerētur: Satyrus uero Lycurgum dixit Deinceps Pittacus Mi
tilenæus Thrax genere: uir quidē apprime induſtrius nec ſolū ſapientiæ laudibus: uerum etiam geſtarum rerum
gloria per excellens. Bias deinde Prienenſis quē Satyrus reliquis ſapientibus non iniuria prætulit: perinde atq̄
eruditum uirum & ingenioſum: iuſtitiaq̄ præſtantem & ſi quid ad rem pertinet: præter cæteros opulentū: atq̄
locupletē. Poſt Biantē Cleobolus fuit Chares ſeu potius Lyndius: cuius genus pleriq̄ ab Hercule repetūt: q filiā
Cleobolinā genuit: exametroꝶ tandem enigmatum uatem. Deinceps Periander Corinthius Cipſelo patre natus
ex eraclidaꝶ antiquiſſimo genere: de quo haud ſcio plura ne tetra flagitia: q̄ præclara facinora memorenť: Eius ta
men prudentia qualis tandē fuerit probe expertus eſt Arion Metinneus. Hi igiť ſeptem Græciæ Sapientes a ue
teribus nuncupanť: qbus annumerari ſolent: Anacharſis Scytha: Myſo Cheneus/Piſiſtratus tyrānus/Pherecides
Syrius/Epimenides Cretenſis. Addunt his quoq̄ Homeꝶ & Heſiodū nec nō Linum/ac Muſeum. Nā & poetas
ipſos ſapientū ſeu Sophiſtaꝶ appellatione uenerabanť. Mitto Lycurgū Lacædemonium: & Heroicis ætatibus
Vlyxē/& imprimis Neſtorē: cuius ex ore & lingua ut ait Homerus μελιτοσ γλυκιορ ρεερ αυΔη: tum Athlan
tem & Prometheū: quē idcirco hoīes finxiſſe aiunt: qđ ſua ſapiētia ex feris atq̄ immanibus/& mites reddidit &
manſuetos. Deniq̄ Orpheū prætereo qui & Thrax fuit genere: & Muſæum Eumolpi filiū īſtituit. Neq̄ ex nul
lis Græcis hyſtoriaꝶ ſcriptoribus ac doctiſſimis uiris hæc ſumpſerimus. Qđ ſi ipſe ea finxero haud q̄q̄ uera ſint/
quæ tamen ita eē & antiquis monumentis/& firmiſſimis teſtimoniis cōprobanť. Quod ſi q forte ſecus ſenſerint:
hi Diogenē Laertiū/ne diutius laborent/Euſebiū Ceſarienſem/& noſtras delitias Aureliū Auguſtinū/ac Hiero
nymū legant. Diogenē aūt Laertiū nō inconſulto ſcripſimus: qđ & alii quoq̄ Diogenes celebranť. Duo illi præ
cæteris antiqui: quoꝶ alter Synopæus genere. Alter Babylonius fuiſſe depræhendiť. Nūc uero de philoſophiæ
generibus deq̄ uariis ſapientū diſciplinis ſcribere agrediar: quoꝶ utrunq̄ te etiā atq̄ etiā expetere & a me pridē
annū iam explicatum aiebas: alterum cum. M. Ciceronis ſextum de republica librum quod Somnium Scipionis
inſcribitur: alterū cū Ariſtotelis politica publice legere atq̄ explanare cœpiſſem. Eadem igiť ut tuo iuſſu litteris
tradā. Duo quondā extitere Philoſophiæ principia. Alterū Ionicū: Italicū uero alteꝶ: fuitq̄ prioris illius autor
Anaximander: uel potius eius doctor Thales Mileſius: ſi malumus cū Auguſtino ſentire: & eo Ionici cognomen
recepit id genus. Erat. n. Miletū urbs celebris Ioniæ: in qua Ion uir clariſſimus floruit plurimū: & ab ſe tādē appel
lauit eā Græciæ orā: æternūq̄ dedit p ſæcula nomē. Hic itaq̄ Thales q nullo ꝓrſus p̄ter Aegyptios ſacerdotes/
magiſtro uſus eſt. Docuit Anaximandrū/quē eundē ſucceſſorē reliquit. Mox Anaximandri diſcipulus/atq̄ audi
tor fuit Anaximenes/& ipſe quoq̄ genere Mileſius. Hic & ſecundū quoſdā Diogenē inſtituit & Anaxagorā Cla
zomeniū. Porro Anaxagoras Archelaū Mileſiū docuit Phiſicū nominatū: q ad eius uſq̄ ætatē ſola naturaliū re
rū inueſtigatio culta eſt. Huius p familiaris ac ſucceſſor extitit Sophronici filius Socrates: qui primus Ethicā diſci
plinā inuexit: de quo præclare Cicero. Primus inqt Socrates philoſophiā deuocauit/e/cœlo/ & in urbibus collo
cauit: cū reſpublicas optimis tēperauit īſtitutis ac legibus: & in domos introduxit: cū rē familiarē cōſtituit: & coe
git: de uita/& moribus deq̄ rebus bonis & malis q̄rere. Quæ utiq̄ diſciplina: q̄ cuiuſq̄ mores conformat ηθικη
a Græcis dicta eſt. Nos eanda nō imerito mortalē uocitamus. Poſt Socratē uero uariæ cæpere deīde philoſophā
tiū ſectæ: & eius ut ait. M. Tullius multiplex tō diſputādi. Platonis memoria & lr̄is cōſecrata plura genera eſſe
cit diſſentientiū philoſophoꝶ. Atq̄ ut Euſebius ipſe oſtēdit teſtis locuples: & Chriſtiane religionis uir lōge eru
ditiſſimus a Platone in cōplures partis illuſtris ſecta eſt ac diſtributa philoſophia. Sed ne ꝓgrediar lōgius: morum
cōformationē & inſtituta uitæ idē Socrates in maiorē modū illuſtrauit. Diſcipulos habuit q̄ plurimos: lōge tamē
omnium primos Platonem Antiſtenem Ariſtippum: Hic patria Cyrenæus fuit: habuit filiam litterarū ſplēdore
eruditiſſimam: cui Aretæ nomē erat: quæ filium docuit Ariſtippū Iuniorem: ob eam cauſam μητροδιδακτορ
cognominatum. Hic docuit Theodorum: qui primum αθεοσ mox θεοσ nuncupatus eſt. Cui is ſucceſſit Anti

paterꝫqui Epitimedem Cyrenaicum erudiuit. Cuius auditor Parabates ſucceſſorem reliquit Hegeſiam : quem a
Crebro mortis ſuaſu non iniuria. πισιθαρατορ uulgo nocitarunt. Huius diſcipulus fertur Anniceris Lybis : qui
Platonem/e/ſeruitute liberaſſe perhibetur. Antiſthenes autem/alter Socratis diſcipulus Diogenem Synopeum
inſtituitꝫqui inſtituit Cratetem Tebanumꝫcuius familiaris Zeno Cittiæus fuitꝫcui quod plærilq; ſolet eſſe infor
tunatum ſalutare admodum naufragium fuit. Nam cum a primis temporibus ætatis negociator fuiſſet: poſteaq̃
naui facta oleo onuſta aduerſa tempeſtate/ac fluctuum turbulentis procellis Athenas delatus Grateti Thebano
familiarem ſeſe ac diſcipulum aſciuiſſetꝫita demum in ſtoica diſciplina claruit ut omnes deinceps eiuſce philoſo-
phiæ ſectatores ab eo ſint Zenonii nuncupati. Huius diſcipulus & philoſophus inſignis fuit Cleãtes Caſſiusꝫqui
Cryſippum erudiuitꝫpoſtremum per id tẽporis ſtoicæ diſciplinæ ſucceſſorem. Plato autẽ Socratis tertius ac præ-
clarus alumnus præſtanti uir ingenioꝫſcientiæ copiaꝫcui initio Ariſtocrati nomen erat. Nam Plato uel a pectoris
latitudine uel ab orationis copia nuncupatus eſt. Eximius imprimis philoſophus ac pene diuinus. Speuſippum
docuit & eum quidẽ haud uulgarem philoſophumꝫqui docuit Xenocratemꝫqui docuit Polemonem : qui docuit
Crantoraꝫqui docuit Cratetem Athenienſemꝫqui deinde docuit Arceſilaum. Deinceps ſucceſſit Lacydes qui do-
cuit Euandrum Phocæum. Poſtquem ſerie quadam ſucceſſionẽ exceperũt Damon Leontheusꝫ Moſchion Euan-
der Athenienſis Hegeſinus. Hic docuit Carneadem Philocomi filium. Huius ſucceſſor fuit Clithomachus : qui
Aſdrubal appellatus Armadan docuit academicorum ultimum. Rurſum Plato ut cœteros ommittamus Ariſto
telem Stageritam edocuitꝫcuius uel ingenium uel doctrinã haud ẽ explicandi locus. Hic Tyrtanum Creſium ſuæ
ſcolæ ac diſciplinæ ſucceſſorem reliquitꝫquẽ Ariſtoteles ipſe primũ Euphraſtumꝫob elocutionis bonitatem atq;
præſtantiamꝫdeinde Theophraſtum quod diuino quodam polleret eloquio appellare ſolitus erat. Hic imprimis
Phalereum Demetrium erudiit eum qui in exilium ob iniuriam pulſus ſe ad Regem Prolomæum Alexandriã
contulit : qui χαριτοβλεφαροσ cognominatus eſt diſputator ſuptilisꝫ& nequaquã mediocris Orator. Atq; ita
ſi accuratius Fabiane inſpexeris uniuerſa illa Ionica philoſophia conſumata eſtꝫquæ potiſſimũ in tris illos deſiit
ChriſippumꝫClitomachũꝫſiue ut nõnulli uolũt ArmadamꝫTheophraſtũ uel Demetriũ ſi libeat potius. Quod
uero de Academia dictũ eſtꝫne quid harũ rerum ignores id q̃ primũ liquido ac perſpicue patefecerim. Tria nãq;
fuere Athenis celebria GymnaſiaꝫAcademiaꝫLycium/Cynoſarges & in Cynoſarge quidẽ Antiſthenes docuit : in
quo eodem & Socratem non nunquam uerſatum eſſe in Axiocho oſtendit Plato. At in Lycio Ariſtoteles docere
cõſueuit Alexandri magiſter/ac matutino quidem tempore remotiorem illam philoſophiam quæ ἀκροατικη a
Græcis dicitur : inſtituebat in Lycioꝫ& tum ut ipſe quoq; Aulus Gelius teſtatur in noctibus acticis περιπατ-τορ
εοιμορ appellabat : eodem rurſum in locoꝫ ueſperi inquam ἐξοτερικηρ diſciplinam edocebat & Lycium περι-
πατορ διιλιμορ uocitabat. Duplex nanq; eratꝫ niſi forte errauit Gelius auctor probatiſſimus cõmentationum
atq; artium genus. Quod ipſe idem Ariſtoteles meminitꝫtum in epiſtola ad Alexandrũ Regẽꝫtũ in ſuis Ethicisꝫ
cum ſectam aĩam in duas partes ερ τοισ ἐξωτερικοισ λογοισ & alteram quidẽ habentem rõnemꝫalteram uero
rationis expertẽ ſed hæc alias. Demũ in Academia Plato uerſatus ẽ. Hãc quẽdã Ecademiã dixereꝫ quã Ecademus
Heros pp ſuburbia paluſtribus/ac ferme peſtilentibus dicauit ĩ locis. Idq; ſibi domicilii delegit platoꝫ ut domitos
atq; ut ita dicã/ſubacto corpore actionibus aĩ uiribus ut eref. Et de Ionica qdẽ philoſophia hactenus. Reliqua Ita-
lica eſtꝫcuius huiuſcemodi præſcribit ſeries. Fuit.n. huius auctor pythagorasꝫqui ab pherecide Syrioꝫatq; Hermo
damante Creophili poſtero. uniuerſo fere orbe luſtrato/ultimis peragratis terrisꝫhaud decurſa adhuc ætate/ pa-
triam reliquit Samũꝫfugiẽſq; policratẽ Tyrãnũꝫin Italiã Crotonã uenitꝫad trecẽtos habuit auditores. Quæ uero
nunc deleta eſtꝫquæq; p id tpis in mirũ modũ florebatꝫmagnã Græciã iſtitutis ſuis ac p̃ceptis erudiit. Inq; Italia q̃-
cunq; ab Theoclea ſorore didiceratꝫItalis tradiditꝫut nulli alii p̃ter pythagoraꝫatq; eius diſcipulosꝫ uel multis poſt
ſæculis docti putarenſ. De cuius & Doctrina & auctoritate p ſæpe Cicero/ac multa locutus eſtꝫ q deuitata p̃clari
uel potius diuini nois ideſt ſapiẽtis arrogãtiaꝫprimus apud Leontem Syciniorꝫ phliaſiorꝫ Tyrãnũ philoſophũ ſe
ideſt ſtudioſum & amatorẽ ſapiẽtiæ appellauit. Italica igiſ hæc philoſophia idcirco dicta eſtꝫqđ princeps eius diu
tius in Italia philoſophatus eſt pythagorasꝫcui ſucceſſit Telanges filiusꝫq docuit Xenophanẽ Colophoniũꝫquem
audiuit parmenides Eleatesꝫcui imprimis familiares ſucceſſoreſq; duo extitereꝫalter Empedocles Agrigentinusꝫ
qui pro quorundã opinione dicẽdi facultate primus inuenit. Alter Zeno Eleates quẽ diſſerẽdi artis quã λογικηρ
Græci uocãtꝫauctorẽ aſſeuerãt. Zeno dehinc Leucippũ docuitꝫq docuit Democritũ Abderitẽ. Hic habuit audito
res cõpluresꝫſed illos utiq; primarios Nauſiphanẽꝫ& Naucydẽꝫqbus Doctoribus Epicurus Athenieñſis uſus ẽ ille
uoluptatis aſſertor. Atq; Italica philoſophia ſeſe ad Epicurũ uſq; ꝓpagauitꝫq Democriti ſniam oĩa fortuita con-
curſiõe effiẽtis tenaciter ſectatus ẽ. Quæ pinde atq; ſordida inaniſq; opinioꝫab oĩbus tũ Græcis tũ Latinis gra-
uiſſimis uiris exploſa ẽ iãpridẽ ac reiecta. Ac de principiis philoſophiæ ſatis diximus. Nunc uero ne ſingillatimꝫ q̃
de philoſophis dici poſſunt cũcta cõplectarꝫeorꝫ diſciplinas ac diſcrimina referã. Ommiſſa itaq; Marci Varronis
ſniaꝫq longe plura genera effecit. Hippobotus autor apud Græcos haud ignobilis nouẽ ſtitiſſe ait philoſophiæ in
ſtituta/ac Megaricã primũ ſectã cõſtituitꝫdeinde EretricãꝫtũCyrenaicãꝫpoſt Epicureãꝫdehic Annicerianꝫ p̃terea
Theodoriãꝫad hæc Zenoniã & eãdẽ ſtoicãꝫoctauo loco Academiã ueteremꝫpoſtremo Peripatheticã/Cynicã/Elyacã
Dialecticã nuſq̃ meminit. Pirrhoniã cõſulto deſpexitꝫquã plærīq; ob eius obſcuritatemꝫ& quaſdam ueluti ſenten
tiarum tenebras neglexerunt. Hæc itaq; Hippobotus. Nos uero nec multitudinem Varronis omnino proban-
tesꝫnec Hippoboti paucitate contentiꝫ& decem aſſerimus philophorum ſectasꝫ & has potiſſimum prædicamus.
Academicam / Cyrenaicam / Elyacam / Megaricam / Cinicam / Eretricam/Dialeticam/Peripateticam/Stoicam/
Epicuream / De Academia pauloante dictum eſt. Sed ueteris Academiæ princeps fuit Plato. Mediæ Arce-
ſilaus : Nouæ Lacydes. Alii Carneadem malunt. Cyrenaica ab Ariſtippo Cyreneo ſumpſit exordium. Elya-
ca a Phædone Elyenſi. Megarica ab Euclide Megarenſi. Cynice princeps fuit Anthiſthenes Athenienſis. Cy-
nici autem

nici autem aut à Gymnaſio Cynoſargi appellati ſunt: ubi docebat ac uerſabatur Antiſthenes/aut à Græco nomine απο του κυνος ſignificat apud Græcos canē:Idq; uel ob mordacia cauilla uel ꝓpter obſcœnā quandā/ ac penitus caninā orōnis licentiā:& loquēdi ueniā.Eretrica ab Menedemo Eretrieſi traxit originé.Dialecticā ut quidam uolūt/pace Zenonis.Eleatis dixerim:primus inuenit Clitoniacus Calcedonēſis.Eſt enī διαλεγομαι apud Græcos diſputo obdicendi exercitationé ac ſolertiā.Stoicæ principē Zenoné Cittieum ſcribunt. Sed illa altius repetēda eſt.Ab ipſo inde uſq; Antiſthenæ Socratis diſcipulo. Dicti autem Stoici ab eo quod in porticu quæ ςοα Græce dicitur diſputare ſolerent.Peripateticoꝝ princeps fuit Ariſtoteles Stagerita:uel ab eo orto qui erat in Lycio Peripateticus nuncupatus/uel quod deambulans:aut cū diſcipulis plerunq; diſſereret:aut inſtitueret auditorem Alexandrū.Id enim apud Græcos περιπατειν ſignificat.Epicurea ab auctoris nomine appellatus eſt. Siquæ ſuperſunt:ab iis pete:qui plures faciunt. De partitione autem philoſophiæ alio loco a nobis ipſis ſatis explicatū eſt.Sed in omni & philoſophoꝝ numero:& diſciplinarum uarietate:illi mea ſnīa nimirum floreant/ac dominentur:qui præclara/ac multa:reliquerunt ſui ingenii monumēta. Qualis Plato qui plurima & ornate ſcripſit & ſplēdide. Qualis eius alumnus. Ariſtoteles aureum illud ut Cicero dicebat flumē:& huius diſcipulus Theophraſtus eiuſdē Ciceronis deliciæ. Quales itē Zenones/tum Cittieus:tum Eleates:Democritus:Cryſippus: Empedocles: Eraclitus:libet mihi & Epicurum addere:qui oēs per multa litteris prodiderunt. Sed habes ut clariſſime:quæ poſcebas ſatis ut arbitror:cumulate. Quod ſiqua forte deſint:ne moleſtum ſit:ut me q̄primum certiorē facias. Nā & iis quæ ſcripta ſunt ſi modo iuſſeris multa ſubnectā.Demū uero oro te:ut quæ ex multis nec ſatis ut ipſe arbitror:exploratis locis deprompta ſunt:optimo accipias animo:& in arcula ipſa tua theſauroq; reponas. Seras litteras non indignanter feras/ac me uehementer ames. Vale.

¶ De uariis Philoſophoꝝ ſentētiis atq; eoꝝ diſparibus diſciplinis. Epiſtola & quaſi quidā præcedētis Epilogus.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotto Canonico. S.D. Sæpe animaduerti cupere te Philoſophoꝝ uarias noſſe ſentētias atq; eoꝝ diſpares diſciplinas. Idcirco exſcripſi ipſe meis manibus: quam de ea re miſerā ad Fabianū Hieroſolymitanū Epiſtolā. Sed ut paucis multa cōpræhēdere poſſis: accipe breuē earum reꝝ collectionē. Itaq; imprimis ſeptē ſapiētes numerantur:qui his uerſibus continentur.

Nomina ſeptenum ſapientum Græcia cantat.
Partibus & natos diuerſis orbis honorat.
Inclyta nam genuit celebrem Bianta Prienne.
Inde Solone ſuo claræ lætantur Athenæ.
Miletus generat perdoctum antiqua Thaletem.
Atq; Mytylena præclarum Pittacon edit.
Se genitum rigida gaudet Lacedæmone Chilon.
Te Periandre creat laudabilis ære Chorinthus
Lindon & in cœlum cum laude Cleopole tollis.

Philoſophiæ autem duplex eſt genus. Vnum quidem Ionicum:Alterum Italicum. Ionicum auctoré habuit Thaletem Mileſium qui docuit Anaximandrum:qui docuit Anaximenem:qui docuit Anaxagoram: qui docuit Archelaum:qui docuit Socratem:qui Ethicam diſciplinam primus inuexit. Hic docuit Platonem: Anthiſtenem: Ariſtippum. Ariſtippus a quo Cyrenaici ſunt profecti docuit Aretam filiam: quæ docuit filium Ariſtippum iuniorem:qui docuit Theodorum:qui docuit Antipatrum:qui docuit Epitimedem:qui docuit Parabatem:qui docuit Hegeſiam: qui docuit Annicerim Lybyn. Rurſus Antiſthenes a quo habuerunt Stoici originem inſtituit Diogenem Synopeum qui inſtituit Cratetem Thebanum: qui inſtituit Zenonem Cittieum: qui inſtituit Cleantem Caſſium:qui inſtituit Chryſippum magnum Stoicorum interpretem. Plato autem tertius Socratis diſcipulus docuit Speuſippum ſororis ſuæ filium:qui docuit Xenocratem:qui docuit Polemonem: qui docuit Crantoram:qui docuit Cratetem Athenienſem:qui docuit Areſilaum:cui ſucceſſit Lacydes: quem audiuit Euander Phocæus. Tum ſucceſſerunt ſerie quadam Damon Leontheus: Moſchion Euander Athenienſis Hegeſinus: qui docuit Aarneadem Philocomi filium:cui ſucceſſit Clitomachus cognominatus Aſdrubal:a quo Armadas inſtitutus eſt:in quem academica diſciplina deſiit. Ariſtoteles autem quāquam Platonis fuerat auditor: diuerſum tamē dogma ſecutus præcipuos diſcipulos docuit Menedemum: & Tyrtanum Ereſium quem & Theophraſtum ob ſermonis quandam diuinitatem appellauit:& diſciplinæ ſuæ ſucceſſorem reliquit:qui & inſtituit Demetriū Phalereum:qui in exilium ob iniuriam pulſus ſe ad Regem Ptholomæum: Alexandriam cōtulit. Et hæc quidem de Ionica philoſophia:quæ Secta in diuerſas ſententias in tris illos deſiit maxime. Stoica in Chryſippum. Academica in Clitomachum. Peripatetica in Theophraſtum. Italicum uero philoſophiæ genus principem habuit & inſtitutorem Pythagoram Samium:qui diutiſſime in Italia philoſophatus eſt:& idcirco eam philoſophiam ita appellauerunt. Hunc inſtituit Pherecides Syrius:audiuit Telanges filius:qui docuit Xenophanem Colophonium: qui docuit Parmenidem Eleatem:qui docuit Empedoclem Agrigentinum:& Zenonem Eleatem. Hic docuit Leucippum. Leucippus docuit Democritum Abderitem:qui docuit Nauſiphanem & Naucidem:a quibus Epicurus inſtitutus eſt/uoluptatis aſſertor. Septæ autem & diſciplinæ philoſophorum hæ potiſſimum a ueteribus numerantur. Academica diſtributa in tres. Veterem:cuius princeps fuit Plato. Mediam: quæ auctorem habuit Arceſilaum. Nouam:quam inſtituit Lacydes. Sequitur poſt Academicam Cyrenaica:quæ principem habuit Ariſtippum Cyrenæum. Eliaca:cuius princeps Phædon Elyenſis perhibet. Megarica:q̄ ab Euclide Megarēſi ꝓfecta eſt: Cynica:quæ ab antiſthene Athenienſi. Eretrica: quæ a Menedemo Eretriēſi. Dialetica: q̄ a Clitomacho Calcedonenſi. Stoica:quæ a Zenone Cittieo. Peripatetica:quæ ab Ariſtotele ſtagerita. Epicurea:q̄ auctoris nomen retinet. Ex his uero quattuor præcipue celebrāt. Academica. Peripatetica. Stoica: Epicurea q̄ nō ſolum auctoribus diſtingunt: ueꝝ etiā diuerſis ſententiis:atq; opinionibus uariant. Stoici nanq; uirtutē dicunt ſolū bonū. Academici & Peripatetici nō ſolū:ſed ſummū bonū. Sed quæ Paripatetici certo aſſeuerant:dubitāt Academici:& affirmare nō audent. Ex quo Peripatetici certa uel incerta conſtituunt. Academici probabilia/aut improbabilia. Et Academici quidē cōiectura ꝓcedunt in rebus inueſtigādis. Peripatetici demōſtratione: quæ certam/atq; indubitatam ſcien-

tiam parit. Epicurei uoluptatem tuentur:& dicunt ſummũ bonum eſſe. Habes Philoſophoꝝ ſucceſſionem/ & uarias diſciplinas:quibus de rebus diffuſius alio tẽpore. Sed illud quoq; ignorare non debes/ tria extitiſſe apud Athenienſes praecipua Gymnaſia:in quibus & Philoſophi quondã diſputauerunt. Academiam. Lycium. Cynoſargem. In Academia docere Plato ſolitus eſt. Antiſthenes in Cynoſarge. Ariſtoteles in Lycio. Et is qdẽ matutino tempore ſecretiorem/atq; altiorem philoſophiam. Veſpertino autem ciuilẽ quandã & uulgatiorem diſciplinam praecipiebat. Quid plura? Noſſe potuiſti:quae magnopere mihi deſiderare uiſus es. Si qua praeterea ſcribi uelis a me:cũ certiorem me feceris:q̃primum tuae obſequar iuſtiſſimae uoluntati. Vale φιλη κεφαλη ερρωσο, και εμε αγαπα Amice dulciſſime:& me etiã plus q̃ ſoles ama. Ex noſtris laribus. iii. Nonas Auguſtas.

¶ Hac Epiſtola pertractatur de quadam particula P. Terentii: Scilicet. Ego ne utiq̃ officium liberi hominis eſſe puto:cum is nihil promereatur:poſtulare id gratiae apponi ſibi.

AVguſtinus Dathus Dominico Bibotto Canonico. S.P.D. Siquis rẽ grauiorẽ/atq; accuratiorẽ explicaturus ẽ:nõ lucubratione & furtiuo noctis tẽpore: ſed meridiatiõe egeat potius/& diei ope. Sed q noctu quodãmodo rẽ magnã poſtulaſti:reſpõſum quoq; nocturnũ accipe. Verba ſunt in Andria Terẽtii:q̃ facit Poeta loquẽtẽ Pãphilũ:niſi fallor. Ea uero hmõi ſunt. Ego ne utiq̃ officiũ liberi hois eſſe puto:cũ is nihil ꝓmereat̃:poſtulare id grãe apponi ſibi. Hoꝝ haec mens eſt. Nõ eſt officiũ igenui hois:ut grãm repoſcat: quã nõ mereat̃:q̃m grã rependit̃ ꝓ accepto beneficio. Vbi igit̃ nõ praeceſſit beneficiũ dantis:nõ debet ſequi grã accipientis. Quãdoquidẽ grãm appellamus:quaſi quoddã beneficii premiũ. Dicebat ergo Carinus Pãphilo. Si dabis Pãphile operã:ut ne ducas Philomenã:quã ipſe cupio adducere:habebis me obligatũ/atq; deuinctũ. Quaſi dicat. Erit mihi maximũ beneficiũ. Reſpõdet ingenue Pãphilus adoleſcẽs igenuus:qđ nõ ſpectat ad liberalẽ hoiem:cũ dignus nõ ſit poſtulare & requirere:ut grã apponat̃ ſibi:q̃ ſibi nõ debet. Quãobrẽ? Quia beneficiũ inquãtũ beneficiũ ꝓdeſt quidẽ accipienti. Danti uero aut nihil ꝓdeſt:aut plerũq; obeſt:& cũ ſuo incõmodo cõfert̃. Illud igit̃ qđ nõ oberat:& nocebat danti Pãphilo:ſed magis cõducebat ſibi q̃ Carino accipienti:nõ erat beneficiũ appellandũ:& ita nõ debebat habere grãm ꝓ premio. Vt arguat quis dicens. Quod nõ eſt beneficiũ: grãm habere nõ debet. Sed id qđ Pãphilus facturus erat:nõ tenebat beneficii locũ ꝓpterea q; rẽ ſuã agebat. Ergo nõ erat id dignum gratia:qa beneficiũ & grã:ut dictũ eſt:mutuo ſibi reſpõdent. Pamphilus aũt malebat illas nuptias effugere/q̃ Carinus acquirere. Glicerium uero ardẽs cupiebat repudiare Philomenã:quã Carinus optabat uxorẽ habere. Quare duplex colligit̃ liberi hominis officiũ. Primũ:ut cui multũ debeat:ei plurimũ debere uelit. Vt Cicero nr̃ ſentit. Alteꝝ:nõ poſtulare grãm:q̃n illã nõ ꝓmereat̃. Quoꝝ utrũq; ſi ſeruauerimus:liberalitatẽ Pamphili Terentiani imitabimur. Dignos nos reddemus magnis laudibus Cupio tecum praeſentem habere ſermonẽ. Qui tibi gratus:ut arbitror:mihi certe erit iucundiſſimus. Imprimis cura:ut me unice diligas. Vale.

¶ Variae de Sportula/ac diuerſae ſententiae:nec nõ lixarum proprietas hac commemoratur epiſtola.

SEruus Auguſtinus Dathus Franciſco Cardinali Senenſi. S.P.D. Salue decus patriae:& meũ ſingulare profugium. Variam conſtat eſſe de Sportulis apud doctos ſententiam:& affirmare difficile eſt:quod a noſtrorum temporum abhorret uſu. Sed quantum coniectare licet:largitionibus & muneris Sportula habebatur genus. Quod uſurpare ueteres conſueuere Romani: uel ad praeſtandam egentibus opem:uel ad aucupandam multitudinis gratiã. Qualia exhibebant & ediles conuiuia Praefecti idem:tum agendis fabulis:tum ſcoenicis ludis/& ſpectaculorum celebritati. Quae omnia quo munificentiora praeſtabant:eo pluribus ſuffragiis Reipublicae honores & magiſtratus aſſequebantur. Qua etiam de re multa quoq; Marcus Tullius de officio/praecipiens locutus eſt. Huic opinioni fauere uidentur Tranquilli Suetonii uerba:cum de Caeſare Domitiano dicit. Multa quoq; in omnes rerum uſus renouauit. Sportulas publicas ſubſtulit: reuocata ueterum coenarum conſuetudine. Et Iuuenalis Poeta nullius imperitus rei/ dolens temporum prauitatem/ & eius ſaeculi corruptiſſimos mores:oſtendens nullum relictum frugalitati/beneficentiae/uirtuti locum.

Quis(inquit) totidem erexit uillas? quis fercula ſeptem
Secreto coenauit auus? nunc ſportula primo
Limine parua ſedet turbae rapienda togatae.

Quaſi duo acrius redarguat:& ꝓ magna paruã dari:& ab egena plebe ad potẽtiores/atq; opulẽtiores fuiſſe trãſlatã. Iubet nãq; a precone uocari ipſos Troiugenas. Nã uexant limen & ipſi:Nobiſcũ. Da Praetori: da deinde Tribuno. Ac tã multa de Sportula ſubicit Iuuenalis:ut Sportulã quodãmodo ante oculos ponere uideat̃. Sed & pro munuſculo quopiã Sportulã cõſulti Iure uſurpare uident̃:& a genere uaſis/qđ tũ erat in uſo. Nam Sportulas Fiſcos/ciſtellas ſaepe inuenire eſt in ueterum lectione. Nec deſunt q putent cõſueuiſſe egẽtes noctu adire nobilium aedes:atq; idẽ poſtmodũ Sportulas reportare. Quod nr̃a quoq; tẽpeſtate me ipſum ſaepe animaduertiſſe memini:& primo ſole quaerens primũ regnũ Dei:& ad rẽ diuinã uiã intendens mihi perſaepe uel egenoꝝ turbã/uel helluonũ gregẽ uexare Archiepiſcopatus limen/cuiuſmodi hoium generi licere uidet̃: & ab octaua bibere hora: & quouis tẽpore aliena uiuere quadra. Sed Sportulas publicas potius & probe ſignificauit Tranquillus:& ipſe auſim probare magis. Haec ſunt quae modo ruſticanti mihi/& nihil praemeditato repẽte de Sportula uenire in mentem potuerunt. Siquid praeterea occurrerit poſthac aut melius aut longius iuſſus continuo mãdabo litteris. De Lixis uero nihil eſt:qđ poſſit dici ſatius:q̃ quod a Marco Marcello traditur:qui eleganter imprimis de uerboꝝ ſignificatione conſcripſit. Eius de lixis haec uerba ſunt. Lixarum ꝓprietas haec eſt:quod officium ſubſtineant militibus aquae uehẽdae. Lixam nanq; aquam ueteres uocauerunt. Vnde elixum dicimus aqua coctum. Lix etiam cinis dicitur:uel humor cineri mixtus. Nam etiam nunc id genus Lixium uocatur. Varro de uita Patrum libro primo. Proinde ut elixum panem & farre & aqua frigida frangebant: ſed tuae Dominationis haec oĩa relinquo iudicio:quo nullum nec acrius prorſus inueniri poteſt:nec omnino ſolertius. Aueto.

¶ Epiſtola ad

¶ Epiſtola ad Andream Piccolomineũ de Chriſtophori eius auunculi immatura morte conſolatoria.

AVguſtinus Lathus Andreæ Piccolomineo. S.P.D. Circiter Septimo Idus Ian. a publicis munenbus redeuntibus nobis: atq; apud te tranſeuntibus Fráciſcus tuus/ uel potius noſter/ uir optimus & ĩprimis ſapiẽs forte quadã obuiã ſeſe obtulit. Nos cõtinuo illũ de re pro more percõtati ſumus. Quippe quẽ dies cõpluſculos uidiſſemus nuſq̃: q̃ res paululũ ſuſpitionis afferebat. Tũ ille nunciũ triſtẽ ac peracerbũ detulit Chriſtophorũ Piccolomineũ auũculũ tuũ/ uiꝶ nõ minus uirtute atq; optimis moribus ornatũ: q̃ ætate florentẽ/ uita deceſſiſſe: & qđ lachrymare me etiã cogit correptũ febri: quinto die laterũ dolore conſumptũ. Is mihi nuncius Andrea tã grauis tã acerbus: tã luctuoſus fuit: ut ne illius quidẽ per neceſſarii moleſtius eũ caſum tulerint. Atq; cũ probiſſimi iuuenis & laudes multas/ & ætatẽ cõſidero: neminẽ fere eſſe puto: qui nõ eius deploret interitũ: atq; imaturam mortẽ defleat. Præſertim cũ eſſet ille boni cuiuſq; uiri amore dignus. Eius nanq; ſingularis uirtus: ac ſapienter ꝓ ætate inſtituta uita cunctæ illũ ciuitati chariſſimũ fecerat. Quamobrẽ & ipſe multum doleo: cũ ſæpius optimi interitũ iuuenis aĩo cõplector: qui florẽtiſſimã uiuẽs ætatẽ: prius q̃ mediũ uitæ ſpacium cõſpexiſſet: in ipſo curſu corruit: & ĩmatura morte præuentus eſt. Quam fallax quæſo nr̃a ſpes eſt: q̃ inanis prorſus quiſq; eſt mortaliũ conatus. Sperãtis nos utiq; reꝶ humanaꝶ uarietatẽ: ac fragili fortunæ ꝯfidẽtes mors ſubito opprimit: potius q̃ extinguit. Atq; ita hoĩum & cogitationes inanis: curaſq; intercipit: & caſſa perimit cõſilia. Quã repẽte tuo illi auunculo uiribus & ætate florẽti erepta uita eſt? Quã ſubito allata mors? Veꝶ fruſtra hæc ſcribimus: præſertim cũ ea cõmemoratione facillime recens aĩ cura/ ac moleſtia renouet᷑. Nã ipſe ita ĩprimis doleo: ut nõ tã alios cõſolari queã: q̃ plane alioꝶ egeã medicina. Quod ſi qđ cupis cõſolationis tibi afferri: idq; forſitan de me quæris: prorſus qđ agã/ neſcio. Tui me auunculi recordatio ita me gemere cõpellit: ut cõſolationẽ cogitanti mihi lugubris tandẽ ac ſolũ mœſta offerat᷑ oratio. Quanq̃ mi Andrea ſi ad ueritatẽ uoluerimus reuocare rõnẽ: turpe exiſtimabimus: ut cuiuſq̃ mortẽ defleamus: cui uel diuino numine uel ipſius naturæ lege oẽ animãtium genus obnoxiũ eſt. Atq; præclare Lyſias & inſignis apud Græcos Orator & uir ſũma eruditione ac ſapientia. Haud ſcio inquit. Quid nã luctu atq; eiulatione opus ſit. Scimus nãq; genitos nos eſſe mortales: nec mori aliquãdo nõ eſt neceſſe. Quid igi᷑ doleamus/ qđ uitari a nemine põt? Nec eſt.n. ꝓbandus/ nec laudandus Solon: ſi ueꝶ eſt: q cũ liberos ſuos uita defunctos lugeret: coargueretur q;/ nihil lachrymãdo ꝓficere: id ipm̃ dolere ſeſe reſpondit: qđ fruſtra amiſſo filio/ lachrymas funderet. Nã qđ idẽ aiebat uenuſtiſſimus ac politiſſimus Lyſias/ bonis atq; ĩprobis mortis neceſſitudo cõis eſt: quãdo nec parcit bonis: nec defugit improbos. Parẽ ſeſe cunctis mortalibus ꝓſtans. Quod ita eſſe ea lege aſſentimur: ne eundẽ & perditoꝶ hoĩum/ & innocentũ poſt mortẽ animis curſum patari: ac patere aditũ exiſtimet. Quin parẽti Philoſophia tui tã acri addicto ſcriptã defenſionẽ obtulit: uſq; quaq; cõſentiat: perſuadeatq; ipſe ſibi improboꝶ aĩos ad inferos detrudi: bonoꝶ aũt in cœleſtẽ locũ: ac beatoꝶ domiciliũ ſubuolare. Hæc mi Andrea ſnĩa q̃ fuit Socratica tam oĩum longe ueriſſima putanda eſt. Quid autẽ de tuo auunculo ſperandũ ſit: haud difficile eſt cognitu. Qui & alias ſemp & iã diẽ abiturus/ uirtutis auidus: & appetentiſſimus pietatis uiſus eſt. Et qđ magnũ perennis ſalutis/ ac ſempiternæ beatitudinis/ inditiũ ſit oĩa ſempe quæ Chriſtianis cõgruerẽt ritibus: quæq; nr̃æ Auguſtiſſimæ religioni cõuenirent. Quæ ſola & uera eſt: & oĩum prorſus uanitatũ expers ea nõ minus cupide q̃ diligẽter obiuit. Neq; in ullã unq̃ calente ætate turpem flagitioꝶ labem prolapſus eſt. Quod ſi uiuens ſummi atq; imortalis numinis ubiq; extitit memor: neq; plane/ ut ſpero/ in ea huiuſce mortalis uitæ cõmigratione ſpecimen clemẽtiæ Deus Chriſtophorum obliuiſci potuit. Qui ut ipſe quoq; Eſaias teſtis eſt: nõ tã ſceleratoꝶ interitũ q̃ cunctoꝶ oĩum ſalutẽ concupiſcit. Quid igitur cuiuſquam deflemus mortem? Quandoquidem hominis ipſius fragili hac mortaliq; corporis cõpage ſoluta corpus aliquandiu humi iacet: animus uero liber ĩmortalis penitus naturaq; ſempiternus: ſi quis rectam atq; integram uitam degerit: æternas cœloꝶ ſedes: atq; optatiſſimas perẽnis gloriæ delitias adipiſcitur. Atq; cũ cõplicatam euoluo animi notionẽ: accuratiuſq; conſidero/ gratulandum iis eſſe iudico: qui deſertis humanarum rerum laboribus: ad quos perpetiendos caduca mortalibus corpora natura finxit. Solutis huius molis uinculis/ compedibus perfractis ad diuinũ tranſmigrauit quietis ſempiternæ conciliũ: Vbi nõ Lacedæmonius Leonidas: nõ Thebanus Epaminundas: nõ Athenienſis Codrus: nõ Romani Decii Pater ac filius: nõ Gn. & P. Scipiones: nõ ille Seuerus/ uel potius delirus Cato: Sed qui uixerũt dũtaxat Chriſtianæ religionis ſectatores: tranquillo ocio/ pace ſempiterna/ æuo immortali fruuntur. Quo eodem & auunculum tuum iure quodam pietatis peruaſiſſe crediderim. At cũ liberi expeditiq; animi: & huius fluctuantis pelagi procellis periculiſq; defuncti: quæ & multa eſſe & grauia in Axiocho Platonis oſtendit Socrates perbeatam/ ac fauſtiſſimam ſortem nacti: nihil poſt illa mali: nihil aduerſi: nihil moleſti prorſum pati queant. Non eſt autem (ut ipſe arbitror) dolendum: ſed inuidendum potius (ut ita ſcribam) eorum fœlicitati: qui ex his fuerint emiſſi uinculis: niſi forte noſtris mereamus incommodis: quod non ſerio eſſe amantium hominum partes quis non uidet? Nam id uerum in promptu eſt: eſſe quod apud Ciceronem Scipio Aphricanus diceret: mortem hanc eſſe/ quæ dicitur Vita. Illa nanq; uera eſt: quam Petrus & Paulus apoſtoli uiuunt. Quam agunt Stephanus ac Laurentius Martyres: quam cæteri in terris Chriſti ueſtigia conſectati in cœlis ducunt. Qui omnes ubi ex his carceribus euolarunt: non diuturnam ſolum: ſed æternam quoq; adepti ſunt gloriam. Eodem non ſolum tuum auunculum diuina benignitate: ſed omnes etiam: qui a turpitudine pro uirili ſua uiuentes/ animum ſe uocarunt: aut iam perueniſſe: aut mox eſſe peruenturum confidimus. Non eſt enim in iuſſu Dei demigrandũ. Quod inſaniens Socrates: quod dementiſſimus fecit Cato. Sed ſi a deo quæ ſumma & legitima poteſtas eſt: quæ ſapientẽ Socratem: doctum Platonem: eloquentem Marcũ Tullium latuit: ſoliſq; innotuit Chriſtianis: Si a deo inquam animi euocentur ultro ac libenter pareant: præſertim cum mors ipſa non ſit illa quidem ſtygiis emiſſa tenebris: qđ Surculus Statius & pleriq; omnes Poetæ commenti ſunt. Sed eius potius iuſſibus illata: qui cuncta mirabili ordine cõſtantiq; gubernat. Deſiſtamus igi᷑ lachrymis: lugere deſinamus: ſingultus atq; eiulatio-

nes mulierculis relinquamus/& pueris. Quanti.n.refert:ſi uel modo quis a lacte depulſus celeri interitu rapiatᷣ: uel opprimatᷣ medio uitæ curſu:uel exacta iã ætate extinguatᷣ. Mortis tela effugere nemo põt:& lõgius aut propius canit Propertius. Mors ſua quẽq; manet. Alter uero Poeta ita labi ætatẽ hoĩum perhibet: tãq; citato quodã curſu raptari uolucres annos:ut currentẽ diem nulla ꝓrſum frena remorentᷣ. Quod in iino ſcripſeram: ita pariter mors ſeſe in oẽs gerit:ut neq; pp flagitia ſpernat ĩprobos:neq; pp ſanctitudinẽ atq; integritatẽ probos uiros/ac iuſtos ſeruet. Hinc Flaccus noſter. Fugaces inquit:labuntᷣ anni:nec pietas morã rugis: & inſtanti ſenectæ afferet indomitæq; morti. Sed nihil breuius q̃ libet lõga hoĩs uita. Nihil nr̃a ætate anguſtius. Bene igitᷣ/ac prudẽter. M. Cicero mõ pueros:mõ adoleſcentes incurſu a tergo inſequens nec opinãtis aſſecuta eſt ſenectus. Quamobrẽ non tã mortuos defleamus:q̃ ipſi curemus:& quanto poſſumus ſtudio/enitamur:ne uſuram hãc uitæ: quã nobis natura tribuit conteramus inanem. Ita nos paremus:ita firmo uirtutis officiiq; præſidio ſepiamus:ut ubi tẽpus ſit: atq; euocet Deus:nullus ſit formidini ac metui locus. Sed ſpõte diuino numini pareamus: ꝓperemus læti:ut qđ promiſſum eſt bene actæ uitæ premiũ:& peractæ militiæ ſtipendia a ſummo Imperatore ſuſcipiamus. Chriſtophorus aũt quaſi emeritus miles/tũ multas iã ꝓſpere pugnas pugnauiſſet: metuenſq; acriores certaminum morſus mortalis uitæ labores deſeruit. Victorẽq; ſeſe quantũ coniectare licet/in patriã recepit. Sed quid tam longe progreſſus ſum? Neq;.n.mea conſolatione egebas:quem laturum oĩa æquiſſimo animo noueram. Sed ne meum deſiderares officium hæc quæcunq; attigi huic epiſtolæ mandare conſtitui. Vale.

¶ Animi perpetuitas hac demonſtratur epiſtola.

AVguſtinus Dathus Bartholomæo Ieſu Chriſti ſeruitio cõſecrato. S.P.D. Qui uoluptati ſeruiunt: & belluaꝝ degunt uitã:negate cõſueuerunt aĩoꝝ ĩmortalitatẽ. Exiſtimantes eo pacto(ut arbitror)patere ſibi licentiã ad nequiter turpiterq; uiuẽdũ. Quoꝝ impia ac nefaria illa uox ẽ. Nõ eſt qui agnitus ſit reuerſus ab inferis:quia ex nihilo nati ſumus:& poſt hæc erimus tanq̃ ſi nõ fuerimus. Quo quid dici põt abſurdius? quid moleſtius cogitari? Veteres tradunt Philoſophos nihil de immortalitate animi præcepiſſe. Quippe qui ne probarent quidẽ:ut ipſi falſo mentiuntur:Nõ legerunt ſapientũ uiroꝝ præclara uolumina. Philoſophoꝝ ſcripta nõ norunt. Niſi forte Epicureos in mediũ ꝓferant:qui ab oĩbus magnis uiris exploſi iampridẽ/ac reiecti ſunt. Sed quid nobis cũ Epicureis? Socratẽ:Platonem:Ariſtotelẽ:Theophraſtũ:cæteroſq; ſumma ſapiẽtia & auctoritate uiros teſtes ꝓducant. Eorum nos parati ſumus adhærere ſniæ:teſtimonio fidẽ adhibere: rõnem cõprobare. An uſpiã aĩoꝝ interitum ſuſpicati ſunt? An nõ ubiq; ĩmortalitatẽ aſſeuerant? An nõ refellũt qui illã improbare uideantᷣ? Illud in Phædone Platonis ꝑfecto ueꝝ eſt:cũ dicit Socrates. Si mors eẽt totius interitus:plurimum lucrarentᷣ improbi:cũ & a corpore/& a prauitate ſimul cũ animo per mortẽ liberarentᷣ. Nunc aũt cũ immortalis appareat eẽ animus:nullũ ſupereſt refugiũ/neq; tutamen maloꝝ:niſi ut optimus & ſapiẽtiſſimus fiat. Hæc Socrates apud Platonẽ. Nos adducti tuo hortatu/grauiſſimas ſummoꝝ Philoſophoꝝ ſentẽtias uelut in cõmentariolos quoſdã coegimus de immortalitate animi:ad redarguẽdã conuincendamq; ſtultoꝝ opinionem:qui proni cũ belluis terrã ſpectant:qui nihil altum:nihil cœleſte cogitantes:erectos nequeunt ad ſydera tollere uultus. Ommittã uero ueteris/ac nouæ legis & ſanctiſſimoꝝ patrum in hãc ſniam innumerabilia teſtimonia:quæ tibi exploratiora ſunt:cuius in lege Domini exercetᷣ uoluntas:& qui in lege eius meditaris die ac nocte. Ad Philoſophos igitᷣ ueniamus:quoꝝ princeps prodeat in mediũ Plato. Huius in Phædone hæc uerba ſunt. Hoc o uiri par eſt cogitare:ut ſiquidẽ animus noſter ĩmortalis ſit/curatione indiget non ſolũ pro p̃ſenti:in quo uiuere dicimur:ueꝝ etiã pro uniuerſo tẽpore. Periculoſum enim atq; graue putandũ eſt:ſi quis aĩum ſuũ neglexerit. Et rurſum. Aduentante morte:id qđ in hoĩe mortale erat:moritur:qđ aũt ĩmortale/ſoſpes & incorruptum abiens/morti ſe ſubtrahit. Itaq; cõcludit Socrates. Animus ĩmortalis incorruptibilis ĩperdibilis eſt. Et in eodẽ loco. Diuino/ĩmortali/intelligibili/incõmutabili/indiſſolubili: & ſemper eodẽ mõ ſe habẽti ſimillimus eſt animus. Itaq; concludit. Idcirco penitus indiſſolubilis. Sed totus Phædon eiuſcemodi ſentẽtiaꝝ pleniſſimus eſt. In Timæo uero hæc dicũtur. Motus animi:qui rõne rexerit:iuſte uixerit:qui aũt his ſeſe dederit iniuſte:atq; ille qui recte & honeſte curriculũ uiuendi a natura datum cõfecerit:ad illud aſtrum:qđ tum aptius fuerit/reuertitur:qui aũt ĩmoderate & intemperate uixerit:eum ſecundus ortus in figurã muliebrẽ transferet. Et ſi ne tũ quidẽ finẽ uitioꝝ faciet:grauius etiã iactabitᷣ:& in ſuis moribus ſimillimas figuras pecudũ & ferarũ trãſferetᷣ. Nec terminũ maloꝝ prius aſpiciet q̃ illa ſequi cœperit conuerſionẽ:quã habebat in ſeipſo eiuſdẽ & unius ſimul innatam & inſitã. Et iteꝝ in eodem libro. Dei uerba referuntᷣ:quibus ad cœleſtes intelligentias uteretur. Vos ad id quod erit ĩmortale partẽ attexitote mortalẽ. Itaq; orientᷣ animantes:quos & uiuos alatis/& cõſumptos ſinu recipiatis. Quibus ſane uerbis perſpicue animi ĩmortalitas declarabitᷣ. Idẽ in Gorgia. Mori nullus formidat:niſi oĩno ſtultus/atq; ignauus iniuriam autẽ facere formidat. Multis.n.peccatis refertum aĩum ad inferos deſcẽdere maloꝝ oĩum ultimũ eſt. Et paulo poſt pulcherrimũ ſermonẽ addit. Fuiſſe legẽ:ut qui hoĩes iuſte pieq; uixiſſent:cũ e uita migrarent: ad beatoꝝ inſulas proficiſcerentᷣ. Vbi exẽpti ab omni malo infœlicitatem degerent. Qui uero iniuſte/atq; impie uixerint:in punitionis ac pœnaꝝ carcerem:quẽ appellant Tartaꝝ:irent. Idem in Axiocho. Siquidẽ tantaꝝ reꝝ cognitionem non niſi diuina perſcrutatione nanciſcimur:nõ oĩno extinguimur:ſed ad ĩmortalitatẽ tendimus:tum e uita decedimus. Ibidem inductus Axiochus hæc inquit. Ego quidẽ ductus rõne/hoc unũ certo ſcio/hoĩum animos eſſe immortales. Atq; in eodem aureo libello refert Socrates:quæ Gobria magicis artibus erudito recenſente didicerat. Hominũ animi tũ hoc ex corpore fœdo tenebris & ſordibus horrido migrant: ad inferos deſcendunt: apud medium terræ:qđ centrũ dᷓ. Alia præterea referuntur:quæ narrare ſuperuacuũ fit: quibus animi ĩmortalitas liquido ac manifeſte cognoſcitᷣ. Sed iam cõticeſcat Plato:ac deinceps diſcipulus Ariſtoteles ſubſequatur/naturaliũ rerum oĩum/& occultarũ quæſtionũ inueſtigator acerrimus. Hic in primo libro de anima/ ſæpius aĩ ĩmortalitatẽ ſignificat:præſertim cũ dicit. Intellectus uidetur ſubſtantia quædã eſſe/& nõ corrũpi. Maxime aũt cũ corrũpetᷣ

ab ea quæ

ab ea quæ eſt in ſenio debilitate:ſed nõ in ſenſibilibus accidit. Si enim accipiat ſenior oculum huius:uidebit utiq; ſicut & iuuenis. Quare ſeniũ nõ eſt/in ſubſtinẽdo aliqd aïam:ſed in quo eſt:ſicut in ĩfirmitatibus & ebrietatibus. Et iterũ. Intelligere igitur & cõſiderare cõſumeñ alio quodã interius corrupto. Ipſum aũt ĩpoſſibile eſt. ſ. corrũpi. Rurſum paulo poſt. Intellectus aũt forte diuinũ aliquid & ĩpaſſibile eſt. In ſecundo uero libro in eandẽ ſniam hæc dicit. Quod qdẽ igitur nõ ſit ſeparabilis aïa a corpore:aut pars quædã ipſius/ſi ſeparabilis apta nata eſt/non in manifeſtũ eſt. Quarundã enim partiũ actus eſt ipſarũ:at uero ſecundũ quaſdã nihil ꝓhibet. Propter id qđ:nullius ſunt corporis actus. Ampliuſq; ĩmanifeſtũ eſt:ſi ſit corporis actus aïa:ſicut nauta nauis. Et iterũ. De ĩtellectu aũt & ꝑſpectiua potẽtia nihil adhuc manifeſtũ. Sed uideñ genus animæ alterũ eſſe:& hoc ſolum cõuenit ſeparari:ſicut ꝑpetuũ a corruptibili. Idem in Methaphyſicoꝝ libro. xi. Si aũt aliquid remanet in poſtremo:quærẽdũ eſt de hoc. In qbuſdã. n. nõ eſt ĩpoſſibile. Verbi gratia. Si aïa eſt talis diſpoſitionis nõ tota:ſed ĩtellectus. Tota eñi forte ĩpoſſibile. Auerrois Ariſtotelis aſtipulator:aïum atq; ĩtellectiuã formã negat interire. Hic ſup ſecũdo libro de Anima hæc dicit. Quod nulla pars animæ ſeparabilis ſit a corpore:ſed corrumpañ corruptione ipſius:non ſequiñ ex hoc:qđ eſt ꝑfectio corporis:eo q; ipſa ẽ ꝑfectio:ſicut nauta nauis. Super tertio uero de aïa. Nos ponimus/inqt:ĩtellectum materialẽ eſſe æternum & ĩcorruptibilẽ:& ĩtellecta ſpeculatiua eſſe generabilia & corruptibilia. Sup Methaphyſicoꝝ libro. xi. dicit. Quod aïa rõnalis manet poſt motorẽ:& finis ꝓprietatis eius erit:ſi cõiungetur primo motori:& appellat primũ motorẽ:ut exponit Albertus:uniuerſitatis principiũ:qui eſt Deus. Item ſup primo Methaphyſicoꝝ. Intellectus qui eſt poſtrema ꝑfectio hoïs/eſt abſtractus a materia. Quæ res maxime animi ĩmortalitatẽ oſtendit. Idem egregius Cõmẽtator ſuper. xi. Methaphyſicoꝝ in eadem mentione diutius ĩmoratur: præſertim cõmento. xvii. ut eandẽ ſniam firmius tueretur. M. Tullius in Tuſculanis diſputationibus:& in primo libro. Vnum illud erat ĩſitũ priſcis:illis eſſe in morte ſenſum:neq; exceſſu uitæ ſic deleri hoïem:ut funditus interiret. Et iterum. Cerimonias ſepulchroꝝ maximis prædıti ingeniis:nec tanta cura coluiſſent: nec uiolatas tam inexpiabili religione ſanxiſſent:niſi hæreret in eoꝝ mentibus/mortem nõ interitum eſſe oïa tollentẽ/atq; delẽtem: ſed quãdã quaſi migrationẽ acõmutionemq; uitæ. Et iterum. Maximũ argumẽtũ eſt/naturã ipſam de ĩmortalitate animoꝝ tacitam iudicare:qđ oïbus curæ ſunt:& maxime quæ poſt mortẽ futura ſunt. Et in eodẽ loco. Nemo unquã ſine magna ſpe ĩmortalitatis ſe pro patria offerret ad mortem. Rurſum. Si oïum cõſenſus naturæ uox eſt: omneſq; qui ubiq; ſunt/cõſentiunt eſſe aliquid:qđ ad eos pertineat:qui uita ceſſerũt:nobis quoq; idem exiſtimãdum eſt. Ibidem. Permanere aïos arbitramur:cõſenſu nationum oïum. Ibidem. Pherecides Syrus primũ dixit animos ſempiternos. Hanc opinionẽ diſcipulus eius Pythagoras maxime cõfirmauit. Et in eodẽ loco. Primus Plato de animoꝝ æternitate nõ ſolum ſenſit idem qđ Pythagoras:ſed rõnẽ ẽt attulit. Ibidẽ. Animoꝝ nulla in terris origo inueniri põt. Nihil enim in animis eſt mixtum:atq; cõcretum:aut qđ ex terra natum:atq; fictum eẽ uideatur. Ibidem. Quicquid eſt illud:qđ ſentit:quod ſapit:qđ uiuit:quod uiget:cœleſte & diuinum ob eamq; rem æternũ ſit/neceſſe eſt. Demũ in calce libri eiuſdem. Non temere ac fortuito ſati & creati ſumus. Sed ꝑfecto fuit quædam uis:quæ generi conſuleret humano:nec id gigneret:aut aleret:qđ tum exaudiuiſſet: oẽs labores tum incideret in mortis malum ſempiternũ. Innumerabilia pœne ad oſtendẽdam animoꝝ ĩmortalitatẽ in eo libro ꝑſcripta ſunt. Sed in ſexto libro de Repub. hæc dicit. Hi uero uiuunt:qui e corporũ uinculis tanq̃ e carcere euolarũt. Veſtra uero quæ dicitur uita/mors eſt. Scipio. n. loquẽs inducitur. Et iterum. Sic habeto nõ eſſe te mortalẽ: ſed corpus hoc. Ac paulo poſt. Vt ipſe mundus ex quadã parte mortalis:ipſe Deus æternus eſt. Sic fragile corpus/aïus ſempiternus mouet. Idem in Catone maiore. Hæc Catonẽ ſenem dicentẽ ĩtroducit. Ego patres ueſtros Scipio & Leli uiuere arbitror:& eã qdẽ uitã:quæ eſt ſola uita noïanda. Et iterũ. Sic mihi perſuaſi:ſic ſentio:cum tãta ſit celeritas animoꝝ:tanta memoria prætéritoꝝ:futuroꝝ prudẽtia:tot artes:tot ſcientiæ:tot ĩuenta conſtat nõ poſſe eam naturam:quæ res eas cõtineat:eſſe mortalem. Ibidem uerba Cyri maioris refereñ huiuſmodi. Nolite arbitrari o mihi chariſſimi filii:cum a uobis diſceſſero/nuſq̃ aut nullum fore. Neq; enim dum eram uobiſcũ:aïum meum uidebatis:ſed eum eſſe in hoc corpore ex his rebus:quas tum gerebam:ĩtelligebatis. Eundem igiñ eſſe credito te:etiam ſi nullum eſſe uidebitis. Atq; idem ſtatim ſubiungit. Mihi qdẽ nunq̃ ꝑſuaderi potuit animos:dum in corporibus eſſent:mortalibus uiuere:cũ exiſſent emori. Et rurſum Cato hæc dicit in eodẽ loco. Neſcio quõ animus erigẽs ſe poſteritatẽ ita ſemper ꝓſpiciebat:quaſi cum exiſſet e uita tum deniq; uicturus eſſet. Quod idem niſi ita ſe habẽret:ut animi ĩmortales eſſent:haud optimi cuiuſq; animus maxime ad ĩmortalem gloriã niteretur. Et in eandem ſniam. Quid qđ quiſq; ſapiẽtiſſimus æquiſſimo aïo moritur:ſtultiſſimus iniquiſſimo:nõ ne uobis uideñ:q; is animus cernat longius:uidere ſe ad meliora ꝓficiſci? Et idem in calce. Si in hoc erro:qđ animos hoïum ĩmortales credam:libenter erro:nec hunc mihi errorẽ:quo delector:dum uiuo:extorqueri uolo. Atq; idem. M. Tullius in primo libro de diuinatione. Cum animi hoïum ſemp fuerint:futuriq; ſint:cur hi qdẽ ex quo eueniat: & quid quãq; rem ſignificet/ꝑſpicere nõ poſſunt? Idem in libro de Legibus primo. Quanq̃ alia qbus cohærent hoïes/e mortali genere ſumpſerunt:quæ fragilia eſſent & caduca:aïum eẽ ingeneratũ a Deo:ex quo uera uel agnatio nobis cum cœleſtibus/uel genus/uel ſtirps appellari põt. Idem in libro de Amicitia/eandem ſniam facit:Lælium dicentẽ his uerbis. Neq; aſſentior his:qui hæc nuper diſſerere cœperunt:cum corporibus ſimul animos ĩterire:atq; oïa morte deleri. Plus apud me antiquoꝝ auctoritas ualet:uel noſtroꝝ maioꝝ:qui mortuis tam religioſa iura tribuerũt quod nõ feciſſent ꝑfecto:ſi nihil ad eos pertinere arbitrarenñ uel eoꝝ qui in hac terra fuerunt: magnaq; Græcia quæ nunc qdẽ deleta eſt:tum florebat inſtitutis:ac p̃ceptis ſuis erudierunt:uel eius qui Apollinis oraculo ſapientiſſimus iudicatus eſt:qui nõ tum hoc/tum illud ut in pleriſq;:ſed idem dicebat/ſemper aïos hoïum eſſe diuinos: hiſq; cũ e corpore exiſſent:reditũ in cœlum patere/optimoq; & iuſtiſſimo cuiq; expeditiſſimũ. Idem in paradoxis. Tutum tibi ſiue Deus/ſiue mater(ut ita dicam)oïum reꝝ natura dederit aïum/quo nihil eſt p̃ſtantius neq; diuinius:ſic te abiicies:atq; proſternes:ut nihil inter te & quadrupedem aliquã putes intereſſe? Alia quoq; mul-

tis locis de ĩmortalitate animi ſæpe teſtatus eſt. Nunc referam Platonis ratiocinationem: quã de ĩmortalitate animi ſcripſit: quã eandẽ Marcus Cicero/& in primũ Tuſculanoꝝ diſputationũ: & in ſextũ de Republica librũ contulit: ac pœne uerbũ de uerbo expreſſum extulit. His igiť rõnibus Socrates in Phædro Platonis/aĩoꝝ ĩmortalitatẽ aſtruit. Animus oĩs ĩmortalis. Q̃d.n. ſemp moueť: ĩmortale eſt: q̃d uero aliud mouet: quodq; ab alio mouetur ceſſationẽ habẽs motus/ceſſationẽ habet uitæ. Solũ igiť q̃d ſeipſum mouet: q̃a nunq̃ ſe deſerit: nunq̃ ceſſat moueri. Quin etiã aliis quot moueñť: hic eſt fons & principiũ mouẽdi. Principiũ aũt ſine ortu eſt. Ex principio autẽ neceſſe eſt oẽ q̃d gigniť oriri. Ip̃m aũt ex nullo. Nam ſi principiũ ex alio oriretť: nõ eſſet principiũ. Cum uero ſit abſq; ortu & abſq; interitu ſit/neceſſe eſt. Nã ſi principiũ ĩteriret: neq; ipſum unq̃ ex alio: neq; aliud ex ipſo naſcereť. Si q̃dẽ ex principio oĩa orianť oportet. Sic ergo principiũ motus eſt: q̃d ſeipſum mouet. Hoc aũt neq; mori/neq; naſci põt: uel omne cœlum oĩſq; natura cõcidat: cõſiſtat neceſſe eſt. Nec amplius unquã cõſtare poſſit: unde motum nacta orianť. Cũ ergo appareat ĩmortale eẽ: q̃d ſe ipſum mouet. Animi ſubſtãtiã & rõnẽ hoc ipſum q̃ dixerit/nõ erubeſcet. Omne.n. corpus quo foris moueť: inanime eſt: quo itus ex ſe ipſo aĩatum: tanq̃ ea ſit natura animi. Q̃d ſi ita eſt: ut nõ ſit aliud q̃cq̃: q̃d ſeipſum moueat p̃ter aĩum/neceſſario fit: ut ſit ĩgenitus & ĩmortalis. Hæc Socrates de ĩmortalitate animi argumẽtatus eſt in Phædro Platonis. Macrobius aũt harũ ratiocinationũ formã ſcd̃m uarios Platonis ſectatores: uariis quoq; modis expoſuit. Sunt q̃ ita Platonẽ ratiocinatũ uelint. Aĩa ex ſe moueť: quicq̃d aũt ex ſe moueť: ſemp moueť: igitur aĩa ſemp moueť. Deinde gradatim p̃cedunt. Aĩa ſemp moueť: q̃d aũt ſemp moueť: ĩmortale eſt: igitur aĩa ĩmortalis eſt. In his ſyllogiſmis duo p̃banť. Primũ ſemp moueri aĩam: de quo alterũ colligiť eẽ ĩmortalẽ aĩam. Alii argumẽtanť ita. Aĩa ex ſe moueť: q̃d aũt ex ſe moueť: principiũ motus eſt: igiť aĩa principiũ motus eſt. Rurſum p̃ſequiť. Aĩa principiũ motus eſt: q̃d aũt principiũ motus eſt: natũ nõ ẽ: igitur aĩa nata nõ eſt. Tum quoq; ſic. Aĩa nata nõ eſt: q̃d aũt natũ non eſt: ĩmortale eſt: igitur aĩa ĩmortalis eſt. Alii in unã ſeriem ratiocinationis ita redigunt. Aĩa ex ſe moueť: & q̃d ex ſe moueť: p̃ĩcipiũ motus eſt. Quod autem principiũ motus eſt: natũ nõ eſt: & q̃d natũ nõ eſt: ĩmortale eſt: igiť aĩa ĩmortalis ẽ. Hæc ſunt ſcd̃m Platonis ſectatores: ut diximus. Sed in his q̃dẽ oĩbus nõ tam rationũ momẽta q̃ cõcluſionis ueritas aĩaduertẽda eſt. Non naſci aĩam falſum putandũ eſt: q̃ de nihilo creari a Deo/& ĩfundi nõ dubitamus. Ariſtoteles uero cõtra Platõis opinionẽ/aĩam nõ ſolũ nõ ex ſe moueri: ſed ne moueri q̃dẽ arbitratus eſt. Veꝝ: hæc nihil ad rem. Reliqua nunc p̃ſequamur. Thales Mileſius: q̃ primus philoſophatus eſt/ĩmortales aĩos/ẽ primus aſſeuerauit. Tota philoſophorum cohors eandẽ ſñiam p̃bat: exceptis his: q̃ a claris p̄ceptoribus degenerarũt. Quo loco repræhẽduñť Dicearchus: Ariſtoxenus: Panætius: & cũ his Epicureoꝝ ĩſana turba. Magi Perſaꝝ aĩos ĩmortales ponunt. Celtæ Gallorum: Eſſeni Iudæoꝝ: Gymnoſophiſtæ: & Bragmanæ Indoꝝ: Arabũ ſapiẽtes: quoꝝ nõnullos ẽ cõmemorat Albertus Magnus philoſophus nobiliſſimus in eo libro: quẽ de Origine & natura animæ ſcripſit. Vbi & ĩmortalitatẽ animi certis ĩdubitatis/ac neceſſariis rõnibus demõſtrauit. Illud ſcire debemus: quæ a Marco Tullio hac de re ſcripta ſunt: ea de ſummoꝝ oĩum Sapiẽtum theſauris eruta eſſe/ac deprompta omnia. Quæ uero Plato Ariſtotelesq; tradiderunt: ea ab omni philoſophoꝝ cœtu comprobari eorum: qui quidem in honore habeantur & gloria. Quibus omnibus recte cognitis/patebit ueram eſſe ſñiam: quæ animorum ĩmortalitatem conſtituit. Et Naſonẽ poetam graue cecinisſe. Morte carent animæ. Hæc mihi occurrere potuerunt: quæ de tam graui tamq; magna quæſtione ſecundum ueterum Philoſophoꝝ ſententiam annotanda exiſtimarem. Alia/ſi in mentem uenient/q̃ primum ſcribam: atq; ad te mittam. Vale: & deprecare Chriſtum pro nobis.

¶ Hac epiſtola Pio.ii. Senenſi ſummo Pontifici Auguſtinus Dathus de eius aſſumptione plurimum gratulatur.

Eruus humilis Auguſtinus Dathus Pio Senẽſi ſummo Pontifici p̃petuam fœlicitatẽ exoptat: ac plurimum ſeſe cõmẽdat. Prohibet noſtri Saluatoris exẽplum: prohibẽt ſapientum & ſanctorum hoĩum præcepta coram quẽpiam profuſius laudari. Sed & in litteris quoq; eius ad quẽ ſcribimus/laudibus abſtinere debemus: quæ uiui eloquii/ac præſentis uocis (ut ita ſcripſerim) uicem obtinere creduñť. Nam unigenitus Dei filius/cum in terris uitam mortaliũ degeret: facta quæq; ac dicta/ad hoĩum ſalutẽ atq; ĩſtitutionem contulit. Ioãnem Baptiſtam: quo inter natos mulierũ maior nemo ſurrexerat/non niſi abeuntibus a ſe diſcipulis laudauit. Ioãnes aũt Chriſoſtomus ĩprimis eiuſcemodi laudis erudite/ac ſapiẽter abſtinendum duxit. Me igitur a tuæ beatitudinis laudibus nõ iniuria multa deterreant. Cæterum cogit ſingularis quædam mea erga catholicam atq; apoſtolicã eccleſiam charitas: ut uehemẽti & incredibili quodam gaudio afficiar. Quod & mihi ſcribere p̃ difficile ſit: & tuæ ſapiẽtiſſimæ Sanctitati cõſiderare facillimum. Te elegit ex omni numero Sanctiſſime Pater p̃uidentiſſimus Dominus: qui in altis habitat: & humilia reſpicit in cœlo & in terra. Te quaſi firmam petram iecit: ſuper quã ædificata quõdam in principe Apoſtoloꝝ eccleſia p̃ſeueret. Tibi animas ligandi atq; ſoluendi pontificium tradidit: quo paſtore tam diligens ſit ouilis cura: ut ſaluo ſemper/atq; incolumi grege neq; cuſtodis in curia neglectæ/neq; rapidis lupoꝝ morſibus laceratæ ullæ oues p̃eant. Tuæ igitur uere beatiſſimæ ſanctitati gratulor: quẽ apud Deum terræ cœlorũq;/ac totius mundi rectorẽ digna habita eſt: cui chari nimiumq; dilecti ouilis cuſtodia crederet. Gratulor in maiorẽ modum catholicæ matri: quæ ſub umbra alarum tuaꝝ facillime filios ſuos periculoꝝ ſeruabit ĩmunes: & ab hoſtium oĩum defendet inſidiis. Gratulor uniuerſi Chriſtiani cœtus cõciliis: quoꝝ ſalus in tranquillum quẽdam/ac tutiſſimum/portum aduecta eſt. Poſtremo clemẽtiſſimo Deo atq; admirabilium beneficioꝝ largitori grates ĩmortales ago/& ſempiternas: qui eo nos paſtore dignatus eſt: de cuius aſcenſu lætandum ſit: nec timẽdum de lapſu. Proinde accingere pater ſanctiſſime: eccleſiam tuere: in eam incumbe totis uiribus. Deniq; ĩtellige Apoſtolorum tibi traditam poteſtatem: claues collatas regni cœleſtis. Teq; in hac mortalium uarietate/æterni Principis perſonam gerere. Qui ut tibi uicem ſuam in terris tribuit: ita & gratiam adhibebit: qua cooperante/cum cõmiſſo grege/tandem decurſa mortali uita/ad fauſtiſſimam cœlorum ſedem/atq; ĩmortalem peruenies gloriam. Aueto Beatiſſime Pontifex: atq; eſto incolumis.

¶ Philoſophorum hac Epiſtola uanitas/eorumq; interſe/etiam diſſidentium leuitas improbatur. Sacrarumq; litterarum ac diuinarum ſcripturarum conſtantia laudatur:ac demonſtratur utilitas.

AVguſtinus Dathus Guidoni Piccolomineo.S.P.D. Cogit me Guido beniuolẽtia tua erga me: quæ ſatis ſuperq; iãpridẽ ſpectata eſt:ut potiſſimũ ad te ſcribã:qđ cauſæ fuerit. Quapp remiſſis/ac poſthabitis Philoſophoꝝ libris/aium pœne oẽm ad ſacras lectiones cõtulerim. Quod tibi aiaduerti præter cæteros & ꝓbari maxime & piucũdum eẽ. Proinde ne ſis meoꝝ cõſilioꝝ neſcius:cui mei animi receſſus oẽs/ac latebras pate iactas eẽ uelim. Accipe nõ illaudabilis(ut arbitror)noſtri iſtituti rõnẽ. Nã fuit mea ab ineunte uſq; ætate cõſuetudo:ut ex oĩbus:quæ uel legerim uſpiã:uel audierim:ea mihi ſolũ cordi eẽnt: in quibus maxima ſniæ firmitas cerneret:ea cõtra aſpernarer:repudiarẽq;:quæ certi nihil habẽt:& quodã uelut uago ſemp errore ducunt. Atq nunq̃ dici:nunq̃ cogitari poſſit:quãta oĩbus de rebus iter Philoſophos ipſos diſſenſio certamẽq; ſit. Quoquo uerteris Guido cernas uarias opiniones/diſceptãtes ſnias:diſſidentia iudicia:idiſſolubiles controuerſias:repugnãtes rõnes:ut nõ tam ii:quos philoſophos uocãt:lucẽ aliquã rebus attuliſſe/q̃ tenebras potius:ac uelut noctẽ quãdã effudiſſe uideant. Nec id tam acre diſſidiũ in una iuenias philoſophiæ parte: ubiq;.n.ſũma diſceptatio eſt:& his quædã inaudita uerſat. Nã ut a Phyſicis ordiamur. Quid uſq̃ certi reperias? Quid prorſum firmi/ac ſtabilis:qđ quaſi uerũ certa philoſophoꝝ diiudicatione ampiẽdũ ſit? Et qđ ad reꝝ naturaliũ principia attinet. Alii unũ cõſtituerũt reꝝ oĩum initium. Quod ipſe quoq; recẽſuit Ariſtoteles. Alii plura:& ea rurſum alii motionis expertia:alii habẽtia motũ. Quidã finita:nõnulli ifinita. Deq; ea re Parmenidis:Meliſſi:Diogenis:Thaletis:Heracliti:Empedoclis:Democriti:Anaxagoræ:nec nõ alioꝝ icredibili quadã diſſenſione certat. Veꝝ qđ longe eſt oĩum turpiſſimũ:ipſi quoq; philoſophoꝝ duces ac principes Plato & Ariſtoteles: q̃ uariis opinionibus/ac certaminibus cõtenderũt. Et alter mundũ a Deo fictũ:alter æternũ eẽ fallacibus argumẽtis conat oſtẽdere. Et ille uniuerſalia:quas Ideas nuncuparet:abſq; ſingularibus ſubſiſtere arbitratus eſt. Hic eadẽ illa in ſenſibilibus poſita eſſe cõprobauit. Et Plato hoĩs aĩum & p ſe/& præ cæteris maxĩe moueri aiebat. Ariſtoteles uero principium qdẽ mouẽdi nequaq̃ ificiebat:ſed eẽ prorſus totius motiõis expertẽ. Alia ſunt pterea multa:in qbus & ille homerus philoſophoꝝ(ut dicere ſolebat Panætius)& hoc aureũ flumẽ:ut appellare. M. Tullius cõſueuit:uaria & repugnãtia ſentire nõ dubitarũt. Quæ ſingula/cũ lõgum ſit referre:tum audire moleſtũ. Nec plane aptũ ſit horũ diiudicare ſnias:quas ne ipſe qdẽ Seuerinus Boetius uir admirabili ſciẽtia & oĩbus diſciplinis inſtructus/auſus ſit attingere. Quid de religione ſcribã/& Diis imortalibus:de qbus pudeat me uarias philoſophoꝝ/ac diſſentiẽtes annumerare ſnias? Sed qd alia referã:tum Solem ipſum:q adeo pſpicuus & mãifeſtus eſt:ut oĩa ſua luce cõpleat? Nemo adhuc certa ulla iueſtigatione cõplexus ſit. Rideo nimiũ:cũ philoſophoꝝ non tam ſnias q̃ ſomnia quædã potius ludibriaq; cõſidero. Miror eoꝝ uarietatẽ:& ſimul deteſtor inſaniã. Alii nãq; duos Soles cõſtituerũt:alii dixerunt unũ:eũq; eſſe ignitã nubẽ. Alii ſaxum iflãmatũ/& cãdẽs. Multi ex qnta/quadã natura cõſtantẽ. Alii circulum quẽdã:unde ignis radiiq; manarẽt. Atq; ut omittã qđ a qbuſdam ignis ætherei fons:a nõnullis cor cœli:a pleriſq; mens mũdi appellatus ſit. Quãta eſt apud philoſophos de eius magnitudine cõtrouerſia? Hic profecto ita prorſus delirãt:ut nõ philoſophari eſſe uideant:ſed potius luſiſſe exiſtimari debeãt. Niſi forte nugator Epicurus recte ſenſerit:q Solẽ ferme bipedalẽ eſſe cenſuit. Pro mira deteſtabiliſq; iſania. Sed inumerabiles ſunt eiuſmodi in philoſophoꝝ libris fabulæ/ut ait nr̃ comicus/logi ſomnia:ut ſi uiuãt iam uelut frenetici/Ipocratis uincula depoſcãt. Quod ſi in Sole.i.in clariſſima luce q̃ſi cæcutiẽtes tam grauiter offenderunt. Quid in tenebris inq; rebus iis:ubi eſt obſcuritas maior:feciſſe eos arbitramur? In differẽdi rõne nõ mediocriter etiã diſſenſerũt. Et ne te multis obtundã. Quid certi afferre de ea potuerũt:cũ de rerũ ſciẽtia cuius adipiſcẽde quoddã iſtrumẽtũ phibẽt tam uaria ſenſerint? Et alii qdẽ ſcientiã oẽm penitus euerterũt:ut Socrates:& q eũ ſectati ſunt Academici. Et ipſe etiã iprimis Eraclitus. Alii ſcientiã qdẽ nõ ſubſtulerũt:ſed opinati ſunt quãdã eẽ recordationẽ uitæ ſupioris. Idq; platoni tribuunt:& q deinceps Platonis iſtituta ꝓbarunt. Nõnulli uero ſcientiã nouã cõparari cẽſuerũt:aſſerẽtes nõ qdẽ a ſenſuũ cognitione pficiſci:ſed a largitore formaꝝ tribui:& hãc putarũt eſſe itelligẽtiã quãpiã:q lunari orbi ac globo mouẽdo præeſſet. Cuius opinionis auctorẽ iprimis Auicẽnã fuiſſe ferũt. Poſtremo fuere:qui quaſi interiecti inter ſupiores illos partim ſtatuere cõtra Socraticoꝝ ſniam certam reꝝ cognitionẽ cõparari partim cõtra platonis mẽtẽ de itegro fieri:eamq; demõſtratione q̃ſi certo quodã calle iueſtigari. Nãq; primo res cuius ſciẽtiã iquirimus/aliqua rõne in ſenſus cadit. Deinde ii uelut nuncii qdã ſenſata/ei uirtuti deferũt:quã fantaſiã Græci appellant:quæ ipſa fantaſmata oblata itellectui mẽtis certa(ut ipſe ait Ariſtoteles)cognitione pcipiunt. Nec poſſunt quiq̃ noſſe aliqd & ſcire:niſi prius fantaſma aliqđ fuerint ſpeculati:atq; omne qđ in itellectũ cadit: prius in ſenſibus extitiſſe neceſſe ẽ. Quare ante rõcinationẽ ẽ qdẽ:ut i poſtremis analeticis tradit/ſcire ptim/partim uero ignorare/& poteſtate ſciunt ſimpliciter ignorãt. Cũ igit ſint ueluti extrema quædã/& penitus ignorare & ſcire ſimpliciter:Ariſtoteles quãdã ueluti mediã uiam excogitauit:& cognitionem poteſtatis adhibuit. Eſt igit apud philoſophos quaſi quædã dubia cœna:ubi in tanta ſentẽtiaꝝ diuerſitate una cũ Terẽtiano Phormione. Neſcias qđ ſummas potiſſimũ. Sed ibi oĩa lauta/ac ſplẽdida:hic pturbata oĩa/atq; cõfuſa. Quid qđ ipſi quoq; demonſtrationum aſſertores:alii ad ſciẽtiã cõparandã diffinitione ſubiecti:alii ꝓprii accidẽtis medio uelut recto quodã tramite puenire poſſe arbitrant. Nõ ẽ hoc philoſophari(ut mihi qdẽ uidet):ſed claudicare:ſed offendere:ſed cõfundi demũ/ac decipi. Venio iam ad mores & iſtituta uitæ. Qua in re nihil firmũ:nihil ſtabile oĩno tradi põt. Nã finibus ipſis bonoꝝ ac maloꝝ ignoratis/cætera oĩa ſubuerti/ac deprauari neceſſe eſt. Quotus.n.quiſq; iueniat:q aut ueritatẽ attigerit:aut ſolidi quidpiam locutus ſit? Quid enim ẽ ſummũ homini bonũ? Num corporis uoluptas? Num honeſtas? Num utriuſq; cõmertium? Num doloris priuatio? Num bona animi? Num corporis? Num externa? Num rerũ ſciẽtia? An nõ dolere? An cõgruenter cũ natura uiuere? Nũ animi gaudiũ? Num alia generis eiuſdẽ? Atqui nos nihil hoꝝ ita putamus bonũ eẽ ut extremũ iudicari debeat. Sed tamen in his fere philoſophoꝝ oĩum

de beatitudine ſermo uerſatur. Ex quo finis ignoratio: reꝝ oĩum humanaꝝ perturbatio ſequitur: & uitæ cõfuſio: Vt nõ iam ex philoſophoꝝ p̄ceptis uiuẽdũ ſit. Sed alio cõfugiẽdũ: ſiquis rectã uiuẽdi uiã ſectari uelit. De mathematicis taceo q̃ quia forſitan certi aliqd cõtinerẽt deſerta ſunt & iamdudũ relicta. Quæ oia ſæpe aio cõplexus: ne tam magnis uagarer erroribus: atq; ut eſſet aliqd qd me ſequi oporteret: decreui confugere ad ſacras hiſtorias: & diuinas litteras: ubi oia certa/grauia/utilia/& ad bene uiuẽdũ ptinẽtia. Accipe unũ quẽq; uel ueteris/uel noui teſtamẽti librũ: & cũ legeris ſenties & tu quoq; hæc eadẽ. Vis icipere a Moyſi lege. Vis a Ioſue ac iudicum monumẽtis. Vis a Regũ hiſtoria. Vis a Machabæoꝝ geſtis. Vis a Sanctoꝝ p̄ceptis. Vis a ꝓphetaꝝ monitis. Vis ab Euãgeliſtaꝝ iſtitutis. Vis a Pauli documẽtis. Omnes libri ad unũ pari rõne cõſentiũt. Oĩum ea uis eſt: ut nihil dici melius: nihil ſuauius audiri: nihil ſuſcipi honeſtius: nihil facilius itelligi. Nihil deniq; utilius excogitari poſſit/ac fructuoſius poſſideri. Harũ litteraꝝ cognitio/uitã iſtituit: mẽtes illuſtrat: aĩos delinit/a terreſtriũ rerum cupiditate hoies auertit: ad cœleſtiũ bonoꝝ cõtẽplationẽ ipellit. Atq; ut ſapiẽter Hieronymus nr̃ ad Iulianũ ſcribit. In ſanctarũ ſcripturaꝝ grauitate uulnerũ uera medicina eſt: & doloꝝ certa remedia. Hoc ꝑdulce eſt mentis atq; animi pabulũ. Hæc ſunt ſuauia illa: q̃ Dauid cõcinit eloquia. Faucibus noſtris ſup mel ori hoium. Hæc Platonis flores ſupant: arguta ꝑipateticoꝝ ꝑitant argumẽta. Oratoꝝ illecebras antecellunt. Spinoſis Stoicoꝝ atq; horridis inſtitutis p̄ferẽda ſunt. Itaq; & ipſe has litteras cupidiſſime amplexatus ſum: & alios ut idẽ faciant cohortabor. Te uero oĩum maxime: quẽ ad res magnas atq; ſplẽdidiſſimas natũ credimus. Sed habes qd tibi gratũ arbitrabar fore: quæ me rõnes ad diuinas litteras/& ſanctaꝝ ſcripturaꝝ lectionẽ cõpulerint: inqbus uel ætatẽ oẽm certũ eſt cõſumere. Tu cura ut beneualeas/& noſtri decreti cõſilium nõ laudes ſolum: ueꝝ etiam probes. Vale.

¶ Hac declaratur Epiſtola: quales eſſe debeant rerum publicarum rectores ac principes.

AVguſtinus Dathus Euãgeliſtæ Saluiato. S. P. D. Gratulor tibi equidẽ/tibi gratulor: Euangeliſta plurimum: ſerius fortaſſe q̃ noſtra pœne ab icunabulis cæpta amicitia poſtulabat. Sed ego in his locis ſum quo nihil niſi ſero admodũ ꝑferat. Seram igit̃ gratulationẽ noli accuſare. Quãdo qdẽ multis emerſis diebus tui honores renuntiati ſunt quos plurimis ſuffragiis magna comitioꝝ frequẽtia adeptus es: & qd uel maxime gratulandũ: iudicẽ ante tẽpus adeptus. Nec tibi mediocria munera: ſed ſummo cõſenſu ampliſſimum pene oĩum magiſtratũ Viri Senẽſes detulerũt. Quæ res & auctoritatẽ uehemẽter exornat: & tuis amicis affert ſingularẽ uoluptatẽ: mihi p̄ter cæteros tãtã: quãtã tu ipſe facilius cogitare queas: q̃ ego ſcribere. Video nãq; tuã dignitatẽ hac potiſſimũ rõne illuſtrari. Si qdem qualis quiſq; ſit: quãtaue debeat cuiuſq; uiri & ſapiẽtia & magnitudo animi iudicari faciliime magiſtratus oſtendit. Quod q recte ſeſe: qui iuſte ac moderate ea in re geſſerint: ii imortalis laudis ſemen iaciunt: cuius haud lõgo poſt tp̃e ampliſſimã gloriã quaſi uberrimũ fructum ꝑcæpturi ſunt. Hoc de te haud ambigue ſperãdum ſit: q cũ ſemꝑ uirtuti ac probitati ſtudium adhibueris: indies magis/magiſq; optimaꝝ artium exercitationẽ cõplexus es. Nam qui Doctoꝝ/ac Sapientũ hoium p̄ceptis iſtitutiſq; lætat̃ fieri nõ põt: quin & in priuatis oibus/& publicis actionibus magnã laudẽ adipiſcat̃. Tibi aũt Magiſtratus officia qui ſæpe diui Hieronymi: ſæpe Ariſtotelis: ſæpe Marci Tullii/ac p̄terea multoꝝ uolumina lectitaueris: in cognita eſſe nõ poſſunt. Præcipiunt nãq; (ut ꝓbe noſti) iis q rẽpublicã gerunt: ut iprimis nihil qd ad diuini numinis cultum ſpectare uideat̃ oino ommittẽdũ ſit. Deinde ciuitatis ſaluti atq; ocio cõſulendũ. Oĩa ꝓcuranda pari iure totius reipublicæ mẽbra. Vacãdum omni animi ꝑturbatione/tum amore atq; odio/tum cupiditate/& metu/Iuſtitiæ parẽdum/atq; æquitati: Inſtituta quæq; & leges ſeruãdas. Nouas (ſi opus ſit) etiã ſcribẽdas. Perſæpe antequã pro cõmuni officio cõueniẽdum ſit prudentes uiros & bonos aſciſcẽdos: improbos uero ciues/pernitioſos turbulentos: ſatioſos nõ modo ab omni cõſultatione ſegregãdos: ſed etiam pellendos ciuitate/& ab omni ciuium ſocietate abiiciendos: quaſi peſtem quãdam/ac pnicioſam reipublicæ calamitatẽ. Sed ne plura ſcribã ei cui officioꝝ cognitio & iuſtitiæ cupiditas acerrima ſit: hortor Euãgeliſta: te & oro: ne oĩum ciuium/qbus pp tuam ꝓbitatem & modeſtiam tu eſt iam dudum chariſſimus: expectationem fallas/ac te eum præſtes: quem & igenii tui bonitas & ſapientum inſtitutio eſſe iubet. Tibi iterum atq; iterum gratulor/mihi gaudeo. Deum oro: ut honores tibi maximos fortunet in dies. Fœliciter uale: Eſq; in omnibus tuis muneribus noſtri memor.

¶ Laudantur hac Epiſtola litterarum ſtudia/& uaria ac multiplex hominum ratio recenſetur.

AVguſtinus Dathus Ioãni. S. P. D. Multa ſunt mi Ioãnes/ac uaria mortalium diſcrimina. Multiplex hominum genus: plura eorũdẽ ſtudia: & ſua quiſq; uoluptate ducit̃. Quod Mãtuanus Vates pulcherrime cecinit. Alii ſeſe ad rem militarẽ cõferũt. Alii rebus publicis gerẽdis dedunt. Alios delectãt mercimoniaꝝ cõtrahẽdaꝝ labores. Alios cõtra otium uitæ/ac tranquillitas. Senex diuitias parat: amplificandæ rei familiari inhiat. Cõſtantiore uir ætate: honoꝝ gloriã cõſectatur. Imberbis iuuenis (ut ait Flaccus) gaudet equis/canibus/& aprici gramine campi. Mortales oẽs aliis alia ſtudia pſecuntur. Sed (crede mihi) quoꝝ ſplendido igenio/ac ſingulari uirtute animus excellit/quibuſq; ſpecimẽ quoddam naturæ indutum ẽ: poſt habitis priuatis ac publicis rebus: omne tẽpus in litteris: ætatẽq; cõſumunt. Nec aut conditio generis: aut fortuna illiberales hoies ab ingenuis uiris ſecernit: ſed ſtudioꝝ potius induſtria: uariaq; artiũ atq; exercitationũ curricula. Illos nãq; mercatura delectat/& ea miniſteria/quæ abhorrẽt/ab omni politiore elegãtia. Hos litteraꝝ cupido: atq; doctrinæ cõparandæ appetitus incedit. Illi quæſtum ſequunt̃/hi reꝝ cognitionẽ. Illi corpus explere cõtẽdunt: hi quo ad poſſunt aĩum a corporis ſocietate ſeiungunt. Recte itaq; laudat Ariſtoteles naturæ ꝓuidẽtiſſimæ diligentiam: quæ ſeruoꝝ corpora robuſta finxit: ingenuoꝝ hoium acies animos. Ita enim & illa labores facilius ꝑpetiuntur: & hi ſolertius ſagaciuſq; pſpiciunt. Nam qui præ cæteris robore ac uiribus polleant: plerũq; aut ſerui ſunt/aut ſeruorum ſimiles. Perſæpe uero roboris firmitas maior infirmitatẽ animi & cõſilii/ac ueluti inopiam quãdam mentis indicat. Cõtra uero quoꝝ caro mollior ſit/ac tenella ibecillis corporis ualitudo/tum ſplendidius igenium eſt/tum etiã ſapiẽtia maior. Quod ita uerũ eſſe cõſtat: ut uetere ꝓuerbio: quem ualidiorẽ cõſpexerint eundem deli-

rum/atq; inſanum perhibeant. Cõtra fragilem uiribus perſpicatiore ualere ingenio arbitrant̃. Sed nota hæc ſunt.
Venio rurſum ad litteraꝝ laudes. Cætera enĩ non ſunt oibus apta tpibus. Q uis.n. bellica uirtute prædirus: toga
uir utitur? Q uid militaris diſciplina in pace ꝓdeſt: qua ꝓp bella gerunt̃? Cætera mi Ioánes nõ ſunt ætatũ oĩum.
Q uod ipſe teſtat̃ Cicero. Delirum nanq; ſené appellauerimus q canes alat/paſcat equos ſtudia uenádi cõſectet̃:
feris plagas tendat/ac turpiter demũ repueraſcat. Cætera nõ cõueniunt oibus locis. Q ui.n. ciuitate pulſum atq;
extorrem hoiem decet reipu. gubernatio? Mitto mercaturá: quæ nuſq̃ apud priſcos qcquá habuit põderis. Apud
Thebanos uero nullus mercator fungi poterat publicis muneribus: niſi decem annos: negociis/ac mercatura deſti
tiſſet. Sola litteraꝝ ac reꝝ cognitio ætaté oẽm exigit: nunq̃ intẽpeſtiua eſt: & ubiq; gentiu: magno celebrat̃ hono
re. Q uá qui adepti ſunt uere hoies ſunt: & maximis præmiis muneribuſq; digniſſimi. Q ua ꝓp nõ iniuria plerigq;
iure cõſulti: quos nullius ferme rei ſcientia fugiebat: cũ de ſcientiæ dignitate: ac nobilitate diſſererẽt/doctos uiros
nobilium nobiliſſimos: & uere & elegãter appellare ſoliti ſunt. Nõ ii nobilitate præſunt: quoꝝ maiores gloria flo
ruerunt: ſed q ipſe uirtute & doctrina ſuos pro auoꝝ: atauos antecellit. Ita apud Athenienſes Cerdonis filius Iphi
crates nobiliſſimi ſua ſñia ornádus ſuperauit. Ita apud Romanos Arpinas nobilé Saluſtiũ lõgiſſime antecellit: q
ob ĩgenii atq; indolis ꝑſtantiá adhuc puer honoris gratia a ciuibus nobiliſſimis æqualibus medius ꝑ uias traduce
batur: oibus illum honoribus dignabant̃: adeo ut nõnulli a ruſticis parẽtibus obiurgarent̃. Tãta uis eſt doctrinæ/
ac ꝓbitatis ut eos magnos habere debeamus: nõ qui claros parẽtes oſtentant. Miſerũ eſt.n. alioꝝ incũbere lãmæ:
ſed q uirtute nitunt̃: & magná reꝝ ſcientiá nacti ſunt. Nolo quoq̃ in nobiles uiros ĩmo ignobiles ſcribere mole
ſtius: qui ſola maioꝝ claritudine freti de illis multa de ſe nihil ꝓferre queát. Sed unũ quodq; quo charius/ac præ
ſtantius eſt: eo rarius fit: & a paucioribus poſſidet̃. Multi ad ſcientiá capeſſendam cõuocant̃: pauci attingunt̃. La
borãdum eſt igitur uiris magnis: ut hanc laudé pro ſua uirili cõſequant̃. Indocti naq; ſolum habẽt hois nomé: ſed
infra belluas æſtimãdi ſunt. Neq; enim aliud diſcrimé eſt: q̃ cum prona ſpectent aĩalia cætera terrá: ipſi eos ſubli
me gerunt: & imanitaté docti belluaꝝ ſolo hois figura cõtenti ſunt. Doctos uero hoies qs ſatis laudet? Q ui quo
plura adepti ſunt: eo maiores merẽtur honores. Magnus uir fuit Democritus Phyſicaꝝ inueſtigationum peritiſſi
mus. Maior Plato: qui ad ſciẽtiá reꝝ adhibuit dicẽdi copiá. Clarus Socrates fuit: q Oratoriá arté plurimũ illuſtra
uit. Clarior Ariſtoteles: q eloquẽtiá ſimul & Philoſophiá cõplexus eſt. Præſtans fuit Hortẽſius maieſtate dicẽdi.
Præſtantior fuerit. M. Tullius reꝝ oium diſciplina iſtructus. Illuſtris Marcus Varro Grææ ac Latinæ eruditus.
Illuſtrior Hieronymus noſter q Latinũ: qui Græcũ: qui Hebraicũ eloquium percalluit: q oẽs (ne plures referá)
oium pene & linguis & litteris celebrãtur. Hoꝝ igitur mi Ioánes ſuauiſſime quando ad eas artes natus es ſectare
ueſtigia: incũbe in hác exercitationé qđ facis. Cæteras res tanq̃ hoſpites excipe. Cum litteris uero uigila/ac pernoc
ta/peregrinare: ruſticare. Fac ut ſemꝑ penes te ſint/ac tecum uiuant: ex qbus igens animi gaudiũ ſumma utilitas:
magna apud oẽs gloria comparatur. Adeo ut nõ modo litterati uiri ſummo afficiantur honore: ſed illi quoq; ipſi
plurimum laudentur: qui doctiſſimis uiris præmia afferunt. Q uod non magis decorum ſit atq; inſigne (ut ait Pli
nius) ſtatuam in foro populi Romani habere q̃ ponere. Nam ut cum uiris bonis uerſari: ita bonos honore proſe
qui magna quidem uirtutis exercitatio putanda eſt. At qui ueram fuerint doctrinam aſſecuti: & ipſi boni erunt:
& alios ad probitatem impellent. Video te in uirum eruditum euaſurum: noli itaq; noſtras exortationes aſper
nari. Sed qui ſemper uirtutem coluiſti/fac ut in dies uæhementius complectare. Vale.

AVguſtinus Dathus Ioáni Pio Sacerdoti. S.P.D. Cum heri fuiſſet tibi cũ multis ſermo multis uariiſq;
de rebus: etiá de pietate: de miſericordia: de animi atq; animæ differẽtia illata mentio eſt. De qbus cũ
multiplex opinio afferretur: atq; eſſet cõtentio maior: inſtituiſti me ut iudice: cui pro tua humanitate
plus tribuis: q̃ noſtræ humilitati deberi poſſit. Sed ut tibi obſequar poſtulãti/nõ iam feram iudicium
tam claris uiris diſceptantibus: ni foret id magnæ temeritatis. At dicam ipſe quid ſentiam: & uberem materiá in
paucula cõferam. Primum igitur qđ ſit pietas uidẽdum eſt. Marcus Cicero cum ſit Romanæ linguæ princeps: &
Latini eloquii ꝑcipuus autor: tum de pietate plæriſq; in locis faciat mẽtionem: ipſe ſecum diſſentire uidet̃. Nam
in Rethoricis libris: cũ iuſtitiam explicat: oſtendit in plures partes eam uirtuté diſtribui. Q uæ ſunt/Religio/Pie
tas/Gratia/Vindicatio/Obſeruãtia/Veritas: atq; ita diffinit pietaté. Pietas eſt ꝑ quá ſanguine cõiunctis: patriæq;
beniuolis officium: & diligens tribuitur cultus. Q ua ex diffinitione manifeſtum fit: pietaté uerſari: tum circa ꝓ
pinquos: tum etiá circa hoies patriæ amãtiſſimos. Sed idem in Topicis aliter locutus eſt: in hunc modum. Aequi
tatem tripartitá dicit eſſe. Q uod una ad ſuperos deos: altera ad Manes. Tertia ad hoies pertineat. Et primá dicit/
pietaté appellari/ſecundam ſanctitaté/tertiá iuſtitiam: quæ etiá æquitas dici põt. Hinc liquet referri pietaté non
ad hoies: ſed ad deos: qđ ſuperiori ſñiæ uidetur eſſe cõtrarium. Sed & in libris quoq; de natura deoꝝ: ſæpe nume
ro oſtendit pietaté uerſari potiſſimum circa obſeruationé diuini cultus ut cum in primo libro pietaté & ſanctita
ti & religioni præferri demõſtrat quaſi utranq; uirtutem pietas ipſa cõplectatur. In ſecundo uero eiuſdem uolu
minis libro: deoꝝ cultum dicit eſſe optimũ: caſtiſſimũ/ac ſanctiſſimum pleniſſimũ pietatis. Solet enim. M. Tul
lius cum plura dicit id poſtremo loco & in calce collocare: qđ pluris eſt: & ſignificat uæhemẽtius: ut & ea in parte
poſt optimum: caſtiſſimum: ſanctiſſimũ cultum: addidit nouiſſime pietaté: quá cæteris laudibus prætulit Beatus
Auguſtinus in pleriſq; locis: præſertim uero in libris de ciuitate Dei: & in eo libro qđ Enchiridion inſcribitur. Pie
tatem dicit eẽ diuini cultus: & eandé appellari quæ a Græcis dicit̃ ευσεβεια uel certe θεοσεβεια. Q uarũ utraq;
ad religioné ſine dubio & ad deum pertinet. Et pios hoies ſanctæ litteræ religionis cultores appellare conſueue
runt: ſicut & impios cõtra qui religioni aduerſant̃ & diuiná legem/ac ſancta inſtituta cõtemnunt. Lactantius quoq;
in diuinis Iſtitutionibus diffinit pietatem: Dei ſcientiá qđ qdem ex Hermetis Trimegiſti mente tradidit/cuius de
pietate hæc diffinitio eſt. ευσεβεια ἐστὶ γνῶσις τοῦ θεοῦ. Pietas enim eſt inquit cognitio Dei. Q uid tam mul
tis inſiſtimus? Mea hæc ſñia eſt: ut ſit pietas ingens quiſpiá ac uæhemẽtiſſimus amor: ut primũ Deo/deinde pa

triæ/tum parentibus/poſt propinquis/deinceps amicis/atq; aliis gradatim pietas debeatur. Itaq; recte dicitur. Pietatem qdē in deum eſſe:atq; inde nō adeo:proprie etiā ad alios transferri:ut maxima in religione ſit: mediocris in patria:in reliquis uero deinceps minor. Hanc uero ſniam ꝑpulchre diuus Ambroſius in præclariſſimis libris de officiis declarat ita īquiens. Pietas fundamētum eſt uirtutū oium. Iuſtitiæ aūt pietas eſt:prima in Deum/ſecūda in patriā/tertia in parētes/item in oēs. Hæc ſanctus Ambroſius. Ex his igitur patet:pietatē eam uirtutē eſſe:quæ religionis & diuini cultus habet rōnem:ſed & ad patriā:ad parētes:ad propinquos:ad amicos transferri poſſe. Ac de pietate ſatis. De miſericordia duplex tradit̄ ſnia. Stoici enim philoſophi cū qbus & noſter Cicero ſentit:perturbationes animi in quattuor partes diuidunt:Egritudinē/lætitiā/mœtum/libidinē. Aegritudinis plures ſpecies cōſtituunt:in qbus & miſericordiā:quā & ſic diffiniunt. Miſericordia eſt ægritudo ex miſeria alterius:iniuria laborantis. Dicitur miſericordia ægritudo:qa eſt eius ſpecies:quæ & ſub genere ægritudinis reponit̄. Ex miſeria alterius eſt pars quæ dicit ꝓprietatem miſericordiæ:ut ſi uideamus quēpiam hoiem aduerſa fortuna laborātē:& calamitate affectum:illa miſeria parit nobis hāc miſericordiā. Deinde additur iniuria laborātis: quia non ſolemus flecti uel moueri potius ad miſericordiā:niſi quis iniuſte:& ꝑter rōnem premat̄. Nā ſi quis patriæ ꝓditor: aut ſicarius/aut paricida malo afficiat̄ nō ſolemus eē miſericordes. Ex his igitur partibus cōſtat miſericordia:quā putāt Stoici ipſi a grauitate ſapiētis alienā eſſe oportere. Altera noſtrorum ſapiētum ſnia eſt nō negantiū qdē eſſe paſſionē quandam:quæ in nobis fiat ex miſeria alterius iniuſte laborātis:at dicentium humanitatē quādam eē miſericordia: & quaſi ꝑcipuam uirtutē extollentiū. Itaq; dicit Lactātius in hunc modum. Zenonē ac Stoicos redarguēs. Inter uitia & morbos Zeno miſericordiā ponit:adimit nobis affectum:quo ratio humanæ uitæ pene omnis cōtinet̄. Et paulopoſt. Homo accæpit miſerationis affectum:qui plane uocat̄ humanitas:qua nos met inuicē tuemur. Ex his uerbis duo eliciuntur:primum nō eſſe miſericordiam perturbationē:ſed effectum:cōtra Zenonem. Alterum humanitatem quandam eſſe/& laudabilem uirtutem:atq; humano generi neceſſariam. Quod idem cōfirmat & Aurelius Auguſtinus præclariſſimis libris:de Ciuitate Dei libro nono loquēs & ipſe cōtra Stoicos. Habes de Miſericordia duplicem ſniam:de qua plura alio tpe. Tertium reſtat quid animus & anima differāt. Dicit cōcinne & breuiter Actius Poeta. Sapere nos animo:frui anima:quod animus ſit pars qua cognoſcimus & intelligimus. Anima Spiritus quo uiuimus. Deniq; dicit Macrobius. Animus proprie:mens eſt:quam diuiniorem anima nemo dubitauit. Sed non nunquā ſic & animam uſurpantes uocamus. Verum differere hæc ſubtilius alterius & temporis / & contemplationis eſt. Igitur Vale & Chriſtum pro me ora pie Sacerdos.

AVguſtinus Dathus. N. optimo/ac Venerādo Sacerdoti. S.P.D. Multa ſunt optime pater in ſacrarum litterarum uoluminibus ita iam deprauata/atq; diſtorta/ut & a uero potius abhorreant: & legētibus ſtudioſius:magnam maiorum ſenſuum dubitationē pariant. Quænā uero ſit eiuſdē rei cauſa:malo reticere q̄ ſcribere:ne forſitan uidear cuiquā audacior:ſi qd dolore nimio preſſus dicere moleſtū aggrediar/uel in Sacerdotes noſtri tpis/ac reliquos Catholicæ eccleſiæ antiſtites:ꝑſertim cum redarguēdo ſi multas excitari potius:q̄ erratorum emēdatio ulla fieri poſſit. Sed tamē uereor ne purpuræ cocci & cōchilii/& auri & gēmarū/ne deniq; ſumma liberi ac ceteris cura ſit/& bonorum ſtudiorum/ac ſanctarum rerum & ſcripturarum incuria:ut Hieronymum optandum ſit reuiuiſcere/cuius ſolertiſſima induſtria recōditam Græcis/ac Hebraicis uoluminibus ſapientiam: Latinis litteris illuſtrauit:& Pſalteriū ex ſcriptorum uitio deprauatum omni ex parte correxit. Succiſi iam pridem Hieronymi diligētia quaſi ſecum quadam ſcripturarum errores:negligentia quadam hoium:nimium deintegro pullularunt. In quibus & ille reponi debet:quē heri ad ueſperam:cū forte mihi ad forum:& cōpluſculis īgenuis uiris cōfabulantibus interueniſſes Bartholomæus Boninſignius iuuenis harum rerum ꝑſtudioſus de te quæſiuit. Nouerat enim optime pater nō ſolum Sacerdotalis dignitatis īſignibus/& auguſtiſſimæ religionis cultu exornatū/ſed eſſe diuinæ quoq; legis peritiſſimum:& ſacras quaſq; ſcriptutas percallere. Quod uero tibi explicādum ꝓpoſitū eſt:ſumpſit Bartholomæus ex Soliloquus Dauid prophetæ:qui in Pſalmo(ni fallor)quinto & uigeſimo his dominum uerbis affatur. Lauabo inter inocentes manus meas/& circundabo altare tuū domine. Hunc locū alii aliter legunt:& hi qdem inter inocētes lauabo manus meas cū particula inter ꝑpoſita:alii cum ad uerbio interim/& cōtrariæ qualitatis adiecto noie. Lauabo inter manus nocētes legi uolunt. Quorum utrunq; cum ſatis cōmode probari poſſit. Alterum tamē retineri:alterum refutari oportet. Non.n.qđ eſſe uerum ſimpliciter poſſit īquirēdum ē:ſed qđ a propheta ipſo uere in loco & dictum & itellectum ſit. Reſpondiſti tu qdē probe atq; erudite placere tibi:ut inter inocētes potius legeret̄:teq; id ſentire non ſine optimis rōnibus declaraſti. Sed cum ſatis iam multis habitis uerbis:ande diſcederes iniunxiſti nobis:qui Græcorum fontes delibauimus:& Anhelantia Hebræorum uerba cœpimus ꝑtentare. Vt utriuſq; linguæ Pſalteriū cōfeſtim ꝑquireremus. Quod & in huiuſmodi codicibus & manifeſta ſit ueritas/& cadere eius ambiguitas nō poſſit. Accæpi ego mādata tua nō inuitus:& cōtinuo domum puolans:arripui primum Græcū Pſalteriū:qđ eſt nobis familiarius:& repēte oculos con ieci in pſalmū cuius initium eſt. Iudica me domine:quoniā ego in inocentia mea igreſſus ſum. Græce autē. κριμον μοι κυριε οτι εγω εν ακακια μου επορευθην και επι τω κω ελπιζων. Hæbraice uero Sciopthenì adonai chi ani beldumi halachti une adonai balthachtilo emech. Ex hoc.n. Pſalmo ſumptus eſt locus:qui ambiguus uideret̄: Lauabo inter inocentes manus meas:& reliqua. Hic igit̄: Græce ita ſcriptus eſt. νιψομαι εν αθωοισ τασ χειρασ μου:και κυκλωσω το θυσιαστηριον σου κυριε. Græca ꝑpoſitio modo/in/modo inter ab eruditis iter pretibus traſferri ſolet. Vnde id quoq; angelicæ uocis oraculū. ευλογημενη συ εν γυναιξι:και ευλογημενοσ ο καρποσ τησ κοιλιασ σου Alii tradunt. Benedicta tu in mulieribus. Plæriq; Benedicta tu inter mulieres. αθωοσ uero atq; ulla prorſus dubitatione inocentē apud Græcos ſignificat. Et cum interrogat Propheta. Quis aſcendet in montem domini: aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Reſpondet̄ Græcis uerbis. αθωοσ χερσι και καθαροσ τη καρδια. Poſito autē Græco uolumine:continuo Hæbraicum appræhendi & cunctatione longiuſcula inuenimus tandem: quē præ

diximus locũ:ſcriptum ad hunc modum. Edech benichaion capai Be: ſicut & ἐν apud Græcos. Hebraicæ modo/in/modo inter modo cũ ſignificare poteſt nicon numero multitudinis ꝓculdubio ſignificat inocentes qui ſingulari numero dicitur. quæ plane Græcoꝝ atq; Hebraicoꝝ codicũ fides oẽm mihi continuo dubitationẽ ſubſtulit. Vt ſemp poſt hac nõ interim nocẽtes: ſed iter inocẽtes lauabo manus meas legendũ ac dicẽdum cẽſeam. Sed ẽt fulgẽtiſſima diuinæ ſcripturæ lampas Aurelius Auguſtinus eandẽ ſniam planiſſime roborat. Ac ne plura ſcribam: locũ ipſum antea certe ambiguũ: nunc plane manifeſtũ: dilucide in hũc modum explanat. Oſtenſo Auguſtinus inquit/qũo uitet mala: ſubdit qũo faciat recta: quaſi nõ cõſentiã impiis: ſed potius lauabo inter inocẽtes manus meas: ideſt pœnitẽdo & cõfitendo munda faciam opera mea. Ego dico cõuerſans iter inocentes mente ſemp & corpore ſæpe. Et paulopoſt. Altare tuum domine circundabo: uirtutibus ornabo inter inocentes cõuerſabor. Sed hæc tibi puto omnia exploratiſſima eẽ. Sed ita prorſus fero iniquo animo ſanctas ſcripturas deprauari: ut cum in eam mentionem forte inciderim ſum ſemp longior. Cum autem omnia: munda: integra impolluta eſſe uelim: quæ e diuinis libris ſunt Pſalterium tamẽ: qđ in ore omnium frequẽtiſſimum eſt: uæhementer deſydero incolume incorruptumq; ſeruari. Alias cum plus ſuero temporis nactus: de multis rebus ad te ſcribam pluribus uerbis. Vale uenerande pater: & Chriſtum pro nobis deprecare.

Auguſtinus Dathus. N. Claro legum iterpreti. S.P.D. Cum mihi antehac nota eẽt tua & exquiſita doctrina ac ſumma in omni ſermõe prudentia: nunc quoq; & ſingularis cõperta humanitas eſt iis litteris quas heri mihi reddidit Nicolaus Burgeſius tuo noĩe: iuuẽis ſupra eã ætatẽ eruditus & ſapiẽs. Iis ſum mirifice delectatus: cũ quia ornate & ſplẽdide ſcriptæ ſunt: tum uel maxime: qđ de rebus grauibus diſſerunt: & cognitione digniſſimis. Video uerã Platonis uocẽ extitiſſe: qua diceret ingenuas oẽs artes: quæq; ad humanitatẽ pertinerẽt: uinculo & cognatione quadã inter ſe cõtineri. Res nunc ipſa docuit. Omniũ pene diſciplinarũ ſimul iungi ſocietatẽ: cũ te omni cuiuſuis doctrinæ genere ac laude pollere ꝑſpicue nouerim. Neq; n. in Ciuilis iuris prudentia ſolum: ſed in dicẽdi ſplẽdore in ſanctaꝝ litteraꝝ grauitate oẽm uideris ætatem atq; operã conſumpſiſſe. Quãobrem te oro: ut me in tuum ſinum admittas: & ſiqd tibi & a publicis muneribus: & ab amicorũ defenſiõe: ocii ac tꝑis reliquum erit tuæ eruditionis/ac ſummæ humanitatis participẽ facias. Ineamus quæſo hæc fœdera: ut tu te mihi ꝑceptorem liberalem præbeas. Ego me tibi attentũ diſcipulũ: & tuaꝝ ſniaꝝ non in uirum aſtipulatorẽ. Id enim & auctoritati tuæ ampliſſimũ fuerit. Sed iam qđ tuis litteris continetur: paucis ꝑcurramus. De Pſalmo quinto & uigeſimo Dauid ꝓphetæ: nõ nulla orta diſceptatio eſt. Idq; (ut arbitror) pp Latini ſermõis ambiguitatẽ: quæ apud Græcos/ & apud Hebræos in eo loco nulla eſt. In eo igitur Pſalmo præter alios cõplures canit noſter Propheta & hunc uerſiculum. Lauabo inter inocẽtes manus meas: & alia. Nunqd ꝓphetas Dauid lauat interim nocẽtes manus: uel potius inter inocẽtes manus ſuas? Num ea oratio aduerbio an ꝑpoſitione cõplecitur? Magna in hiſce uerbis uideť exorta dubitatio. Ego cum puer admodũ eſſem: & pſallerem frequentius: ſolitus ſum legere. Interim nocẽtes manus meas lauabo: quia id mihi magis cõſentaneũ uidereť. Sed cum ꝑ ætatẽ ad eius loci ſubtiliorẽ iuegationẽ aĩum applicuiſſem: errore deſtiti puerilis inſcitiæ/& legi poſt illa ſemp: lauabo ĩter ĩnocẽtes manus meas. Nam ſiue uerba ipſa ſpectemus ſeu ipſum ſenſum ꝑſcrutemur ꝑpoſitionẽ inter: nõ ad uerbio interim opus eſt. Idq; explicemus paucis. Ac primũ uerba ipſa nobis cõſiderãda ſunt. Sanctus Hieronymus diuinaꝝ ſcripturaꝝ clariſſimum lumen: de Hebraica ueritate Pſalterium trãſtulit: qđ uina de prelo puriſſimo ſumpta meliora ſerueť. In tertiũ aũt uas tranſfuſa coaceſcũt. Ex eo Pſalterio huius loci qui in mãibus eſt: facile poſſumus cõiectare ueritatem. Ita n. ſcriptum eſt. Lauabo in ĩnocẽtia manus meas. In quibus uerbis/in ꝑpoſitio magnam uim habet. Interim aduerbium icaſſum poneret? Quod enim ſibi uelit iterum nocẽtia lauabo manus meas? Magna eſſet uerboꝝ cõfuſio: ſenſus ipſe perobſcurus. Sed & apud Græcos quoq; is locus ita ſe habet. μι ψομαι εν ἀθωοισ τασ χειρασ μου και κυκλωσω το θυσιαστηριον σου κε εν interpretamur in: uel inter. Quarũ præpoſitionũ eadem plerunq; uis eſt Datiuo caſu ponunt accuſatiuo. Quod ſi nocẽtes manus ſignificare Propheta uoluiſſet eodẽ in ſubſtãtiuo atq; adiectiuo noĩe caſu uſus fuiſſet. Quod ſi cæteri oẽs eius Pſalmi Verſiculi: ita ſe habent: ut oẽs rectiſſimæ Priori ſcriptioni cõſentiant: nõ exiſtimandum eundem locũ: & in Latinis & in Græcis codicibus fuiſſe deprauatum. Nã id ſimile portẽti eẽt. Quod locupletiſſimũ teſtimonium Hebraicæ ueritatis in qua eſt. Lauabo in ĩnocẽtia manus meas. Quod & paulo ante explicuimus. Apud nos quidẽ: inter: & interim magnam in ſono ipſo uideť habere cõcordiam. Sed id neq; apud Hebræos neq; apud Græcos ſimiliter cõtingit quale/& in Euangelio Ioãnis uſu uenit. Dicunt pleriq;. Neq; ex uoluntate carnis: neq; ex uoluptate uiri: idq; euenit qđ & uoluntas: & uoluptas ꝓnunciatione parũ quidem differunt: & unius duntaxat litteræ diſcrimine ſecernunť. Sed apud Græcos nihil tale accidit. Nã θελημα: κατ ηδονη quoꝝ primum uolũtatem: alteꝝ uoluptatem ſignificat: neq; in ſono conueniunt/& nõ minus litteris: q̃ genere & ſignificatiõe ſeparãtur. Eiuſmodi eſt & illud. Laudate Dominum de terra dracones & omnes abyſſi. Alii ambiguitate nominis capti malunt legere. Tracones & oẽs abyſſi. Quodnam quæſo hoc eſt dedecus? An mediocre ſcelus eſt & nõ potius indigniſſimũ facinus ſanctarum ſcripturaꝝ ſinceritati ac luci tenebras effundere? Hæc uero omnia facile euitari queant: ſiquis ex ipſo fonte ueritatẽ hauriat: & cœnoſos riuulos miſſos faciat. Itaq; conſtat ex ipſa uocabulorum recta interpretatione laudans. Prophete manus inter ĩnocẽtes: non nocentes abluendas: quod pleriſq; uideri ſolet. Verum ſi ſententiam ipſam: & mẽtem cõſiderauerimus nullus relinquetur dubitationi locus. Sed uereor ne quis me temere feciſſe arbitretur: qui auſim tam fragili cimba altiſſimum pelagus nauigare. At ſanctiſſimoꝝ Doctoꝝ incorrupta diſciplina/& ſincera enucleatiõe fræti totius eius Pſalmi rationẽ aperiemus. Cuius eiuſcemodi initiũ eſt. Iudica me domine: quoniã ego in inocentia mea ingreſſus ſum. Et ſecundum aliam tranſlationem. Iudica me domine quoniã ego in ſimplicitate mea ingreſſus ſum. Domi-

nus & Saluator noſter cum ad iudicandum uenerit:agnos ſeparabit ab hædis: & eos qui a dextris: ab iis qui a ſiniſtris:ut illis dicat. Venite benedicti patris mei. Alii uero. Ite maledicti in ignẽ æternũ. Prophetes ergo Dauid Dominum cõprecatur:ut in futuro ab ĩprobis ſe iu[n]gatur/tum corpore/tum etiã loco:a quibus in hoc ſæculo merito ſeparat̃/ac gerit qdem ꝓpheta ipſe pſonam probi/ac perfecti uiri:qui ut longe abeſt a prauitate ĩpiorum:ita & ſecerni ab eis poſtulat in futurum:ne in iudicio improboꝝ/ac pditoꝝ cõſortio miſceatur in hunc modũ inquiẽs. Iudica me domine. Quibus uerbis:non ex arrogãtia uſus eſt:ſed ex ſpei potius fiducia:ſicut & ipſe. Magiſter gentium dicit Apoſtolus/ac modo imperandi utitur pro eo:qui optandi eſt. Quod fieri ſæpe uidimus:monumentis oſtendit acutiſſimus Origenes. Itaq; depræcatur ſacer uates ſe iudicaturum iri:& ſecretum a malis propter innocentiam eius:quæ tamen ipſa a dei miſericordia profecta eſt. Hoc uero poſtulatum iuſtum oſtẽdit eſſe bifariam: tum quia:improbitatẽ effugerit:tum quia uirtutem ſectatus ſit. Ex quibus duobus muneribus liquet perfectam conſtare iuſtitiam. Quæ in hoc uerſatur ut a malo declinemus:& perficiamus quod bonum eſt. Ita enim & p eundem Prophetã præcipit dominus. Declina inquit a malo & fac bonum. Igitur primam partem iuſtitiæ abſoluiſſe oſtendit ſe cum dicit. Non ſedi cum concilio uanitatis:& cum ini. ger. non introiui. Odiui eccleſiam malignãtium:& cum impiis nõ ſedebo. Nam neq; ſenſi cum hominibus uanitatis:qui caducis in rebus & momentaneis ſpem omnem collocauerunt. Neq; cum malignantibus qui ſocio inferunt manus:& feciſſe iniuriam lætantur. Neq; cum impiis quorum peruerſum dogma & ſuperſtitioſa heræſis ſcripturæ ſacræ ueritatem ſubuertit. Sed cor meum:renes mei:manus meæ:ab illorum prauitate longiſſime abſuerunt. Atq; ita iuſtitiæ primum munus perfectum eſt. Secundum attingit dicens. Lauabo in ĩnocentia:ſeu malumus ĩter innocẽtes manus meas. Ille lauat in ĩnocentia manus ſuas:qui ĩnocentum hominum ueſtigia atq; opera conſectatur. Sed illud forſitan abſurdum uideri poſſit:ut idem innocentis opus agat & lauet manus:quod uidetur nocentis: & polluti magis ꝓpriũ eſſe. Qui.n. ĩnocens eſt:is uidet̃ lotus eẽ. Qui aũt lotus eſt (ut ipſius Saluatoris apud Ioãnẽ uerbis oſtẽditur:) non indiget niſi:ut pedes lauet. Sed eſt mundus totus. Et pedes qdem lauare poſſit manus lauare non poſſit. Nam pedes affectus animi ſignificant ſicut & Aurelius Auguſtinus. Pes meus inquit:affectus meus:manus uero actiones/atq; opera:quæ in uiro innocente:qua innocens eſt mundum eſſe conſtat. Atq; itaq; inſuper lotione non egere. Quomodo ergo lauabit prophetes inter ĩnocentes manus ſuas? Sed facile eſt huic obiectioni occurrere:ſi humani generis imbecillitatem inſpexerimus:& ueritatem ipſam liquido fuerimus cõtemplati. Quis enim gloriabitur:caſtum ſe habere cor? Sed neq; etiam aſtra ipſa munda ſunt:ĩ conſpectu domini. Quin potius omnis homo mendax. Bene Ioannes in ſua Epiſtola. Si dixerimus:quoniam peccatum non habemus ipſi nos ſeducimus: & ueritas ĩn nobis non eſt. Atq; iterum. Si dixerimus quoniam non peccauimus:mendacem fecimus eum:& uerbum eius non eſt in nobis. Quod ipſum neq; ſapientiſſimum concionatorem latuit:qui dixerit. Quis poteſt dicere:mundum eſt cor ſuum:purus ſum a peccato? Quis itaq; ĩnocens eſt:ut innocentem pleriq; uolunt ĩtelligi:qui nulla alicuius peccati ſorde pollutus ſit. Beatus uir qui intuens ẽ ſine macula. Quis eſt hic & laudabimus eum? Fecit utiq; mirabilia in uita ſua. Nemo eſt tam innocens:quin lotione non nulla egeat. Quæ profecto in confeſſione:& penitentia ſita eſt. Quarum utraq; a dei miſericordia expetenda eſt. Siquidem uere ait altiſſimorum ſecretorum conſcius Ioannes. Si confiteamur peccata noſtra:fidelis & iuſtus eſt:ut remittat nobis peccata noſtra: & emundet nos ab omni iniquitate. Præclare itaq; propheta. Lauabo inquit:inter ĩnocentes manus meas:& circundabo altare tuum domine. Quod eſt. Innocentum imitabor probitatem:& altare tuum:ideſt:meam ipſius mentem uirtutibus exornabo:quæ uera eſt cum innocentibus conuerſatio. Confeſſionis autem/ac pœnitẽtiæ ea uis eſt:ut uel nocentiſſimum hominem innocentem reddat:ſi tamen uera confeſſio uera pœnitẽtia ſit. Hinc & illud Tragici Poetæ. Nam ſera nunquam eſt ad bonos mores uia. Quem pœnitet peccaſſe/pene eſt innocens. Reliqua uero eiuſmodi Pſalmi uerba aptiſſime conueniunt:& ipſa inter ſe conſentanea ſunt. Quæ omnia proſequi: non epiſtolæ:ſed longioris uoluminis opus ſit. Nam ſicut innocentia proponit dicens. Iudica me quoniam ego in ĩnocentia mea:uel in ſimplicitate mea ingreſſus ſum:ita innocentiam proſequitur/dicens. Lauabo in ĩnocẽtia manus meas. Innocentiam quoq; concludit:& complectitur/dicens. Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum redime me & miſerere mei. Ita fit ut initium:progreſſus:exitus Pſalmi ipſius probe conueniant. Quod qdem poteſt eſſe conſentaneum:a qua ſententia & Auguſtinus & Caſſiodorus nõ abhorrent:ut tum propter Hebraicæ linguæ incorruptam ueritatẽ:tum Pſalmi ipſius cõſonam ſñiam:tum deniq; pp ſummoꝝ doctorum auctoritatẽ nulla reliqua dubitatio ſit:cũ legere debeamus. Lauabo inter ĩnocẽtes manus meas. Nam lauabo interim nocẽtes manus meas ſubtiliter dictum eſt:ſed lõge abeſt a ꝓphetæ ſñia. Nec hoc arrogãter dictum exiſtimari uelim:neq; ego auctor ſum huius ſñiæ:ſed confirmator potius. Quæ cõtra obiiciuntur facile refelli poſſunt. Afferre codicis deprauationem nõ ſatis firmum argumẽtũ eſt:cum reliqua oĩa recte conſentire uideamus. Sed in Hebræoꝝ & græcorum uoluminibus difficulter eiuſcemodi eueniat dubitatio. Illud qđ in promptu eſt Pſalmum exponi cõuenientius:ab iis:qui inter ĩnocẽtes abluendas manus ĩterpraetant̃:q̃ ab iis qui uel inter nocẽtes:uel iterim nocẽtes pferre malunt. Nec ꝓpheta de nocẽtibus ad inocentes temere cõuolat:ſed ĩnocentiam ꝓponit:proſequitur:cõcludit (ut mihi uidet̃) expoſitum. Qualiſcunq; aũt præpoſitio illa ſit inter nos pro ſcripturæ ſanctæ arbitrio/ac iure/uel in ĩnocẽtibus/uel cum ĩnocẽtibus explanare poſſumus:neq; enim ſubiacent Grãmaticæ artis formulis diuina eloquia:ut diuinus oſtendit Gregorius in præclariſſimo Moralium libro. Quod ſi Iuris conſultorum auctoritas afferatur qui inter præpoſitionẽ rationem quãdam intrinſecam habere profitentur. Nos meſſem alienam nequaq̃ attingere audeamus. Verum tamen multa Iuris cõſulti uſurpant:quæ apud alias diſciplinas longe aliter ſe habent. Et illi quidem uſurpationem appellant uſu capionis ĩterruptionem. Oratores autem frequẽtẽ uſum uocant. Vt. ff. de uſu ca. proditur. l. ii. niſi me fallit memoria. Quid item actionis ſignificatio non ne apud alios longe diuerſa eſt:ab ea quã ciuilia iura tradunt? Quid alia ĩnumerabilia? Inter inocẽtes aliter iuris cõſulti exponũt/

aliter ſi diuina eloquia interpretenť:nõ ſit læſæ maieſtatis crimen?Quod uero in calce adiectũ eſt : id facile perſoluiť.Nõ.n.de huius uitæ/& mortis/lucis/labe métio eſt:ſed de ea:q̃ poſt ſubſequiť imortalis/ac ſempiterna:ut in Iudicio Propheta ipſe:q iter innocentes manus lauerit:ſecerneť ab iprobis:& audiat uocé laudis:& enarret uniuerſa mirabilia dei. Sed hæc ſatis. Quæ oia q̃q̃ ex méte:atq; ſnia eruditiſſimorũ hoium ſunt ꝓfecta:tamen libentius affirmauerim:ſi tua quoq; acceſſerit auctoritas:quæ apud me ualere plurimũ debet. Feceris mihi gratiſſimũ. ſi quæ a nobis ſcripta ſunt:aut emendaris:aut ꝓbaueris. Quorũ illud gratũ:hoc futurum mihi Cum uero tuam ſniam intellexero: tum lucubratiunculã hãc quæcunq; tandé eſt:aut reiciam:aut in lucé ꝓferam. Nã meæ partes ſunt:ut tecũ ſentiam:qué de rebus oibus rectiſſime iudicare non dubito. Bene mecũ ageť ſi in tuam ſnia cõuenero quam probatiſſimam eſſe & ipſe arbitror:& omnes exiſtimare debent. Vale.

AVguſtinus Dathus.N.Oratori præclariſſimo.S.P.D. Cum heri orator præclariſſime longiuſcula peracta deambulatione:quod iam orta Sydera:& regreſſum & requieté ſuaderent:in ueſtibulo tuarum ædium paulũ conſtitiſſemus:in Hieronymum tandé utriuſq; noſtrum delicias incidiſti. Quibus aũt ſumma frugi & uarii ſermonis attuleras uoluptatem : quaſi quædam bellaria:& ſecundam menſam aditurus:deprompſiſti ex Hieronymi monumentis elegantiſſimos locos:quos multos & memoriter ad modum & periucunde ſoles referre. Sed eum duxiſti uideri tibi cognitu difficiliorẽ:qui in Epiſtola ad Deſyderiũ fere hiſce uerbis ſcriptus eſt. Iudei prudenti dicunt factum eſſe cõſilio Neptolæmus unius dei cultor : etiã apud Hebræos duplicem diuinitaté depræhendere t:quod maxime idcirco faciebant:quia in Platonis dogma cadere uidebatur. Hæc(ni fallor)ſunt quæ ſcripta perplexius lucé expoſitionis deſiderare uidereńť. Sed quid adeo ipudens quis tã delirus:qui ea:quæ tibi minus fortaſſe cognita ſint attingere audeat? Quis inquam adeo métis impos:qui res integras tibi/ac nondũ cõpertas ulla ſe cogitatione aſſecuturũ putet/uel ſi lucubrationẽ oẽm/ac meridiationem adhibeat? Verũ licere arbitramur iis qui nec magnã doctrinam adepti ſunt: & eam ſtudioſius exquirunt:exercendi ingenii/ac percipiendæ eruditionis gratia ſuam explicare ſniam:ut uel nacti ueritaté didiciſſe ſe gaudeant/ uel declinantes de uia magiſtro duce ab erroribus reuoceńť. Quod ſi ita eſt:dabis tu mihi:hãc ueniam:ut quid ipſe ſentiam exponere liceat. Quod quũ fecero:tu qui optimus Cenſor:qui ſolertiſſimus iudex:qui optatus nobis arbiter es/uel refelle quæ dixerim/uel proba. Venio igitur ad rem ipſam. Perſtrinxerat Hieronymus nonnulla ueteris legis teſtimonia:& quaſdã Prophetarũ uoces:quæ minus in noſtris codicibus habereńť. Quibus in locis plerũq; & patré & filiũ duas trinitatis perſonas cõiectare poſſimus. Quid eſt.n.ex Aegypto uocaui filiũ meũ:niſi & qui uocaret pater:& qui ab eo uocaretur filius? Atq; ex his uerbis magna oriri poterat dubitatio duplicis diuinitatis:quod altera Dei patris:altera Dei filii eſſe uideretur. At ſeni duodecies ſapiẽtes : quod eſt duo ac.lxx. ſeniores:ab Eleazaro Hyeroſolimorũ Pontifice:ex.xxii.tribubus(ut ferunt)delecti : atq; acciti a Rege in Aegyptũ nõ ſolũ diuinã legé ſunt interpretati:ſed ẽt Ptolomæum ipſum duas res maxime inſtituere conati ſunt. Regni adminiſtrandi rationem:& unius dei cultum. Qui igitur contenderent unius Dei cultum comprobare prudenti conſilio(ut Iudei perhibent)locos omnis:in quibus forte diuinitatis pluralitas ſignificaretur:aut conſulto præterierunt:aut longe aliter interpretati ſunt:qui Regem ipſum a grege deorũ auertiſſent & unius effeciſſent ueri Dei cultorem ueriti ſunt : ne ſuæ ipſorum legis teſtimonio animus pii Regis nouis rurſus complicaretur erroribus. Cumq; adhuc lateret ineffabilis miſterium trinitatis : nec dum forent altiora ſacramenta diuinitus illuſtrara & trium perſonarum:qui unus eſt Deus : & ipſius uerbi quod caro factum eſt:rati ſunt Iudæorum ſapientes optimum factu eſſe:ut in Regis mente unius Dei cultus penitus inhæreret:omnia illa ſupprimere : quæ multiplicis diuinitatis ſuſpitionem parere potuiſſent. Multiplicem autem diuinitatem dicimus non quæ iam eſſet : ſed quã Ptholomæus forte concepiſſet:atq; hoc eſt(ut ipſe arbitror)quod Iudei ſeniores ſuos tam prudenti conſilio feciſſe tradunt. Sed quæret aliquis:quid eſt quod duplicem diuinitatem potiuſq̃ triplicem depræhendi in Hebræorum libris a Ptholomæo metuebant? Vna illa ratio in promptu eſt:quod Patris & filii quarũ perſonarum notior Relatio eſt cõmemoratio quoq; ſimul iuncta frequentior in ſacris eloquiis deprehendiť:quale eſt illud quod ipſi paulo ante attulimus. Ex Aegypto uocaui filiũ meum:ueteris teſtamenti res habundat exemplis. Verũ quod additur. Quia in Platonis dogma cadere uidebatur alteram quoq; rationem ſubnectimus eiuſcemodi. Conſtat Platonem luſtraſſe Aegyptũ:utrum uero iſtituerit ille Aegyptios/uel qđ magis uoriſimile eſt: ſit ab Aegyptiis uatibus inſtitutus:non eſt hic diſſerendi locus. Sed nõ abre eſt:quod Aurelius Auguſtinus teſtis locuples i cõfeſſionibus tradit in mediũ ꝓferre. Extare apud Græcos Platonicos libros eoſdéq; Victorinũ inſignem Romanæ urbis rhetorem Latinæ conſuetudini reddidiſſe. In quibus cum alia præclara multa:& quæ ueritati propiſſime accederent:tum dei atq; eius uerbi mentio planiſſime contineretur. Non reticent Platonici libri:in principio fuiſſe uerbum:& uerbum fuiſſe apud deum omnia per ipſum facta eſſe: & ſine ipſo factum nihil : & pleraq; alia quæ fere nihilo ſecius in Platonicis codicibus qui in Euangelio proderentur. Sed quorſum hæc? Hæc ꝓfecto duplex illa diuinitas eſt Patris & uerbi:in quam facile Ptholomæus incidere potuiſſet:quia in Platonis dogma cadere uidebatur. Hæc ſunt quæ de meo ſenſu potui eruere. Iam expecto ipſe quid ſentias: cuius iudiciũ pluris facio q̃ eorũ qui nõ ſtudio ueritatis:ſed amore gloriæ cuiuſpiã philoſophanť. Cõſulti uero aut nihil reſpondẽt quod maximæ ſuperbiæ eſt:aut inflatis buccis tumẽtia uerba trutinantur. Hoc ſit igitur inter nos nonnunq̃ iucundum certamẽ: ut tu primum proponas quod dilucidandũ ſit:ipſe deinde coniiciam:ac dicam aliquid. Tu idem poſtremo ſententiam feras:quam cum tuleris omnibus in rebus certum mihi eſt ſequi. Vale.

AVguſtinus Dathus.N.S.P.D. Quod ad architam Tarentinum. Scripſit plato ortus noſtri parté amicis partem ſibi uendicat patria. Nec ſolum nobis nati ſumus. Dedi hactenus amicis operam:nunc me totum Reſpublica rapit:atq; ita: rapit : ita multis occupationibus obruit:ut uix poſſim genio indulgere. Sed quod moleſtũ eſt cogor ueteres & iucundiſſimas intermittere exercitationes & uelut in dicto

bello pugnare cū litteris. Cū quibus ut in grām redeā dies deſydero & noctes. Tu uero qſi caduceator qdā conaris iterrogationibus tuis ueteribus me cōciliare amicis. Et ut tibi pareā exponā ſuper ꝓpoſito uerbo meā ſniam. Scribis legēti & pſallēti tibi dubitatiōē quāpiā occurriſſe in eo uerſu q Pſalmi primi & .xxx. Intellectū tibi dabo: & inſtruā te in uia hac: qua gradieris firmabo ſuper te oculos meos. Nā hæc uerba nōnulli aliter legunt. Omnittam q̄ ſuper uacanea ſint: attingā paucis uerboꝝ explanationē. Dauid Pſalteriū totū refectū eſt diuinis oraculis: & ſingula eius uerba ſingula pene pſonant ſacramēta. Ait igiť p Prophetā dñs. Intellectū tibi dabo: & īſtruā te in uia hac qua gradieris: firmabo ſup te oculos meos. Omne datū optimū: oē pfectū donū deſurſum eſt deſcēdens a patre luminū ut Iacobus inquit Apoſtolus. Sed inter innumerabilia creatoris beneficia/quattuor enumerat: cū hoiem affať his uerbis & dicit. Intellectū tibi dabo magnū donū eſt: præclarū munus itellectus. Eſt. n. intellectus potētia in nobis: per quā poſſumus res noſſe mirabiles: & ſalutares. Et inſtruā te uia hac. Donū diſciplinæ & ſciētiæ ſignificať: p quā intelligimus: & ſapimus: quæ ſurſum in cœlo ſunt: & quæ in terra deorſum. Qua gradieris: ſignificať: uia bene uiuēdi: & bonoꝝ opeꝝ exercitatio. Firmabo ſup te oculos meos. Significať in bonis operibus: & i lege dñi: & mādatis eius pſeuerātia. Nihil ē in nobis boni: qn id oē a largitore dño ſuſcepimus: q oibus habunde tribuit multiplicioꝝ bñficioꝝ/& gratiaꝝ amplitudinē. Siue igiť ſit itellectus: q potētia ē: ſiue ſit doctria & ſciētia: q̄ habitus eſt. ſiue bonoꝝ operū executio quæ actus eſt: ſeu deniq; in bonis operibus perſeuerandi firmitas q̄ uera pfectio eſt: oia nos adipiſci diuina grā cōfiteri & affirmare cōpellimur. Atq; hæc illa quattuor ſunt: q̄ uerbis ſuperioribus cōtinenť. Intellectū dat Deus: p quē ad percipiēdā doctrinā: & nati & apti ſumus. Vnde & ſæpenumero Propheta Dominū cōprecať. Da mihi intellectū. Legē ueritatis & uiā iuſtitiæ Dominus ipſe īſtruit: Qui cōuocat oēs: tanq̄ uerus magiſter ueritatis/& iuitat nos dicēs. Diſcite a me qa mitis ſum & humilis corde. Et Propheta cū dixiſſet. Da mihi intellectū. Addidit: ut diſcā mādata tua. Vt cognitā exerceamus iuſtitiā a Dño Deo ē. Qm̄ beati imaculati i uia q ambulāt in lege Domini. Nō. n. ſatis eſt noſſe uiā uirtutis: quin debemus & agere: q̄ ſecūdū uirtutē ſunt/Declināte a malo: & faciētes qđ bonū eſt. Hinc orat Propheta. Dirige me in ſemitā mādatoꝝ tuoꝝ. Poſtremo nō niſi a diuina grā manare putandū eſt: ut in bonis quis operibus iugiter ac perpetuo perſeueret: ſi nō q incœperit: ſed qui pſeuerauerit: ſaluus erit. Ob hoc precať facer uates Dominum inquiēs. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis: ut nō moueanť ueſtigia mea. Firmat igiť ſup nos oculos ſuæ admirabilis ꝓuidentiæ benigniſſimus Creator: & ita noſtros greſſus perficit: ut nō moueantur ueſtigia noſtra. Habes igitur tam paucis uerbis admirabilia Dei munera. Intelligendi poteſtatē. Diſciplinæ inſtructionē. Virtutis & iuſtitiæ opus. Demū perſeuerantiæ firmitatē. Cui nō iniuria palma tribuiť. Currunt Siquidē in ſtadio uirtutes oēs: ſola perſeuerantia coronať. Vnū explanādū ſupeſt. Nā diciť. Inſtruā te in uia hac. Quid eſt hæc uia? Certe uia regia: p quā gradiēdū eſt nobis: ut neq; ad dextrā: neq; ad ſiniſtrā deflectamus. Duplex nāq; uia prodiť. Vna perditionis & fraudis: quæ ad interitū ducit: & beatus ille: qui in uia peccatoꝝ nō ſtetit. Altera uirtutis & ueritatis: quā inſtruit Dominus. Et idcirco per os Prophetæ dicit. Inſtruā te in uia hac. Et Saluatorē uaticinatus eſt & doctorē ueritatis/ qui de ſe ipſo. Ego ſum Via/Veritatis & Vita. Et Lactantius præclare inquit. Ducē miſit: qui nobis iuſtitiæ uiā panderet: quæ ſola laudanda eſt. Et de alia ſubnectit. Deſeramus igiť (ſi fieri poteſt) uiā perditionis & fraudis. Lucretius autem non inſcite de Deo locutus eſt. Expoſuit bonū ſummū: quo tendimus oēs. Quid foret: atq; uiā monſtrauit limite paruo. Quo poſſemus ad id recto cōtendere curſu. Habes quid ipſe ſentiā. In uia hac qua gradieris: ut dubitationem abſoluam: nemo niſi imperitus dicat. Cuius rei triplex ratio reddi poteſt. Primū: quia ſi/ac/cōiunctio ſit: oſtenderetur uiaꝝ diuerſitas. Vna: in qua inſtrueret Dominus. Alia per quā gradiēdum eſſet: cum una uia ſit: quam docet ille. Nos inſtruimur: ut exerceamus. Deinde non cōſueuerunt: qui latina ſciunt copulādi notā interponere inter id quod refertur: & quod: refert nomen: qđ in promptu eſt. Tum Græci dicunt τὴν τοσ ταυτη τὴν τοp. Quod pronomen demonſtratiuum eſt: & coniunctionem nullam ſignificat: qualē multi legunt ſane ignoranter/atq; inſcite. Tu ſi aſſidue legis: ſi in lege Domini meditaris: ſi diuina mandata exquiris: facis quod te decet: & laudo te: ſi id facis: quoniā ita agere oportet ſacrum hominem/& dicatum Deo. Qui non debet cōtentus eſſe: quam doctrinam adeptus ē: ſed augere illam quotidie magis: nouam ſemper addere: & ire de uirtute in uirtutē: ut uideat Deum Deorum in Syon. Vale.

Hac epiſtola dilucide locus ille Ariſtotelis Ethicorum principio declaratur. Ideo bene enunciauerunt bonum: quod omnia appetunt. Siue etiam (ut alter mauult interpres) Quapropter bene oſtenderunt ſummum bonum: quod omnia appetunt.

Auguſtinus Dathus Petro Bulgarino. S. D. Cū legiſſem Petre ſuauiſſime tuas litteras: cœpi continuo dubitare ipſe mecū: utrū eſſet cōſiliū rectius reſpōderē ne iis: quæ tu docte atq; erudite percontaris: an ſilerē prorſus. Optimus ferť eoꝝ quiſq; iudex eē quæ nouit. Ita. n. recte Ariſtoteles tradidit. Sed quæ mihi aut: doctrina/aut facultas eſt ad ea diiudicanda: de quibus eruditiſſimi/ac ſumma auctoritate Philoſophi tanta iāpridē diſſenſiōe certauerint? Ariſtoteles quiſpiā/aut Plato ſit/oportet: q rē hāc difficillimā explicare queat: atq; audeat ſolus tātas cōponere lites. Reſpōdere ꝓfecto temeritatis erat/nō reſpōdere ſupbiæ: Anceps ob eā cām/cura aīum uerſabat: nec qd mihi agēdū eēt: liqdo ſatis intelligebā. Interea uero grauiſſima tua auctoritas aīum ſubiit: eūq; cū in deliberādo in uarias ſentētias traheret: omni dubitatiōe leuauit. Itaq; decreui hortatu tuo difficilē ſuſcipere ꝓuinciā: maluiq; auctoritate tua cōmotus/temere agere/q̄ ſuperbe. Tu uero quū mihi tantū tribuis: facis quidē amice. Neq; enim amicus (ut ait Plato) de amico recte iudicat: Sed mihi crede/ nimium me oneras laudibus: qđ ipſum tuæ incredibilis erga me beniuolētiæ pſpicuū teſtimoniū eſt. Proinde non quaſi arbiter quiſpiā: ſed potius ut amicus qui amici uoluntati nō inuitus pareat: exponā meā ea de re ſniam: quā per litteras ex me quæris. Scribis igitur magnam in Ethicorum libris ortam diſceptationē ex eo loco: in quo noſtri interpretes nequaquam iiſdem uerbis trāſtulerunt: Alius enim alio modo interpretati ſunt. Atq; ille quidē.

Ideo bene

Ideo bene enunciauerũt bonũ/qđ oĩa appetunt:Hic uero. Quapropter bene oſtẽderunt ſummũ bonũ/qđ oĩa
appetunt. Magna (ut quidã arbitrantˀ) hæc cõtrouerſia eſt.Ego aũt nõ quid uetus aut nouus interpres ſenſerit:
ſed quænã ſit Ariſtotelis mens/paucis aperiã.Ac ſi quid forte iprudens cõtra interpretũ grauitatẽ dixerim/pace
eoꝝ dixerim.Neq;.n.id mihi ꝓpoſitũ eſt:ut cuiq̃ detrahã: ſed ut in hac re potius & in cæteris oĩbus qđ maxime
ueꝝ ſit/exquirã.Itaq; Ariſtoteles cũ inſtituturus eſſet/cuiuſq; hoĩs uitã/ac mores:Ethicoꝝ libros edidit: in qbus
de fœlicitate humana:deq; uirtutibus quæ fœlicitatis effectrices ſunt:uel quaꝝ potius exercitatio ipſa fœlicitas
eſt:grauiter ſplẽdideq; diſſereret.Biſariã autẽ opus uniuerſum partitus eſt:& in altera parte de Politica fœlicita-
te:in altera de fœlicitate cõtẽplatiua agẽdũ duxit. At prius q̃ iis de rebus ſermonẽ atq; inueſtigationẽ aggrederetˀ:
nõnulla antea ꝓpoſuit:qbus cognitis/ac ꝓſpectis/facilior ad ea q̃õnẽ iueſtigãdã pateret igreſſus. Quãobrẽ & alia q̃-
dã ꝓmittit: & a duobus maxĩe neceſſariis initiũ ſumpſit. Alteꝝ: ẽ/oĩa agere hoĩem pp finẽ:alteꝝ i oĩbus rebus ge-
rẽdis/bonũ ſpectare. Quare ita exorſus ẽ. Oĩs ars/& oĩs doctrĩa/oĩs actus & electio bonũ quoddã appetit:uel (ut
Græci ſermonis uetus cõſuetudo ẽ) uidetˀ appetere. At ſi dicat Ariſtoteles. Duplices motus aĩoꝝ ſunt: duo q̃dã
principia:qbus ad agẽdũ hoĩes ipelluntˀ. Ratio inq̃/& appetitus. Rõnis.i.intellectus ꝓpria doctrina ẽ ad res cõtẽ-
plãdas. Ars ad res faciẽdas:atq; utraq; tã ars q̃ doctrĩa bonũ quoddã appetit. Appetitus:q ẽ Horme Græce ꝓpriũ
eſt eligere primũ q̃ ſalutaria ſunt:deinde illa ꝓſequi:ſed & ꝓſecutio/actuſq; & electio bonũ quoddã appetit. Et-
enĩ ad bonũ ſpectamus ſemp:circa bonũ inq̃ oĩs hoĩum uerſatˀ intẽtio. At ſi q̃s iterroget:quid bonũ ſit:cõtinuo in
ꝓmptu erit trita ueteꝝ ſapiẽtũ diffinitio. Hi.n.bonũ determinãtes:ſtatuerũt id eẽ qđ nõ ab hoĩe ſolũ:ſed a cun-
ctis et rebus appetitˀ. Bonũ atq; ens apud eruditos Philoſophos q̃q̃ noĩe & cogitatiõe differũt:re ipſa tñ idẽ ſunt.
Quocirca cũ bono nihil poſſet inueniri oĩno prius/atq; antiquius:diffinitũ ẽ hoc potiſſimũ:qđ maxĩe ꝓpriũ bo-
ni erat:ab oĩbus appeti quodcũq; illud bonũ ſit:ſiue infimũ:ſiue mediũ:ſeu ſummum:ſiue deniq; fœlicitas: ſeu
aliud q̃ddã. Bona nanq; cõplura ſunt:ſicut & fines itidẽ cõplures:q & gradibus qbuſdã ſeſe inuicẽ antecellunt:ut
alter altero melior ſit/atq; ꝓſtãtior. Bonũ igitˀ qđ definit Philoſophus:nõ eſt certũ aliquod & finitũ bonum: ſed
ſimpliciter & cõi quadã rõne ſumptũ. Neq; igitˀ fœlicitatẽ ullã definit:nec bonũ quodpiã terminat: ſed ſimplici-
ter (ut Philoſophi tradũt) ſummit:atq; itelligit ipſam boni rõnẽ. Vis ne cõſtituã aliqd exẽplicã? Sæpe uſui pant
Dialectici eiuſmodi ꝓloquia: Homo eſt aĩal:hõ eſt ſpẽs. Vtrũq; ꝓnunciatũ ita ꝓponitˀ: ut in eo hõ ſubiciatˀ: ſed
aliter enunciatˀ hõ in prima ꝓpoſitione: cũ dˀ: Hõ eſt aĩal:ubi ad ſuppoſitos: atq; idiuiduos hoĩes puta Catonẽ/
Põpeiũ/Cæſarẽ:ratio ipſa cõuertitˀ:aliter uero in ſecũda ꝓpoſitione:q̃ñ enunciatˀ: Hõ eſt ſpẽs. Hic ꝓfecto latius
patet:hõ & ſimplicẽ quãdã/atq; cõmuniorẽ ſignificationẽ ſortitˀ. Cõſimili rõne ut ad ꝓpoſitã difficultatẽ redeat:
unde digreſſus ſermo erat. Boni duplex rõ intelligẽda eſt:ſignificãtia duplex. Aut.n.ſimpliciter ſummẽdũ ẽ: aut
ad anguſtiorẽ quãdã ſignificationẽ cõtrahitˀ. Itaq; cũ dˀ bonũ eẽ/qđ oĩa appetunt:quodcunq; id bonũ ſit/ eius ea
ratio eſt/ut illud oĩa appetant:ſiue fœlicitas ſit:ſeu aliud quidpiã:neq; illic ſeſe ad ullũ particulare bonũ ratio bo-
ni terminat:nec ullis ꝓrſum finibus utitˀ. Hoc aũt ita ueꝝ eſt:ut ea appetitio nõ hoĩbus ſolũ:qui compotes rõnis
ſunt:ſed & cæteris quoq; animantibus/inanimis etiã rebus tribuenda ſit. Nec tamẽ fœlicitas ſicut neq; fortuna/
aut in mutas animantes/aut in res inanimas cadit. Et homo quidẽ bonũ appetit:ut id ipſum etiã cognoſcat: atq;
intelligat. Cætera animalia bonum appetunt:percipiũtq; arbores/uirgulta/olera:cæteraq; id genus/res/elementa
quoq;/& quæuis naturæ pronæ ac faciles ad bonũ ſunt alicuius itelligẽtiæ ipulſu/atq; ductu:quo pacto & ſagit-
tam dicũt pleriq; oẽs ſignũ petere:qđ ſagittam emittentis regentiſq; opera ad ſignũ uel ferˀ:uel intẽdit. Deniq;
omnia quæ cõſtant:quæq; mouentur mi Petre (ut noſti) ad bonũ ſemper intendũt: Et ad omnia ob eam cauſam
boni illa definitio propagatˀ: atq; diffunditˀ: quæ finiat bonũ eſſe:quod oĩa petunt: Quod ſiquis obiiciat/ id ſum-
mũ/id extremum bonoꝝ eſſe/quod cunctæ res appetant: idq; Deum eſſe:quo cogitari melius nihil poteſt: is ſibi
hoc reſponſum habeat:neq; ignorare nos etiã id bonũ eſſe:qđ oĩa appetãt. Siquidẽ oẽ qđ bonũ ſit:id ſummi bo-
ni cõmunione ac participatione fieri bonũ cõſtat. Sed nequaquã id mõ reſpexit Ariſtoteles. Veluti ſiquis dixerit.
Omnis hoĩes:q̃ gerãt:oĩa pp finẽ gerere:cũ tamẽ alius aliũ finẽ intendãt. Ita & oĩa appetunt bonũ:ſed fortaſſe nõ
idem:quod & ſi idẽ:haud id modo Philoſopho curæ eſt. Sed ſumus forſitan philoſophati longius: præſertim cũ
ad res alias etiã flectẽda oratio ſit. Scribis id:quod eruditi plerũq; efficere ſolent:nõ interpretũ uerba expendere
te:ſed Ariſtotelis potius mentẽ:ac ſniam inueſtigare Laudo te Petre uehemẽter:ac probo tuã conſuetudinẽ. Nã
multa ſæpe uitio interpretũ deprauantˀ inſtar ſuauis uini:quod de prælo puriſſimo ſumptũ:nonnunquã quũ in
alteꝝ atq; alteꝝ dolium transfertur/coaceſcit. Multa librarioꝝ incuria:nõnulla & traducentium culpa corrupta
ſunt:nõ modo in Philoſophiæ libris:ſed etiã in ſacris ut luminibus:ut magna diuo Hieronymo:nõnulla etiã Ar-
retino interpreti habẽda gratia ſit:quoꝝ uterq; iis q̃ tranſlata eſſent:& ſitu quopiã caligarẽt: lucẽ haud mediocrẽ
attulit. Sed eo ad rem ipſam. Vetus ac noua interpretatio Ethicoꝝ libroꝝ uerſatˀ in manibus. Altera.bonũ dicit.
Summũ bonũ altera. Diiudica inquies: utri magis aſſentiẽdũ ſit. Abſit:ut cõſtituã me tãti certaminis iudicẽ. Ab-
ſit:ut in hac tã claroꝝ hoĩum præſtantiũ interpretũ cauſa. Ego unus ex multis audeã ferre ſniam. Verunq; arbi-
tror uirũ doctiſſimũ fuiſſe. Vterq; calluit Græcas litteras. Sed alter fortaſſe Philoſophia excelluit:alter eloquen-
tia:& dicẽdi arte: Veꝝ ipſe quoq; legi Græcos Codices:& hũc locũ:quẽ diſceptare iteꝝ atq; iteꝝ inueſtigaui: ut
iã intelligã:quid ſibi uelit. Nec fallor:ſed ii falſi ſunt:qui apud Græcos ferũt eandẽ: quã apud Latinos huius loci
diſceptari cõtrouerſiã:ut in alio codice Tagathon ſcriptũ ſit:in alio Agathon. Vbiq;.n.eſt Tagathon:quod quid ſi-
gnificet:qđ ab alio differat:breui expediã. Primũ Fabiũ Quintilianũ hic nequeo probare: qui noſter ſermo inq̃t
articulos nõ deſiderat. Malo Lucretii Cari laudes dare ſniam:q patrii ſermonis pleriſq; i locis deplorat egeſtatẽ.
Eſt.n.duplex cuiuſq; noĩs notio:duplex notitia ſuppoſitoꝝ:ut Grãmatici tradũt. Et prima quidẽ latior ẽ: ſecun-
da contractior. Anthropos aliter ſignificat ſine articulo:aliter cũ illo:ut ho Anthropos: & prius nomen ſignificat
ſimplicius: poſterius uero particularius:quale paulo ante diximus de duobus ꝓnunciatis: hõ eſt aĩal:hõ eſt ſpẽs.

Tale eſt Agathon oĩa appetũt. Tagathon oĩa appetũt. To igiẽ apud Græcos articulus ĩfinitus eſt: & noĩbus plerunq; adheret: cuius ea uis ẽ/quẽadmodũ Didimus uir apud Græcos clariſſimus in libro de Spũ ſcõ/nõ ĩſcite tradidit: ea inquã uis eſt: ut ſingularitatis ſignificator exiſtat: Itaq; ſemp Spũs ſcũs apud Græcos articulo prænotatẽ. To Pneuma hagion/idem nomen ſi ſine articulo nominatur/ non Spiritum Sanctum: ſed potius participationem eius oſtendit: ut ſpiritus Heliæ ſine articulo dr̃. Quocirca Hieronymus cũ ĩterpretans in eum locũ ĩcidiſſet: Græca uerba: uti iacebãt: dimiſit: ne Spũs ſci amplitudinẽ atq; maieſtatẽ extenuare uideretẽ. Eadẽ ẽ rõ huius noĩs Agathon & Tagathon: quã qui ob Græcæ linguæ ignorationẽ neq̃ ĩtelligere: is uerbũ nuſſum faciat: mẽtem oẽm ad ſniam cõuertat: q̃ nũc (ut ipſe opinor) ſatis liquido cõſtat. Iã igiẽ ne plura ſcribã: atq; ut tuas nunc optimas rõnes praetereã: neq; diuinã/neq; humanã Ariſtoteles fœlicitatẽ eo loco cõplexus eſt: de qua poſt ꝑlationẽ initio inueſtigationis ſermonẽ illaturus eẽt. Satis eſt indeterminatũ bonũ/Philoſophũ poſuiſſe: qđ ipſum & ſummũ bonũ eo ſpectat: quod abſq; eius participatione/nihil oĩno eẽ bonũ poſſit. Tagathon ubiq; eſt in Græcis noĩbus: quod quale ſit/ſatis expoſitũ arbitror. Siquid præterea petieris: erit mihi multo gratiſſimũ. Quid.n. põt eſſe iucundius mutuis amicoꝝ litteris: Eorũ præſertim: qui ingenio/ſtudio/doctrina excellũt: quo tu numero/ optimo iure cenſendus es. Cætera quæ de fœlicitate ſcribis: hac diſtinctione patebunt. Duplex nãq; illa a doctis uiris traditẽ. Vna: quæ uera beatitudo eſt: quæ oẽs habet numeros: qua in cœleſti patria fruendũ ſit: quã nunq̃ Philoſophus diſſeruit: ſed ne attingit quidẽ. Altera: quæ ex ſolis naturalibus parari cõſueuit: nequaq̃ perfecta/ſed manca quædã/atq; inchoata. Quã ipſam biſariã diſtribuunt. Politicam & ciuilem alteram appellant: quæ ſita eſt in actione prudentiæ: alteram contemplatiuam: quæ in ſapientia tota conſiſtit. Hanc uero utranq; copioſe & grauiter Ariſtoteles diſſerit. His duabus conſperſit uniuerſum Ethicorum opus. Sed tu hæc noſti oĩa. Cogitabã & alia quædã ſcribere: ſed iam intempeſta nox erat: & ſomnus laſſos ſummiſit ocellos. Bene uale: eſq; incolumis ſemper/ac noſtri memor: dimidium inquam mei animi. Vale: & me ama. Ex noſtris focis. xii. kal. Februarias.

¶ Hac monſtratur epiſtola: qua ratione intelligendum ſit Delphicum illud γνωθι σεαυτον: hoc eſt: Cognoſce te ipſum: Variæq; de eo ſententiæ.

AVguſtinus Dathus Laurentio Venturino Salutem. Cum nuper Decembribus feriis eſſem aliqua ex parte legendi munere liberatus: ne ullo tempore familiaribus meis deeſſem: iubebam: hortabarq; illos: ut uel in ſingulas horas me adirent: quæq; eis inueſtigare gratius eſſet: quo ſuo iure omnia percontarentur. Eo &.n. ſum natus ingenio: ut nemini prorſum nihil gratificer. Itaq; is apud me ſemper mos fuit: eaq; uelut uernacula quædã inoleuit conſuetudo: ut tum demum uehementi gaudio afficiar: ſi quis ex me quærat/quæ uel ad dicendi facultatẽ pertineant: uel in moꝝ diſciplina cernanẽ. Neq; id quidẽ idcirco faciam: qđ uelut tumidus quiſpiam Hermagoras putem me: quæ earũ artiũ ſunt: oĩa aſſecutũ. Hoc.n. etiam Sophiſtaꝝ impudẽtiæ/& Gorgiæ cuipiam Leõtino audax exiſtimem: dũ ſit. Concedimus aũt id iuris hac tẽpeſtate Fernando Cordubenſi: qui uix duos & uiginti annos natus/tantam reꝝ oĩum ſciẽtiã adeptus eſt: ut non ſolũ eoꝝ: qui nunc ſunt/antecellat gloria: ſed etiã atiquoꝝ: multoꝝ memoriam ſuperet. Sed de hoc alias. Nihil igiẽ tã difficile: tamq; arduũ eſt: quin cõmunicãdo crebrius/diſceptãdoq; in lucẽ proferatẽ. Itaq; ob eam cauſam cœpi ueſperi: quaſi Ariſtotelico more poſt lectionẽ ſacraꝝ litteraꝝ/occultarũq; reꝝ inueſtigationem: cui potiſſimũ antelucana/ac matutina apta ſunt tẽpora. Bibliothecam noſtrã ueluti ludũ quendam aperire: ut qui alias moleſtos ſeſe interuenire exiſtimarent: per eã ſaltẽ diei horam ire ad me nec dubitarent: nec uererentẽ. Id cũ feciſſem: familiarium: atq; adoleſcentium: quos bonaꝝ artium cupido tenebat: turba læti concurrebant. Pro ſe quiſq;/quod in mentẽ uenſſet: audius percontabanẽ. Quibus ex ſententia impetratis: quod iam adueſperaſceret: ſuas quiſq; abibant domos. Earum igiẽ cõmentationũ/diſceptationũq;: quas conducibiliores duxi: &. te abſente ſunt pertractatæ: lectas ac repetitas: in hanc epiſtolã contuli tuo nomini dedicatam: ne tu qui amicoꝝ uel beniuolentia/uel uetuſtate unus es oĩum primus: ea utilitate (ſiqua eſſet) ac fruge careres. Ita uero q̃ unus intereſſe nequiſti (publico.n. munere fungebare) id: quod præter te nemini uni cõtigit: oĩum cõmẽtationes conſecutus es: euenitq; id tibi: qđ Cocliti quõdam apud Romanos cõtigiſſe ferẽ. Nã cũ magna inopia prœmereẽ: eſſetq; copiis familiaribus pexiguis: quiſq; ei Romanus ciuis/etiã ſe uictu ſuo fraudãs: aliqd reꝝ cõtulit: ita cæteris oĩbus: uel par fuit Cocles facultatibus: uel ſuperior. Quare uelim ne haſce noſtras lucubrationes fortaſſis ineptas: ſed nequaq̃ inutiles/uel cõtẽnas: uel retetas in apertũ. Siquidẽ tales ſunt: ut haud nihil legẽtibus cõducant: nõ tamẽ ita elaboratæ iduſtria: ut laudẽ ullam ſcriptori afferre poſſint. Multoꝝ enim dieꝝ cõmentationes anguſtis/ac furtiuis noctium tẽporibus/litteris mandauimus: cũ & i grauioribus rebus ſcribẽdi uerſaremur: & nihilominus in diuinis lr̃is nr̃a opa tereretẽ. Eo nanq; pacto (ut arbitror) noſtra maxima condietur: ac pingueſcet oratio. Licebit tibi modo (ſi ita tuus feret animus) cum magno fueris magiſtratu perfunctus: & ſummo populi honore uſus: ac maxima cum laude tua & gloria reuerſus ad proprios & priuatos lares/uenire quoq; ad nos ſæpius: uti conſueuiſti: & præfinita hora ponere de quo uolueris audire. Nos uero ad id preſſius / atq; contortius diſputabimus: & propoſitæ quæſtionis neruos attingemus: & patefaciemus inuolucra: itaq; tute mox domum rediens: & ſecreti Plutei limen ingreſſus / non iam noſtrarum diſputationum lector/ſed auditor / pro tuo ipſas poteris iudicio arbitrioque reponere. Sed iam rem ipſam exequamur. Multos ſæpe diſceptare animaduerti: quid ſibi Delphicum illud / uel oraculum / uel præceptum uelit γνωθι σεαυτον: locus quidem ut arbitror: ex Philoſophia grauiſſimus. Sed eam ſententiam frugiferam quidem hominum generi/ ac ſalutarem: cum alii multi quæſiuere: tum Cicero ante alios / & Macrobius/uterq; Platonis imitatores/accuratiſſime perſecuti ſunt. Nihil enim poteſt eẽ potius: nihil præſtabilius: q̃ ſe ipſum cognouiſſe: qua una re nihil utiq; mortalibus debet eſſe manifeſtius. Atqui & unam hanc ſcientiam reliquas cognitiones anteire teſtis eſt Aurelius Auguſtinus/uir unus ingenii/ac doctrinæ gloria ꝑſtantiſſimus. Bernardus autẽ uel imprimis ſtudioſus Chriſtianæ ueritatis/ & diuini numinis plenus/ludibrio dignos exiſtimauit:

ostenditq;

oſtendit:q̄ improbro eſſe id genus homines:qui noſſe cōpluria ſeſe profitent̄:& ſe ipſos neſciunt. Quin ēt Lactā-
tius Firmianus cultor nō indiligens ueritatis/& pro Hieronymi iudicio/quidā eloquentiæ fluuius/ prauitatis/ac
turpitudinis cām eā merito iure eſſe cenſuit ignorationē ſui:cuius ſniæ nō illepidā/neq̧ inſcitā(ut opinor)cōmē
tationē ꝓſecutus ſum in ea orōne:quā excelſo loco nup egi de inuentione Philoſophiæ/& laudibus : eā aſſerens
bene degendæ ætatis cām/cognitionē ſui. Sed iā redeo ad Apollinē:qui(ſi Macrobio credimus)cū conſuleretur:
qua facilior ad beatitudinē aditus pateret:duobus uerbis multa cōplexus pulcherrimū oraculū edidiſſe fertur:
perbeatū fore hoiem:ſi ſe agnouerit.M.aūt Cicero cū fœlicitatē/ac miſeriā:qui ſunt bonoꝝ/ac maloꝝ fines:dili
gēti ſtudio exquirere conaret̄:& alia multa grauiter diſſeruit:& qđ ipſi inueſtigādū cœpimus:his uerbis expreſ-
ſit. Iubet nos inqt Pythius Apollo/noſcere nos metipſos. Id ipſum quoq̧ & in Tuſculanis diſputationibus Apol-
linis eiuſdē præceptū aſſeuerat:quū Socrate ac Platone fretus/aiē īmortalitatē explicaret. Quāobrē & ꝓ foribus
Delphici tēpli eandē ſniam Græcis notatā litteris inſcriptam ferūt. Atqui & feſtiuus ille ſimul mordaciſſimuſq̧
Poeta demiſſum a ſupis:deſcendiſſeq̧ ait e cœlo γνωθι σεαυτον. Quod idcirco Apollini præter cæteros traditū
ſit:qđ eum ante alios ſapiētiæ auctorē ſtultiſſimi illi gētiū populi eſſe arbitrarent̄:adeo ut eius oraculo Socrates
ſapiētiſſimus iudicatus cæteris mortalibus anteponeret̄:quē tamē ī maximis uerſatū erroribus : neq̧ ipſi ſumus
neſcii/& princeps Philoſophoꝝ pleriſq̧ in locis oſtēdit Ariſtoteles. Quocirca alii nōnulli:& præſertim duo/Tha
les Mileſius/& Lacedæmonius Chilon/ex eoꝝ numeroq̧ habiti ſunt:ac nūcupati ſapiētes: uel adducti pulchri-
tudine/ac grauitate ſniæ:uel Pythii Apollinis numina aſpernati/eā ſibi uocē magnificā/ac ſaluberrimā uendica-
runt. Quod ne ipſe qdē.M.Tullius refellere uiſus ēqui uetera ſapiētum ꝓcepta hæc numerare ſit ſolitus:tēpori
parere:Deū ſequi:ſe noſcere:nihil nimis. Nā id nunq̄ feciſſet Cicero:niſi ab quopiā ſapiētū dictū id: ac traditū pu-
tauiſſet. Nec uero mortaliū præceptis(ut opinor)īmortalis Apollinis iuſſionē miſcere auſus ſit : quē & in cœlū
tranſlatū:& Deū factū deliræ gētes uano opinionis errore crediderūt. Nec obſtat quidē:quod Solon Atheniēſis
aureū tripodē:qui ad Thaletē deductus perdiu/uelut in orbē iſſet/ Delphos ad Apollinē deferendū iuſſerit : cui
nō modo ſapientia nulla eſſet:ſed ne ſimulachrū quidē. Iā uero uocis ipſius ſiue diuinitus e cœlo demiſſa ſit : ſiue
hoīs cuiuſq̧ ſapiētis præcepto edita:uerba quidē ipſa cuius facile eſt interpretari:mentē uero/ac uim noſſe longe
omnium difficillimū. Huius aūt rei teſtis nobis eſt non illocuplex Thales Mileſius:q cū ex eo quereret̄:quidnā
imprimis facile eſſe arbitraret̄:nequaq̄ cunctatus diutius:alios inquit/monere. Rurſum uero interrogatus:qđ cō-
tra difficile/ac maxime arduū exiſtimaret:grauiter ſciteq̧ reſpōdiſſe fert̄ : nō eſſe ſui ipſius neſciū. Quo accura-
tius atq̧ ſtudioſius iis elaborādū iudico:qui magnos ſeſe/ac ſapientes haberi uolūt:ut eā ꝓ uiribus ſua rē adipiſcan
tur:cuius ſciētia ſublata:cætera ignorari neceſſe eſt. Nā q ſe ipſum neſcit:is nihil ſcire putādus ē:qui uero ſe intel-
ligit:eū plurimas cognitiones aſſecutū eē nō īmerito arbitramur. Quibus a rebus perquirēdis neminē obſcurior
difficultas deterreat. Siquidē unūquodq̧ quo difficilius:eo maius/ac præclarius exiſtimari ſolet. Sed quid ſe no-
ſcere:qua ue rōne intelligēdū ſit:agitata qdē multis:ſed nō ſatis adhuc inueſtigata/atq̧ explicita quæſtio eſt. Itaq̧ *Quid ſit ſe ipſū noſcere.*
operepretiū fecerim:eam inueſtigationē aggreſſus:de qua primū:qđ alii opinati ſint:deinde qđ ipſi ſentiamus:ex
plicare cōſiliū eſt. Ita.n.uel a nobis ueritas exquiret̄:uel ad eā cōſequendā noſtro peracto præludio Philoſophoꝝ
cohors excitabit̄. Mihi utrumuis euenerit:perq̄ iucundū ſit. Macrobius igit̄ Platonicæ diſciplinæ defenſor acer- *Opinio Macrobij*
rimus:cū ſextū Ciceronis librū de Repub.qđ pleriq̧ ſomniū Scipionis inſcribūt:enucleatius ediſſereret : huius *Sm̄ platonē*
quoq̧ quæſtionis inueſtigationē cōplexus eſt:breuius tn̄ mea ſnia:q̄ rē tātā explicari oporteret. Veꝝ ne & in re
minime neceſſaria diutius cōſiſtā:& nr̄o īſtituto lōgiorē morā īferre uidear:hoīum is inqt:una ē agnitio ſui:ſi ori
ginis nataliſq̧ pricipii exordia pria reſpexerit:nec ſe quæſierit extra. Tribuit eā cognitionē aiæ:q̄tū cōiectari licet
quā plene perfectā arbitratur:ſi unde orta: & quo ſit fonte profecta/recognouerit. Rē ꝓfecto ſuapte natura per-
diffuſam:atq̧ ampliſſimā in maximas quaſdā anguſtias redegit. Et quod deterius putandū eſt:dū ſtudioſius Pla-
tonis fucatis rationibus ſtuduit obtemperare:a recto ueritatis calle deflexit. Sed hoꝝ utriuſq̧ errata:qbus in ori-
gine animæ inueſtiganda ſe cōplicuerūt:copioſius alio loco diſputare decreuimus. M.aūt Cicero:ut ad propoſitā *Opinio Ciceronis*
quæſtionem ſermo redeat:in Tuſculanis diſputationibus/de cognitione ſui/& ſubtilius & uberius locutus eſt:Il-
lud profeſſus eſſe maximū aīo ipſo animū uidere. Eius igit̄ paucula uerba ſubieci:quo liquidius uiri eruditiſſimi
ſententia pateficeret. Et nimirum inquit:hanc habet uim præceptū Apollinis:quo monet:ut ſe quiſq̧ noſcat. Nō
enim credo id præcepit:ut membra noſtra/aut ſtaturā/figurā ue noſcamus: neq̧ nos corpora ſumus: Nec ego ti-
bi hæc dicens/corpori tuo dico. Cū igitur noſce te dicit:hoc dicit:Noſce animū tuū. Nā corpus qdē/quaſi uas eſt:
aut aliquod animi receptaculū. Hæc M. Cicero docte:ac ſapienter. Quo ex loco tria cognitione digniſſima/ elici
oportere animaduerti:Primū quidē/nihil eſſe aliud noſſe ſe:q̄ animum ipſum intelligere. Deinde tantam eſſe ani
mi uim/ac dignitatē:ut idē homo/& hominis animus uideri debeat. Poſtremo corpus uaſis inſtar/quoddā quaſi
habendum animi receptaculum/ac præfinitum domicilium. Quod ipſum & in ſexto libro de Repub.ab eodem
non inſulſe poſitum eſt. Nam Aphricanus:quem & ibidem Cicero inducit loquentem: Scipionem Aemilianum:
quo uigilantius probitatem amplecteretur:per quietem his uerbis affatur. Sic habeto non eſſe te mortalem : ſed
corpus hoc. Nec enim tu is es:quem forma iſta declarat: ſed mens cuiuſq̧:is ē quiſq̧:non ea figura:quæ digito de
monſtrari pōt. Hæc M. Tullius(ſi ullius noſtrum iudicium exiſtimandum eſt) ex penitiſſimo Philoſophiæ the-
ſauro deprompſit:quæ & pleriq̧ etiam ſenſere alii: qui in maximaꝝ reꝝ diſciplinis præ cæteris omnibus clarue-
runt. Quid.n.eſt illud in Methaphyſicis libris apud Ariſtotelē:cū in naturaliū ſubſtātiaꝝ mentionē uentū eſſet:
uno modo diffinitionis partē eſſe materiā:alio minime? Nam cum tria ſpectari liceat in naturali/ ſenſibiliq̧ ſub-
ſtantia/materiam/formā/& ex illis compoſitū:ſingulū illoꝝ ſortitū eſt ſubſtātiæ nomē. Veꝝ nō eſt hoc quippiā
materia:ſed ſola poteſtate ſubnixa. Compoſitū id potius exiſtimandū eſt:mecta forma. Quod ipſum quicquid
eſſentiæ:quicqđ ꝑfectionis:quicqđ demū actus:quā uocāt Græci ἐντελέχειαν:nactum ē : id oē mutuat̄ a forma.

Manca.n.materia ipſa per ſe eſt:& nullius ferme bonitatis:atq; eſſentiæ/participes. Hãc rudẽ & pene nihili formæ ipſius cõmertium pficit: ex q; duabus illis tertiũ cõſtaƭ: qđ cõpoſitũ appellamus: cuius eſſentiã(ut dictũ ẽ) forma cõſtituit:materia deſert:ut nõ tã pars diffinitionis dici debeat/q̃ diffinitæ rei ſubiectũ. Quod qle ſit:facile declarat cõcauitatis exẽplũ:q̃ ipſa ſpectari põt naſi:in quo ſubiecta eſt rõne ommiſſa:quã eandẽ rurſus cõtẽplari qſpiã poſſit:ipſius quoq; naſi/ac nariũ notiõe adhibita:ut eã plerq; ſimitatẽ appellari uolũt.Et prio qdẽ mõ nulla ſunt nares cõcauitatis pars:altero uero mõ/eaſdẽ eẽ ſimitatis ptẽ fateri cõpellimur.Atq; prior qdã ſpeculatio ſecũdũ ſpẽm dici nõ iniuria põt:poſterior aũt ſecũdũ materiã nuncupaƭ.Eadẽ ẽ(ut idẽ oſtẽdit Ariſtoteles) & ſigni/ac ſtatuæ cuiuſpiã rõ.Nã & ſi plerũq; ſigna aut ænea aut argẽtea concipiunƭ:fieri tñ põt:ut ſigni ipſius notio aium ſubeat:& æs poſt habeaƭ:atq; argẽtũ:ut ꝑ ea mẽtis/atq; ai cõſideratiõe nulla aut æs aut argẽtũ ſtatuæ ps eẽ iudiceƭ.Quod ſiqs Ariſtotelica hæc exẽpla admireƭ:is aiaduertat nõ ſecus abſtrahi naturales ſubſtãtias a materia qlibet/atq; motu q̃ formaliter cõceptã cõcauitatẽ a naſo ſeiũgi.Parui igiƭ eẽ materiã cõſtat: q̃ receptaculi cuiuſdã ſimilitudinẽ obtiet ad deferẽdã formã.Hoc ãt ita Auerroys cõfirmare uiſus ẽ:ut prio eius ſnia cõſideratus hõ ſecũdũ eã formã:q̃ eius eſſentiã idicat:re ipſa idẽ ſit:& eius aia itellectiua/totius ſpẽi eẽntia forma ipſa cõſtare uideaƭ.Ita quicqd ferme eſt hois:id eius aia cẽſeri debet.Quã rẽ ita ꝓbauit.M.Cicero:ut mẽti tribuerit qcqd homini ipſi accõmodãdũ eẽ uidebaƭ.Atq; eo pacto mens ſolũ cuiuſq;/is ẽ qſq;(uti Cicero aiebat.)Quocirca ſi Platonicoꝝ & ipſius.M.Tulii libet iſtituta ſectari:tũ ſe qſq; nouerit:cũ mẽtẽ ſuã/atq; aium norit.Sed tãtã ibecillitatẽ/nequitiãq; materiæ/& maximã cõtra uim formæ ac dignitatẽ uiri nõnulli eruditiſſimi/ac percelebres philoſophiæ ſectatores argute ſubtiliterq; iprobarũt:& de ueteribus qdẽ iprimis Auicẽna:recẽtioris ãt memoriæ Thomas Aquinas:uterq; ſũmi Philoſophi:uerbis atq; auctoritate freti.Nã hoc cõpertũ eſt in Ariſtotelis ꝓclaris caſtigatiſq; uoluminibus:q̃ circiter quadrigẽta eũ ſcripſiſſe cõſtat:ut qbuſdã in locis partim ita acute ac uafre: partim ita ambigue/ac pene circũciſe loquereƭ:ut duo cũ ſint diuerſa/atq; cõtraria ſentiẽtes/ ambo Ariſtotelis uerba in ſuã mẽtẽ atq; opinionẽ cõtorqueãt. Quare Thomas reꝝ oium doctrina iſtructiſſimus:uel ob cupidinẽ ueritatis: cuius ſemp extitit diligẽtiſſimus idagator:uel fortaſſe ne callidis ac uerſutis iprobi Auerroys rõnibus aſſentireƭ: ſubſtãtiæ cuiuſq; naturalis diffinitionẽ nõ forma ſolũ:ſed materia quoq; cõſtare cẽſuit. Nã Ariſtoteles/ ſub quo ueluti Imperatore quodã/oẽs ingenuaꝝ artiũ ac diſciplinaꝝ ꝓfeſſores militant in ſexto Metaphyſicoꝝ libro:In reꝝ ingt naturaliũ diffinitionẽ materia ſenſibilis cadit:ut uel caro atq; oſſa: nerui itẽ & arteriæ/ cæteraq; eiuſdẽ generis:qbus cõpactus ẽ hois rõnẽ ſubeãt. Quod unũ diſcrimẽ res naturales a Matemathicis corporibus uel maxime ſecernit.Ne q̃.n.ex acceſſiõe diffiniri põt ulla ſubſtãtia:quod qdẽ ſuũ eſt accidentiũ. Quocirca eſſentia ſpeciei ipſius:atq; ſubſtãtia:id qđ Auicẽna grauiter diſſeruit:cõpoſita eſt nõ qdẽ hac materia & illa forma:qđ indiuiduam quandã efficit rõnẽ:ſed ſimpliciter potius ex materia & forma. Quæ res ad delẽdas Platonis uel Ideas(ut Græci uocãt)uel ſpecies(ut noſtri)plurimũ ualere exiſtimaƭ.Ita.n.monſtra illa ſua finxit naturaliũ reꝝ ſpẽs Plato:ut ꝑ ſe ipſæ ſubſiſterẽt:& forent penitus materiei expertes.His igiƭ ex rebus patere arbitranƭ/materiã ſenſibilis eſſe ſubſtantiæ partẽ:& in naturalis ſpẽi diffinitione eſſe ponẽdã. Veꝝ ſi accuratius inſpexerimus: ac ꝓpius cõtẽplãdis rebus mentẽ & cogitationẽ adhibuerimus:cũ uera fuerit Aquinatis philoſophi ſnia:tũ minime ſuperiori repugnans.Ac uera exiſtimauit Auerroys:q ſecundũ rõnẽ/idẽ hoiem eſſe/& hois formam perhiberet: uera Thomas ꝓbatus eſt/nõ eſſe a termino ac diffinitione corporis naturalis materiã exigendã:& qđ tandẽ ueriſſimũ eſt:utrunq; Ariſtoteles ſenſit:qđ ipſum nequaq̃ affirmare ſum auſus:q tã recõdita naturæ arcana & penitus abdita inuolucra primoribus attigerim labiis:ſi nõ Petrus Ruſſius Senẽſis uir nobilitate/igenio/uirtute ꝓſtans/huius ætatis philoſophoꝝ facile Princeps:Et haꝝ denq; reꝝ oium optimus qdã cẽſor/ac iudex in hãc nos opinionẽ adduxiſſet.Huic.n.maximã adhiberi fidẽ:cũ alia multa cohortata ſunt:tũ Ferdinãdus Cordubẽſis ſubmonuit: q i tãtũ Petro Ruſſio tribuit audiẽtibus nobis: ut eo plane eruditiorẽ/ac maioris doctriæ atteſtareƭ ſeſe uidiſſe neminẽ.Magna hæc qdẽ laus ẽ:& a magno quoq; uiro ꝓfecta.Luſtrauerat.nãq; Ferdinãdus/q̃ſi alter qſpiã Apollinis diſiũctiſſimas terraꝝ regiões q̃ſcũq; igeniis hoium: & liberalibus diſciplinis/ atq; igenuis artibus florere cognouiſſet. Qđ ſi Petrũ colebat Ferdinãdus a lõgis Hiſpaniæ finibus ꝓfectus:quo nos ſtudio icẽdi oportet: q nõ doctrinã ſolũ exqſitiſſimã eius uiri:ſed mores ẽt ꝓbatiſſimos pictitamurƭ Sed lõgius fortaſſe euagati ſumus: ad forſitã philoſophati ſubtilius q̃ cẽſeret Neoptolemus apđ Enniũ.Fecimus id tñ nequaq̃ temere:ne abſurde Ciceronẽ dixiſſe arbitrenƭ cognitionẽ ſui ſola mẽtis cõtẽplatiõe cõtineri.Grauiter Cicero/ac ſapiẽterrẽ pocculta/ac maxie ardua explicauit:ut merito nõ Orator ſolũ uehemẽs haberi debeat:ſed ẽt diſputator ſubtilis: qppe q hãc expolitiõis iueſtigationẽ & abditiſſimis eruerit Philoſophiæ penetralibus. Atq & ob aliã fortaſſis cãm ſolũ.M.Tullius mentẽ cõmemorauit:qđ initiũ cognitionis dubio ꝓcul aĩa eẽt itellectiua:quã mẽtẽ ſæpenumero uocitabat. Quo.n.pricipio quæq; res cõſtat:eodẽ & cognoſci neceſſe ẽ.Sed hactenus mihi uideri ſatis Macrobii ac Ciceronis diſſeruiſſe ſentẽtias. Quãobrẽ qd iã cõiectemus ipſi:aperiendũ ẽ.Nã q ex Ariſtotelicis fontibus nõ nihil hauſimus:nullius rei arbitramur ſciẽtiã cõſtare:niſi cuius nõ q̃dã ſolũ cãæ:ſed ẽt cãæ oẽs pſpectæ fuerĩt.Itaq; poſtremis analeticis traditũ eſt:tũ ſciri unũ quodq̃:cũ in promptu eſt eius cã.In præfatione uero phyſici operis.

¶ Finis huius non reperitur epiſtolæ.

¶ Quid ſit natura:quid fortuna:quid fatum:hac epiſtola ſubtiliter perquiriƭ:apte exponitur:aperteq; mõſtraƭ:

AVguſtinus Dathus Guidoni Picolomineo Salutẽ. Quid ſit natura:qd fortũa:qd fatũ: quæ noſtra poſcis expoſitione doceri:ueteꝝ Philoſophoꝝ finitionibus declaraƭ.Et naturã qdem definit Ariſtoteles Peripateticoꝝ princeps/libro Phyſicoꝝ ſecũdo/pene his uerbis.Natura ẽ pricipiũ & cã motus & quietis:in eo in quo ẽ prio ꝑ ſe:& nõ ſecũdũ accidẽs.Fortunã aũt idẽ phũs/atq; i eodẽ loco ita definit. Fortuna eſt cauſa per accidens in iis:quæ fiunt ſecundũ propoſitum/pp finem/ in minori parte. Fatũ uero(ut refert .A.Gelius noctium Acticaꝝ libro.vi.)Chryſippus Stoicæ philoſophiæ princeps libro περι προνοιας .iiii.finit inquiens.

inquiēs. Fatū eſt ſempiterna quædā/& ideclinabilis ſeries reꝝ:& catena uolučs ſemet ipſam: ſeſe & iplicans per æternos cōſequētiæ ordines:ex qbus apta cōnexa ē. Naturā Græci φυσιν τυχην:fortunā πεπρωμενην:uel ειμαρμενην fatū uocāt. M. Tullius i primo Antonianaꝝ. Multa inqt ipendere uidenť pter naturā ēt: pterq; fatū. Cōſiderandū putat Gelius libro.xii.noctiū acticaꝝ:an utrūq; idē ualere uoluerit/fatū:atq; naturā:an ita diuiſerit:ut alios caſus natura:alios fatū ferre uideať. Quærendū inſup:quo pacto accidere multa humanitus dixerit .M. Cicero pter fatū:ſi rō/ordo/& iſupabilis qdā fati neceſſitas cōſtituiť:ut oīa īter fatū claudēda ſint. Niſi illud ſane Homericū ſecutus.μη και υπερ μοιραν δομον αιδος εισαφικηαι. Violentā & inopinatam mortē Gelio teſte:ſignificauit:q̄ qdē(ut idē tradit)pōt recte uideri accidere pter naturā. Addit pterea Maronē Virgiliū idem opinatū eē:qđ Ciceronē diximus. Virgilius ipſius.in.iiii. æneidos libro/de Eliſſa:q̄ morte p uim potita ē:hæc ſūt uerba. Nā qa nec fato:merita:nec morte peribat:tanq̄ in faciēdo fine uitæ nō uideať e fato uenire: q̄ uiolēta ſunt. Quod aūt(ut idē teſtať Gelius)fatū Cicero/& naturā uideť dixiſſe:id multo ante Demoſthenes την πεπρωμενην και τον αυτοματον θανατον appellauit i ea Oratione:cui titulus ē υπερ στεφανου αυτοματον θανατον:qſi naturalis:& fatalis nulla extrinſecus ui coactus uenit. Seruius aūt uir apprime eruditus/ſuper eo Maronis loco de Eliſſa. Et quē dederat curſum fortūa peregi:nō natura inqt:nec fatū. Tribus.n.hūana uita cōtineť. Natura:cui ultra cētū &.xx. Solſtitiales annos cōceſſum nō ē. Fato:cui nonaginta anni:hoc ē: tres Saturni curſus/ exitiū creāt:niſi forte aliaꝝ ſtellaꝝ benignitas:& tertiū eius ſuperet curſum. Fortuna.i.caſu:q ad oīa pertinet: q̄ extrinſecus ſunt:ut ad ruinā/incēdia/naufragia. Bene ergo dixit Fortuna. Sic Cicero in Philippicis. Multa mihi iminere uideť pter naturā:pterq; fatū.i. Antonii gladio ex caſu. Atq; hæc quidē Seruius. Sacraꝝ quoq; litteraꝝ ſectatores uideť eandē differētiā cōprobare. Frāciſcus Maytonius Theologus certe nō ignobilis/in funebri Oratione/ triplex genus Mortis cōſtituit. Vnū naturale:qđ ē extinctio quædā naturalis carnis ipſius:cōſumptioq; ſubſtātialis humiditatis:q̄ & ex utriuſq; parētis ſpermate:quo tēpore hō cōcipiť:cōflata ē: ut extinctio luminis pſpicuo exēplo ē. Alterū mortis genus prædeſtinatū appellatū appellat:qđ ſublimis atq; excelſus,oīum cōditor Deus cuiq; homini præſcripſit. De quo magnus Propheta cecinit. Poſuiſti/inqt:terminos eius:q pteriri nō poterunt. Horum uero neutrum medendi arte tollitur:ut idē ipſe Franciſcus ait. Sed tertium mortis genus adducit:quod cauſale uocitat:quod uidelicet a fortuna ē:& id medicinæ artis munere/& quadam rationis uia tolli/ atq; auferri poteſt: & ita ad præfinitum uſq; terminum medicorum arte/atq; peritia/uita hominis conſeruari.

¶ Ad calcem hæc non peruenit Epiſtola.

¶ Hac Epiſtola nonnulla Seuerini Boetii carmina declarantur.

AVguſtinus Dathus Bernardino Salutē:Cupis Bernardine(ut ipſe ais)eoꝝ expoſitionē uerſuū: quos Seuerinus Boetius libro de philoſophiæ cōſolatiōe modulatus ē/nō multo poſt opis initiū:quū dicit.

Tunc me diſcuſſa liquerunt nocte tenebræ.

Et reliquū deinceps poema. Laudo te:atq; ingeniū tuū:& qđ Seuerini legēdis gaudeas/te Bernardine uehemēter pbo. Fuit.n.e noſtris ſingulari uir doctrina:ac nullius diſciplīæ rudis. Latinū eloquiū nō ſolū pcalluit: ſed ēt plurimū illuſtrauit:qđ indicāt cū alii libri eius cōplures/tū uel iis maxime:q de philoſophiæ cōſolatiōe inſcribiť:quo certe i loco ſummā ipſius philoſophiæ uim:& laudē pateſacit:qn̄ illa auctore ignorātiæ tenebræ propelluntur:& ueritatis ſplēdor & claritas eluceſcit. Nā cū homo perturbationū cæcatus caligine/magnis impliceť erroribus:Philoſophia ipſa accedente quodāmodo reſipiſcit:& ad humanæ naturæ reuertitur dignitatē. Duplex nanq; eſt ueræ ſapiētiæ gradus:ac primus quidē impedimēta tollit:Secūdus ueritatis cognitionē inducit: qua nulla eſt homini ſuauior alimonia. Bene igiť:qui antea in maximis ignorationis tenebris uerſareť:Philoſophiæ: quæ ſapiētiæ ſtudiū profitetur:clareſcente luce illa dicit:quæ in propoſito poemate continentur.

Tunc me diſcuſſa liquerunt nocte tenebræ   Luminibuſq; prior rediit uigor.

Primus ſapiētiæ gradus eſt impedimēti remotio:hinc diciť tunc diſcuſſa nocte.i.obſcuritate ſublata liquerūt me tenebræ:quod ē ignorātiæ cæcitas/ac mētis caligo. Secūdus gradus inferť ſapientiæ:cū addiť Luminibuſq; prior rediit uigor. Lumina ſunt hoc loco animi/ac mētis acies. Vigor ē ueritatis cognitio:p quā uiget aīus: nec uiget ſolum:ſed ēt alitur:creſcit:ac uehemētiſſime roborať. Siquidē nullus aīo ſuauior cibus eſt:q̄ cognitio ueritatis. Qđ autē animi ē:& id latens:atq; inuiſibile uiſibili:& pulcherrima ſimilitudine declaratur.

Vt cum præcipiti glomerantur ſydera choro.

Nam glomerantur aſtra per nubium coactionē præcipue choro occiduo ſpirante uento: quē chaurum appellat Gelius:ſolentq; agreſten nominate Græci:qui aduerſus aquilonem perflat: atq; idem(ut nonnulli tradunt) lapix dicitur. Nam uenti alii agunt:alii propellunt nubes.

Nimboſiſq; polus ſtetit imbribus

Sol latet. Polus pars coeli eſt:& pro coelo uſurpari ſolet:præſertim pro ea parte: quæ iuxta Arcticū/ uel Antarcticum polū uertiť. Coelū aūt ſtare nō dr̄:quod rapidiſſimo ſemp cieť motu. Sed illū nequaq̄ ſentiūt:nec percipiunt hoīes/niſi p aſtroꝝ curſum:quoꝝ motus facile cerniť. Itaq; latētibus ſideribus & iterpoſitis nubibus: ac defluētibus i terrā ībribus ſtare coelū uideť:Sol latere:& ante ēt q̄ coelo aſtra ueniant/eripi dies:quē efficit Solis præſentia:& nox deſup in terrā fundi. Quale & illud apud Maronē ē. Eripiūt ſubito nubes coelumq; diemq;. Sol ſignificat rationis lucē:atq; intelligētiæ claritatē. Chorus/nimboſus uentus aduerſantis fortunæ impetū: ac ſæuiſſima tela. Nubes/atram noctem obducens:grauiorē animi perturbationē/atq; ægritudinē:quæ obductis tenebris quibuſdam/mentis ipſius lumen ac rationis obſcurat.

Hanc ſi Thraicio Boreas emiſſus ab Arcto

Verberet. Nā Boreas(ita Græci appellāt:quē Latini Aquilonē dicunt)flans nubes ſoluit:& eaſdē uerberando diſpellit:atq; ita clauſum reſerat diem. Alii legunt/antro Thracio: qđ in antris & cauis eius regionis ſpeluncis

uenti creati ſpirāt exinde uehemētiores:ac nubes pellunt. Alii ab Arcto legunt potius. Arctus aūt ſeptētrionalis plaga eſt. Vt illud in. vi. æneidos. Gelidos enauit ad arctos. Græci. n. Anatolen orientē: Dyſin occidentē: Meridiem Meſimbrian: Septentrionē Arcton uocant. Igit̃ reiectis/ ac diſpulſis ab Aquilone nubibus.

Emicat: & ſubito uibratus lumine Phœbus:
Mirantes oculos radiis ferit.

Phœbus idē qui & Sol: quemadmodū Luna Phœbe. Sol autē fons luminis eſt: ut Cicero inquit: ac ſubito emicat non ſolū quum Aurora præeunte cunctas conſumpſit lumine terras. Sed & quū abſceſſu nubiū repente diffunditur: & orbem uniuerſum ſua luce complet. Vibratus/ criſpatus dicitur: & tam uibratus q̃ feriens oculos dicit̃ a telo tranſlatione ſumpta & fulgēti gladio: cuius utrunq; proprium eſt/ tum uibrari: tum etiam ferire. Itaq; non gladii ſolū: ſed etiā oculoꝝ acies dicta eſt. Noſtra uero acies ab obiectis ſolis luce circūfundit̃: ut Solem intuentes diutius/ lumen oculoꝝ ammittant: & ab excellentiore luce penitus obruantur. Sed (ut reddeat ad rem propoſitā ſermo) tota auctoris in eo poemate circa duplicē ſapientiæ gradū uerſat̃ intentio: ut primum impedimēta faceſſant: quæ ſunt animi perturbationes: & fortunæ ferientis iacula: deīde perſpicua ſuccedat ueritatis cognitio: quā philoſophia & ſapiētiæ ſtudiū inuehit: cū ſit illā quidē reꝝ oium & diuinaꝝ & humanaꝝ cognitio: lux ueritatis: atq; idcirco dux uitæ: uirtutū uenatrix: uitioꝝ expultrix. Animus noſter cœlo cōparatur: quod nūc nubibus tenebreſcit: nūc ſerena tempeſtate nitet: & animus noſter nunc perturbationibus cōfunditur: & magnis implicatur erroribus: nūc ſincera & perſpicua ueri cognitione claret. Quibus contrariis ex rebus cōtraria quoq; miſeriæ & fœlicitatis oritur ratio. Quod ſi quæris/ quid ſit luminibus priorem redire uigorem: id non abſurdum ſit interpretari ſecundū Platonis ſniam: qui animū diuinū & æternū aſſerit: & reꝝ oium cognitione perfectū: carcere uero corporis & carnis ergaſtulo confundi: atq; immemorem fieri: ſed ſtudio & exercitatione priſtinā recuperare notitiam. Aut (ſi id non probat̃) hoiem intelligit Seuerinus antea in Philoſophiæ uerſatū ſtudiis: & idcirco luce ueritatis illuſtratum: ſed per animi perturbationē atq; moerorē oblitū prioris claritatis rurſum philoſophiæ ſtudia repetētem/ priſtinā quoq; ueri cognitionē recipere. Vtrum ſit ꝓbabilius tuo relinquo iudicio. At mea ſnia utrunq; non iniuria ꝓbari poſſit: & præcipuā philoſophātis utilitatē oſtendit. Nos diuinum fatemur aium: & id nobis cū Platone conuenit. Sed diuinum/ hoc eſt/ a Deo creatum intelligimus: atq; infuſum corpori. Semper uero fuiſſe negamus. Futurū ſemper non inficiamus. Poſtremo (ut breuius: quæ cuncta ſunt: oia perſtringamus) ſcito/ quod diuiditur hoc poema in duas partes. In prima declarat Boetius philoſophiæ antecedentis effectum. In ſecunda eundē per ſimilitudinē patefacit. Effectus aduenientis philoſophiæ duplex eſt: Ignorantiæ tenebras depellere: & lucem inducere ueritatis. De primo dicitur: tunc philoſophia interueniente tenebræ ſcilicet ignorantiæ liquerūt me diſcuſſa nocte obſcuritate ſublata. De ſecundo dicit̃ & prior uigor. i. certa ueri notitia redit recuperatus eſt luminibus: quod eſt mentis oculis. Deinde additur ſimilitudo. Animus noſter cœlo comparatur. Cœlum nunc tenebreſcit nubilo. Nūc ſereno nitet. Et animus noſter nūc perturbationibus & erroribus implicat̃ atq; confundit̃. Nūc ueri cognitione niteſcit. Vt id eſt/ uel ut quum ſydera glomerant̃: conglobantur præcipiti rapido Choro/ uento ab occidēte flāte: & Polus. i. cœlū hac in parte ſtetit/ ſtare uiſus eſt: cū aſtroꝝ curſus maxime oſtendat cœli motū: ut latentibus aſtris ſtare coelum uideatur. Nimboſis imbribus. i. īpetuoſioribus pluuiis. Sol latet: abſcondit̃: nondum cœlo uenientibus aſtris: quod fieri ſolet poſt Solis occaſum. Nox. i. noctis obſcuritas/ deſuper in terrā funditur: emittit̃: ante tēpus nox terris incūbat. At ſed e cōtrario ſi Boreas emiſſus ab Arcto/ a Sepētrionali plaga: uel Thraicio antro: qđ ex cauis antris uenti ꝓficiſcant̃: uerberet ſcilicet cœlū/ & nubes: & reſeret: aperiat clauſum ſcilicet p nubiū obſcuritatē diē/ id eſt/ diei claritatē. Phœbus/ Sol/ emicat: Splēdeſcit: & uibratus/ criſpatus: ſubito/ repentino: lumine/ fulgore: ferit: uerberat: mirātes/ aſpectātes oculos: radiis ſuæ luce/ claritatis. Sed hæc delibauiſſe ſatis ſit hactenus. Tu Vale: & ſtudiis incumbe: & te huiuſcemodi exercitationibus uehementer oblecta.

¶ Hac Epiſtola declaratur: quid ſeruare imprimis oporteat eos: qui Reipub. præſunt.

AVguſtinus Dathus Decemuiris inclytæ Ciuitatis Senarum. S. P. D. Quæritis: quid agere/ ac ſeruare/ eum imprimis oporteat: qui Magiſtratum gerit: & publicis rebus gerēdis præeſt. Intelligendum eſt/ ad bene gubernandam regendamq; Rempublicam/ opus eſſe iis: quæ in optimo quoq; uiro/ & bene de patria ſentiente ciue ſitæ eſſe debent fide/ ac taciturnitate. Quæ quidem cum omnibus in rebus tum in publicis gerendis negociis maxime neceſſariæ iudicantur. Has magnas imprimis/ præclaraſq; uirtutes proponant ſibi: qui Reipublicæ præſunt: qui Magiſtratus gerunt: qui iuſte/ qui utiliter: qui recte cupiunt imperare/ Meminerint populoꝝ: ciuitatūq; Rectores ſuæ fidei cōmiſſam eſſe Rēpublicam: & quæ agunt: quæq; cogitant: oia nō ad ſuā ipſoꝝ utilitatē: ſed ad patriæ ſalutē eſſe: atq; cōmodū referēda. Quod ſi fidei ea uis ē: ut uel aduerſus hoſtē uideat̃ eſſe ſeruanda: quantā patriæ exhibere debemus: quæ amorē oēm ſuperat: quæ oēs oium charitates cōplectitur: cui præcipuo iure debent̃ oia: quā nō mō rebus aliis: ſed etiā iis: quibus nihil putatur neq; dulcius quicq; nec charius liberis præferēdā ſtatuimus. Eſt. n. fides/ & totius Iuſtitiæ/ & humanæ cōciliationis/ atq; ciuilis ſocietatis firmū/ ac ſtabile fundamētū. Hāc neceſſario taciturnitas ſequit̃: cūq; ea naturali quodā iūcta uinculo ē: q̃ multo magis ſalutē ciuitati q̃ mulieri decus affert: id qđ Ariſtotelicus Poeta prodebat. Vere nāq; taciturnitas dicitur optimū/ ac tutiſſimū adminiſtrandarū reꝝ uinculum. Quod dum arctiſſimum tenuit Romanæ Reipublicæ ſenatus: non modo hoſtiū inſidias repulit: ſed totius pene orbis eſt aſſecutus imperium. Nihil æque cuſtodiendum ſenatus duxit: atq; taciturnitatē: nihil coluit unq̃ ſtudioſius Romana curia: quaſi fidum quoddā: locuplete teſte Valerio: & altiſſimū Reipublicæ pectus in quo fideliter/ arcana totius Reipublicæ ſeruabantur. Neq;. n. temere (quemadmodum Zeno Cittiæus ait) aures nobis duas os unum natura dedit: ut plura audiamus: pauca loquamur. Proinde Iacobus cognomento Iuſtus/ unus ex Theodidactis. xii. quibus perſpicua illuxit ueritas: iubet ueræ ſapientiæ ſectatorem/ alacrem ad audiendum eſſe: tardum autem ad loquendū: ſi modicum quidem membrum lingua

brum lingua eſt:at inquietum malum/ac lethiferi ueneni plenum:ſi piguit ſæpe multos fuiſſe locutos: tacuiſſe autem fere nemineͤ. Nempe uir linguoſus:ſi ſacro Prophetæ credimus:nequaq̃ dirigetur in terris. Ac perraro eſt: pro ſapientis firma ſentẽtia/multiloquum culpa uacare. Nec quiſquã iure laudabit Parmenonem quempiam/ac futilem hominem:qui plenus rimarum/hac atq; illac perfluit/Procul faceſſat potius/ab omni Reipublicæ gubernatione:& longe a gerendis negociis arceatur:qui linguæ petulantiam:& loquendi temeritatem cohercere/non didicit. Quandoquidem grauis culpa iure cenſetur:tacenda loqui:id quod:& cecinere Poetæ:& prudentiſſimi geſtarum rerum ſcriptores comprobarunt. Execrabatur uir ſapiens imprimis. M. Cato loquacem hominem. Nos quoq; odioſum ſane genus putamus eorum:qui inepta:qui intempeſtiua:qui ĩmoderata uerba fundunt: qui deniq; tacẽda loquuntur. Non iniuria cultum iuſtitiæ:appellauit ſilentium. Eſaias diuini plenus afflatus/ac tam & ſi perpetuum ſilentium:& Pythagorica taciturnitas non probetur:quippe cum tacendi:& loquẽdi opportunum tempus cadat:& admoueri labiis oſtium:quod aperitur:& clauditur: diuinus Propheta comprecetur plærunq; tamen lõge expedit magis:& Iſocrate teſte:multo ſanctius eſt ſilere:q̃ loqui. Quare cum patulas nobis aures/natura dederit:linguam certe gemino dentium/ac labiorum uallo ſepſit:& quibuſdã ueluti cãcellis munit. Quod ſapiens Vates nequaq̃ ignorauit Homerus:qui ad cohibendam/uerborum petulantiã & ipſe quoq; uallum eſſe poſitum dentium luculente dixit:& mirum in modum laudauit Vlixem:quippe qui non ex ore: ſed ex pectore: uocem promeret. Sed & prudentiſſimus Heſiodus Poetarum:ut aſſirmat Gelius:non uulgandam linguam: ſed recondendam cenſuit. Quod tum deniq; optimus ſit linguæ theſaurus:ſi parca illa:ſi ſobria: ſi moderata fuerit. Vere ſcriptum tradit diuus Gregorius. Eum qui linguam cohercere non poſſit: urbi comparandum: quæ nullis circunſepta moenibus:& abſq; murorum ambitu:hoſtium ſubiacet iſidiis:ac multis periculis patet. Quod ſi Auguſto Saluatore præcipiente/ocioſum uerbum uitandum eſt:nonne pernicioſum:pluſquam Scyllam:& Charybdim/ac tanquam ſæuum ſcopulum fugere debemus. Illud etiam: atq; ẽt animaduertẽdum eſt:quod ſcite Oratius Flaccus ammonuit.

Nec retinent patulæ commiſſa fideliter aures:
Euolat emiſſum ſemel irreuocabile uerbum.

Hoc memoriter tenere:hoc fixum ſeruare/oportet eos:qui Rempublicam gubernant: cuius arcana multo ſunt tacenda ſtudioſius:quã ſecreta bellorum:id quod etiam Maximus probe inſtituiſſe fertur hoc uno bonum Principem:& ſapientem Imperatorem imitatus. Studeat igitur:qui Reipublicæ præeſt ſecreta tueri: peſſulum oſtio obdat:& ſancti Prophetæ ſectatus ueſtigia/cuſtodiat caute uias ſuas:ne delinquat lingua ſua:& curiæ limẽ igreſſus/Comici:& ſalutaris iſtituti memor:ſi ſapit:quod ſcit:neſciat. Ponat ante oculos Papirium Prætextatum: quẽ Hiſtorici prædicãt:quem nulla unquam/reticebit ætas: nulla obliterabit obliuio:quod in tenera admodum ætate lepido commento/matrem ludere maluerit:quam Reipublicæ ſecreta prodere. Præcipiunt nanq; uitæ magiſtri Philoſophi ſecreta habenda eſſe conſilia:& id maxime/omnium ſalutare conſtituunt:cũ multa contra ex conſiliorum uulgatione:& retardata:atq; interpedita ſunt commoda:& grauiſſima importata detrimenta. Quocirca uerior Pompeii:q̃ Varronis de conſilio:deq; eius nominis origine/ſententia uideri debet/ac potius a conſilendo:q̃ a cogitando/tractum uidetur id nomen:non quod melius ſilendo/cõſilium excogitari queat:ſed quod ſilendo:tacendoq;:excogitata conſilia/facilius ſalutares exitus ſortiantur. Neq; enim myſterio uacat:quod Cõſo deo/in abdito templum erat/quod non uulgata utiq;:ſed recondita oporteat eſſe conſilia quibus illæ præ eſſe Deus ferebatur. Cui dum peragit conſualia Romanæ urbis conditor Romulus:& ſecretum init conſilium/rapiendis Sabinis Virginibus:& optata comparauit connubia:& ſobolem propagauit. Diſcant igitur:qui Rempublicam capeſſunt:taciturnitatem/diligenti ſeruare cuſtodia:ſed fidem ſimul:atq; iuſtitiam tueri:ſine qua/nulla poteſt/nec ſecura/nec beata eſſe Reſpublica. Adhibeant cum iuſtitia pietatem:quæ maxima exiſtit in patria: adhibeant diligentiam:quæ mater quædam eſt omnium cuſtoſq; uirtutum. Adhibeant moderationẽ:quæ ubi adſit: nullus relinquitur errori locus. Perſuadeant ſibi/præcipuam eſſe laudem/ac uirtutem primam tueri fidem: & compeſcete linguam. Valete.

¶ Hac Epiſtola laudatur modus/atq; menſura.

AVguſtinus Dathus diſcipulis chanonibus. S.P.D. Queritis/quid ſit rebus agendis ſeruãdum præ cæteris Pythagoras magnus:atq; illuſtris philoſophus/cunctis in rebus/optimam putauit eſſe menſurã quem Hieronymus imitatus modum/ac mediocritatis regulam/ubiq; laudare conſueuit. Nam pro eius ſententia etiam:quod ſuapte natura laudabile uideatur:nimium culpam admittit. Non enim niſi in mediocritate alicubi ſita laus eſt. Ita fit:ut tum in rerum cognitione/tum etiam in operibus uitæ:ea recta uideri debeant:quæ moderata ſint:nec laudari poſſint:quæ uel nimia:uel ĩmoderata exiſtant. Scimus uia regia gradiendum nobis eſſe:nec uel ad dexteram: uel ad ſiniſtram deflectendum. Eſt enim recta (ut ait Hieronymus) & temperata regia uia:nec plus in ſe habens nec minus. Sapientiam moderatam eſſe oportet: iuſtitiam quoq;/non multam nimis. Itaq; non debemus plus ſapere:q̃ opporteat ſapere/nec minus:q̃ neceſſe eſt. Illi utiq; plus ſapiunt: q̃ decet:qui omnia curioſius perſcrutantur:& ſubtilius:q̃ opus eſt:omnia perſequentes: faciunt ne intelligendo: ut nihil intelligant. Nimis multam operam (ut ait Orator) in res minime neceſſarias conferunt. Illi turſum minus:q̃ neceſſe eſt ſapiunt:qui ad res neceſſarias inueſtigandas/nec tempus adhibent/nec diligẽtiam:ſed craſſæ ſtultitiæ errore ducuntur:& de uia regia ſinixtrorſum declinant. Sed neq; etiam iuſtitia ipſa:ſi nimia fuerit:culpa uacare poteſt. Nam ſcite:& elegãter ſcriptum eſt:ne ſis iuſtus nimis:ne uidelicet ſumma uirtus/uertatur in uitium: & nimietas (ut ita dixerim) culpam faciat. Quare & dexteram:& leuam partem deuitantes/rectam uirtutis uiã: & mediocritatis regulam conſectemur Pythagoram imitantes qui cunctis in rebus optimam putauit eſſe menſuram. Valete.

Clariſſimi Philoſophi:ac præſtantiſſimi Oratoris Auguſtini Dathi Senenſis:Epiſtolarum Liber Tertius fœli-
citer incipit:quo partim ſolummodo continetur eius epiſtolarum:quas publico Senenſis Reipublicæ nomi-
ne compoſuerat:quum eſſet ſcriba illius inclytæ ciuitatis.

Auguſtinus Dathus in ſuum librum.iii.Epiſtolarum præfationem fœliciter inchoat: de ſuperſcriptionibus:
atq; inſcriptionibus/& ſubſcriptionibus/ſecundum conſuetudinem Senenſis Reipublicæ.

AVGVSTINVS Dathus/Nobiliſſimo/ac generoſiſſimo equiti:& integerrimo:
atq; ornatiſſimo ciui Senenſi/Laurentio Boninſignio.S.P.D.Nihil uereor amice
oīum ſuauiſſime:& cōciuis peregregie te plane cognouiſſe oībus in rebus pluri
mum habere momēti diſtinguendi rōnem.Nec.n.eadē oēs:nec ubiq; oīa: nec oīa
oībus tēporibus decent. Quocirca nō minus ſcite/q̄ elegāter dictum eſt: ineptū
haberi opportere:qui nec reꝝ/nec pſonaꝝ/nec locoꝝ:nec tēporum rōnē habet.
Is aūt cōtra & aptus appellatur & iure laudatur:qui ea oīa:quæ modo cōmemo
rauimus:& ſapiēter diſtinguit:& diligēter conſyderat.Ac pp eam qdem cām ali-
ter:qui iſeriores:aliter qui ſupiores ſunt:cōpellare ſolemus.Et ſuperiores qdem
potius dignitatis noīe:iſeriores aūt ꝓprio noīe plærūq; uocamus.Regem Caro
lum ſiquis alloquať:& Dux Calabriæ rotolādus dicet(ſi uocare uoluerit)Rex
sereniſſime:uel chriſtianiſſime princeps:aut alio titulo nuncupabit nō diſſimili.
At Rex Carolus ſi cōtra affabitur Ducem Rotolandū:Rotolande uocabit:nō Dux:aut alio quo uis titulo digni
tatis.Hinc eſt illud apud Virgiliū de Iunone ſuperiore regina deoꝝ & Aeolo iſeriore uentoꝝ Rege.Tuus o Re-
gina qd optes:Explorare labor.Illa aūt ad Aeolum.Aeole nanq; tibi diuum pater:atq; hoīum rex:& cætera.Igiť
noua exorta cōſuetudo eſt:ut qđ ueteres plærunq; alia rōne uſurparent:nunc p abſtracta noīa cōficiāt/diſtinguē
do uarias dignitates:ut in ſpiritualibus de ſummo Pōtifice dicimus/Summi Pōtificis ſanctitas: Beatitudo: Clæ-
mentia:Pietas:ut tua ſanctitas:Apoſtolica pietas.De Cardinale dicimus:Reuerēdiſſima dominatio: & idem qdā
de Metropolitano Archiepiſcopo:& etiā Epiſcopo in ſuis Dyoceſibus.Item in eccleſiaſticis dignitatibus paulo in
ferioribus/paternitas:ut reuerēdiſſima paternitas aut Reuerēda paternitas:tua dignatio:qđ etiā in quolibet Pō
tifice dicimus:aut ſimpliciter paternitas pro dignitatis uarietate.Item in Sæcularibus de Impatore: ac Rege tua
Maieſtas:tua ſacra Maieſtas:tua ſacratiſſima Maieſtas:tua Serenitas:tua Sublimitas:tua Clæmētia:tua Cælſitu
do:tua excellentia.Itē in iſerioribus paulo dignitatibus:tua excelſa dominatio:uel tua Magnificentia. In minori-
bus tua Præſtantia:tua Amplitudo.Itē in minoribus tua Reuerētia:tua Nobilitas.In æqualibus: tua Humāitas:
tua Probitas:tua Circunſpectio:tua Prudentia:tua Solertia:tua Induſtria/Pro uarietate reꝝ:de qbus ſermo uer-
ſatur.Quæ oīa:& quæ cōſimilia ſunt:ſtudioſe cōſydera:& diſcrete:prout diuerſitas pſonaꝝ:& reꝝ diſtinctio po
ſtulat:ad uſum uel loquēdo/uel ſcribēdo accōmoda.Dignitas pſonarum ſpectanda eſt:& eaꝝ quæ ſcribunť:& ad
quas ſcribunť litteræ. Vt in pleriſq; rebus aliis ita & in hac quoq; cōſuetudini potius q̄ rationi parēdum eſt. Mul
ta cōmutant tēpora:multa uſurpāt:corrūpunt nōnulla/ac ſæpe puertunt.Inſeruiendum uideť tpibus:& ipſi nos
tpibus accōmodemus:qđ ne ipſi qdē ſapientes diffiteanť.Magnā ætatis partem in hac ſcribēdi exercitatiōe cōſum
pſi in reipu.uerſatus muneribus.Ipſe mihi ſæpe uim attuli.Frequēter animi cōſiliū:& rectā ſnīam extorſit depra
uata cōſuetudo:q̄ naturæ defenſor Auerrois uim naturæ obtinere nō abnuit.In cōmuni hoīum uſu:& populo-
rū frequētia:quā uulgus & multitudo ꝓbat:ſeruāda cōſuetudo eſt:quā ſi qui forte ſuo quodā fræti iudicio ipro
bare conati ſunt:cū irriſione legentiū:atq; audientiū exploſione quaſi ridiculi iprobanť reiciunť / repudiantur.
Neq;.n.debemus plus uelle ſapere:q̄ ſapere expediat.Scite monuit Fauorinus Philoſophus:priſcæ illius uetuſta
tis ſectatorē adoleſcētē. Viue moribus pteritis.Loquere uerbis pſentibus.Sed id quoq; uerū eſt:aliā eruditā eſſe:
aliam popularē orationē:aliter cū paucis:aliter cū multis loquēdū.Quum igiť publicū obibis munus:ab uſu fo
renſi:& publico ne diſcedas:& illud iprimis teneas triplicē cōſtitui pſonaꝝ gradum.Aliæ ſupiores ſunt: aliæ pa-
res:iſeriores aliæ.Omniū habēda ratio eſt:& ſingulaꝝ qdā delectus:quæ qdē oīa qualia eſſe debeāt: & quo fieri
optime modo:& ſuo ſeruari ordine poſſint:tum demū facillime itellexeris:quū oēm curā eā in rem conferes/ac
pcipuā quādā diligētiā adhibueris & pceptis cunctis oratoriæ artis iſtitutis/ac legibus/lōgo pterea uſu:& aſſidua
quadā ſcribēdi exercitatione pſtaueris.Quēadmodū uariæ ſunt hoīum dignitates: ita uariis rōnibus potiſſimū
in litteris pſcribendis uti debemus:ut cū maioribus reuerētia:cū æqualibus moderatio:cū iſerioribus beniuolen
tia:& charitas idiceť.Sed & eoꝝ:quos ſupiores eē itelligimus:delectus habēdus ē: ut quoſdā uocemus dominos:
quoſdā patres/quoſdā benefactores noſtros:quoſdā oībus prædictis cōplectamur:ut de ſummo Pōtifice: Cardi-
nale:Rege:Principe:digniſſimo collegio:excelſæ ciuitatis rectoribus:qđ debet prudentis uiri:& circunſpecti iudi
cium diſtinguere.Sed nos breuiter colligemus:quæ huic ꝓpoſito neceſſaria ſunt.Primū quædā ponētes exēpla:
deinde breuiter pcurrendo diuerſos hoīum gradus.Ante oīa cōſiderandū eſt:quis ſit ſcribēdi modus/& ordo/ut
uulgo:& imperitæ hoīum multitudini fiat ſatis:qbus ue caracteribus:aut notulis:& cōciſis qbuſdā litterarū an-
notationibus:uelun ſignis/ſcribēda ſint noīa dignitatis/& ꝓpria cuiuſq; in dignitate cōſtituti/& admirādis non-
nullis epithetis/ac titulis pnomināda/pro trito hoīum uſu:& uulgata:qualis ipſa tandem eſt/noſtri tpis cōſuetu-
dine.Satius eſt.n.& in uita cōmuni:& ciuili ſocietate longe magis eligibile inſanire cū multis q̄ cū ſis ſolus ſapiēs/
ab oībus irrideri.Demus hoc igitur plurimoꝝ uoluntati:& magnatū/atq; potētū deſiderio cōdonemus/eamus
& nos in cōem opinionē/atq; ſnīam/ut latis ipſoꝝ auribus & falſo laudum præconio gaudentibus blandiamur.
Sed licet uſq; laudes:attamē ſtat cōtra ratio: & ſecretā eoꝝ ganit in aurem/falſas eſſe oīno / atq; inanes prorſus/

aut magna ex parte noſtras laudes.Eos tamen ſemper excipio:qui Dei uoluntate annuente ; & Apoſtolicæ ſedis largiente gratia/ac ſummi Pontificis concedente auctoritate/quoq; dignitatis gradus aſcendunt:quos merito iure ſummis quibuſq; dignos honoribus iudicamus.Itaq;(ut ad rem ſermo redeat.

¶ Ad ſummum Pontificem ſcribimus.

¶ Pater Sancte. ſeu Beatiſſime. ſiue Sanctiſſime. alias Sacratiſſime. aut Beatiſſime. aut Sanctiſſime Ponti. uel Clementiſſime. ſiue Piiſſime. uel Diuine.

Fidelium Paſtor/poſt pedum oſcula Beatorum.

Subſcribimus:nos filios/ac deuotiſſimos ſeruitores. Superſcribimus uel ſic.

¶ Sanctiſſimo/ac Beatiſſimo in Chriſto/& patri Domino:Domino.N.iii.diuina prouidẽtia Sanctæ Ro.atq; Catholicæ Eccleſiæ ſũmo Ponti.Clemẽtiſſimo benefactori/ac ſingulariſſimo Domino noſtro : uel ſic Sãctiſſimo Patri:& Ieſu Xp̃i in terris Vicario:ſummo Ponti.N.iii.eccleſiæ catholicæ principi:ac Beatiſſimo Domino nr̃o. Vel ſic.Ponti.Maximo.N.iii.Sanctiſſimo domino noſtro. Vel ſic.Sanctiſſimo Domino noſtro Papæ.N.iii.

¶ Ad Cardinalem ſcribimus.

¶ Reuerẽdiſſime i Xp̃o pater:& Dñe:Pater ac benefactor p̃cipue:ſeu Singulariſſime poſt humilẽ cõmẽdationẽ. Subſcribimus nos filios:& poſſumus addere deuotiſſimos. Super ſcribimus in hunc modum.

¶ Reuerẽdiſſimo in Chriſto Patri:& Domino.D.B.miſeratione diuina Sanctæ Romanæ Eccleſiæ: Epiſcopo ſabinẽſi:Cardinali Niceno:Conſtãtinopolitano:Patriarchæ:patri/ac benefactori noſtro:ſiue ſuo ſingulariſſimo.

¶ In hoc uero notandum:quod Cardinalium triplex eſt ordo. Vnde dicitur/uel Epiſcopo tali:Cardinali Niceno: uel Preſbytero Cardinali Aquilegienſi:uel Dyacono Cardinali.

¶ Item aduertendum:q; quando fuerit Epiſcopus Cardinalis:ponitur titulus/ut Epiſcopo Tuſculano/uel Sabinenſi:& deinde additur Cardinali Niceno.Seu aliud ſecundum titulum diuerſum.Sed quando eſt Dyaconus Cardinalis in ſuperſcriptione tacetur titulus.

¶ Ad collegium Cardinalium ſcribimus.

¶ Reuerendiſſimi in Chriſto Patres/& Domini:ut ſupra ad unum.
Subſcribimus conſimiliter:ut ad ſingulos. Atergo.
Sacro Sancto coetui collegii Reuerendiſſimorum.D.Cardinalium Sacræ catholicæ/ac Romanæ Eccleſiæ Reuerendiſſimis patribus/ac benefactoribus noſtris ſingulariſſimis.
Vel ſic Reuerendiſſimis in Chriſto patribus/ac Dominis.D. Cardinalibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ patribus/ac benefactoribus ſingulariſſimis.Vel ſic Sacro Reuerendiſſimorum Dominorum Cardinalium collegio Catholicæ Eccleſiæ Reuerendiſſimis patribus.

¶ Ad Concilium generale ſcribimus.

¶ Reuerendiſſimi in Chriſto patres:& cætera:ut ſupra ad collegium Cardinalium.
Subſcribimus ita:ut ad cardinales. Atergo ſic.
Chriſtianiſſimæ/ac Sacroſanctæ uenerabilium/ac Sanctorum patrum Synodo : patribus colendiſſimis : Auinione:ſeu Pariſius congregatis.

¶ Ad Electores Imperatoris ſcribimus:& ſubſcribimus:ut ad cardinales.
Superſcribimus in hunc modum.

¶ Reuerendiſſimis in Chriſto patribus:& Dominis obſeruandis.D.i.Maguntinenſi.i. Colonienſi.i. Trecerenſi. Archiepiſcopis per Germaniam:Italiam:Galliam Archicancellariis:& electoribus ſacri Roma.Imperii: Singulariſſimis patribus noſtris.

¶ Ad Magnum Rhodi Magiſtrum ſic litteræ ſuperſcribuntur.

¶ Reuerendiſſimo in Chriſto patri:& Domino.D.Fratri Baptiſtæ Vrſino/Deigratia / Sacræ domus hoſpitalis Sancti Ioannis.Hieroſolymitani:magiſtro humili:& pauperum Chriſti cuſtodi/amico noſtro chariſſimo. Seu aliter/pro dignitate ſcribentium perſonarum.

¶ Ad Imperatorem ſcribimus.

¶ Chriſtianiſſime Princeps : atq; inuictiſſime Cæſar/Dominator orbis/humillima commendatione præmiſſa.
Subſcribimus nos filios/& ſeruitores.
Atergo.Glorioſiſſimo principi:ac ſereniſſimo Domino:& Regi Regum potentiſſimo Domino.F. Dei gratia inuictiſſimo Imperatori:& Romanorum Regi ſemper Auguſto/
Notãdũ:q; in maximis principibus uel eccleſiaſticis:uel ſæcularibus:nunq̃ in ſupſcriptiõe ponit/niſi pria littera p̃prii nois:& illa qdẽ maiuſcula.Sed hæc ſatis.Iam ſecundã p̃poſitã partẽ breuiter percurramus.

¶ Archiepiſcopus dicitur.Reuerendus:aut Reuerendiſſimus dei gratia:&c.

¶ Epiſcopus conſimiliter:& reuerendiſſimus ſolum in ſua dyoceſi.

¶ Generalis alicuius religionis etiam ſcribitur:& intitulatur.Reuerẽdiſſimus:præſertim ordinis prædicatorum Minorum:Heremitarum:Carmelitarum:& ſimiliter Abbas generalis(ſi ſic ui ſum fuerit)& Generales iiſdẽ epithetis prænotantur:niſi q; Generalis Minorum dicitur Generalis miniſter:& non alii igitur exempli cauſa/ſic ſuper ſcribiter Generalibus.

¶ Reuerendiſſimo in Chriſto patri:& ſacræ Theologiæ profeſſori:Magiſtro.S. Generali miniſtro / totius ordinis/Minorum Diui Franciſci:amico noſtro chariſſimo:Seu benefactori ſuo præcipuo.

¶ Hoc intereſt inter Epiſcopum/& Generalem ordinis alicuius : q; ille dicitur. Reuerendus in Chriſto pater:& Dominus.Hic uero Reuerendiſſimus in Chriſto pater:ſed nequaq̃ Dominus.

¶ Magiſter Theologiæ dicitur.Reuerendus in Chriſto pater:Seu uenerabilis in Chriſto pater.

¶ Doctor Canonum.Eximius ſacrorum canonum doctor.
¶ Canonicus.Venerabalis pater:& ita.
¶ Sacerdos.
¶ Frater obſeruantiæ inſcribitur.Seruus Ieſu Chriſti.
¶ Imperator.Glorioſiſſimus:Chriſtianiſſimus:Inuectiſſimus:Sereniſſimus.
¶ Rex.Sereniſſimus:Illuſtriſſimus:Inclytus.
¶ Aliquis dominus:ut Dux:uel Marchio.Magnificus/Illuſtris:Excelſus:ſi fuerit dignior.
¶ Communitates/ac liberæ reſpublicæ.Magnifici Domini:Potentes:uel excelſi.
¶ Inferiores.Spectabiles Viri.
¶ Doctor Legum.Eximius.Si dignior:Præcellentiſſimus:uel famoſiſſimus.
¶ Aliter.Si fuerit Doctor utriuſq; Iuris:quia additur.Eximius utriuſq; Iuris Doctor.Et ita ſuo modo: Artium: & Medicinæ Doctor.
¶ Orator.Eloquens:diſertus:facundus:eloquentiſſimus.
¶ Scolaris.Doctus:eruditus.Vel eadem in ſuperlatione:Doctiſſimus:eruditiſſimus:& clariſſimus:ſi habeat plures prærogatiuas.
¶ Miles.Spectabilis:generoſus.
¶ Nobiles.Ingenui:nobiles:generoſi.
¶ Armiger.Strenuus:Magnanimus:Fortiſſimus.
¶ Mercator.Egregius:induſtrius:prouidus.
¶ Ciuis.Benemeritus de republica:ornatiſſimus:integerrimus.
¶ Senex.Meritis/& pietate grauiſſimus.
¶ Iuuenis/uel adoleſcens.Animo:uirtute:laude:gloria præſtans/ac moribus probatiſſimus.
¶ Puer.Claræ indolis:optimæ ſpei.
¶ Alia ſunt quædam conſideranda/pro diuerſa hominum conditione:ut circunſpectus:ſpectatiſſimus prudens/diſcretus:& in inferioribus.Fidelis/deuotus:quæ ipſa tua diligenter conſyderet:& congrue utatur prudentia/uaria hominum merita diſtinguendo.Præterea non eſt ſilentio prætereundum quatruplicem eſſe ſitum ſubſcriptionum in litteris: aut enim æquales ſcribunt ad æquales: & tunc ſubſcriptio perſcribatur principio linearum hoc modo.

¶ Senatus Populuſq; Senenſis.

¶ Aut paulo inferior ſcribit ad ſupiorē:& tunc ſic ſubſcribatur haud lōge a principio lineaꝝ uidelicet hoc pacto.

¶ Senatus Populuſq; Senenſis.

¶ Aut minor litteras mittit ad ſe longe ſuperiorē:& tunc fiat ſubſcriptio medio albo in hunc ferme modum.

¶ Senatus Populuſq; Senenſis.

¶ Si uero litteræ dirigantur ad Ponti.ſeu Cardinalem:ſeu Reges/ac Dominos potentiſſimos: fine papyri ſubſcriptio annotetur ſic.

¶ Senatus Populuſq; Senenſis.

¶ Addatur etiam(ſi placuerit)Epithetum aliquod ſuppoſitionis(ut appellant)ueluti filius:ſeruitor:ſeruus indignus:aut humilis:uel aliquod huiuſmodi.
¶ At ſcito hunc ordinem tantum ſeruari ab iis:qui ſunt in poteſtate:& dominio conſtituti.Nam priuatæ perſonæ:& ſi longiſſime fuerint ſuperiores.Semper tamen nomen ſuum proprium modeſtiæ ſeruandæ cauſa/collocant fine linearum.Poſtremo:ne quid hac in re te lateat: ſcias uolo annotari nomina titulorum: & dignitatum/eorum:ad quos ſcribuntur Epiſtolæ:ſingulis uel paucis ad modum litteris:& maiuſculis/interiecto ſpatio/hoc modo.

E. .V. Sanct. Deuotus filius Auguſti. Dath. humilis ſeruus.

Habes mi Clariſſime Laurenti:quæ mihi in præſentiaꝝ breuiter explicanda occurrunt in hac materia: quæ & ſi ipſa per ſeſe uideatur parua eſſe:tamen tuo dicata nomini plus habere uidetur auctoritatis:& pōderis. Valē.

¶ Edictum Senatus:Populiq; Senenſis.

CVm a uenerādo patre Sacri minoꝝ ordinis Generali/ad firmiter retinēdam Catholicæ religionis ueritatem:atq; Orthodoxæ integritatem fidei:& ad tuendum Sacroſanctum Euangelii ſpecimen/conſtitutus/ac præfectus ſit uniuerſa noſtræ ciuitatis:noſtriq; agri ditione regionis Hetruſcæ / uir meritis/ac pietate apprime clarus:Sacerdos Venerabilis/ac Theologiæ profeſſor:Ioannes. Ilci.eiuſdem ordinis cōſectator:& Euangelicæ doctrinæ prædicator inſignis:& concionator uehemens:nefariæ ſuperſtitionis:falſæ impietatis/ac prauitatis hæreticæ inquiſitor acerrimus:ut profanis abiectis præſtigiis:anilibus ſuperatis ineptiis:ſublatis Ariolorum:Diuinatorum:Sortilegorum:Aruſpicum:Genethliacorum:Coniectorum: Necromanticorum:Horoſcoparum:Rabdomanticorum:cæteriſq; id genus deliramentis:quæ perinde: atq; idolorum ſeruitus habenda eſt:ubiq; pie caſte/iuſte/innocenter/ſancte uiuatur/& ubique ſplendeſcat Euangelica claritas: ſana: atque incorrupta doctrina ueritatis:& ipſa deniq; auguſtæ noſtræ religionis pietas/ea:quam Græci ſapientes modo. modo uocant:& infidelitate omni ꝓſtrata:atq; reiecta/ſanctiſſimi diuini cultus refulgeat gloria.Quare(ut maioꝝ noſtroꝝ inſtituta ſectemur:qui ſacra:cerimonias: & totius diuini cultus obſeruationē/pie ſemp/ac diligētiſſime coluerunt:& æternū:atq; imortalē totius mundi principē: & Reginam Coelorum:Dei Glorioſiſſimam Genitricem/in ſumma præ cæteris fidelibus nationibus / ac populis/ueneratione habuerunt)iubemus/atq; edicimus/& uniuerſis:& ſingulis:qui in quibuſuis noſtræ ditionis: comita-

tus:diſtrictus:tractibus:atq; oris noſtræ Reipublicæ nomine exercẽt poteſtatem:faueant:iuuent eundem: quem præmiſimus delectum inquiſitorem:& opem/atq; præſidium ferant/in iis prorſum omnibus:quæ ad ſui muneris obeundi miniſtrationem pertinent/etiam conficienda manu/ac præbendo ſatellite:ut ſuperſtitioſi:atq; impii confundantur:& cæteri a falſis deterreantur inſanis. Valeant:qui legerint.

Senenſes Beſſarioni Cardinali Niceno.S. Græcos magno ſemp in honore noſtra habuit ciuitas/ac p̃clarã eã q̃dẽ coluit nationẽ:a qua plæreq; ĩgenuæ diſciplinæ fluxere:quæ doctrinaꝝ pene oĩum extitit princeps:atq; eloquẽtiæ auctor:cuiq; uel ipſe.M.Tullius latini pater eloquii/litteras tribuit: ĩgenioꝝ dedit acumen multaꝝ reꝝ cõceſſit laudẽ.Sed quos modo ex eadem natione tua nobis cõmẽdauit amplitudo:patria extorres/ac ꝓfugos/& poſt Cõſtantinopolitanã cladẽ multũ terra/mariq; iactatos:lõgis erroribus peruagãtes quaſdã ueluti imitis hoſtis ĩmanis Maumethis/ipſoꝝ Turchoꝝ reliquias:miſerati calamitoſam eoꝝ fortunã/ob religionis & pietatis cultũ/ob gentis nobilitatẽ/ac ſplendorẽ ſanguinis:pp eoꝝ uirtutẽ:rectã uiuendi rõnem/ac diſciplinã:ꝓſpectamq; morũ ꝓbitatẽ:tanto p̃ſertim ĩteruenĩete auctore cõmẽdatos ſuſcæpimus:audiuiſq; eoꝝ legatis:qui mãdata primũ apud noſtrũ magiſtratũ:mox apud triumuiros ad id cõſtitutos:bene atq; cõpoſite expoſuerũt. Vltro citroq; habita uerba ſunt.Pactis igitur cõuẽtiſq; : quæ neceſſaria ad eam rem uiſa ſunt: decreto ſenatus/& populi ſcito:cuius eſt legẽ cõdere:Græcos tuos libẽter aſciuimus:& intra fines noſtros cõplexi/eam in maritima regiõe oram/optãtibus ipſis p̃ſcripſimus/quæ cœli clæmẽtia:ſumma tẽperie : fertilitate agri pollet:lætis paſcuis exuberat:atq; multoꝝ ubertate fructuũ.Locum uero ſuopte ingenio opportunũ caſtellum quoq; in edito colle munit:& arx ꝑuetuſta tutiſſimũ reddit.Monti acuto ob id eſt nomen:a ſitu nõ iniuria inditum.Nec deſunt ſaltus feraces pabuli:amœni colles iucunda nemora glandiferis opaca arboribus:ſcatẽtes aquarũ fontes/ac deniq; ſuis t̃pibus ſalubres auræ.Magna eſt uenerande pater eius regionis opportunitas: q̃ eccleſiæ finitima ſolo ꝓuinciã patrimonii a ſenẽſi diſterminat agro:& Tyrrheno mari ꝓxima ꝓpiſſime abeſt tum a Telamonio/tum ab Herculeo portu utroq; noſtræ ſubiacẽte ditioni:quo nõ a Liguribus ſolum : ſed ẽt a ſiculo freto:& a plæriſq; celebribus ĩſulis triremes:& oneraria multa cõfluunt nauigia:ubi plæriſq; quõdã celebribus quoq; e Græcia uiris:q ab Heleſpõto/& a põtico mari in latium trãſmiſerũt/dulcis præſto ſeceſſus fuit:& ſtatio tutiſſima nautis.Noĩa ꝑmulta & priſca ĩdicãt monumẽta:ut uel ob eã cãm gratiſſimus locus/ac ꝑ iucundus uideri debeat.Hic iam tãdẽ tui hoĩes:uel noſtri potius certas ponẽt ſedes:& pacato æuo fruenẽ:& nõ magna ſine ſpe/atq; omine Cõſtãtinopolis recuperãdæ florẽtiſſimi quõdã Cõſtãtinopolitani ĩperii pars nõnulla reſurget:unde haud lõge aberit Cõſtãtinopolitanus Patriarcha:& magnũ nõ mõ Græciæ.Sed eccleſiæ quoq; lumẽ Beſſarionẽ: q̃ñ uiſere/& ſalutare libebit.Græcis itaq; hoĩbus:quũ p̃finito t̃pe affuerint:nullũ deerit a nobis nõ ſolũ hoſpitalitatis:uerũ ẽt ſtudii:atq; officii genus.Inita aũt hæc tãtæ amicitiæ fœdera mutua cõfirmabit uolũtas:ſũmæ neceſſitudinis augebit affectus.Nec erunt uelut alienigenæ Græci nobis:ſed ut quos rõ:& natura iunxit:& uernaculi amoris glutinũ ſociauit:ita ut poſthac & quẽ Cõſtãtinopolis dederit:& quẽ hæc patria genuit nullo nobis diſcrimine agaẽ. Hæc ſint reſpõſa tuis litteris.Hæc ſignificãda duximus:& ad tuã amplitudinẽ p̃ſcribenda:quã ut Græcorũ ad nos maturet aduentũ:uæhemẽter oramus/ac pergas ſeſe huic patriæ patrẽ beneficẽtiſſimũ exhibere. Vale.

Senẽſes Venitis.S.P.D.Suadet ueſtra in hãc Rẽpu.ſpectata beniuolẽtia:hortaẽ uetus & ueluti naturalis quædã neceſſitudo:noſtra filialis obſeruãtia audẽter ĩuitat:ut quæ in utranq; partẽ forte cõtingãt:& cõferre uobiſcum fidẽter debeamus:& cõſilium:ac fauorẽ petere.Cũ cõſtet igiẽ in Liguria:nouam ac magnã parari claſſem/ac lateant quæ ĩſcrutabilia ſunt hoĩum corda.Nos q chriſtianæ Reip.adamamamus gloriã:& fidelium uniuerſoꝝ pacem:& ſtatus noſtri tranquillitatem:ueſtram amplitudinem cõſulimus:quidnam & ipſa ea de re ſentiat:q̃ uere ſapit/ ac ꝓuidet oĩa diligenter:& agendum ſit ſiquid forte opus acciderit. Nam oẽs expendere caſus:& cauere ſibi in oẽm euentum putamus prudentiæ eſſe.Itaq; & conſilium & q̃d hiſce de rebus ſentiat ueſtra ſapientia:& magna cum fiducia poſcimus: & ſuppliciter obſecramus ueſtram benignitatem:in qua plurimum confidit noſtra Reſpub. atq; harum litterarum reſponſum diligenter oramus. Valete.

Veneti Senẽſibus.S.P.D.Optime exiſtimatis:& uetiſſime dicitis poſſe nobiſcum & confidenter: & audenter omni de re agere.Sic enim poſtulat:& exigit ius ueteris & perpetuæ noſtræ beniuolẽtiæ. Sed eo confidentius:& liberius id facere licet:quo res cõmunior & late patentior accidit:ubi honeſta:& rationabilis & ueſtra:& cæterorum ſuſpitio eſſe poſſit cuiuſpiam inde prouẽturæ Italici ocii turbationis. Quin imo laudanda magnopere eſt/tum ueſtra prudentia/tum pacis & tranquillitatis egregium ſtudium. Claſſem de qua ſcribitis:parari in Liguria audiuimus.Iudicium de ea noſtrum uerius:certiuſue eſſe non poteſt:q̃ inſcrutabilis hominum mens:& abdita cordis conſilia uelint:rerumq; contingentium & fortuitarum natura patiatur.Sed utcunq; res accidat:nos & mari & terra conſeruationi quietis Italiæ:& pro ſtudio inſtitutoq; noſtro:& inſtaurati ſuperiore anno fœderis deſuturi minime ſumus.Eadem fore ſentẽtia/& uoluntate regiam Maieſtatẽ pro comperto habetote. Summum Pontificem longe ſtudioſius & efficacius:& q̃a fœderis caput eſt: & quia omnium Chriſtianorum pater:proſpiciens/& cognoſcens ſine totius religionis periculo:nõ poſſe periclitari Italiam. Quo ad uos:& ueſtram retinendam:& conſeruandam libertatem attinet:eſtote excitati:& inſtructi:ut rerum cõditiones ſuadere uidentur & de nobis tantum ſperate in omnem euentum:quantum ueterem:& conſtantem noſtram beniuolentiam:& optimam in uos uoluntatem decet. Valete.

Senenſes Põtifici maximo.S.P.D. Quãquã Oratores noſtri qui mox ad cõſpectũ glorioſiſſimæ tuæ ſe cõferẽt ſanctitatis:& planius & copioſius ſumma aĩoꝝ noſtroꝝ lætitiã explicabunt:tamẽ pro ĩgẽti deſiderio & has modo litteras p̃currere uolumus ammirabilis noſtræ p̃nuncias uoluptatis & gaudii.Nam ĩtellecta glorioſiſſima tuæ beatitudinis aſſumptione:lætati ſumus mirãdũ in modũ:& ĩcredibili gaudio uniuerſus exultauit ſenẽſis populus:qui & cum propheta:ac diuino uate:recte erumpat in uocem.

Hæc eſt dies quã fecit dominus exultemus & lætemur in ea. Vere ſucceſſit ꝓſpere nobis clæmẽtiſſime paſtor & labanti orbi cõſuluit de cœlo Dñs:qui paſtorẽ bonũ Chriſtiano gregi & ſpõſæ eius eccleſiæ:cuſtodẽ diligentiſſimum dare dignatus eſt. Aſſiſtit nobis Põtifex futuroꝝ bonoꝝ:q pamplius:& pfectius eccleſiæ firmitatẽ: fideliũ populoꝝ quietẽ:uniuerſalẽ pacẽ:catholicæ matris eccleſiæ gloriã tueatꝰ. Firmã petrã iecit & lapidẽ angularẽ Saluator noſter:ſup quẽ ædificata quõdã in principe Apoſtoloꝝ eccleſia icolumis pſeueret. Ei nãq & ligandi/& ſoluẽdi data poteſtas & Põtificiũ traditũ eſt:q adductas in unũ oues uniuerſas:unũ ouile cõſtituat:ſicut unus eſt paſtor:q gregẽ ſuũ pabulo nutriat uirtutis:& ſanctitatis:eumq a lupoꝝ rabie & morſibus liberet inſectantiũ. Gratulamur igitꝰ Catholicæ matri:q ſub umbra eiuſmodi alaꝝ filios ſuos ab hoſtiũ oĩum defendat iſidiis. Gratulamur uniuerſis chriſtianis cætibus:atq cõciliis:quoꝝ nauis in tranquillũ quẽdã & tutiſſimũ portũ aduecta eſt. Põſtremo cœloꝝ principi:& tanti beneficii largitori grates imortales agimus & ſempiternas:qui eo nos Paſtore dignatus eſt:de cuius aſcenſu lætãdum ſit:nec timẽdum de lapſu:qui in brachio ac digito dei eccleſiæ ſubſtineat decus. Claues regni cœleſtis acceperit:q diuina cooperãte gratia Chriſti pſonã gerat: & quãdã æterni principis uitã agat:ut oĩa mirabili ꝓuidẽtia:ordine cõſilioq regantꝰ. Itaq oramus illũ:qui benigne nobis i tali paſtore cõplacuit tu fœliciter & quãto fas eſt:diutius tuã ſanctitatẽ/ac beatitudinẽ tueatꝰ. Cui nos fidem pollicemur; uenerationẽ debitam exhibemus:obedientiã cõgruam deferimus:humiliter ſupplicantes:ut deuotiſſimam Romano nomini:& apoſtolicæ ſedi noſtram ciuitatem benigne ſuſcipiat:& magno ſemper amore proſequatur. Aue pater ſanctæ:& in ſæuos Turchos accingere Patri gladio ſuper ſæmora tua potentiſſime.

SEnẽſes Sũmo Põtifici. S.P.D. Natura q nos mortales genuit: mortale quoq abſtulit nobis paulo ante Põtificẽ tuæ ꝓceſſorẽ ſanctitatis Pium ſecũdũ. Eius pp diuinas laudes:& ſũmæ uirtutis meritũ:migrationẽ ex hac uita deplorauimus. Tanti ſucceſſoris & tuæ aſſumptio ſanctitatis triſtitiã uertit i gaudium. Cuius Senẽſis Apoſtolicæ ſedi pſuit:ciuis quoq Senẽſis ſi nõ natura:tua certe gratia:noſtro priuilegio utrunq uoluntate:& ſũmi amoris affectu:ſacri Apoſtolatus dignitati ſucceſſit. Deum quæſumus:ut tantæ diſpẽſationis miniſteriũ ꝓſpere cedat: Sãcto ſpiritu afflante/ac diuina aſpirante gratia: ut eccleſiæ fulgor toto orbe clareſcat:floreat ubiq gentiũ tuæ beatitudinis nomẽ:& impioꝝ hoſtiũ pfidia cõteratꝰ:quadam ueluti aurei ſæculi reuireſcente fœlicitate:cum apud fideles oẽs populos/tum apud Venetos acres præ cæteris fidei catholicæ ꝓpugnatores/tum apud ſenenſes quoꝝ patria & tecum cõmunis eſt:& Romanæ eccleſiæ omnium conſenſu tutiſſimum propugnaculum. Ea in tuæ ſanctitatis præcordiis perpetuo defixa eſto. Vale.

SEnenſes ſũmo Põtifici. S.P.D. Summã eſſe cõſtat uel ineffabilẽ potius oĩpotẽtis Dei in hoĩum genus miſericordiã ac pietatẽ:qui benigne hoĩum ſaluti p omne tẽpus dignatꝰ ꝓſpicere:qui Eccleſiã ſuam/ac fidelium cõcionẽ tanta dilectione ꝓſequitꝰ:ut firmiter ædificatam/ac ſolide fundatã ſupra firmam petrã:petrãq nunq̃ benigno ſuo deſtituat auxilio:& illi regẽde eiuſmodi Paſtores pficiat:p quos q̃uis magnis æſtuãtibus ꝓcelloſi maris fluctibus/nec obrui tamẽ Petri nauigium nec mergi poſſit. Sed ut cæteros omittamus:q ſolutis corporũ uinculis/ex hac uita glorioſis pactis certaminibus/deceſſerũt: nouiſſime diebus his pro ſua imenſa largitate tuã beatitudinẽ dedit:& ad ſummi apoſtolatus euexit faſtigium. Quæ res ſi cæteris populis grata ẽ:nobis ꝓfecto exiſtit tam iucunda:ut nihil potuerit hoc tpe nec gratius accidere:neq quicq̃ oĩno iucundius. Qui cũ ĩtueamur diuina fauẽte bonitate:ob glorioſam tuæ ſanctitatis aſſumptionẽ eccleſiam fore ſemper incolumẽ/fideliũ oĩum ſaluti/trãquillitati/honori recte cõſultum/ſpem oblatã:ut tandẽ cõfundatꝰ imanitas ſæuientium Barbaroꝝ:certe lætamur plurimũ ac tãti muneris largitorẽ deum glorificamus/ac ſummis mactamus honoribus. Plantauit Caliſtus. Rigauit Pius. Cõficiet (ut ſperamus) Paulus ſecundus:& glorioſam uictoriam reportabit. Incremẽtũ & uirtutẽ dabit is:qui illum elegit:ut tanq̃ uas alterũ electionis cõfringat hoſtes:& inſequatꝰ eos donec deficiant:quã palmã reſeruatã diuino cõſilio:tuæ beatitudini exiſtimare debemus:ut tandẽ aliquãdo Veneti catholicæ fidei acerrimi ꝓpugnatores Veneto Duce:ideſt te Paſtore diuinitus iſtituto: & pro apoſtolica Eccleſia ſedente Põtifice:& ꝓclari incæpti:& ueteris deſiderii fiant cõpotes. Igitur quæ noſtræ partes ſunt:& tua ammonet ſanctitas:ſicut præ cæteris hac optata ſorte/& uocatione ad tanti operis miniſteriũ: lætati ſumus: ita ad largitorẽ cuiuſq dati optimi/ac doni pfecti deum:cõtinuas fundemus preces:ut gratiam habunde ipartiatur:quo uictoriã tantam:& glorioſum triumphum aſſequatꝰ tua ſanctitas cũ ſumma exaltatione Catholicæ fidei:& imortali tuæ beatitudinis gloria. Nos & ſperamus & augeamur Paulo ſedẽte ſecũdo pacẽ fore cunctis fidelibus:nr̃æ præſertim Reipublicæ quã intimis uiſceribus pietatis ſanctitas tua complexa eſt:atq eam proinde in tuo ſinu ocioſe recubantẽ tuæ beatitudini ſuppliciter/ac deuotiſſimis precibus cõmẽdamus/ac de iis quæ per litteras nunciata ſunt:gratias per ingentes agimus. Aueto ſanctiſſimæ Pontifex: perſuadetoq ſibi tua ſanctitas quæſumus:habere ſenenſem populum unum oĩum:fide:obſequio:obedientia/ac deuotione præſtantem.

SEnenſes ſummo Põtifici. S.P.D. Agimus ſummo creatori ac totius mundi principi imẽſas grates: qui pro ieffãbili dono pietatis ſalubriter humano generi cõſuluit ac ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Paſtorem cælitus dare dignatus ẽ:cuius ſapiẽtia:uirtute:ac diuino cõſilio optime gubernetꝰ eccleſia ſancta eius/ſitq grex tutus Dominicus a Lupoꝝ iſidiis:catholicæ fidei augeatur dignitas:ſumma pacis trãquillitate fideles populi pſruantꝰ. Nihil poterat huic ciuitati & patriæ nunciari iucundius:nihil afferri latius:nihil contingere optabilius:qđq ciuiũ oĩum aĩos inaudito quodã atq inexplicabili expleret gaudio. Vere cũ ꝓpheta cõcinat ſenẽſis populus. Iſta dies eſt:quã expectauimus:iuenimus uidimus:adeo ex intimis aĩs exultemus / & lætamur in ea. Quaobrẽ noſtras partes eẽ duximus:ut has modo litteras pſcriberemus nr̃æ ꝓnuncias imenſæ uoluptatis:& gaudii. Plurimũ nanq gaudemus nobis:gratulamur ſacro ſanctæ Romanæ Eccleſiæ:Chriſtianæ religioni/ac fidei:nec nõ tuæ Beatiſſimæ ſanctitati:quã ut dare optãtibus fidelibus dignatus eſt:ita cũ ſũma totius chriſtianæ cõciliationis firmitate:& pace clæmẽter ac fœliciſſime tueatur cœloꝝ princeps. Tuæ beatitudini patriam

ipſam:quæ tantum lumen genuit:quam habuiſti ſemper tuo nomini deuotiſſimam:ſuppliciter atq; humillimis precibus cōmendamus. Eidem noſtram Rempublicam tuæ ſanctitatis filiam obſequentiſſimam: regimen/ac populum uniuerſum deferimus paratum quouis tempore:nihil aut efficere/aut cogitare iucundius : quā tuæ beatiſſimæ obſequi ſanctitati. Aueto Sanctiſſime Pontifex.

SSnenſes ſūmo pōtifici. S.P.D. Quod maiores noſtri firmo ſemp iudicio cōprobarūt:nos quoq; illoꝝ imitati ueſtigia cōſtanter aſſerimus:pacē:cuius noie bona cuncta cenſent̄:eā rem eē: in qua ueri boni ratio ſita eſt:cuius ſtudiū humanā ſocietatē & cōciliationē tuet̄/Ad eā uero retinēdā uotū oē huius ciuitatis:& nr̄æ Reipu. aſpirat itentio:cū liqueat eos bene/ac beate uiuere:qui bonū pacis cōplectuntur:ad cuius certiorē poſſeſſione obtinēdam:cū plurimū cōferre uideamus quæ diuini numinis īſpiratione:cum Regia maieſtate tua ꝓuidentia ſanctiſſime nup inſtituit:dum Eccleſiæ īcolumitati:& totius Chriſtianiſſime reipub. firmamēto ꝓſpexit ſalubri cōſilio ſtabilita cōcordia:& affinitatis uinculo īſup arctiſſimo cōfirmata: agimus īmortali totius mundi principi:& quæ eius uicē gerit tuæ ſanctitati grates:& tuæ beatitudinis/ac Regiæ maieſtati ſalutare cōſilium:& publicæ ſalutis opus mirifice laudamus:nequaq̄ dubitātes ea potiſſimum rōne:totius Italiæ foedus:& uniuerſi fidelis populi tranquillitatē:& gloriā nō ſeruari ſolum:ſed ēt plurimū augeri. Deū cōprecamur:ut eam Chriſtiāoꝝ principū unanimitatē cōſtituat:ꝑ quā tua ſanctitas optata pficiat:& Chriſti nomē glorioſiſſime tueat̄. Gratulamur tuæ ſanctitati/ac Maieſtati Regiæ tanti boni auctoribus: & igētes inſup habemus gratias:qđ ad tanti tanq; pcipui boni miniſteriū adhibere dignata eſt tua ſanctitas:uirū ſummæ itegritatis/ac uirtutis Caſtellanū Epiſcopū ciuē noſtrū:quē charum efficit patria:ſed multo chariorē explorata moderatio : recta uiuendi diſciplina & morum ꝓbitas:cuius cōperta uirtus:& ad Apoſtolicæ ſedis utilitatē ſemper exercitata bonitas:merito nos iure cōpellunt:ut eum tuæ ſanctitati deuotiſſimis precibus cōmendare debeamus. Quæ cum oēs/& probos & iuſtos uiros ſingulari ꝓſequat̄ amore:eos tamē ardentiori charitate cōplectit̄ : qui ſanctis delectati operibus:ad catholicæ fidei:& eccleſiæ Sanctæ decus ætatē oēm atq; operā cōtulerunt. Erit nobis ſummæ iucunditati & gaudio:ſi eū ipſum ciuem noſtrū tanto tractare benignius tua ſanctitas īſtituerit:quāto ex optimo cordis affectu diligentius noſtris litteris cōmēdamus:quippe q ea apud nos & cōciues oēs ualet gratia : atq; eiuſmodi habet̄ in precio:ut quicqd illi honoris atq; benignitatis tua cōtulerit ſanctitas nobis:& uniuerſo huic populo ita gratum futurū ſit:ut oium corda deuinciat:augeatq; plurimū beneficioꝝ cumulum. Quare cum illum/tum noſtrā inſuper ciuitatē tuæ beatitudini ſuppliciter cōmendamus. Aueto pater ſanctæ.

SEnenſes pōtifici Maximo. S.P.D. Quod de īmortali & coeleſti munere:qđ de piiſſimo opere tuæ ſanctitatis/optātibus nobis:primū ꝑ litteras:mox ꝑ noſtroꝝ Oratoꝝ relationē nuper innotuit: id tanto hanc ciuitatē uniuerſam:& hūc oēm deuotiſſimū populū afficit gaudio:ut lingua mortali explicari nō poſſit. Sanctiſſimā uirginē & inclytā huius urbis alumnā Catherinā coelitum / & ſanctoꝝ cēitam numero/& catalogo cōſtitutā diuinæ ꝓuidētiæ largitate/& piiſſimi Pōtificis miniſterio putamus ꝓculdubio maximā:& nunc eē/& poſthac fore huius patriæ foelicitatē & goriā:& īſuper ſtatus noſtri & huiuſce libertatis ꝑpetuā firmitatē/ac robur. Quādo plane cōſtat/mundū meritis cōſtare ſanctoꝝ:& illoꝝ aſſiduis pcibus apud æterni Principis Maieſtatē ciuitatū ac populoꝝ tutelam cōtineri. Illuſtrata in eccleſia ſancta Dei glorioſæ uirginis Catherinæ ſanctimonia:admirabilis uirtus:doctrinæ fulgor:miraculoꝝ coruſcatio. Illuſtrat huius urbis dignitatē:& amplificat decus:ut nihil ad cumulum gloriæ poſſit accedere. Nunc ſperamus firmius ſtabilē huius Reipu. futuram cōſeruationē:multiplicatis in coelo itercesſoribus:q uiuētes/nos erudierunt in terris:& pro nobis trāſlati in ſanctoꝝ coetū/aſſidue cōprecant̄ in coelis. Grates ꝑſoluimus:quas pōt nr̄a fragilitas oīpotēti Deo & tuā beatitudinē inumeris efferimus laudibus:& quas referre nō poſſumus:habemos īmortales gratias:q̄ quotidie ampliſſimis muneribus hāc patriā ex ornat. Nos tāti uoti cōpotes facit/Auget indies benefactoꝝ magnitudinē:uetera recentibus cumulat:aperit tam benigne huic dulciſſime patriæ coeli theſauros:fluenta gratiaꝝ effundit. Largiri bonoꝝ pene oium ubertatē nunq̄ definit. Id gratiſſimū eſt oībus:id iucundiſſimū nobis:id huic populo miram lætitiam affert:& ueluti iubilū quēdā ienarrabilis gaudii exultātibus animis p̄bet. Nihil eſt:qđ pro tam magnis/tāq; multis collatis beneficiis rependi poſſit. Quod in nobis eſt:id cumulatiſſimū pollicemur:ac reddimus fidē/deuotionē & prōptiſſimos oibus in rebus ad obſequēdum aios/atq; alacrem uoluntatē/dies/ac noctes. Deum cōprecantes:ut cū ſumma tuæ ſanctitatis ꝓſperitate & dierū longitudine/eam tribuere dignet̄ copiam:ut grata nobis eſſe tuæ ſanctitatis munera re ipſa præſtare poſſimus:quādo fidelium populis datus eſt paſtor:qui glorioſiſſimis monumētis & ineffabilibus donis/ꝑpetuis ornamētis Senēſem decorat ciuitatem:& æternis ornat īſignibus. Sed animoꝝ noſtroꝝ affectum facilius tuæ ſanctitatis nouerit ſapiētia:quā nos per litteras explicare ualeamus. Gaudemus acceptis:& accepturos nos cumulatiora confidimus. Et tuæ beatitudini humili ſupplicatione hanc Rempublicam & ſtatum eius:ac libertatem deuotiſſimis precibus cōmendamus. Vale.

SEnenſes ſacroſancto coetui Cardinaliū. S.P.D. Triſtē/ac funeſtū caſum Sūmi Pōtificis Nicolai quinti interitū acerbe tulimus:dolentes Apoſtolicā ſedē eiuſmodi paſtore orbatā:cuius cōſilio/ꝓudentia/uirtute/ita mater Eccleſia & Chriſtiana cōcio regebat̄:ut ois Chriſtiani nois multitudo/& q Chriſtū crucifixū adorāt:ac ueneranṫ populi:ſpem ſummā haberēt ꝑpetuæ firmitatis/ac pacis. In exiguo corpore magna uirtus/icredibilis ſapiētia:igens pietatis ſtudiū:ſumma animi magnitudo uigebat. Nouis moenibus præclaris moribus urbē Romā/ac ſanctā roborauit Eccleſiā. Qui ab humili loco/ꝑ uirtutis gradus ad ſūmi Apoſtolatus dignitatē euectus/uere paſtor bonus uigilanti ſtudio/ac labore utiliter ſuis ouibus p̄fuit/q̄diu Apoſtolicæ ſedis curā geſſit. Sed qđ eſt/qđ pluribus tanti Pōtificis obitū deploremus? Mortē euitare nemo pōt. Nemo nō illi obnoxius. Vna cōis eſt cunctis hoibus:quæ neq; parcit cuiq;:& oibus ſeſe æqualē p̄ſtat. Ille q totius eſt mundi arbiter/ac iuſtus iudex/reddens cuiq; qđ ſuū cuiuſq; eſt:quē corporis duris cōpedibus liberauit:ampliſſimis coe-

lorum premiis & imortalitatis gloria muneref. Veſtræ aût amplitudini eiuſmodi tribuat facultaté: ut Spiritus ſancti operáte bonitate illú ad paſtoralis curæ regimé/& ad tanti culminis dignitaté ꝓuchatis: q nauiculá Petri i hoc ſalo labanté ꝓcelloſi, ac fluctuátis pelagi ita moderef: & regat: ut cú populoꝝ ſalute chriſtiani cœtus conſeruatione/catholicæ fidei icreméto/totius matris Eccleſiæ firmitate tutiſſimú portú attingat. Atq; ipſe idé bonus paſtor paratus ſit eius: q eſt ſacerdos in æternú Xps: imitare ueſtigia: & aiam ſuá dare pro ouibus ſuis: q ſupra firmá petrá cóſtitutus/ſúmi pótificii exerceat ptaté. Nos aút: quoꝝ magna ſemp i eccleſiá Dei charitas/par fides extitit/ac ſúma deuotio ad eius ſaluté/dignitatéq; tuendá oém induſtria/diligétia/operá/atq; oés huius reipu. facultates deferimus: parati ꝓ illius ſtatu/atq; icolumitate/adhibito magno ſtudio atq; obſeruátia: q uſ as ꝓſequimur ampliſſimas dignitates/grauiſſima qq; ſubire: ac ꝑtermittere nihil: qd ad eccleſiæ utilitaté/ac laudé ptiere uideaf. Ea náq; més nra ĉ ea demú firma uolútas. Sed plura his de rebus Alexius Cluſinus epiſcopus/& Georgius cóſultus iuris/ciues noſtri legati Romá fuſius colloquenf. Hos qſumus loquétes auditote: nó ſecus q ſi ipſi corá ſermoné habeamus. Auete magni Domini: & noſtrá: quo ſemp cóſueuiſtis: amore cóplectimini hác Répu. Valete.

SEnéſes Sacroſancto cœtui Cardinaliú. S.P.D. Senéſis ciuitatis cú ſancta romana eccleſia: quaꝝ utraq; finibus & ſúmi amoris nexu diuina ꝓuidétia & natura cóiunxit: una mens eé debet: ſors eadé & rerú oium ſúma cóſenſio. Proinde iiſdé rebus lætamur ſecundis: iiſdéquoq; aduerſis angimur. Cú igif accepimus Pium migraſſe Pótificé Maximú: nó potuimus nó grauiter commoueri: nó ob id ſolú: qd tam fulgidú lumé nra mundo ciuitas ꝓtulit: ſed qd eiuſmodi ſe Chriſti Vicariú pberet: & Catholicæ paſtorem eccleſiæ: qué chriſtiani populi oés nó ſolú q urbi finitimi ſunt: & ꝓxima accolunt loca: ſed exteri quoq; & q remotiſſimas/atq; ultimas tenét orbis regiones/una oium uoce/ſúmo ſacerdotio, & ſacro apoſtolatu digniſſimú cóprobarent. Nec iniuria: extát.n. ſancta illius & ꝑclara opera: q diuini cóſilii & ampliſſimæ uirtutis phibeant teſtimoniú. Quádo nó in Apoſtolica tátú dignitate cóſtitutus: ſed in omni uita: atq; inde uſq; a primis ætatis tpibus ad ſubſtinédá chriſtiáæ religionis & eccleſiæ firmitaté uigiliis/laboribus/pectore (ut aiunt) toto: atq; acri ſemp icubuit ſtudio. Sed qd auctor uitæ & mortis operaf Deus: id in parté optimá accipiamus neceſſe eſt. Atq; eo dubio ꝓcul debemus eé cótenti. Siqdé in eius iſcrutabili iudicio/atq; admirabili ꝓuidétia totius mundi: atq; oium humanarum reꝝ ſúma uerſaf. Cuius refragari uoluntati/ut ſúmæ ipietatis putádú eſt: ita quoq; extremæ demétiæ. Doloré noſtrú: qué certe ob Pii deſideriú magnú ſuſcepimus/una certe una maxie ſpes ſolat: q in diuini numinis largitate/& in ueſtræ amplitudinis ſacro miniſterio ſita eſt. Ná ſucceſſoré/ac rectoré táti operis ex ſacro collegio optandum cófidimus: qui cum ſanctæ eccleſiæ incolumitate/Apoſtolicæ ſedi præſit: & noſtrá ciuitatéquá iuſtis de cauſis eccleſiæ ſeptú uocát: præcipuo quodam cóplectaf amore. Quæcunq; ex ſacro ueſtro collegio diuina ſors dederit: tale haud obſcure ſuturú ſperamus. Nos auté eandem perpetuo fidem/atq; obſeruátiam exhibebimus: & lætos ad obſequédum animos. Neq; uſpiam a cógruæ deuotionis diſcedemus officio. Cómendare noſtram ciuitatem minime neceſſarium arbitramur. Poſtremo is: in cuius prouidentia/ac diſpoſitione cuncta ſunt poſita: dirigat mentes & corda noſtra/ad eum optandum/ſuperueniente ſpiritus ſancti gratia: cuius tum conſilio/tum uirtute & opera & in pace regatur: & ſeruetur in gloria eccleſia ſancta Dei. Valete.

SEnenſes ſacro Cardinaliú collegio. S.P.D. Omniú reꝝ quæ in hoium uita cóſuetudineq; uerſanf: nihil maius: nihil pſtabilius pietate & religione dicimus. Nihil qd uel pluris fecerit: uel in maiori pretio ſemp habuerit noſtra reſpublica: ac ꝓinde ſacroſanctá Romaná Eccleſiá: & ſúmi Apoſtolatus ſedem tanq uerú catholicæ atq; ortodoxæ fidei caput/pcipue ante alios colimus: ac plurimum ueneramur. Gaudemus nobis: & in mirú modú exultátibus animis collætamur: quú paſtoralis curæ regimé/ac diuini operis moderatio in eú rectoré cadit Spiritus ſancti gratia diſpéſante: q religionis ſtudio/diuinæ legis amore/moderatione/ſapiétia/iuſtitia/æqtate/uelut firmiſſimis armis ſeptus/tueri eccleſiá: Chriſtianos populos/ac Principes dirigere in pace/atq; unitate facillime ſeruare poſſit. Qui Saluatoré Xpm imitatus/nouerit reſiſtere potétibus: ac debellare ſupbos: eos pſertim: q nomé & Crucé Xpi & odio habét: & hoſtiliter iſectanf. Paſtoré eiuſmodi Piú fuiſſe ſcdm/pclara eius opa multa teſtanf. Talé quoq; futurú itelligimus: qué poſt illius obitú/cú táto ueſtraꝝ dominationú/tum cóſenſu/tú ét miniſterio/in auguſto Apoſtolicæ ſedis Throno cóſpicimus. Qué optimus/maximus/atq; humani generis piiſſimus miſerator Deus: q mortaliú quoq; reꝝ maximá curá gerit: eccleſiæ principé eſſe uoluit: claues tenere regni cœloꝝ: ligandi atq; ſoluédi tradita poteſtate: dilecto oium ſuaꝝ gregi pęſſe paſtoré. Diuiná igif pietaté laudamus: & glorificamus iprimis: q tátú bonú largita fidelibus eſt. Gratulamur eccleſiæ: quæ táto Pótifice decoraf: ueſtris quoq; dominationibus gratulamur: quoꝝ corda afflata Sacto ſpiritu unanimiter diuinæ uoluntati paruerút. Gratulamur chriſtianis nationibus: qbus in diebus Pauli ſecundi/ueſtra fauente ope: uigebit ſemp (uti ſperamus) iuſtitia/atq; abundátia pacis. In toto uero urbe terrarú Chriſtiani nois ſplendeſcet gloria. Nobis gaudemus iprimis: qui omni iam dubitatione ſublata/nos certo cófidimus tuta habere oia: ita ut Romano fauéte Pótifice/ac ueſtro inſup adiecto patrocinio/ſummo ocio noſtra ciuitas/& quiete fruaf. Nos uero: qui ſanctæ Romanæ eccleſiæ natura & finibus iuncti ſumus: ſed amore/cultu/& ardentis charitatis uinculo longe cóiunctiores: ſicuti ueſtra p ſuas litteras admonuit dignatio: iugiter ac ſtudioſe orabimus eum: qui uult oés hoies ſaluos fieri: ut cum longitudine dierú dirigat greſſus diſpenſatoris ſui: ac miniſterii ueſtri ad regédú populú eius/in uiam ſalutis & pacis. Ad amplificádam Apoſtolicæ ſedis gloriam: ad reportádam optatá ex hoſte uictoriam: atq; ex imani Turchoꝝ tyráno Maumethe glorioſum triumphú: ad eum deniq; cohercédum: qui tam crudeliter/tamq; nefarie in Dominici gregis graſſatur ouili. Quod uel maximú iampridem eſt: atq; ardétiſſimú deſiderium. Gratias agimus de his: quæ iucundiſſima nunciata ſunt nobis. Eſtote fœlices uenerandi patres: ac ſciunto ueſtræ Dominationes/alacres nos fore ſemp ad ea ſtudioſe agenda: quæ ad eccleſiæ Romanæ ſpectent uel utilitatem/uel decus. Quibus noſtram rempublicam diligentiſſime cómendamus. Valete.

SEnenſes.P.Cardinali.S.P.D.Quam antea lætitiam cœpimus ob glorioſam Sanctiſſimi Pontificis aſſumptionem ad ſacri Apoſtolatus faſtigium:cumulauit nuper tuæ Dominationis ad ſacrum ſanctorum patrum collegium cooptatio:quæ nobis & uniuerſo huic populo ſummam attulit uoluptatem:præſertim tam benigne per ſuas nobis litteras indicata.Agimus æterno principi grates:qui conſulens ſalubriter fidelibus populis & Catholicæ fidei proſpiciens firmitati: eos ad ſubſtinendam Romanam eccleſiam euehere ac præficere dignatur:qui una cum ſummi Paſtoris prouidentia: eiuſmodi ad cuſtodiam dominici Gregis uigilias/curas/labores adhibeant:quo & inuadentium/atq; graſſantium hoſtium coherceatur inſania:& Chriſti nomen magis/ac magis augeſcat indies.Itaq; gratulamur eccleſiæ:quæ huiuſmodi præterea nacta præſidiú é. Gratulamur tuæ dominationi:cuius merita illuſtrant:ac debitis afficiuntur honoribus.Gratulamur huic cõmuni patriæ quæ tantú ciué habere meruent:cuius gloria ſaluti/ adiumento/firmiori tranquillitati nobis futura é. Agimus de ſignificatione benigna ingétes gratias:& ut hoc præclarum bonú diuturnú ſit/ uehemẽter optamus:oramuſq; eum ſuppliciter:qui ſolus bona cuncta largitur mortalibus. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Non magno ſine dolore:nõ abſq; grauiſſimo luctu & lachrymis innotuit nobis mors piiſſimi Põtificis/& Romani paſtoris/matura quidẽ ſanctis/ glorioſis/& præclaris eius editis operibus:ſed imatura nimiú uotis nr̃is/& huic reipublicæ:cuius ſalus:cuius tráquillitas & glorioſum nomẽ/plurimú ab illius uita/atq; optima diſpenſatione pendebat.Lux magna orta erat múdo:& huic præſertim ciuitati:quæ illius clara luce ſulgebat.Petri nauicula:quæ in hoc fluctuante ſalo:in hoc mari magno/& uaſto pelago natabat:optimi gubernatoris prouidentia regebať. Vniuerſa dominici gregis concio:ſub uigilantiſſimi paſtoris cuſtodia tuta & ſecura perſtabat. Vigebat Chiſtianæ religionis cultus:fides catholica plurimú feruere cernebatur:qñ Romani pontificis cura & cogitatio oís ad cõprimendos Barbaros hoſtes/& ad crudeliſſimú tyrannú expugnandú/debellandúq; uerſa erat. Fœlix ſors ſperabať Chriſtiani nois/ ſub táti táq; magnanimi gubernaculo ducis.En repente ab oculis mortaliú mors ſæua ſubſtulit tátæ claritatis ſulgorem:qué amiſſum dolent fideles populi(ut arbitramur)in mirú modú:ſed ſupra q̃ dici poteſt:deplorat noſtra ciuitas:quæ in tanti patris & optimi cuſtodis ꝓtectione ſpem firmiſſimá collocarat.Quæ Pio uiuẽte Põtifice/ſecuritate/pace/ocio/atq; omni bonoꝝ cumulo fruebať.Nunc dolet:premiť:cruciať tá præcipui boni poſſeſſione orbata:& occidiſſe Solé quendá fulgentiſſimú arbitrať Pii/Papæ.n.obitu:cuius admirabilis uirtus/diuina eloquentia/Paſtoralis curæ ſolertiſſima cura/inculpatú regimen toto orbe clarebat. Sed nec cuiuſq̃ litteræ: nec uel maximi oratoris uox:ſummá animoꝝ noſtroꝝ moleſtiá ualeat explicare. Sed quid fruſtra doleamus? Impium eſt diuinæ uoluntati nõ eſſe cõcordes:cuius ꝓuidẽtia/cuncta ſemper recto fine diſponit:qué uero in hoc mortalis æui curſu laborare uoluit/in reꝝ humanaꝝ cura:núc in beatorum cõcilio locare(ut opinamur)dignata eſt; & alium ꝓuidebit:tanti operis auctoré qui & ipſe Spiritus ſancti gratia illuſtratus/in pace gubernet populú ſanctum Dei. Sed utiná annuat uotis/ac ꝓcibus noſtris. Nos pro nr̃o ſtudio/ & filioꝝ deuotiſſimoꝝ affectu:primú ex optimis animis pollicemur:atq; deferimus:ſiquid eſt:qđ ad tuæ dominationis decus/aut uoluntaté efficere poſſit noſtra Reſpublica.Ná id omne:quodcunq; intellexerimus cordi eſſe:læti preſtabimus. Deinde & ſi minime neceſſariú ſit:noſtræ ciuitatis & dulcis patriæ ſaluté & libertaté/tuæ dominationi ſuppliciter cõmendamus: ut eá in poſterú:ſicuti antea quoq; factú eſt:tueatur:foueat:iuuet:amplificet:quali aío uiuens ſemp ſœlicis Pius memoriæ/facere cõſueuit.Deniq; quæ optimi parentis officiú exhibet tua dominatio:habebit & nos perpetuo obſequẽtiſſimos filios:ac ſi quid pp Põtificis migrationé oriatur noui:ſi qs huic ciuitati quouis pacto inſultare præſumpſerit:tua Dominatio/ut de opportunis præſtádis auxiliis:etiá cum eccleſiaſticis copiis operam adhibeat: ſicut & certo ſperamus:& ad illuſtrem fratrem tuum ſcripſimus:quanquam id ſua ſponte effecturam confidimus. Vale.

SEnenſes Archiepiſcopis/Electoribus ſacri Romani Imperii.S.P.D.Vna ueteꝝ ſapiétú uoce perhibeť tales plerúq; eé terraꝝ populos:q̃les extiterint:q illis pſunt:atq; iperant.Nec tanta legis cuiuſq̃ uis é/ ad bene recteq; uiuédú:quá nõ facile ſuperet optimi pricipis ſapiẽtia/& uirtus.Quaobré optádú uideť ipmis:ut q ad maximaꝝ reꝝ gubernationé/regiméq; accerſunť:cæteros:quos parere neceſſe é: ꝓbitate/moderatione/conſtantia/fide:q totius é iuſtitiæ fundamẽtú:lõgiſſime antecellát:itaq; Lycurgus Lacedæmonius/Principes ad Iuſtitiá Imperiorú:populos ad obſequia principú:ſapiẽter inſtituiſſe ferť.Sed quidná de eo Principe ſentire debeamus:qué cúctis terraꝝ populis moderari cõueniat:cui totius pene orbis ſit tradéda poteſtas:in cuius adminiſtratione oíum ferme reꝝ ſúma uerſeť? Vos igiť pro ſingulari noſtra in ſacrú Romanú Imperiú fide/atq; i ipatoriá Maieſtaté obſeruátia:ea fiducia:q̃ uere fideles decet hortamur: atq; obſecramus: ut eú rebus húanis gerédis pficere uelitis:q pietate & iuſtitia/merito iure/tanto ſit dignus Impio. Qui Princeps pacis Barbaroꝝ imanitaté facillime ſupet:& accinctus gladio potentiſſime ſæuos hoſtes cohercеat: Vexillum Crucis glorioſi certaminis triúpho/quouis gẽtiú ueneradú ingerat.Illú q̃ſumus pficere inſtituatis:cuius ſit admirabilis cõperta uirtus:qué inter ſplédidos Heroas:quos tradit antiquitas: nõ iniuria annumerari cõueniat: q uere didicerit ſectatus Saluatoris ueſtigia:ſuperbis reſiſtere:dare ſupplicibus gr̃am:parcere ſubiectis:& debellare ſuperbos. Ná cú duplicé in militante eccleſia cõſtet eſſe præcipuá poteſtaté:& duo ueluti terreſtria luminaria/ad illuſtrandam catholicæ religionis claritaté:Pontificé Maximú:qui ſummus Sacerdos é:& Romanú Regé/ atq; Auguſtú Imperatoré:quod eſt Propugnatoré fidei:utrinq; ſane eiuſmodi eſſe oportet:ut quátú fas eſt:cœlitú uitá imiteť in terris:& cõptentis/ac pro nihilo habitis humanis rebus:ad præclara & imortalia edéda opera/ totú ſeſe/ penituſq; cõuertat.Oramus igiť Deú/ut labáti ſæculo ſuccurrat:moderatoré tantaꝝ reꝝ ex ſnĩa dare digneť: uotis noſtris annuat:corda ueſtra ad deligendú quendá ueluti uniuerſoꝝ dominú clemẽter inſpiret. Nos ueſtris ſemper ſtudiis/lætis animis obſequemur:ſperátes apud ueſtras amplitudines hanc Rempublicam ſacri Romani Imperii/ac ueſtrum quoq; obſeruantiſſimam/ualituram gratia. Valete.

SEnéſes Baptiſtæ Vrſino p̄fecto hoſpitæ/ac ſacræ domui/diuo Ioãni Hieroſolimitano dicatæ.S.P.D. Rhodus nobilis ac celebris íſula/una Magne pater:& dñe/ꝑcipue arx tutiſſima/& firmiſſimú catholicæ fidei ꝓpugnaculú habéda eſt. Vna Barbaroꝝ tráſitú ſuo muniméto ſemp occluſit:& ſæuá illoꝝ imanitaté repulit.Eo fideles ſepti p̄ſidio/ocio maiore/ac ſecuriore tráquillitate/fruunť. Quod nos certo pſuadentes nobis/magno ſemp deſiderio optauimus:ut is tuæ ſanctiſſimæ religioni p̄ficiať: q ſanctiſſime pietatem amplexás:zelo fidei feruẽs/Chriſtiani cultus amore flagrás:& ipſe magno:& excelſo aío oppugnatores Crucis frenare:ac ꝓpugnare paratus ſit:& q Chriſto militant:fortiſſimos athletas ad uiriliter decertadú/ exéplo potius q̄ uoce/atq; exhortatiõe cõpellere.Peropportune cecidit:ex ſnía cõtigit/ꝓſpere deſuper datú é: ut tua dominatio táti muniteri locú ſortireť:in quo ea cõcurrát oía: q̄ in optimo Imperatore & acerrimo ꝓpugnatore fidei eẽ debẽt.Sciẽtia rei militaris/ac bellicæ laudis exercitatio:ſũma uirtus/ac fidei plenitudo:ſcđa fortũa:qđ é ſuperni numinis aſpiratio magna/ac p̄cipua auctoritas.In quo ea ineſſe cernanť oía:q̄ tenere cõueniat:q maximis gerẽdis rebus ſit p̄futurus.Bñ igiť & fœliciter/cú Chriſtiano populo actú eſſe arbitramur/in hac tui ſacri muneris deſignatione.Gratulamur populis fidelibus:nr̃æ piiſſimæ ciuitati gaudemus. Tuæ aút congratulamur dignitati:auguramurq;:ac p̄ſagimus optatá diu:ex ſæuo atq; neſario hoſte uictoriá/& glorioſum triúphú:ne tandẽ diutius Italiæ faucibus immineat Barbaroꝝ gentiú ípietas:& eaꝝ eliſa ſupbia:in oẽm terrá euadat catholicæ fidei ſonus:& in fines orbis terræ:diffundat radios Euangelicæ claritatis fulgor.Nos nr̃am ciuitaté/ac uires eius tuæ amplitudini deferimus:ciues noſtros præſertim:qui tuæ religioni mancipati ſunt:confratres Hieroſolimitanos/ ac Rhodios milites cohortantes:ut tuis pareant iuſſibus:& a præclara tui imitatione non diſcedant:ſacras uero:quibus præfecti ſunt:ædes:eoſq; cum illis/tuæ dominationi plurimum cõmendamus. Vale.

SEnenſes Generali ordinis prædicatorum.S.P.D.Semper noſtra Reſpublica & Senenſis ciuitas ſtudia omnia/& omne doctrinæ genus/in magno honore habuit:& acciuit libenter doctos in omni diſciplinarum genere/atq; eruditos & claros uiros:per quos ſtudia maxima florere conſueuerunt. Qua nos mente ducti/cõduximus ad publicæ legendú/doctiſſimú/tum naturalis/tum ſacræ/ac diuinæ Philoſophiæ ſectatoré inſigné uirum Ioanné Viterbienſem:qui acceptá ꝓſequiť lectioné:& fidé dedit:ad fidé uſq; cõplere.At nuper accepimus inſtitutum eſſe:ut in Minerua Romanæ urbis/celebri loco/publicæ lectioni incumbere debeat.Quod certe fieri nõ poſſit ſine ſtudioꝝ noſtroꝝ detriméto:ſimul atq; auditoꝝ iniuria. Proinde tuá oramus paternitatem/noſtræ amiciſſimam Reipublicæ:uti facile aſſentiatur poſtulatis noſtris:nec repente deſerat Ioannes iniunctum hoc & neceſſariú legendi munus : Hoc præſertim anno : pro cuius curriculo/ſatis ſuperq; noſtræ urbis Gymnaſiis cõſultum eſſe uidebať .Et ſi nos fallat/doctoꝝ fides merito iure queri/atq; expoſtulare poſſimus.Quod ſi uel hoſti fides ſeruáda eſt:cui ſeruari cõueniat:una noſtra Reſpub.præcipue digna eſſe putanda eſt:quæ nemini unq̄ fecit iniuriam:integritate/fide/cõſtantia præſtat:& prædicatoꝝ ordinis religionem coluit ſemper iprimis:atq; ueheméter auxit.Quod ſane in promptu eſt:nec poteſt cuiquá obſcurú eſſe :qui noſtræ ciuitatis iura leges/inſtituta/& optimam recte uiuendi diſciplinam perſpexerit. Vale.

SEnenſes Generali ordinis Carmelitaꝝ.S.P.D.Per tuas lr̃as cõmendať nobis Carmelitaꝝ Cœnobiũ nr̃æ urbis.Nr̃a ea mẽs é:ut cú pie & ſancte agát:q eo i loco diuino ſunt cultui mancipati: nullũ deſit nr̃æ Reip.iuſtú p̄ſidiũ:idq; ſtudioſe ipſi curabimus:tú ob intemeratæ ac glorioſiſſimæ Virginis diuæ Mariæ uenerationé:quá uná hæc ciuitas:q̄ cognométo ſui noís maxie gloriať:iter penates nr̃os/cultu & ſũma pietate/atq; ampliſſimis qbuſq; mactat honoribus:qbus certe iiſdé glorioſis titulis ur̃a quoq; lætať ſacra religio:tú ob nr̃æ urbis ornamẽtú/ac decus.Quæ ſana/tépla & ſacra delubra nõ mõ nunq̄ neglexit:ſed ad eoꝝ ẽt cõſeruationé/atq; amplificationé/ſũmá iduſtriá/atq; operá cõtulit.Sed nec tua fuerit inanis cõmendatio:quinimmo plurimú apud nos habitura mométi eſt:idq; eſſe tibi debet firmiter perſuaſum. Vale.

SEnenſes Generali ordinis Heremitaꝝ.S.P.D.Noſti q̄ fuerimus ſtudioſi:& fouere ſemper/ & oí auxilio iuuare tuos cœnobitas.Teſtanť:q̄ magnificẽtiora extát Heremitaꝝ ordini: ac tuæ religiõi dicata ædificia:& ſplédidiora núc tádé poſita tépla. Teſtáť & nr̃oꝝ ſtudioꝝ Gymnaſia:ad q̄ celebráda/tuos q doctrina & diuinaꝝ ſcripturaꝝ præſtát ſcientia:libẽter acceſſimus.Nec recenſere opus eſt: quotus quiſq; ex eadé religione ad annunciandú uerbú Dei/accitus ſit:qđ & fecimus ſæpe libẽter:& poſthac facturi ſumus.Sed unú ſupereſt:ut huic ſacro cœnobio/quépiá præficere uelis:in quo patriæ charitas:integritas uitæ:diuinoꝝ cognitio:gubernádi peritia ineſſe cernať:& q̄ uirtutes cõdit alias:cõcurrat diligẽtia:q̄ ut in uno reperiantur oía/optabile é.At illud iprimis cõſiderádú uideť:ut Senẽſis Senenſem locú regat.Ita.n.optime eius utilitati proſpectum iri arbitrabamur:ac te:ut efficere inſtituas/uehementer hortamur:ſuademuſq;. Vale.

SEnenſes Generali Miniſtro ordinis minoꝝ.S.P.D.Sacram Minoꝝ religiõem: quæ una omniũ prima in tota fideliú concione/& ſancta floreſcit eccleſia:noſtra ſemp coluit ciuitas:& in ſumma ueneratione habuit.Quippe quæ latiſſima numero propagať:doctrina refulget:maxima deuotione feruet: & ad tuendú orthodoxæ fidei ſanctú & catholicú dogma/plurimú adiumenti præſtat. Et quanuis uniuerſus ordo ipſe ſanctiſſimus uigeat:tamé eiuſdé gregis profeſſores:qui de obſeruátia cognominanť : quáta polleant ubiq; gratia:& quáto habeanť in pretio:tua nouit præ cæteris amplitudo:cuius gubernaculo & auctoritate muniti/eá retinuerút/atq; auxerunt uiuẽdi rõné:quá diuus Bernardinus/optimus pater patriæ/& huius ciuitatis alũnus/uerbo ſimul & exéplo reduxerat.Meruerút ꝓ ingẽti fide/& deuotionis atq; charitatis ſtudio ab iis:q Apoſtolicæ ſedi p̄fuerit/q̄ſi uberrimis qbuſdá gratiaꝝ fluẽtis/priuilegia cõpluria/& multipliciũ donoꝝ largitaté:qđ ſcripta multa/ac monuméta declarát.Videbiť fortaſſe uel ſuperuacuú/uel abſurdũ: & certe nõ neceſſarium/eos tuæ dignitati cõmẽdare:q ipſi p ſe cõmẽdatiſſimi ſunt:quos iuuit:fouit:aluit:amplificauit tua benignitas:cuiuſq; humanitate & opa plurimú claruerunt:nos tamé abundantia amoris/& pro noſtræ officio reip. quæ

tuam religionem

tuam religionē obſeruat:& ob celebre Bernardini nomē:quos paulo ante memorauimus:Chriſti ſeruos beniuolentia & honore proſequit̃:ſumma tuã amplitudinē diligentia obſecramus: ut quēadmodũ antea conſueuit:ita nũc uel maxime eoſdē cõmēdatos ſuſcipiat:eorũq; iura oĩa/atq; iſtituta tueant̃: quæq; a ſummis Põtificibus illi adepti ſunt:tuo freti p̃ſidio/tãto ſeruēt facilius/q̃to maiorē in tua ope fiduciã & ſpem firmiorem collocauerũt. Quæ res nobis una cũ cæteris fidelibus populis/mirũ in modũ cordi erit:p̃ſertim ſi accepta/atq; idulta/ab Apoſtolica ſede inuiolata poſſideant. Quod ſi ſancti cœnobitæ fuerint aſſecuti:& nobis apponemus gratiæ:& aſcribemus ſummæ charitatis argumento. Vale.

SEnenſes.N.S.P.D.Nõ credimus te ignorare illuſtris Princeps/iamdiu nos cũ p̃clariſſimo Venetorũ Dominio/de ſocietate ineunda tractauiſſe: & de Imperatore exercitui p̃ficiãdo: q hoſtiũ ſit agrũ inuaſurus:Deũ teſtamur/hæc nos nec petere nec optare:niſi p libertate & pace tuẽda:q̃ duo iter cunctas res hũanas/p̃cipua bona putãda ſunt:atq; ob id ẽt magnop̃e expetẽda. Quæ igit̃ iuſte honeſteq; hactenus perquiſiuimus/auctore/& tanq̃ auſpice Deo/pro uoto cõfecimus:& tũ ſtabilē cõcordiã:tum optimã ſocietatē & cõfederationē cõtraximus:ac firmauimus pridie kalẽdas Ianuarias. Mox curabimus q̃ reliqua ſunt:& q̃ tranquillitatem & ocium uel parere:uel tueri poſſint:quæ uolumus te non latere. Vale.

SEnenſes.N.Cardinali.S.P.D.Magni ac p̃clariſſimi Oratoris ſnĩa ẽ:ut eos tũ obſeruare/tũ etiã efferre debeamus:quoꝝ explorata ſit uirtus:p̃ſpicua doctrina:p̃ſpecta ſapiẽtia:& cõperta oĩbus itegritas: ac uitæ merita. Nã ita res hũanæ recte laudabiliterq; gerunt̃:ſi p̃ſunt q cũ ſũma reꝝ ſciẽtia & cognitione p̃bitatẽ quoq;/& uitæ ſanctimoniã cõiunxerũt. Qđ & ſi cæteris i rebus uim eãdẽ hr̃e cõſtat:i ſpirituali tñ adminiſtratiõe certũ/atq; indubitatũ ẽ. Cũ igit̃ ob defuncti Antiſtitis iteritũ uacat i p̃ſentiaꝝ Tolletanus Epiſcopatus:ſcimus ab Apoſtolica ſede de nouo creãdo Præſule cõſiliũ capiẽdũ. Credimus cõpetitores multos ad eũ Epiſcopatũ ipetrandũ diligẽtẽ opam daturos:ut plerũq; in eiuſmodi euentu fieri ſolet. At nos multis habitis rõnibus/iuſtũ atq; æquũ putamus eẽ:ut p illuſtri.N.interceſſionẽ atq; efficacẽ opam cõferre debeas: primũ ob eius uiri ſummã uirtutẽ/eruditionẽ/ac ſapientiã:deinde ob Gallicæ nationis gloriã:de qua ille originẽ trahit claro:& nobiliſſimo gñe ortus:tũ ob Tolletani populi deſideriũ:q hũc maxĩe diligũt:ac magna deuotiõe p̃ſecunt̃/tũ ob ipſius Epiſcopatus amplificationẽ:quã operãte eius uiri iduſtria maximã fore cõfidimus. Poſtrẽo: ut nobis poſtulãtibus moꝝ gerat̃:q illũ ex itimo aĩo charꝝ hẽmus:& pp eius ampliſſimas laudes tãtopere cõmendamus. Si igit̃ eã dignitatẽ tua iterceſſione cõſequet̃:nobis ipſis beneficiũ collatũ iudicabimus. Vale.

SEnenſes Pio Pontifici Maximo.S.P.D.Cũ tuã beatitudinẽ diuinitus datã Chriſtião generi cẽſeamus: & illã ſua ſpõte paratã eẽ cõfidamus ad p̃ſequẽdũ ueꝝ Ieſu Chriſti Vicarii munus: atq; ad exercẽdã paſtoralẽ curã ſatis inflãmatã eẽ p̃ſpiciamus:tñ ipſi quoq; nr̃o officio p̃fungemur:& tuã Sanctitatẽ:ut Chriſtianos Principes decet: ad tuẽdã ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ/& catholicæ fidei firmitatẽ cunctis uiribus cohortabimur:atq; ſupplices obſecrabimus. Id nanq; conari/atq; efficere oportet:q Apoſtolicæ Sedi præeſt:& ſucceſſorẽ Petri Apoſtoli gerit:ut p̃uidẽti uirtute & oĩ ſtudio/atq; cõſilio Chriſtianos populos/ac fideliũ cœtus pacatos reddat:ut cõuenientes/& obſecuti paſtoris uocibus ad unitatẽ fidei roborãdã alacres:atq; iſtructi ſint:& ita ſe cõparẽt:ut p fide & orthodoxa religiõe tuẽda nullũ neq; recuſent diſcrimẽ:nec ẽt mortis periculũ reformidẽt. Ac demũ trãqllitatis fidelibus optimũ fuerit/ac ſalutare cõſiliũ/bellũ aduerſum imanẽ Turchorũ/& ſæuũ tyrãnũ ſuſcipere:& aĩoſe gerere. Quũ igit̃ de Italiæ pace conſtiterit nobis p augẽdo Romanæ eccleſiæ ſtatu:& tuæ beatitudinis gloria illuſtrãda/nec parcemus ullis laboribus/nec ſumptibus: & p fide ſeruãda ẽt caput & dominii decus p̃fundere parati erimus. Gratũ aũt fuerit his oĩbus de rebus tuã audire ſnĩam. Vale.

SEnenſes Pio Pontifici Maximo.S.P.D.Poſtulauit tua Sanctitas/q; tum p ſuas litteras:tũ etiã p Legatos cognouimus:ut ad defenſionẽ Chriſtianæ fidei/& tutelã ſanctæ matris eccleſiæ auxiliũ: & opportunos fauores conferre debeamus. Laudamus imprimis præclarum/ac ſanctiſſimũ beatitudinis tuæ propoſitũ:& ut cõtra imanẽ Turchoꝝ tyrannum expeditionẽ/ac neceſſaria præparet adiumẽta: pro uirili noſtra oramus:ac deuotiſſime ſupplicamus. Nos autem q̃q̃ per Legatos aperuimus noſtrum conſiliũ:& ad Chriſtianum nomen tuendũ/promptiſſimũ cordis affectũ:rurſum tamen deferimus uires noſtras: & non modo diuitias omnes:ſed uitã quoq; & ſanguinẽ ad reprimendã teterrimã Barbaroꝝ inſaniam: atq; ſæuitiam:& ad p̃tegendam catholicã fideliũ nationẽ:ut eo officio functi uideamur:quod ſubire/ac perficere glorioſum eſt: prætérire deteſtabile facinus:atq; execrandum ſcelus. Tu modo incumbe i ſceptum opus:& reliquos fideles exhortare Principes:ut inanimiter cõuenientes/alligemus Reges iniquos in cõpedibus:& nobiles eorum in manicis ferreis. Nos quod uerbis pollicemur/re ipſa libentius preſtabimus. Vale.

SEnenſes Pio Pontifici Maximo.S.P.D.Nihil eſt ex oĩ reꝝ numero:quod maiorẽ uim habeat:nec oĩno ſit præſtabilius unanimitate/atq; cõcordia: qua una (ut præclare nobilis tradit Hiſtoricus) paruæ res creſcunt:& abſq; dubitatione una hac efficiente uirtute oĩa firmitatẽ incremẽtũq; ſuſcipiũt. Id imprimis tuæ beatitudini exploratũ ẽ:quæ a primæ ætatis tẽporibus pro catholicæ eccleſiæ gloria & chriſtianæ fidei augumẽto ad cõciliandã inter fideles Principes cõcordiã/& pacẽ potiſſimũ laborauit. Itaq; merito poteſtas tantæ uirtutis/tuæ Sanctitati cõperta eſt. Cũ igitur ad defendendã orthodoxã religionẽ/& ad ſubigendũ Barbaroꝝ crudeliſſimũ tyrannum ineunda cõſilia ſint:& diligẽs adhibenda præparatio: putamus hoc imprimis tum neceſſariũ/tum ſalutare remediũ:ut ante oĩa fideles oẽs nationes & Principes Chriſtiani ad unanimitatem/atq; concordiã redigantur:ut oẽs pacate conueniant:& uno eodẽq; conſenſu ad præclarũ & glorioſum certamen accingant̃:ut diſtricto Petri gladio/& cunctis fidelibus tuã ſanctitatẽ ducẽ ſequentibus/ aduerſum infideles uiriliter inſurgamus:diſrumpentes uincula eorum:& proiicientes ab oppreſſis Chriſticolis teterrimum illoꝝ iugũ. Ad id nos nihil omnino prætermittere affectu ſumus. Vale.

PIus Secundus Pontifex Senẽſibus Salutẽ: & Apoſtolicã benedictionẽ. Non erat antehac dubia nobis ueſtra uolũtas:nec ignorabamus ueſtræ deuotioni certũ decretũq;/ut pro nr̃a/ac Romanæ eccleſiæ firmitate/ita affecta eẽt:ut hi ſoliti ſunt:q in Chriſtianoꝝ & fideliũ cœtu collocati/nihil cupiũt:nihil affectãt magis:q̃ chatolicã tueri fidẽ:& Chriſti religionẽ extollere:& illius amplificare glorioſum nomen:ꝑ quẽ Reges regnãt:& Principes/ac Reſpublicæ ĩ terris dominanť:ac regũt. Itaq; ueſtrã deuotionẽ non mõ magnis efferrimus laudibus:ſed ita ꝓbamus:ut nihil ſit:qđ ueſtra aĩ magnitudine p̃ſtabilius eẽ arbitremur:p̃ſertim cũ ex intimo cordis affectu/nec ficta/ſed ſincera aĩ charitate ea uos polliceri/ac deferre cognouimus:q̃ & neceſſario cogit diuini cultus debita reuerẽtia:inuitãt ꝓgenitoꝝ ueſtroꝝ ueſtigia:& ueſtræ præclaræ uirtutis magnitudo:ac præſtantia poſtulat.Per alias litteras oĩa diffuſius cognoſcet ueſtra deuotio. Valete.

SEnenſes Pio.ii.Põtifici Maximo.S.P.D.Nunq̃ ſatis dignas poſſimus agere tuæ Sanctitati gratias/ ob præclarũ & ampliſſimũ tuæ liberalitatis officiũ:qđ nobis ꝓ ingẽti tua pietate nup impartitus es.Id ꝑfecto & ſupra noſtras facultates excellit:& eloquẽtiſſimi uiri orõne merito exornandũ ſit. Statuimus ſatius eſſe:nullũ ut faciamus uerbũ:quã nõ ſatis pro dignitate efferamus.Itaq; & imortales agimus:& habemus ſempiternas tuæ beatitudini gratias:& illum deprecamur:in cuius ptãte cuncta ſunt poſita : & a quo bona oĩa proficiſcunť:ut pro nobis ampliſſima tuæ clementiæ rependat premia . Nobis autẽ eam tribuat facultatẽ:ne in tam magni muneris amplitudine prorſus ingrati uideamur:præſertim uero cũ nullũ ſit(ut Perſæ arbitrantur)ingratitudine ſcelus aut turpius/aut omnino execrabilius.Nos certo perpetuo deuinctos habebit tua Sanctitas:quæ ſemper uerus pater patriæ decantabitur. Vale.

SEnenſes Pio.ii.Pontifici Maximo.S.P.D.Omnes tuæ beatitudinis clementiam cunctoꝝ fideliũ cõmune proſugium eſſe arbitrantur:atq; ea fuit ſemper Apoſtolicæ Sedis cõſuetudo:ut ad eam cõfugientibus benignã opem/atq; auxilium præbeat.Idcirco pro noſtra ingenti deuotione/ac fide ſuppliciter tuam deprecamur Sanctitatem:ut.N.in ſuoꝝ gregẽ digneť aſcribere : & benigne ſuſcipere preces noſtras:ut ꝓ ipſius meritis & tuæ beatitudinis inaudita benignitate:atq; clemẽtia intelligãt oẽs.N.a nobis nõ uulgariter cõmendatum:& ita tractari a tua Sanctitate:ut facile cũcti percipiant ſub umbra alarũ tuarũ tegi:qui fideliter ac deuotiſſimo cordis affectu/tuæ pietati deſeruiunt. Vale.

SEnenſes Summo Pontifici. S.P.D.cum ſumma ueneratione tuæ beatitudinis breue ſuſcepimus pro eccleſiaſticis tuæ Sanctitatis copiis:quæ in auxilium Florentinorum mittũtur/ob Volaterranos motus.Liberum tranſitum libẽter impẽdimus:& quæ tuæ grata ſint Sanctitati(ut filios obſequentiſſimos decet)lætis animis/ac perlibẽter efficimus.Eam uero inter excelſam Forentinam Remp.& Volaterranam cõmunitatem/controuerſiam uehementer dolemus. Vale.

SEnenſes Sũmo Pontifici.S.P.D.Qua decet obſequẽtiſſimos filios obſeruãtia:tuæ accepimus Sanctitatis lr̃as ſup.N.negocio:qđ illi eſt cũ nr̃a Rep.Eius cõfidentiã ualde mirari cogimur:q nr̃æ ciuitatis nullã uideť habuiſſe rõnẽ:atq; ipſius dignitati parũ modeſte ꝑſpexiſſe:quẽ plura cõfinxiſſe apud tuã beatitudinẽ plane cõuicimus prorſus a uero abhorrentia quæſtũ ablata ſibi bona: q̃ in nr̃o ſunt agro ab alio occupari:& quæ penes ſequeſtrũ poſita ſunt:& qdẽ Fiſco noſtro appoſita:quo mõ cõis iuris ꝑmittit ratio. Sed a ſuo ille igenio nõ receſſit.Nobis ultro iniuria illata eſt.Noſtris ſacra ſublata.Nobis denegata iuſtitia. Diuitius hoĩes tolle rauimus.Sæpe ꝑ litteras:ꝑ Legatos nr̃os:ꝑ tuæ ſanctitatis auctoritatẽ mollire illoꝝ duriciẽ nixi ſumus.Nullũ p̃termiſimus amicoꝝ ueꝝ officiũ.Ad tuã beatitudinẽ cõfugimus. Suppliciter iuſtiſſima de cã & eius opẽ iplorauimus.Quæ excogitari potuerũt nulla remedia maiora p̃termiſſimus.Quid multa? Fruſtra hæc tentata ſunt oĩa.Abuſi ſunt ii patiẽtia nr̃a.Eluſit nos obdurata illoꝝ pertinacia/p̃ter iura diuina & hũana:p̃ter ꝓbatam honeſte uiuẽdi rõnẽ:p̃ter amicitiæ legẽ/ac fœdera/p̃ter tuæ deniq;(ut certo credimus)ſanctitatis uolũtatẽ:quã eos ſaltẽ uereri oportebat.Iniuſte nr̃a uſurpãt.Retinẽt alienũ.Ablatũ ui poſſidẽt.Fecimus in ipſos q̃ iure ꝓ denegata iuſtitia fieri & debẽt:& ſolẽt:ac fecimus ſane iuiti:qppe cũ amice & cõiũctiſſime ſecũ uiuere cupiamus q oĩa tua ſanctitas nõ ignorat. Quocirca mittimus q̃relas:ad medicinã rurſum aĩos reuecabimus:illã expetentes ab optimo medico/uniuerſali paſtore:auctore iuſtitiæ/mediatore bonoꝝ/ac ſũmo Põtifice/& Xp̃i ĩ terris Vicarioq́ꝫ itẽꝝ obſecramus ꝑ Xp̃m:cuius diſciplina oĩs iuſtitia ẽ:ut ad medẽdũ his malis digneť iã tãdẽ cogitationẽ atq; opam cõuertere:ut nõ leuis mali ſuperficies:q̃ quotidie crebrior pullularet:ſed radix maloꝝ funditus extirpetur.Eia tollat tua ſanctitas hæc diſcordiaꝝ ſemina.Iubeat quæſumus ꝓ ſua ineffabili bonitate hoĩes reſtituere ſacrilegio ablata.Faueat/ oramus/iuſtæ Senenſiũ cauſæ:q nullis Fidelibus nationibus/erga Apoſtolicã ſedẽ & tuã ſanctitatẽ iſeriores ſunt fide/ſtudio/ac deuotiſſimo aioꝝ affectu.Iuſta poſcimus.Hæc nos ab auctore iuſtitiæ in terris ipetraturos cõfidimus.Nã ſi ita fiat:recte ſe habebũt oĩa/& iuſtitiæ/ocio concordiæ/tua ſanctitate optime cõſuleť.Poterit tũc uir ille nos adire:& a nobis:qui libenter iuſtitiam cõſectamur:nihil patietur iniuſti . Nos ſemper experieť tua ſanctitas/tam honeſtaꝝ reꝝ appetẽtiſſimos/q̃ Apoſtolicæ ſedis/& tuæ beatitudinis obſeruantiſſimos filios.Fecit Cauſæ grauitas:cõcordiæ cupiditas:ſed & temerarii hominis calumnioſa delatio : ut ſimus ſcribẽtes progreſſi longius.Digneť quæſumus tua beatitudo dare ꝓlixitati neceſſariæ ueniam:& quæ omnibus moderatur fidelibus:redigere oia ad rectam normã. Poſtremo ſperamus tuã beatitudinẽ longe maiorem honeſtatis noſtræ/q̃ impudentium temeritatis & iniuſtitiæ rationem habituram. Vale.

SEnenſes Florẽtinis.S.P.D.Nihil poteſt oĩno nobis euenire moleſtius:q̃ oriri quicquã inter noſtros homines:quod uel contrariũ quieti:uel noſtræ cõiunctiſſimæ amicitiæ uideať aduerſum.Sed ſæpe fit: ut præter uicinos ſit de agroꝝ finibus cõtrouerſia. Verũ noſtræ partes ſunt/ut ea oĩs q̃primũ tollať e medio:nec patiamur diſſentire/ac diſceptare noſtros:cũ nos ipſi potius certare beneficiis cõſueuerimus.Nos quantũ in nobis eſt iampridem oppidanos noſtros Montis Rotundi iuſſimus quiete agere : nec quicq̃

prorſus

prorſus ueſtris hominibus moleſtum auderent. Quod ſiquid cõtra factum ſit:certo ſibi perſuadeant ueſtræ Magnificentiæ tum inſciis/tum inuitis nobis factum eſſe. Sed ſiquid a ueſtris hominibus ortum ſit:id conſtat totius rei fuiſſe cauſam. Ac tam & ſi ueſtri iniuriam prius intuliſſent:& porcos uiolenter abegiſſent:tamẽ qui paulo ante huic Magiſtratui præfuerunt:edixerunt noſtris:ut gregem interceptũ reſtituerent:quũ uiciſſim & ipſis redderetur:quod præter iuſtum fuerat retentum a ueſtris hoĩbus:qđ cũ fuerit a ueſtris Magnificẽtiis per ueſtras litteras poſtulatũ:nõ poſſumus nõ admirari minime factũ eſſe:cum & iuſtum/æquumq; ſit:& ꝓculdubio noſtræ uicinitati:ueræ amicitiæ:& ueteri neceſſitudini cõſentaneum. Quamobrem iteꝝ/atq; iterum ueſtrã amicitiã oramus:ut eodẽ nobiſcũ aĩo hanc diſceptationẽ oẽm cõponere inſtituat:& ad iuſtam conciliationẽ redigere: ut primum utrinq; detẽti ſues reſtituant̃:qđ noſtris enixe imperauimus. Deinde uero ut rata ſint quæ ꝓ laudum communi concordia dudũ cõfecta ſunt:& ita cõfecta:ut ſit nullus poſthac controuerſiæ locus: ſi ea exequant̃ ueſtræ Magnificentiæ:quæ nos omni ſeruare ſtudio parati ſumus. Atq;(ut nõ ſolũ præſens tollat̃ cõtrouerſia:ſed & totius futuri mali ſemen) præfigant̃ limites:atq; ita conſtituant̃:ut & qui modo ſunt:& poſteri oẽs eadẽ cõpoſitione lætent̃. Hoc ſuũ iuſtitiæ eſt/ſtare conuentis:hoc æquitatis:hoc mutui amoris propriũ: hoc ueræ & germanæ beniuolentiæ exploratiſſimũ documẽtũ. Proinde rogamus:ut finem ſtatuamus:ne ſerpat id malum: quod certo credimus non minus ueſtris Magnificentiis/q̃ nobis ipſis eſſe moleſtum. Valete.

SEnenſes Summo Pontifici. S.P.D. Fratres minores de obſeruãtia (ut appellant) nuper compluſculos adoleſcẽtulos/ciues noſtros/ad religiõis ingreſſum ſuaſionibus pellexerũt. In his &. N. Franciſci Lucii/ſpectatiſſimi equitis filiũ uix agentẽ annũ ſextũ decimum:ut ipſe pater affirmat: præter diui Frãciſci Regulã/& ſanctã cõſtitutionẽ:quæ neminẽ admitti iubet: niſi decimũ octauum ſaltẽ attigerit annũ. Hoc patri graue eſt/nõ religionis grã:quã uenerabiliter colit. Sed tenellæ rõne ætatis: nec dum ad capiendũ conſilium:& ad deliberandũ uitæ genus idoneæ:quod certe probabile nobis quoq; uideri debet. Nam uerendũ eſt in eiuſmodi adoleſcentuloꝝ motibus:in quibus maxima conſilii infirmitas eſt:ne fortaſſe ꝑ inconſtantiã aliquid deterius cõtingat. Proinde nos quoq; cõmoti patris lachrymis:qui filiũ cupit ſalutarẽ inire uiuẽdi rõnẽ:& rẽ magnã ſapiẽtiori ſubire cõſilio. Tuæ ſanctitati ſupplicamus:ut eius auctoritate ac iuſſu reddat̃ adoleſcẽtulus/filius patri:iubeatq; præfatos religioſos a ſuis cõſtitutionibus nõ diſcedere:atq; expectare id tẽpus ætatis: qđ ſapiẽter & ſalubriter ab eoꝝ regula præfinit̃:ne in tã ſancta religione incõſulto/aut perperã aliquid factũ eſſe uideatur. Quod ſi corroborata ætate atq; ingenio/in eodẽ perſtabit adoleſcens ꝓpoſito: non aduerſabit̃ pater filii ſaluti: quã maxime optat:ſed gaudebit potius:ſi optimã partẽ elegerit:quæ nõ auferetur ab eo. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi. S.P.D. Intelliget tua dominatio:quod modo factum eſt: de religionis ingreſſu. N. Spectabilis equitis/Frãciſci Lucii/filii:quod quidẽ dolet pater nõ iã propter ipſum: quod optimũ & præclarum eſt:uitæ genus:ſed conſiderans tenerã nimis ætatem:atq; infirmitatẽ conſilii. Nam ſolent pellecti nõnunq̃ adoleſcentuli repentino quodam quaſi uento/alia arripere: q̃ quæ ſecundum ipſoꝝ naturam ſunt/& ſalutari accõmodata conſilio. Orat per noſtras litteras Põtificis Sanctitatẽ: ut iubeat fratres minores de obſeruantia (ut appellant) qui præter ſuam ipſorum regulam citra. xviii. annum admiſere puerum ad religionis grauitatem:reddere patri filium:dum aſſequatur capiẽdi conſilii idoneam ætatem: quod cum nos quoq; & honeſtum & tutum putemus poſtulatum:oramus tuam dominationem:ut apud Summi Pontificis beatitudinem/ad eundẽ effectum dignetur diligentiam/atq; interceſſionem adhibere: quod certe & ualde probabimus:& habebimus etiam gratiſſimum. Vale.

SEnenſes Summo Pontifici. S.P.D. Nõ putamus alienũ a recta rõne & ſæpiſſime eos tuæ beatitudini Pater ſanctiſſime cõmendare:quos ornat uitæ ꝓbitas:ſacræ religionis decus:ſcientiæ copia: nec uulgaris doctrinæ ſplẽdor: præſertim a tua ſanctitate iampridem optime inſtitutos. Maxime nanq; expedire arbitramur eccleſiæ ſanctæ Dei/& Chriſtianæ Reipub. ſi uigeant in illa:& magnis afficiant honoribus ſapientes uiri:ac ſũma eruditione præſtantes. Franciſcũ Sanſonẽ non tam generis gratia/ac patriæ merito: quã cæteris laudibus:quas illi tua iamdudum pietas cõparauit:nõ ſolũ diligimus:ſed etiam ob uirtutem:ac ſciẽtiæ præſtantiã/indies magis illuſtrari cupimus/ſperamus ſupplicẽ interceſſionẽ noſtram/ac deuotiſſimas preces fore non inanes/præcipue apud tuam beatitudinem:quæ eos libenter ſuſcipit: qui ad Chriſti nomẽ efferendum: ſacram Minorum religionem tuendam:catholicam fidem augendam/conſilio/amore/ſtudio doctrina probe inſtructi uideantur. Si igit̃ tua ſanctitas Sanſonis auxerit dignitatem:atq; honeſtatum illum pro tua pietate/ad ampliores honores euexerit:non dubitamus Apoſtolicæ ſedi/honori:eccleſiæ/maiori firmitati:religioni/ornamento:& cum cæteris populis tum huic patriæ/maximæ iucunditati futurum:& gaudio. Senenſem tandem populũ plurimum/deuinxerit tua beatitudo/præcipuo quodam:& arctiſſimo/cũ Apoſtolica ſede:cum ſacroſancta eccleſia:cum tua deniq; ſanctitate/charitatis uinculo copulatum. Vale.

SEnenſes Regi Siciliæ. S.P.D. Si uelimus & magna:& ĩnumera tuæ Maieſtatis erga noſtram Rempublicam beneficia repetere altius:nullius tanta ſit eloquẽdi facultas:ut pro dignitate ſatis/& optimã animi uoluntatem:& beneficioꝝ magnitudinẽ explicare poſſit. Nã ſi eos maxime excellere arbitramur:qui ad homines iuuãdos:& ad prodeſſendum oĩbus nati eẽ uideant̃:nõ ne merito tuam Maieſtatem præcipuis laudibus efferre debemus: quæ omnibus prodeſſe:oĩum ſaluti proſpicere:totius Italiæ cõſulere ocio:noſtræ ciuitatis tũ expetere/tum efficere trãquillitatẽ cõſueuit? Nã in eo Principe:qui cæteros magnitudine antecellit:& gloria:nulla põt eſſe laus præſtabilior:quã dare ſalutem:liberare periculis: retinere hominibus libertatem:quæ nos omnia a tua Maieſtate accepiſſe profitemur:quod cum alia exempla declarant/tum ea: quæ ſuperiore anno data pax eſt:perſpicuũ perhibet teſtimonium. Quæ.n. poterat benignitas cogitari maior? Quod decus glorioſiſſimo Rege dignius? Si ergo pacem nobis dedit tua ſacra Maieſtas:eadem cum illa/& bona

omnia ſimul cõtulit. Quemadmodum enim una Iuſtitia reliquas uirtutes complectitur:ita & pax:quæ iuſtitiæ opus eſt ſecum bona continet:& quæ expetẽda ſunt:omnia.Itaq; cũ ſumma antea foret huius populi in tuã ſerenitatem fides:& mira deuotio:ita demum exarſit:ut ad ſummum pietatis:atq; obſeruantiæ cumulũ: nihil omnino poſſit accedere. Optimum nanq; patrem:benefactorem indulgentiſſimum: defenſorem ſalutis/ ac libertatis: auctorem Italicæ quietis:& pacis experti ſumus. Nec dedit ſolum pro ſua ingenti benignitate:atq; clæmẽtia: ſed etiam ſtudio:& amore tuetur:quæ ſumma:atq; perfectiſſima beneficii ratio eſt. Qui uero tot/tantiſq; experimẽtis tuæ Maieſtatis beneficentiam perſpeſſimus omnem in eius clæmentia ſpem collocauimus. Vt qui tanto auctore/tam præclarum:tanq; diuinum pacis donum aſſecuti ſumus:id ipſum firmiter/ac perpetuo conſeruemus. Ac freti eius Principis patrocinio:qui omnium rerum amplitudine præſtat/ nullius metuimus inſidias : aut uim ullam:& fraudem pertimeſcimus. Veruntamen(ne quid tuam maieſtatem noſtrarum rerum lateat : cum qua omnia:ut cum optimo noſtræ Reipublicæ parente conferre debemus)crebris rumoribus:& multorum litteris accepimus/magnificum Comitem Iacobum Pic.rurſum cogitare aduerſum Rempublicam/noua quæ piam/quaſi uiolaturum pacis iura:& a tua maieſtate percuſſa fœdera. Id nos difficile adducimur / ut credamus : primum/ quod ante duodeuigeſſimum menſem contra Iuſtitiam eſt:deinde:quia omnes a nobis in perſoluenda pecunia/ conſtitutis temporibus/pacis conditiones ad unam ſeruatæ ſunt:tum : quia illum uereri tuam Maieſtatem non dubitamus/nec quicquam prorſus audere:quod uel pacis rationi contrarium eſſe poſſit:uel aduerſum iuſtitiam: cuius utriuſq; tuendæ/tuam Maieſtatem ſcimus auctorem eſſe : quæ hanc ciuitatem perinde/ ac deuotiſſimam filiam:& duplicis fœderis ſocietate coniunctam habet. Nam nimis abſurdum eſſet/clientem uel cogitare quidẽ quod patronum abhorrere cognouerit. Quid Autem tua Maieſtas execrata magis eſt : quam iniuſtitiam : cum iuſtiſſima ſit? Quam diſcordiam:& rerum perturbationem:quæ princeps concordiæ:& pacis/ haud dubie cernitur? Sed cum undiq; ea per crebreſcant:uariaq; ſint hominum ingenia:par eſſe duximus/id omne cum tua maieſtate conferre:quæ non minorem in tuenda iuſtitia:& pace:curam adhibitura ſit:quam ad eandem conciliandam contulerit. Noſtra autem in eo ſita ſpes eſt:qui ſapienter nouerit:benigne uelit:magnifice poſſit/totius Italiæ firmitatem retinere:& pacem:quod unum uel præcipuum eſt tuæ Maieſtatis ornamentum/ac decus. Vale.

SEnenſes Summo Pontifici.S.P.D. Superioribus diebus dedimus ſanctiſſime pater ad tuam beatitudinem litteras:ac per eas noſtræ mentis conſilium patefecimus:ut qui Sanctæ Romanæ eccleſiæ decus:& augumentum maxime deſideramus:ei:quem præfecit Apoſtolicæ ſedi prouidentiſſimus cœlorum Princeps:fidem:deuotionem/ac ſummam obſeruantiam exhibemus. Quocirca Oratores noſtros ad tuam delegimus ſanctitatem/ uiros ex noſtra ciuitate / ſapientia/ uirtute : atq; ſingulari doctrina præditos.N.&.N.quibus mandata dedimus:& quæ de noſtræ mentis deliberatione ꝓcedunt:exponenda cõmiſſimus. Hi igitur tuam beatitudinem adeunt:quam uenerari:quam adorare uolumus noſtro nomine/Legatos:quos per ſcripſimus:& eccleſiæ te Principem cognoſcere:& Chriſtianæ:atq; catholicæ religionis auctorẽ:ſucceſſorem Principis Apoſtoloꝝ/ac uerum Chriſti uicarium:ſummum Sacerdotem:Pontificem Maximum:& fidelium omniũ Paſtorem clæmentiſſimum. Tuam itaq; deprecamur ſanctitatem:ut quos mittimus benigne audire : clæmenter ſuſcipere:& eandem/quã nobis ipſis/indubitatam dignetur fidem præſtare . Aueto beatiſſime Pontifex / ac tibi perſuadeto habere nos tuæ beatitudinis filios obſeruantiſſimos. Vale.

SEnenſes.N.Epiſcopo.S.P.D. Putamus haud multis uerbis eſſe opus cum tua reuerenda paternitate/ in iis quæ & honeſta plane ſunt:& ualde ſecundum noſtum deſyderium. Vacat per mortem ueteris Rectoris Eccleſia Sancti Iuſti tuæ Dyoceſeos:noſtræ uero ditionis. Ea non lõge abeſt ab noſtra urbe. Cupimus illi rectorem præeſſe/ex noſtris quempiam:qui facile poſſit fidelium noſtrorum deuotioni/ac ſaluti facere ſatis:cuius perſpexerimus morum integritatem : & feruentem in Sacris miniſtrandis diligentiam. Eiuſmodi eſſe nouimus Alexandum Sacerdotem/oriundum ex Radicondolo noſtro opido: quem ut eidẽ eccleſiæ præficere uelit tua reuerenda paternitas:uehementer oramus:cum perſuadeamus nobis fieri ab ea non ſolum uoluntarie:ſed etiam iucunde:quæ nobis ſint grata futura. Nam & ipſi erga tuam reuerendam paternitatem paribus ſumus cordibus affecti. Vale.

SEnenſes.N.S.P.D. Non minus nobis:q̃ tibi moleſtum eſt/prothrai Capalbiẽſem cauſam/ ac fecimus pro uiribus:quæ iuſtæ:& pacatæ compoſitioni congruere uiderentur . Auget & moleſtiam noſtram: ſi quid difficultati:huic negocio additum ſit. Cum Leonardo egimus:quæ ipſi exiſtimauimus merito conuenire. Sed memoria tenere debet tua reuerenda paternitas:quæ alternatim conuenimus:ut ſi minus Leonardus conuentis acquieſceret:cauſa omnis deferretur ad duos:qui iuſte/& mature negocium omne cõficerent. Proinde cupientes tuæ reuerendæ paternitati morem gerere:dedimus operam:quantum in nobis eſt:ut negocium omne celeriter conficiatur:qua de te uenerabilis Theologiæ profeſſor/ Franciſcus Sanſon dabit litteras. Harum reſponſum expectabimus. Deinde quum intellexerimus tuæ reuerendæ paternitatis ſententiam:ea ſemper accurate/ac ſtudioſe efficiemus:quæ optimos:& chariſſimos amicos decent. Sed non dubitamus: ſi cauſa ad iuſtos Arbitros deferetur:ut celerem:& ſalutarem ſortietur effectum. Vale.

SEnenſes.N.S.P.D. Fræti amicitia noſtra:& ueſtrarum Magnificentiarum ſumma æquitate/cum fiducia commendamus ciues noſtros : quibus cupimus ueſtra ope : atq; fauore iuſtitiam miniſtrari . Matthæus/Antonii/Sutor/aduerſus Samuelem quempiam Hebræum:qui fertur in ueſtra ſeſe urbe continere:cauſam habet:quam ipſo planius poterit explicare. Aſſeuerat ſe ab homine iniuſto/ ac diſparis cultus/iniuria/& damno affectum:& per fraudem ueſtes duas Hebræorum ſubtraxiſſe . Rogamus igitur:ut rei ueritate cõperta/ita efficere uelint magnificentiæ ueſtræ:ut redire poſſit ciuis noſter/homo certe inops: ſed ſane liberalis:iuſti poſtulati factus compos:quod & fore confidimus:& ſumus gratũ habituri. Valete.

Senenſes

SEnenſes.N.S.P.D.Venerunt nuper:& noſtrum adiere Magiſtratum ſubditi ueſtri:qui aſſeuerāt pertinere ad ſe ſuillum pecus/ob paſſionem ſancti Caſſiani opidi noſtri.Ferimus moleſte:ſi eorum cauſa protracta eſt:idq́ /a/mente noſtra longe eſt alienum.Acceptis tamen Comiſſarii noſtri litteris/ cognouimus idcirco moram factam:quod ueſtri ea peterent:quæ noſtro℞ Fichinatum rationibus:& noſtræ Reipublicæ ditioni aduerſarentur:Quare rurſum ad præfatum Cōmiſſarium dedimus litteras:& ea mandauimus illi:quæ & noſtræ amicitiæ & ueſtro deſyderio:& ueſtrorum in demnitati congruere iudicamus : atq́ eiuſmodi mandata dedimus:ut facile intelligere poſſit magnifica ueſtra fraternitas noſtram Rempublicam/ueſtro℞ omnium cum ſumma beniuolentia:& charitate habere rationem. Valete.

SEnenſes.N.Epiſcopo.S.P.D.Tanta uis eſt noſtræ amicitiæ/ac neceſſitudinis:ut q̄ nobis ſint grata futura:ea poſcamus fiducia:quæ optimos/ac ueros amicos decet.Igitur magno ſtudio commendamus tuæ reuerēdæ Paternitati Eccleſiā Sāctæ Mariæ de Prata(ut uulgo dr̄)nr̄æ ditionis opido: quā cupimus foueri:augeri:atq́ adiuuari plurimū/tum ꝓpter diuini cultus honorē/tū etiā iure patronatus noſtri/ſperantes adhibita noſtra cōmendatione fore:ut tua reuerēda paternitas diligētiore quadā cura prælibatam Eccleſiam amplectat̃:ut ad eius cōſeruationē/ſtudiū:& opera accuratiſſima cōferat̃.In ſuper & rectorē eiuſdē Eccleſiæ Hieronymū Sacerdotē/ciuē noſtrū chariſſimū plurimū cōmendamus : cui quicquid tua reuerenda paternitas officii:atq́ humanitatis præſtiterit:erit gratiſſimū nobis:qui omnia uiciſſim facere ſemper parati ſumus quæ grata futura tuæ reuerendæ paternitati intellexerimus. Vale.

SEnenſes Summo Pontifici.S.P.D.Præpoſuit tua ſanctitas rectorē Eccleſiæ : & plebi de Marmoraria (ſic enim dicit̃)noſtræ ditionis/Iacobū Francigenā/Sacerdotē honeſtū:& diuini cultus ſtudioſum . Is ad reparandā prælibatam Eccleſiam eget tuæ Sanctitatis/ac pietatis auxilio. Omnibus igit̃ in rebus:quas honeſte adipiſci optat:ſupplicamus tue beatitudini:ut per interceſſionem noſtram : clæmenter dignetur ſuſci pere/ac benigne iuuare. Vale.

SEnenſes.N.S.P.D.Quoniam perſpeximus ſummam diligentiam/ac fidem Venerabilis Abbatis/Simonis/Monaſterii de Ardigna(ut dicitur)incunctis negociis:quæ ad tuam reuerendam paternitemitatem attinent/ pro Eccleſia Procenenſis:& cum ſæpius adierit noſtrum Magiſtratum in cauſæ tuæ fauorem: putamus illum dignum teſtimonio noſtro:& inſuper noſtra diligenti cōmendatione.Quare:& propter uirtutem eius:& ob maximam in tuam reuerendam paternitatem fidem/ eximiis animis/ illam tuæ humanitati plurimum commendamus/accipiētes beneficii loco/quicquid ei a tua liberalitate ſtudii: & amoris fuerit demonſtratum. Vale.

SEnenſes Florentinis.S.P.D.Audiuimus/q̄ nobis a ſpectabili uiro: & ueſtro ciue/ Pino expoſita ſunt/ in cauſa.Se rufinenſis hominis.Tanta uis eſt: amicitiæ noſtræ:ut omnia quæcunq́ tandem fuerint in bonam partem interpretari uelimus.Rectam uero/ & immutabilem noſtræ reipublicæ diſpoſitionem/& per ſe noſſe potuit ſemper ueſtra magnifica fraternitas: & præfatus/ſpectabilis Cōmiſſarius ueſter poterit abunde referre. Valete.

SEnenſes.N.S.P.D.Par nobis uoluntas uobiſcum eſt : ut quemadmodum iure ueteris neceſſitudinis:& uicinitatis/uere inter nos diligimus:ita & noſtri omnes iuſte/amice:ac pacate degant: & omnis penitus diſceptandi cauſa tollatur e medio . Quocirca letati ſumus/ cum cōpoſita inter Rotundenſes/ ac Vindenſes/finium controuerſia eſt. Reſpōderat ſuperioribus diebus Magiſtratus noſter/ueſtra℞ Magnificentiarum litteris.Sed qui detulerat:alio conceſſit.Nunc & alteris acceptis:cognitiſq́: quæ ad nos ſcripta ſunt:moleſtū eſt:quod de euulſis limitibus fertur.Quare operā dabimus ad rem pernoſcendam:ut & mali cauſa omnis extirpetur:& qui fuerit auctor:puniatur/ac uos reddemus de omnibus certiores. Valete.

SEnenſes. N.S.P.D. Par nobis uoluntas eſt:unum uobiſcum:& cōmune propoſitum:ut a noſtris iuſte: amice/ ac tranquille uiuatur. Quam fuit Rotundenſium/ac Vindenſium moleſta contentio:tam de inde controuerſiæ omnis iucunda ſedatio.Atq́ id fixum:& immotum ſedet pectoribus noſtris:ut cōuenta omnia : & compoſita/ea ipſa de re a noſtris Commiſſariis/firma/& ſtabilia perſeuerent. Nouimus:quæ per litteras nobis ſcripta ſunt de euulſis limitibus:Hos nos admirati ſumus:& factum(ſi forte ſit) uehementer improbamus.Nouum erat:& inauditum nobis.Curabimus q̄ primū facti percipere ueritatē:& ſiquis forte quicquam demoliri auſus eſt/præter cōpoſitum Legato℞ noſtro℞/nouatarum re℞ auctorem inueſtigari iubebimus.Simul efficiemus/ut res omnis ad iuſtos terminos redigatur:& rata ſint omnia:quæ noſtri tranſigere Legati:ut fixi limites perſtent imobiles.Ac ſiquis noſtro℞ ſecus/aut conatus quicquā ſit/aut temere auſus præter mentem noſtram:ac noſtræ Reipublicæ decretum/certe haud inultum feret.Hoc enim ſpectamus imprimis: ut quod ipſi maxime optamus:noſtri quoq́ omnes/iuſtitiam/quietem:atq́ amicitiā complectantur . Vos quoq́ uiciſſim hortamur:ut idem inueſtigare uelitis: ſi ex ueſtris quiſquam id fecerit potius. Nos/quod ad noſtros ſpectat /noſtro diligentiſſime fungemur munere. Valete.

SEnēnſes. N. Vicario Piſani Præſulis.S.P.D.Scimus tuā reuerendā paternitatē libēter gratificaturā nobis: ſiqd iuſti:atq́ honeſti petēdū ſit.Helene quædā mulier/ Scruſianēſis/ nr̄æ ditionis ꝑcuiuſdā improbi uiri blandimēta ſeducta:patriā reliquit:& parētes:& qd̕ multo deteſtabilius ē:maritū ipſum:& ſacri cōiugii Sanctā ſocietatē.Cúq́ ambo diutius oberrauerint/obliti alter cōis iuris:altera cōiugalis thori tandē Piſas/iſthuc(ut accepimus)cōceſſerūt:Ac putauit corruptor tutū fortaſſe ſibi i ea urbe patere refugiū/ignarus & ſummæ integritatis tuæ:& noſtræ præcipuæ neceſſitudinis . Quare cū tā fœdū flagiciū/ & ad religionis uiolationē cedat:& ſit cōtra ſacri matrimonii fœdera:& rectā uiuēdi rōnem : oramus tuā reuerendam paternitatem:ut quemadmodū honeſtas/ac ratio ſuadet:& mutua beniuolētia poſcit:faueat opportunis remœ-

dris/mulieris ipſius fratribus:qui ad repetendam ſororem ueniunt:ita/ut & tuæ reuerendæ paternitatis opera:& efficaci noſtra commendatione/redire poſſint iuſtam petitionem aſſecuti: quod erit ualde gratum nobis: qui paribus ſemper officiis:& placitis parati ſumus. Vale.

SEnenſes.N.Epiſcopo.S.P.D.Nuper nunciatũ é nobis:qđ uel ꝓmiſſu/uel iuſſu quorũdá Præſulũ ĩ patrimonii ꝓuincia cõſiliũ cæperint nõnulli/ex nr̃o agro abducere nr̃oꝝ pecora/ adducti ea cã :qđ aliquot ante diebus noſtri int erceperint pecora nõnulla:q̃ ꝑter iuſtũ in nr̃is paſcuis obſeruarent̃. Non poſſumus adduci:ut credamus quenquam eiuſmodi iniuriam moliri aduerſus noſtros:præſertim te auctore:qui nihil tale patereris:quod iniquum:quod amicitiæ/ac uicinitati & quiet contrariũ foret. Tua autẽ reuerenda paternitas ſapienter oĩa ſemper modorari ſolet:& amice nobiſcum agere:& cohibere inſolentius quippiam cogitantes.Sed pro noſtra in ſubditos eccleſiæ beniuolentia:& optimæ uicinitatis iure/ſiquis ad nos uenerit ad ſatiſfaciẽdũ:ꝓ interceptis in nr̃is paſſionibus:& ĩ nr̃o agro pecoribus/nõ mõ iuſtitiá:& æquitatẽ:quas ſanctiſſime tuet̃ nr̃a ciuitas:ſed ẽt humanitatẽ(quantũ in nobis erit)noſtroꝝ Magiſtratuũ experiet̃ & gratiá:& ꝓpter eccleſiá/ac Põtificis intuitũ:& qđ noſtra ciuitas libẽter cũ ueſtris/officio certat:& ſtudio. De tua reuerenda paternitate nihil dubiũ eſt:quin & recte oĩa diſponat/& obuiam eat cunctis nouarum reꝝ cogitantibus. Quod ſi ſecus acciderit:quod minime remur:parem noſtrum erga tuos animum experieris. Vale.

SEnenſes Florentinis.S.P.D.Philipus Accurſius chariſſimus ciuis noſter/ob nonnulla eius negocia/cupit adire ueſtram Vrbem: & expedire neceſſaria quædá in rem ſuá quæ ob ſocioꝝ ſuoꝝ rõnem/ non nihil fortaſſe cõplicationis habet. Quare optat a uobis impetrare publicam fidẽ:quo ſibi liber tranſitus per ueſtram Vrbem/ac ditionem omnem/& tutus acceſſus pateat pro octimeſtri tempore. Oramus igitur:ut qui rem ſatis honeſtam cupere uidetur:cõmendantibus nobis diligentius/& plene:& facillime aſſequatur:quod & ciui noſtro per commodum:& nobis fuerit q̃ gratiſſimum. Valete.

SEnenſes Florentinis.S.P.D.Habet nonnulla in ueſtra urbe negocia Iacobus Antonii filius : pro quibus expediendis iſthuc ſibi ueniendum eſſet. Idcirco pro mẽſium octo ſpatio/liberum cupit a ueſtris Magnificentiis impetrare acceſſum:& tutam commorationem/tam in ueſtra urbe:q̃ in omni ditione eius.Rogamus igitur magnificentias ueſtras/ut & publicam illi fidem dare: & tutum aduentum: tranſitum:& moram concedere uelint menſes octo/ut nauare poſſit:& conficere:quæ ſibi cum ueſtris expediẽda ſunt/omni prorſus remota moleſtia.Id ut aſſequatur:etiam atq; etiam uos oramus.Erit id non modo ciui noſtro commodum:ſed nobis quoq; pergratum. Valete.

SEnenſes.N.Epiſcopo.S.P.D.Plures ad tuam reuerendá paternitatem dedit Magiſtratus noſter litteras:& Leonardi Ciuis noſtri/uel potius huius Reipublicæ cauſam cõmẽdauit.Exhibet negociũ Leonardi:quẽ præfati ſumus Blancus quidam:& ad Romanum acceſſit tribunal:quem ad noſtræ ciuitatis forum potius ciere debeat:qua in re putamus noſtræ Reipublicæ lædi/ ac uiolari dignitatẽ. Non enim eiuſmodi negocium eſt:quod ad Eccleſiaſticum tribunal merito debeat pertinere. Noſtra uero Reſpublica ita comparata eſt:ut uelit ius ſuũ reddere cuiq;/ac neget iuſtitiá nemini:quá ſanctiſſimæ colit:& æquo iure illam iubet cunctis petẽtibus miniſtrari. Quod alias.T.R.P.fidẽter:& iuſte(ut arbitramur)orauimus: rurſum petimus/ac uehemẽtius rogamus:ut cáM Blanci curet ad nr̃a tribunalia tráſſerri:ne Leonardus quoq; ꝑter æquũ: & iuſtũ/in alieniore foro/iniuſta afficiat̃ quouis pacto moleſtia:Cõfidimus litteras noſtras iá tandẽ plurimũ ualituras: & iuſtas preces nequaquá inefficaces fore/apud tuá præſertim humanitatem:quæ nunq̃ ueri amici officio ac ſtudio defuit. Quod ſi Blancus:uel alius eius nomine/ius ſuũ petiturus/huc acceſſerit:nõ modo iuſtitiam referet:ſed etiá in re ſua rite componenda/opportunos fauores non deſyderabit. Vale.

SEnenſes.N.Archiepiſcopo.S.P.D.Quæ humaniter ad nos:& cũ ſũma patriæ charitate.T.ſcribit.R.D.afferũt nobis ſemp maximá uoluptatẽ.Grata ẽ nobis reꝝ ipſaꝝ ſignificatio : ſed multo certe gratior tá benigna uolũtas. Quocirca/fatemur nos plurimum.T.R.D.debere:agimuſq; ingẽtes gratias noſtræ Reipublicæ nomine:cuius ſaluti:honori:dignitati plurimum ſemp:& magno ſtudio conſulit. Nihil põt nobis ex oĩ reꝝ numero accidere prorſum iucũdius:quá a tua.R.D.táti officii:atq; humanitatis argumentũ dari.Eadẽ igit̃ :quá nobis præbet:fiducia/uehemẽter oramus:ut ſi quid poſthac contingat noui : dignetur nos.T.R.D.certiores reddere:& uere ſemper pari ſtudio patriæ:ſiquid occurrerit opus. Vale.

SEnenſes Sũmo Põtifici.S.P.D.Nunq̃ cuiquá tua Sanctitas.qđ iuſtũ:& honeſtũ petit̃ negare ſolita ẽ: & ſemper precibus noſtris cõſueuit annuere nec ſolũ noſtrá ciuitatẽ:ſed & ciues eius ſingulos benigno amore cõplectitur.Proinde magna cum fiducia/ſimul & deuotiſſimis precibus tuæ beatitudini cauſam cõmendamus Naſtoccii Saraceni/nobilis uiri:& dilectiſſimi ciuis noſtri/ ob eam diſceptationem:quæ illi cũ Paulo Romano iampridẽ fuit.Ea diutiſſime inter eos agitata eſt.Cupit Naſtoccius cáM iudicari ac iuſtá ferri ſniam:& iá tandẽ tolli procraſtinationẽ oẽm.Quod cũ æquũ ſit: & honeſtũ uiri deſyderiũ : cõſugit ſupplex ad tuæ beatitudinis auctoritatẽ:& nos preces noſtras libẽter adiicimus:ut dignet̃ tua Sanctitas edicere: ut ea cauſa iuſto iudicio:& celeri expeditione cõficiat̃:ne mora lõgior:& æquitati detrahat:& ciui noſtro/ immo litigantibus ipſis grauius importet in cõmodum.Id nobis quoq; ualde cordi erit. Vale.

SEnenſes Fráciſco Cardinali Senẽſi.S.P.D.Quid eſt:qđ pluribus uerbis ciues noſtros.T.R.D.cõmendare debeamus.Ná & illos ſemper ſtudioſe cõplectitur:& benigne fauet.Habet Naſtoccius Saracenus/uir nobilis cauſam cũ Paulo Romano:atq; ea diutiſſime protrahitur.Oramus Apoſtolicam beatitudinem:ut iuſtam iubeat:& celerem ferri ſententiam:nec procraſtinari longius negocium ciuis noſtri.Tuam quoq;.R.D.rogamus:ut ad eius rei diffinitionem dignetur intercedere apud ſummi Pontificis Sanctitatem/quod nobis quoq; placebit uehementer. Vale.

SEnenſes Florẽtinis. S.P.D. Scimus uos pariter nobis cũ execrari/& agricolarum quorundam:& paſtorum profugia:qui cũ ciuium noſtrorum damno humanæ ſocietatis uiolãt iura. Nuper qdã e noſtris aufugerunt Campiliam. Gręgẽ abęgerunt porcorum circiter.ccc.aut eo amplius. Veniunt cũ noſtris litteris ex iis qdã:ad quos abactum pecus pertinet:& ad ueſtrã æquitatẽ cõfugiunt. Oramus igitur: ut ad reſtituendum:quod ſuum eſt:noſtris hoĩbus/auctoritatem ueſtram:atq; operam adhibere uelitis:ut & fiat iuſtitiæ ſatis:& eiuſmodi tranſfugia exemplo coerceantur. Quod certo confidimus fore:eum ipſi eadẽ in re liberales eſſe præſertim uobiſcum/non modo uelimus:ſed etiam gaudeamus. Valete.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi. S.P.D. Diligimus & uirtutis:& religionis gratia Martinum Benedicti:Religioſum ex ordine Humiliatorum. Deſiderat in ſuo negocio: & cuiuſdam impetratione beneficii.auxilium: atq; interceſſionem. T.R.D.in qua uæhementer confidit: præcipue ſi fuerit commendatus a nobis. Ea ne ipſum ſpes fallat:plurimum benignitatem tuam oramus. Iuuabit nos:ſi tua ope adiutus redeat factus optati:& uoti compos. Quidnam uero cupiat aſſequi/apud tuam Reuerendiſſimam dominationem explicabitur. Vale.

SEnenſes. N. Maſſano Epiſcopo. S.P.D. Maſſanos noſtros reuerende pater:& amice chariſſime plurimum diligimus:&/ut eoſdẽ iuuari cupiamus:ipſorum efficit ſũma fides atq; deuotio. Proinde & præceſſores noſtri illos tuæ reuerẽdiſſime paternitati diligẽtiſſime cõmẽdarunt orãtes cãm Maſſanam/pp cuiuſdam agri iura cũ tua. R.P.uſq; ad aduentum eius ad hanc patriã:& deinde Maſſam/differri. Placuit uæhemẽter:qđ hactenus annuit. T.R.P.ſed rurſum(ut amice tecum agamus) etiã/atq; etiã petimus: ut diutius in eadẽ cauſa ſupſedere uelit. Tua dominatio:quoad nos Maſſam/ciuem aliquem meritis ac pietate grauiſſimum uiſere iſtituamus. Nam res eiuſmodi eſt:ut maxime oculorum iudicio egeat:q̃d quando fiet:haud dubiũ eſt nobis:quin facile diiudicari poſſit:& oĩs diſceptãdi cauſa ocijſſime tollatur e medio: quæ nulla nunq̃ iter patrem/ac filios ſatis uidetur eſſe ꝓbanda. Ac tua qdem humanitas:quæ Maſſanum populum filiali amore cõplectitur: & noſtram ciuitatem nõ ſecus/q̃ patriã ſemper dilexit:quum locũ cõtrouerſiæ oculis ſubiecerit:cõfidimus oĩa plane cõpoſitum iri Rem haud ſane iniuſtam:nec difficilem petimus:ſed. T.R.P.uere amanti:& noſtræ amicitiæ certe plurimum cõgruẽtem. Eam igitur dilationem trium quattuorue mẽſium enixius poſtulamus:& ut plene aſſequamur:expoſcimus/illud pſuadentes nobis/ut ſi minus differre uelit cauſam:tam ẽ in noſtra ciuitate tractari inſtituat. T.R.P.ne qua fieri noſtræ Reipublicæ uideretur iniuria:in qua ius ſuum cuiq; redditur:& iuſto oĩbus: atq; æqua mẽſura fauetur. Tua aũt iura nõ minori ſtudio:atq; auxilio:q̃ Maſſanorum ipſorum foueantur. Simul pateat. T.D.cõtentam eſſe ibi negocium eius tractari:ubi & pari iure geratur:& certe eiuſmodi:quod adimat uel imperitis uel non plene ſapientibus ſuſpicandi facultatem. Quanquã id de tua ſumma itegritate uel cogitare ſit nefas. Quare iterum oramus/primum cauſam diutius prorogari:quod ſi minus placeat:alterum ad noſtram deferri ciuitatem:& ad ſecularem iudicem:ut noſtræ Reipublicæ dignitati conſulatur:in qua ſemper æquitas præualet. T.R.P.auctoritate ualet:& gratia:quæ certe plurimum augebitur:ſi alterutrũ ex duobus propoſitis fuerimus aſſecuti:qua de re cupimus nobis:atq; oramus reſponſum dari. Vale.

SEnenſes Florẽtinis. S.P.D. Quã libẽter gratificemini nobis:declarauit nuper:qđ a uobis Campilienſi Prætori in cauſa Aloyſii/Maſſani ciuis/& ſociorum eius/demãdatũ eſt:ut noſtris hoĩbus ius diceretur:quorum pecus:& grex porcorum in Cãpiliẽſem agrũ fraude traductus erat. Sed qđ humaniter cõmiſſum ẽ ueſtra auctoritate:recuſat nauare Campilienſis Prætor nec nobis recuſationis cauſa ſatis cõperta eſt. Redit idcirco Aloyſius idem ad uos:atq; noſtris iteruenientibus litteris ad ueſtram æquitatẽ cõfugit. Hortamur igitur uos:atq; oramus plurimum:ut plane perſpecta tranſfugarũ improbitate:& alieni pecoris iniuſta cõtrectatione/iubere uelitis Campilienſem prætorem ueſtro edicto parere/ac dare operam:ut noſtri iuſta petentes referant ſua:ne ueſter ciuis aut iuſtitiæ:atq; æquitati:aut uoluntati ueſtræ defuiſſe uideatur. Gratiſſimum fuerit nobis:ſi(ut ſperamus)initum beneficium cumulatiſſime perficiatur:ut & boni uiri ſua tueri poſſint:& dediſcãt improbi aliena rapere. Nos quoq;(ſi quid tale contigerit)ſtudioſi beneuiuendi:& quod ualde nos iuuat: morem gerendi uobis/non antea conquieſcemus/q̃ fuerit rectæ rationi factum ſatis. Valete.

SEnenſes. Reuerẽdis patribus coetus fratrum Minorum. S.P.D. Quanquã nõ dubitamus ueſtras paternitates libenter effecturas ſemp:quæ noſtræ ſint gratiſſima ciuitati:& conuentui Minorum: noſtræ urbis ſalutaria:tamẽ has quoq; litteras ſcribere inſtituimus:p quas ueſtras paternitates uehemẽter hortamur:atq; oramus:ut in congregatione optimorum patrũ:& celebritate capituli cõprobare uelint: & rata habere:quæ reuerendus Generalis ueſter poſcentibus nobis cõceſſit:ut ad regẽdum noſtræ urbis cõuentum iidem præficiant:quos ſua noĩauit reuerẽda paternitas/uidelicet Bartholomæus Campagninus/Theologus per egregius:& Ioãnes Ioãnis ueſtri ordinis ambo:ambo uiri prudentes:& ciues noſtri chariſſimi. Nam ob nonnulla:quæ modo perficienda ſunt ad cõuentus ipſius utilitatem:& conſumationem templi:quos flagitamus:nouimus maxime idoneos:atq; aptiſſimos fore:quod facile experimẽtum indicabit. Quod igitur & ſalubriter: & humaniter a reuerendo Generali conceſſum eſt:oramus:ut ueſtri quoq; diffinitione capituli raptum/ac firmiſſimum ſit:quod ſicut erit præfato conuentui utile/ita nobis certe gratiſſimum: qui ueſtram religionem ſtudioſe colimus:& dicti conuentus conſeruationem:atq; augumentum optamus. Valete.

SEnenſes Regi Siciliæ. S.P.D. Cõſueuit ſemp tua maieſtas pro ſua ingenti benignitate:& uetere quadam in noſtrã Rẽpub. beniuolentia/eos ſuſcipere:& amore cõplecti:quos noſtra tulit patria: & egregie charos habet:in quis cẽſemus ꝑcipue collocãdos igenuos uiros/ac paterna laude ꝓſtãtes. N.&. N. filios quõdã. N. cuius mortẽ etiã plurimũ noſtra ciuitas deplorauit:& ciuẽ charũ p̃riæ ſimul & apud tuã Maieſtatẽ gratioſum amiſiſſe nõ ſine moleſtia ſubſtinet. Nos igit̃ ducti noſtrorum ciuium charitate:quanq̃ in-

terceſſionem noſtram minime putamus neceſſariam/pro noſtro tamen officio/tuæ ſerenitati eoſdem ipſos diligenter/ac ſuppliciter cõmendamus uæhementer obſecrantes:ut qua patrem/dum uiueret/beniuolentia complexa eſt tua maieſtas:eandem quoq; fundat in liberos : ut patrimonium illis fortunet tua ſublimitas : quæ iuuare omnes nõ minus uelit:q̃ poſſit:apud quam preces noſtras cognouimus inanes fuiſſe nunquam. Vale.

SEnenſes Regi Siciliæ.S.P.D.Conſueuit tua ſacra Maieſtas tum noſtram ſemper iuuare Rempublicam:tum ciues eius ſingulos charitate:& fauore complecti:qua commoti fiducia : & tuæ Serenitatis ſumma beneficentia ciues noſtros commendare non dubitamus.Proximis diebus Maſſilia ſoluebat mercatorum nauis:& in latium traiiciebat.In ea onuſta rebus multis/etiam panni quidam:& nonnullæ merces uehebantur Ambroſii Spannochii:qui deuotiſſime deditus eſt Maieſtati tuæ.Eam nauim corripuere nautæ:qui triremes agebant Regis Sardiniæ.Erat & cum mercibus ipſis Ambroſii inſtitor/uir Senenſis/ Gabriel Serminius & ſimul Ambroſii mercatoris inſigne.Proinde Virum Senenſem/Ciuem nobis percharum: tuæ deditiſſimum Maieſtati ſuppliciter commendamus:ne damno & iactura ſuarum mercium afficiatur : & benigno fauore:& ſumma tuæ Maieſtatis beneficentia recuperet:quæ cum nauigio bona retenta:atq; abrepta ſunt.Erit nobis quam gratiſſimum:ut intelligant ciues noſtri/& ſe apud ſerenitatem tuá ualere gratia/& noſtras litteras plurimum apud eam habere momenti. Vale.

SEnenſes Põtifici Maximo.S.P.D.Rediens nuper Maſſainus ciuis noſter a tua Sanctitate / copioſe retulit:q̃d nobis dubiũ eẽ potuit nunq̃:quáta beniuolentia:& pietate noſtrá Rẽpu.cõplectat̃:& eos benigne audiat:atq; ſuſcipiat q legant̃ a nobis:iucunde accæpimus:q̃ ſunt ſignificata nobis tuæ beatitudinis noie:& illa accæptiſſima ferimus:habemuſq;:& agimus tibi q̃ maximas grates:& pp ſummã erga Senẽſem populũ charitatẽ:& q̃d fidem:& ſincerá eius noueris uoluntatẽ. Nam duo ſemp magno ſtudio nr̃a curauit/ac ſeruauit Reſpublica/primũ:ut pacem:& tráquillitatẽ tueat̃/tum ut ſanctá Romaná Eccleſiá:& Apoſtolicá ſedem/ac tuá Sáctitatẽ plurimũ uenereť:atq; eadem mens nr̃a eſt/ac firmũ animoꝝ ꝓpoſitum.Speramus tuæ Beatitudinis ꝓuidentiá Chriſtianæ Reipub.dignitatẽ:& pacem ſummo cõſilio:atq; ope ſeruaturá : & habituram ĩprimis Senẽſis ciuitatis rõnem:quá nõ minus pp ſinceritatẽ fidei:q̃ ob agri uicinitatẽ/nõ ĩmerito maiores eccleſiæ ꝓpugnaculum:& ſepem quádam appellant. Vnam Eccleſiæ:& noſtræ reipublicæ putamus eſſe ſalutẽ:quẽádmodum cõem ſortẽ. Quo magis dolemus audacia improboꝝ:quorundá:qui temere & inſolenter noſtra/ac noſtros inuadere auſint:quoꝝ.N.homo ſane nouarum reꝝ cupidus:tam frequẽter noſtros Fichinates/inſidiis:iniuriis:multiplice damno afficit:& præter alia multa etiá nuper irruit in eam partẽ agri noſtri Fichinatis: de qua nulla eſt cõtrouerſia:& iam per Cõmiſſarium tuæ ſanctitatis cum noſtro una terminata/ac definita eſſet:& prædam iumentoꝝ nouam egit:nec tuá ſanctitatẽ ueritus:& imemor:qui talia auderent:eos ſubiecere poenæ:quæ Apoſtolico fiſco magnam uim pecuniaꝝ applicet:quá ille nimirum incidit.Sed nec Chriſti Vicarium extimeſcit:& nullis parcit hoibus.Legem habet ſuam ipſius uoluntatẽ quo nihil põt eſſe/uel paci/uel ſanctiſſimo tuo ꝓpoſito cõtrarium magis. Quid nos laceſſit:qui:ne moleſtum faceremus ſanctitati tuæ:æquanimiter crebras eius iniurias tulimus? Sed uerum eſt:q̃d dici ſolet. Veterem ferendo iniuriam/inuitas nouam.Igitur ne ſerpat hoc malum latius:& ut eiuſmodi ſcandaloꝝ ſeminariis occurratur:tuæ ſanctitati deuotiſſime ſupplicamus:ne ſi nõ auſus inſolentis hoĩs cohereceat̃:agamur noſtræ Reipublicæ cõſulere dignitati/ac noſtroꝝ ſaluti.Spes ſumma eſt in tua ſanctitate:quæ nunquá iuſtitiæ:& quieti defuit.Placuit inſuper ualde nobis:q̃d ad.N.mittatur:qui tuo iuſſu det operam.N.relinqui:& liberum dimitti locũ iis:ad quoꝝ iura pertinet:ne pupillis fiat iniuria : ſimul ne detur eiuſmodi hominibus nocendi facultas.Eſt enim is locus ad id opportunus imprimis.Confidimus/& in hac re : & in cæteris omnibus/omnia iuſte/ac ſalubriter tuam effecturam ſanctitatem:cuius Commiſſarium ad fines diiudicandos inter Eccleſiaſticos/ac noſtros expectamus.Noſter enim q̃ primum præſto erit : cum optemus pacatam uicinitatem/præſertim cum eccleſiæ:& tuæ ſanctitatis ſubiectis. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Quæ agit/quæ quotidie præſtat tua.R.D.in patriá officia nõ poſſunt ſatis litteris explicari.Sed ea & ſalutari experimur effectu:& recentioribus nobis illuſtrantur documẽtis.Retulit Maſſainus:quáta huius Reipublicæ negocia/beniuolentia:ac ſtudio pertractaueris:qua qdem de re agimus q̃ maximas tibí gratias/gaudẽtes nobis/patriæ gratulantes:quod eiuſmodi patrẽ/ac benefactorẽ/illam habere cõtigerit.Magnũ/ac diuinitus datum munus. Quod tam & ſi minime putamus neceſſariũ:tamẽ pro noſtro officio rurſum magnis precibus(ſiquid poſthac quoq; acciderit opus) tuam.R.D.obſecramus:ut eodem:quo ſemper antehac:ſtudio:& amore patriam ꝓſequatur.Nam abſq; uis homine:quum uſus eſt:ſalutare iudicatur accipere beneficium. Verum enim uero id demum iuuat:q̃d ab eo cõfertur:in quo benefica uoluntas eſt recta gratificandi ratio/& abunde facultas ſuppetit.Igitur.N.cauſam:& ſiqua occurrant alia:tuæ.R.D.deuotiſſime cõmendamus:præſertim:ut is fundus pupillis libere a.N.relinquat̃. Vale.

SEnẽſes.N.Cardinali.S.P.D.N.ciuem noſtrũ nõ mõ:q̃a noſter ciuis:ſed ẽt pp magná uirtutẽ eius/atq; eruditionẽ uæhemẽter diligimus.Hic pellectus gloria iſtius celebris urbis/iſthuc cõceſſit diſputandi gratia:ut ſolent:q in ꝓclara ſtudioꝝ exercitatiõe uerſant̃.Accæpimus/ĩſimulatũ illũ nõ ſani dogmatis:cũ tñ catholicá fidẽ ille ſemp auxerit/& magno ſemp ſtudio tueri cõſueuerit.Tum iq̃ſitorẽ ob eã rem illũ in iudiciũ uocauiſſe:& aduerſus eũ edidiſſe ꝓceſſum:quẽ cũ ſæpius ad ſe tuẽdũ popoſcerit:nunq̃ tñ inq̃ſitore negáte aſſeq potuiſſe:q̃d certe nõ ſatis hũanitati cõſentaneũ uideť cũ defenſionẽ nõ modo natura:ſed iura oĩa diuina:& humana pmittát.Proinde.T.R.D.enixius rogamus:ut ꝓſatum ciuẽ noſtrũ/& ſuis laudibus : & nr̃a interuẽtione cõmẽdatum ſuſcipiat:& ita illi in aſſequẽdo ꝓceſſu atq; iudicio faueat:& auxilium ferat:ut intelligat:ut nos ad.T.R.D.pro eius cauſa/nõ uulgares dediſſe litteras:ſed efficacem:& maximá cõmẽdationem adhibuiſſe. Quod certe a.T.R.D.noſtræ ſtudioſiſſima Reipublicæ admodum feremus acceptum. Vale.

SEnenſes Illuſtribus Viris.N.S.P.D.Tāta eſt amicitiæ:& mutuæ uis neceſſitudinis noſtræ: ut magna cum fiducia ueſtræ humanitati cōmendemus ciues noſtros/præſertim:quos propter ſummam uirtutem/ac doctrinam imprimis charos habemus.N.inſimulatum accæpimus non ſani dogmatis in ea diſputatione:quam in ueſtra præclara urbe habuiſſe ferunt:atq; ob id inquiſitorem ei muneri præfatum aduerſus illum edidiſſe proceſſum.Hunc igitur ꝓceſſum: & iudicium cum ſæpius præfatus ciuis noſter ad ſe tuendum poſtulauerit/tamen obtinere nunquam potuit/inquiſitore ipſo penitus abnuente.Id nobis non ſatis probandum uidetur:cum defenſionem:natura:ratio:& iura omnia/tum diuina/tum humana conſentiant. Itaq; illum ueſtris Magnificentiis diligentiſſime cōmendamus:ut earum interuentione humaniter tractetur: & proceſſum ad rem ſuam:& cauſam iuſte agendam aſſequatur:& non modo nulla afficiatur iniuria:ſed pro ſuis laudibus:& noſtra adhibita commendatione fauorem/ſimul & gratiam conſequatur.Confidimus illum per ueſtram uirtutem/atq; operam/gratiam nobis q̄ maximam acturum eſſe. Valete.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Ex Maſſaino intelleximus nuper Roma ad nos red cunte/quam accurate:q̄ magno ſtudio:& beniuolentia/præſertim apud Pontificis ſanctitatem tractauerit.T.R.D.noſtræ Reipublicæ negocia:& imprimis.N.cauſam.Sed hæc nobis uel nullo referente facillime innoteſcunt.Ea eſt enim/ac fuit ſemper tuæ benignitatis cōſuetudo. Quare tibi agimus quā maximas gratias:& ut itidem poſt hac quoq; facere proſequatur:& in cunctis rebus præſtare huic cōmuni patriæ opem dignetur:oramus ſuppliciter.T.R.D.quam etiam/atq; etiam rogamus:ut laborare non deſinat apud ſummi Pontificis beatitudinem:donec liberum dimittat.N.Nicolaus:& pupillis nulla fiat iniuria:ad quos iure optimo pertinet locus ille:quam quidem rem ſcito nobis fore gratiſſimam. Vale.

SEnenſes.N.S.P.D.Per litteras ueſtraꝝ magnificentiaꝝ intelleximus electionem factam noſtra cauſa de.N.ciue noſtro ad obſequium & officium cancellariæ ueſtræ:pro futuro Semeſtri:quam rem cum ſumma iucunditate percæpimus:& oblatum munus tam præclarum:tanq; optatum ita gratum eſt:ut intelligamus percharum ciuem noſtrū/pro tanti beneficii magnitudine/imortales ueſtris magnificentiis debere gratias:quas habet:& agit nobiſcum una ampliſſimas:quāuis ſatis dignas nunq̄ referre poſſit: & letiſſimo animo prælibatam accipit lectionem ad uenturus in tempore:& cum ſumma fide:diligentia/ac ſedulitate:& cunctis uiribus exercitaturus cancellariatus officium. Quod ſi uirtus:& plena facultas non aderit/fides certe:& ſtudium non deerit:& curabit incunctis rebus ueſtræ præclariſſimæ ciuitatis ſatiſfacere honoribus: & ueſtris obedire uoluntatibus/& iura/ac leges omnes(quātū i ſe erit)accuratiſſime cōſeruare:& ita pollicet ſe toto (ut aiunt)pectore curaturum.Bene ualeant ueſtræ magnificentiæ:quarum placitis ſemper erimus paratiſſimi.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D. Non poteſt latere ſumma tua in hanc cōmunē patriam charitas:quam a fructibus nouimus.Ob datum reſponſum gratias agimus.Sed auditis a pontifice nouis legatis/rurſum tuam precamur clæmentiam:ut quoniam ad amicorum noſtrorum ſtatum eiuſmodi tractatus pertinere uidetur:eis ipſis de rebus nos dignetur reddere certiores:qui mos uetus eſt T.R.D.cui patriæ ſalutem:& dignitatem plurimum cōmendamus. Vale.

SEnēſes.N.S.P.D.Nō mediocrē iacturā paſſus eſt Thōmaſſonus Thōmaſſonius/ciuis nr̄ ob dilationē Tudertini Magiſtratus: quē pridem concedente Pio quondā:& poſt modum Paulo ſecundo Pontifice benigne confirmante/initurus erat.Non abſq; magno ipſius damno:qui oīa ad Magiſtratus igreſſum cōparaſſet:nō ſine honoris etiam nō nulla iactura/modeſte paſſus eſt eam dilationē/uſq; ad præfinitum a Pontifice tēpus.Sed iam tandem æquitas:Pontificis pietas:conceſſi muneris conditio fauere Thōmaſſono uidentur:ne diutius cunctetur Magiſtratū inire.Implorat Pontificis clæmentiam: interponit preces noſtras: in tuæ.R.P.opera uæhemēter cōfidit.Nouiſti cauſam Thōmaſſoni.Oramus enixius:ut ita ad eius uotum impetrādum/ſtudium:atq; interceſſionem adhibere uelis:ut &.T.R.P.& per illam nobis gratiam ſit acturus. Speramus quemadmodum cæteris in rebus/& in hac quoq; nequaq̄ cōmendationem noſtram inanem fore. Vale.

¶ Patentes litteræ fidem publicam continentes.

SEnenſes Subiectis ſalutem:& paternæ dilectionis affectum.Cum illuſtrem uirum:& noſtræ amiciſſimum Reipublicæ Ioānem Marcum Carpi Dominum/magno cōplectamur amore: & eum ad noſtræ ditionis agrum uenire contingat:pro mutua neceſſitudine/ac uetere beniuolentia:damus illi: & comitibus eius publicam fidem/ita:ut pateat illis:ac ſuis omnibus liber acceſſus/commoratio/reditus/atq; diſceſſus cum ſuis ſarcinis/ac rebus cunctis/omni prorſus moleſtia:atq; impedimēto ceſſante: ut tum ad urbem noſtram:tum ad omnia quæcunq; noſtræ ditionis loca accedere:cōmorari/ac diſcedere libere poſſit præfatus Dominus cum ſuis omnibus tam equeſtribus:quam pedeſtribus/ſolis exceptis noſtræ Reipublicæ rebellibus/ac damnatis exilio.Itaq; iubemus:& imperamus omnibus:& ſingulis noſtræ ditionis Magiſtratibus: Prætoribus:communitatibus:& ſubditis quibuſcunq;:ut hanc noſtram/publicam fidem ac liberum & ſaluum conductum inuiolabiliter/ac diligentiſſime ſeruent/& prædictum Magnificum Dominum omni humanitate/atq; beniuolentia proſequantur:omni penitus tam reali:quam perſonali impedimento ſublato:ſub noſtræ indignationis incurſum. Valeant qui legerint.

¶ Patentes litteræ ciuilitatis/pro Alexandro Miraballo.

MAgnifici/atq; excelſi Domini:Priores:Gubernatores cōmunis:& Capitaneus populi: uexilliferq; iuſtitiæ/florentiſſimæ Senēſis Ciuitatis cum certo arbitrarētur iuſtum:ac par eſſe:ut magnos/ac præſtantes Viros/ſummis quoq; atq; ampliſſimis honoribus ꝓſequerent:idcirco perſpecta: explorataq; uirtute:beneficentia:integritate clari Equitis/ac celeberrimi uiri/Alexandri/gente quidem Miraballi:patria uero Neapolitani:ne ſummoꝝ/ac multipliciū beneficioꝝ uiderent immemores:q̄d habuiſſent/ſun mū

pretium ampliſſimos honores:ſempiternum præmium/& illi/& ſuis poſteris per uirilem lineam:& pro acceptis beneficiis pro illius ſumma probitate/ac uirtutis gloria:pro optimo in ſuam Rempublicā animo/ac benefica uoluntate/eūdem ipſum Alexandrum ſolemni ritu:& pro maiorum ſuoꝝ cōſuetudine/ſenatus cōſulto/& frequētium comitioꝝ aſſenſu/ac deniq; totius populi Senēſis approbatione/ciuitate donarunt/ac lata lege Senenſem ciuem decreuerunt:qđ qdem priuilegium/ac præclarū inſigne / æternumq; illius uirtutis monumentū & publici tabellionis fide/& Senēſis ciuitatis ſigillo declarari & ratum fieri uoluerunt.Proinde eius muneris publicas deſerunt tabulas:quibus poſthac freto cunctis honoribus officiis priuilegiis/imunitatibus/exemptionibus uti liceat:quibus ciues reliqui perfruuntur:quos eadē ciuitas genuit:aluit educauit:ad ciuiles honores ꝓuexit ampliſſimis muneribus decorauit:nimirū exiſtimantes tanti uiri & tam clari ciuis acceſſione/Senēſis reipublicæ nomē ſplendidius fore/atq; præſtantius:quippe quæ maximos quoſq; uiros/ac de ſe bene meritos / in ſummo ſemp habuit pretio:ac præcipuo quodā amore cōplexa eſt:quo uidelicet in numero Alexandrum præfatū conſtituit : atq; ob eam cauſam læta ciuē illum cū poſteris ſuis/filiumq; aſciſcit:nequaq̄ obſtantibus ullis aut legibus:aut inſtitutis:& eo præſertim:in quo de domo ædificanda cautum & ſancitū eſt:quibus omnibus hac una in re & ſpecialiter & generaliter ex certa ſcientia/ac proprio motu derogatum eſſe uoluerunt. Valeant qui legerint.

¶ Patentes litteræ pro conceſſione armorum.

QVanq̄ multa uariis ſæpe tēpibus/in Senēſi ciuitate & republica cōtigerūt:nihil ē tn̄ unq̄ geſtū aut maiore & elatiore aīo/aut grauiore p̄iculo/& certiore ciuitatis/ac ſplēdidiore uictoria/q̄ qđ nup ab optimis uiris Senēſibus cōlectū eſt in patria liberāda/libertateq; tuenda/aduerſus nefarios/atq; īpios Senēſis patriæ ꝓditores:q tam p̄clarā/tāq; glorioſam ciuitatē ſeditiōe ac ſcelere labefactare/atq; euertere conarenť.Nulla res unq̄ geſta in bello tāta:nulla tā ſalutaris uictoria parta ē:q̄ poſſit cū memorabili hoc geſto cōparari/extortis de manibus īproboꝝ/& ꝓditionis auctoribus/nefandiſſimis armis/& oībus ad ſūmā trāquillitatē/iuſtitiā/cōcordiāq; redactis. Vere p̄cipua quadā/atq; imortali laude digni ſunt:& ſūmis honoribus decorādi ſūt ciues magnanimi & clariſſimi/qui obliti ſuoꝝ cōmodoꝝ/ſegnitia omni/atq; ignauia cōtēpta patriā ut īcolumē facerent/ſe ipſos/liberos/ac fortunas ſuas grauiſſimo diſcrimini obiecerūt:cū mallent ſalua eē Rēpub.q̄ ſuæ ſaluti ac uitæ ꝓſpicere. Quod quia & p̄iculo ſuo/& multoꝝ odio factū eſt:qui cōiuratoribus Senēſis patriæ accederent:triginta uiroꝝ auctoritate & decreto ſolēni ritu ſancitū eſt:ut cuiq; eoꝝ ad ſui corporis & ſuoꝝ tutelam liceat arma tribuere qbuſcunq; libuerit bina/terna/quaterna ue:ut inferius præſcribeť:ut omnis īprobis hoībus/ac ſceleratis ſectatoribus/lædendi/nocendiq; adimatur facultas:cum haberet id collegiū abſolutā quādam gerendarum reꝝ poteſtatē.Deinceps nominatim ſinguli annotabuntur. Valeant:qui legerint bona mente.

¶ Pene ad idem.

OMnium rerum ſtudioſiſſime ſemper id ſeruare ſolita eſt Senenſis reſpublica:quum in bonorum adminiſtrationē incidit:ut bene de ſe meritis uiris/liberalem ſe/ac munificam exhiberet:tum ob uitandæ peſſimæ ingratitudinis labem:qua nihil execrabilius eſſe poteſt:tum ut alios quoq; ad bene agendum premiis/atq; inuitamentis allideret beniuole complexa ſemper eos:qui fidem & charitatem erga ſe indicare uoluerint:in quo numero ſtatuit.N.decernendum:qui magno ſuæ ſalutis periculo patefecit : quæ parabantur:inſidias:& abdita multa ex intimo & ſecreto loco deprompſit:ac detulit ſumma fide/ac præcipua diligentia ad eos:qui haberent rerum poteſtatem:ob cuius facti mercedem illum primū uiri ad id conſtituti beniuole ſuſceperunt:& ut ciuilem uitā facilius traducere poſſet : pulchro donarunt munere:nec abire ſine mercede inſtituerunt eius beneficii largitorem:ut inferiore ſcriptura liqueſcit. Valeant:qui legerint.

SEnenſes.N.Epiſcopo.S.P.D. Venit Gulielmus Stephani filius cognomento Tartalinus ex oppido Montepiſcali/ſubditus noſter:& per eccleſiæ agrum facturus iter/aget ſecū armētum boum/ducturus illud ex Tolphis ad Chriſtophorū Gabrielē ſpectabilem ciuem noſtrum:quod quidē pecus/generoſus dominus Ludouicus mittit partē dotis ob contractam cū præfato ciue noſtro affinitatem.Oramus igitur.T.R.D.noſtræ omnibus de cauſis amiciſſimā reipub.ut tum propter dotis rationē:quæ ubiq; magnū fauorē nanciſci ſolet:tum etiā ipſius ciuis noſtri gratia:quē uehementer diligimus : præſtare uelit auxilium atq; opem:ſi opus acciderit:& præfatus Tartalinus requiſierit/ad traducendū armentū ipſum incolume : quod nobis quoq; placebit plurimū:qui uiciſſim.T.R.D.gratificari omnia ſumus affecti. Vale.

SEnēſes.N.Epiſcopo.S.P.D.Nouimus ſemper q̄ ſtudioſe curet oīa.T.R.P. quæ nobis noſtriſq; oībus grata ſint:p̄ſertim uero ſi uel ad diuini cultus ꝑtinent dignitatē : uel ad hoīum/ac populoꝝ ſalutem. Aſcianēſes igiť:quos pro fide ac deuotione ſua in nos/mirifice diligimus:cū moleſte ferāt eccleſiæ bona inutiliter ꝓfundi ac diſſipari:exiſtimātes iure patronatus obligari ſe ad eorundē bonoꝝ conſeruationē ꝓuiderāt:ut oportune cenſebāt.Nunq̄ illoꝝ mens fuit aduerſari eccleſiaſticæ libertati:ſed contra tueri potius/atq; augere eccleſiæ iura:quæ cū magno Aſcianēſis eccleſiæ dāno p rectoris culpā labūť.Quare ꝓſpecto optimo eius populi ꝓpoſito:cognita rectoris ipſius negligētia:adhibitis noſtris precibus/hortamur.T.R.P.ut ab eo populo & fidelibus nr̄is cēſurā oēm amoliri uelit:& magno illos potius cōplectať ſtudio/atq; amore : tum ut rectorē ipſumq cām dedit rebus eiuſmodi/ita admoneat:atq; coherceat:ut deſiſtat poſthac ꝓfundere Eccleſiæ bona/ac nocere eis:quos(ſi de ſorte Chriſti eſt)iuuare debet uerbo atq; exemplo.T.R.D.ſectando ueſtigia: quæ & fidelibus ſalubriter proſpicit:& libenter gratificatur poſcentibus nobis. Vale.

SEnenſes eximio Doctori.N.S.P.D.Intelleximus nuper Aſcianenſes noſtros:quos ob ſummā ipſorū deuotionē charos imprimis habemus:excōmunicationis cenſura affectos Parrochiani impulſu. Id nō poſſumus nō dolere:qui nouerimus optimū eius cōmunitatis ꝓpoſitū:nec minus rectoris ipſius nō ſatis probatos mores:qui cū in cætera eius uita declinet a ſacerdotii dignitate:etiā eccleſiæ bona ſuri-

dere/ac dilapidare contendit:quod certe putamus nõ minus tuæ reuerentiæ q̃ Aſcianenſibus ipſis eſſe moleſtũ. Mens hominum/& eorum:qui agunt:recta ſpectanda intentio eſt. Non enim deeſſe Aſcianenſes eccleſiaſticæ libertati uoluerunt:ſed firmare eccleſiæ iura:ne per rectoris negligentiam dilabantur. Proinde audiet illoq; Oratores tua præſtantia:& rebus omnibus recte perſpectis/etiam intuitu noſtro(ut certe confidimus)excõmunicatione abſoluet omni:& Aſcianẽſium uoto/& rectoris directioni & noſtris poſtulatis cumulatiſſime ſatiſfaciet:quod ut facere uelit tua ſingularis prudentia/magno ſtudio exhortamur. Vale.

SEnenſes.N.Cardinali.S.P.D.Quoniã magno cum ſtudio oĩa gratificatur nobis.T.R.D. nos quoq;/ſi quid opus accidat:& cũ magna fiducia petere nõ dubitamus. Fœlicis ac ſanctæ recordationis pius Põtifex:qui nõ modo patriæ cõſuleret:ſed etiã cõciuibus ſingulis prodeſſe lætaretur:cõſtituerat Thommaſſonũ Thõmaſſonium Tudertinũ Præſidem. Dignatus quoq; eſt Paulus Secundus eandẽ electionem ratam habere. Sed ꝓrogata res eſt aliquãdiu ad Tudertinoq; cõmodum:q̃d tuã putamus minime latere. R.D. Præbuit ſe ciuis noſter uſq; modo humiliter aſſentientẽ dilationi inſtitutæ:ut Pontificis iuſſa ſequeretur. Sed certe nõ ſine magno ſuo incõmodo:& nõnulla fortaſſe honoris iactura:quã ſi facile/ac modeſte paſſus eſt obſeruantiſſimus Põtificis Thõmaſſonus/iam tandem æquum/ac pium uidetur/non fruſtrari diutius expectationem eius:nec dari ineundi Magiſtratus illius morã lõgiorẽ. Neq; enim ſatis recte alter Thõmaſſono præferri debeat/ perſpectis oĩbus conceſſi per Pium:firmati per Paulum muneris conditionibus. Confidit ciuis noſter apud Summi Pontificis ſanctitatẽ ſe/non æquitatem ſolum:ſed gratiã quoq; reportaturũ/interueniente tamen benigno fauore:& quæ nunquã ſine fructu eſt:tuæ.R.D.ĩtercesſione:quam & ille ſuppliciter implorat: & nos:ut eã enixius adhibere uelit/etiam atq; etiã oramus. Sed quid pluribus Senenſes cõmendamus: quibus prodeſſe & ſemper & ſtudioſe conſueuit.T.R.D.quã fœliciſſimã fore uehementer optamus. Vale.

SEnenſes.N.Cardinali.S.P.D.Conſtituerat iampridẽ fœlicis recordationis Pius Põtifex Tudertinum Præſidem Thõmaſſonum Thõmaſſoniũ:& eam ipſam eius muneris conceſſionẽ: & pro ſua benignitate confirmauit Paulus Secundus:quã ut Tudertinoq; cõſueuerit utilitati:ad certum tẽporis ſpatiũ diſpenſauit:& diſtulit:quod cũ elapſum ſit:& ob moram ineundi Magiſtratus nõ mediocre incõmodum cum dignitatis etiã iactura ſit paſſus ciuis noſter:& perſpecta tum primũ concedentis/tum deinde cõfirmãtis utriuſq; Pontificis auctoritate/atq; fide/& æquum & decoq; uidetur neminem iam tandem in eo Magiſtratu præferri:cum perſpectis ĩpetrati muneris cõditionibus:ſuo quodã iure:accedente Pontificis benignitate ſit Thõmaſſonus anteponendus. Oramus tuam.R.D.ut ad rem plane aſſequendam adhibere dignetur apud Põtificem ipſum preces:atq; efficaciſſimã operam:quam confidimus nullo pacto inanem fore:cum plurimum ualeat apud Apoſtolicum principem/auctoritate:& gratia: & in noſtroq; ciuium fauorem & cõmodum nunquã cũ moleſtia laborare conſueuerit.T.R.D.quæ bene:ac fœliciter ualeat.

SEnenſes Florentinus.S.P.D.Nihil eſt:quod quidem cupiamus uæhementius:quã quietem: quã cum utriq; magno complectamur ſtudio:par eſt: ut eandem inter noſtros oẽs accuratiſſime conciliemus/ ſublatis undiq; diſſenſionum ſeminariis. Diſceptãt iampridẽ Pollitianenſes: & Calcianenſes de finibus:qua in re nihil ommiſſimus:quod ad cõcordiam accomodatum putaremus. Frequentes dedimus litteras. Amice cum Politianenſibus ægimus. Vos crebro cohortati ſumus ad remedium adhibendum. Veſtram nouimus ad cauſam terminandã paratiſſimã uoluntatẽ. At obdurant Politianenſes in dies magis:& cum noſtrorum iniuria progrediuntur latius. Nos noſtros cõprimimus:noſtris cõcordiam ſuademus:quos cũ a cõcordia alieniores intelligamus:ut cunctis occurratur incõmodis:rurſum ad uos confugimus:oramuſq;: ut iam tandem pro ueſtra bonitate/ac ſapientia operã detis efficacẽ illam quidem:ut ſtatuatur his contentionibus modus: & ꝑ Commiſſarium ad rem conficiendam idoneum una cũ noſtro cõtrouerſia omnis iuſte:amice:cõcorditer ſopiatur: quæ in ueterata longe fit deterior nec niſi uel indignationem auget/uel ſcandalum parit. Per noſtram igitur amicitiã: & per cõmunẽ tranquillitatis ſtudium:& par utrũq; ad bene uiuendum deſiderium rogamus uos: & etiam/atq; etiam oramus:ut remedium:quale arbitramini accomodatius:& reſponſum:quale uero depoſcit fraternitas:dare q̃ primum uelitis:& nos per noſtrum hunc Tabellarium certiores reddere. Valete.

SEnenſes Senæ Cardinali.S.P.D.Exponet negocia nõnulla:quæ apud Summi Pontificis Sanctitatem expediri cupit noſtra reſpublica/ſpectabilis Eques Franciſcus Aringherius/ciuis noſter dilectiſſimus: & ipſe coram cum.T.R.D.explicabit. Eam igitur oramus:ut pro benigna eius conſuetudine præſtare dignetur:quod nunquam denegauit opportunum & conſilium & auxilium. Vale.

SEnenſes Cæſari.S.P.D.Cum ſumma animoq; lætitia accepimus:quæ grauiter/ſplendide/atq; eleganter expoſuit uir eloquẽtiſſimus Proſper Camellus/excellentiſſimus tuæ ſacræ maieſtatis Orator:& ea fuerunt oĩa q̃ gratiſſima nobis:q tuã celſitudinẽ & ſacrũ Imperiũ ĩprimis ueneramur: & ſumma fide/ac deuotione ꝓſequimur. Agit clemẽter nobiſcũ/& cũ deuotiſſimo Senẽſi populo tua ſacra Maieſtas:cui ob ſummã eius in nos pietatẽ & paternã dilectionẽ/& agimus/& habemus ampliſſimas gratias/atq; immortales. Quod ſaluere nos iubet:q̃d de admirabili eius in cunctis rebus ꝓuidentia:de diuino eius cõſilio:de ſanctiſſimo ad tuendã Chriſtianæ fidei religionẽ ꝓpoſito:quod de ſingulari in hanc ciuitatẽ beniuolentia tuæ maieſtatis/ac ſacri Imperii oĩum obſequentiſſimã:quod de magno negocio & cæteris rebus/nobis ꝑ ſuum clariſſimũ Oratorẽ/notitiam & declarationẽ fieri tam benigne uoluerit:nõ poſſumus non ĩmortales habere grates tuæ ſacratiſſimæ maieſtati:quæ oĩa ſapienter/ſalubriterq; diſponit:cuius nos maxime laudamus:atq; glorificamus nomen:& quãq̃ ſuꝑuacuũ uideri poſſit:tamẽ pro noſtra ſũma deuotione & ciuitatẽ ipſam/& fortunas eius omnes ex intimis cordibus offerimus/ſemp obſequiis paratiſſimas tuæ maieſtatis:cuius & gloriam & fœlicitatem uehementer optamus:& eidem cum ſumma fiducia ſtatum noſtræ Reipublicæ/ ac libertatem cõmendamus in tuæ

maieſtatis & opibus & incredibili benignitate plurimum confidentes. Poſtremo/quæ Adouardi Mariſcoti mate
riam continent: ex eodem ipſo Oratore: quocum rem totam cõtulimus: noſſe poterit tua maieſtas & cauſæ ueri
tatem ac terminos/& noſtræ ciuitatis optimam diſpoſitionem/ac uoluntatem. Clariſſimam fœlicis recordatio
nis Pii progeniem: quam plurimum diligimus: & charam habemus: imprimis/cõmendatam tuæ celſitudinis no
mine/utiq; ſtudioſius/& amore & omni officii genere proſequemur. Nam nihil eſt nobis prorſus gratius: q̃ tuæ
cunctis in rebus obſequi Maieſtati: quæ bene/ac fœliciter ualeat.

SEnenſes. N. Cardinali. S.P.D. Libenter fauet noſtra Reſpublica Religioſis uiris: & qui diuino inſer
uiunt cultui. In hoc numero Fratres Heremitas diui Auguſtini cenſemus imprimis: & eos/qui con
uentu Iliceti uerſantur/non longe a noſtra urbe: quorum affectamus concordiam/& ſanctam uiuen
di rationem. Eſt enim locus ille præcipue auguſtæ religioni & diuino aptiſſimus cultui. Itaq; locum
& conuentum ipſum. T.R.D. diligentiſſime cõmẽdamus: & cũ ob eam cauſam ueniat eius fraternitatis noĩe: qui
nõnulla. T.R.D. ſit explicaturus. Oramus eam: ut illum benigne audire: & in his: quæ coetus ipſius cõmodum &
conſeruationem/ac religionis honorem ſpectant: opem atq; auxilium præbere dignetur: quod nobis erit quã gra
tiſſimum: qui eum piiſſimum locum ſeruari & augeri uehementer optamus. Vale.

SEnenſes. N. Cardinali. S.P.D. Venit ad. T.R.D. uir religioſus. N. cui has dedimus litteras: miſſus a fra
ternitate Heremitarum Sancti Auguſtini: qui conuentum Iliceti incolunt: haud lõge ab urbe noſtra.
Is nõnulla expoſiturus eſt eius coetus nomine. T.R.D. Oramus: ut expoſitorem ipſum benigne au
dire uelit: & in his/quæ eius loci & fraternitatis concordiam/conſeruationem/cõmodum/atq; hono
rem continent: benignum dignetur præſtare fauorem: intercedentibus nobis: qui eius conuentus religionem &
ſanctimoniam/ac loci piiſſimi augumentum uehementer optamus. Vale.

SEnẽſes Marchioni Ferrarienſi. S.P.D. Plurimũ gaudemus nobis: & noſtris ciuibus gratulamur: quos
ubi acciderit opus: itelligimus apud tuã Illuſtri. dominationẽ ualere grĩa: & opportunos fauores re
perire: qđ nobis ipſis piucundũ eſt: q qđ uni ex minimis noſtris fit: nobis fieri arbitramur. Sed tãto cer
te magis. Si fiat iis: quos pp ſingularẽ tũ uirtutẽ/tũ ẽt doctrinã/ac magnã laudẽ ĩprimis charos habe
mus: & ſũma beniuolẽtia/ac ſtudio ꝓſequimur: cuiuſmodi Bernardũ Lapinũ ciuẽ noſtrũ/& in ꝓclaro tuo legẽtẽ
Gymnaſio eẽ arbitramur. Hũc nos nõ modo: qa in Senatoꝝ noſtroꝝ cenſet̃ numero: & optimis parẽtibus ortus
eſt: ſed multo certe magis: qa igenio & multa reꝝ cognitione ꝓſtat: & a teneris (ut ferunt) unguiculis/igenuaꝝ di
ſciplinaꝝ exercitatiõe uerſatus eſt: cupimus ab oĩbus uehemẽter amari: ſed ꝓſertim a tua Illuſtri. dominatiõe: q il
le maxĩe uenerať: & colit. Cũ igiť itellexerimus in ſuis negociis/& quorundã iſectatiõe/q̃to ſtudio/q̃ paterna cha
ritate tua Illuſtri. dominatio fuerit illũ amplexata & tutata dignitatẽ eius: agimus ex itimis aĩs q̃ maximas grĩas:
& habemus multo maiores ualde lætati: & qđ uirum inocẽtẽ/& idagãdæ ꝓſtudioſum ueritatis: qđ uere philoſo
phãtis munus eſt: iuuerit: atq; fouerit: & qđ tua excellẽtia eiuſmodi documẽtis oſtẽdat noſtrã amare Rẽpu. Nos
quoq; pari mente ſemp affecti erimus: & a recta amicoꝝ cõſuetudine nunq̃ diſcedemus/perſuadẽtes nobis: ſiqđ
etiam ad tuendam præfati ciuis noſtri dignitatem reliquum ſit: cõſimili quoq; humanitate proſequetur/& gra
tia: quod & ſperamus futurum: & factum lætis excipiemus animis. Vale.

¶ Senenſis Fides.

PLurimum ob uirtutem & probitatem: ac propter generis claritudinem diligimus Guidonem Ioãnis
filium/nobilem uirum/& noſtræ chariſſimum Reipublicæ. Is uerſus Ciſalpinam Galliam iter inten
dit: & nonnullas Italiæ oras petiturus accedit. Quare uniuerſos & ſingulos Dominos/ac Principes/
amicos/ac beniuolos noſtros oramus nos Priores gubernatores Cõmunis/& Capitaneus Populi ci
uitatis Senarum: Subditis uero noſtris imperamus: atq; edicimus: ut præfatum Guidonem/& comites eius om
nes cum ſarcinis & rebus ſuis grate/humaniterq; ſuſcipiant: & eum amice tractent: & de cohorte (ſi fuerit opus)
prouideant: & amore/ſtudio/& cunctis fauoribus proſequantur: quod propter noſtram in eum & ſuam familiã/
beniuolentiam: quam gratiſſimum accipiemus. Valeant: qui legerint.

SEnenſes Eximio Doctori. N. S.P.D. Cum itellexerimus nuper qua humanitate: qua beniuolentia ex
ceperit: atq; amplexata ſit tua reuerentia Aſcianenſes noſtros. Fuit id certe noſtræ gratiſſimum Rei
publicæ: ac uere iucundum extitit nobis/tantum noſtras litteras hactenus habuiſſe momenti. Agi
mus tuæ dignitati/ſimul & reuerendo Epiſcopo magnam gratiam: & cum acceperimus utranq; par
tem accerſitam/& kalendis Iuniis ad prodenda ſua iura/iſthic affuturam eſſe: rurſum hortamur: atq; oramus tuã
reuerentiam: ut Aſcianenſis & Eccleſiæ/ſimul & populi optimam habere rationẽ uelit: & præcipue interuenien
tibus nobis cenſuram ab eo delere omnem & eccleſiæ bona/ac iura tueri: ne ſi non occurratur rectoris uel incu
riæ/uel imprudentiæ/damno afficiatur Aſcianenſis eccleſia: & cæteris quoq; malo eiuſmodi noceatur exemplo.
Nam ubi ſacerdotalis dignitatis maius donum eſt: ibi tranſgreſſor maiori ſubiacet culpæ: & quæ per Rectores de
linquuntur: duplici reatui fiunt obnoxia. Confidimus plurimum in tuæ reuerentiæ probitate/conſilio/beniuo
lentia: ut & Aſcianenſibus ſatiſfiat: & ſimul diſcant: qui eccleſias regunt: nõ abligurire/ac diſſipare eccleſiæ bona.
Sumus & nos tuis ſemper beneplacitis paratiſſimi. Vale.

SEnẽſes Fratribus obſeruationis diui Bernardini. S.P.D. Quãta ſit noſtræ ciuitatis & Senenſis populi
deuotio in ueſtrã ſacratiſſimã religionẽ: nõ ignorãt ueſtræ paternitates: quæ cũ uiciſſim noſtrã diligãt
ualde Rẽpub. putamus libenter illas ſemp fore paratas ad gratificãdum nobis: ꝓſertim in his: quæ ad
diuini cultus honorẽ/ad ueſtræ religionis augumẽtũ: ad populoꝝ ſalutẽ ſpectãt: memores illius incly
ti & cœlitis & cõcionatoris inſignis diui Bernardini: quẽ nr̃a tulit patria: cuius ſanctitas/ac doctrina nõ Italiã ſolũ:
ſed & cunctos fideliũ populos illuſtrauit. Deſiderat populus noſter Euãgelizatorẽ ueritatis/& uerbi Dei/pro ſu

turo quadrageſimali tempore in noſtra cathedrali eccleſia & celeberrimo templo/ex his tribus unum: quorum infraſcripta ſunt noīa. Vera dilectio iuſtum & deoꝝ negare debet nihil. Veſtrā igit̃ hortamur charitatē:ut ex tribus unū deligāt ueſtræ paternitates:quē maluerint:& illum inſtituant Prædicatorē:qui & in tpe affuturus ſit in noſtra urbe:& uiam Dei in ueritate doceat:atq; pſuadeat. Expectamus ueſtri uotiuum reſpōſum/& gratiſſimū nobis:qui ad ueſtræ religionis decus/noſtrā offerimus ſemper paratam Rempublicam. Valete.

SEnenſes Magno Rhodi magiſtro. S.P.D. Duo ſunt nobis de tua reuerenda dominatione exploratiſſima:& qđ plurimū noſtrā diligat ciuitatē:& Iuſtitiam ſtudioſiſſime amplexet̃. Hæc nobis magnā præſtant fiduciam:ut in cauſa honeſta ciues noſtros fidentiſſime cōmēdemus. Cæſarius qdam Antonii/ciuis noſter diutius ſe Rhodi continuit:& ibidem uitam quoq; finiuit. Is reliquit ſorores duas/ſacras uirgines/& ſanctimoniales Monaſterii:qđ dicitur Sācīæ Mariæ Angeloꝝ/in noſtra urbe:quæ cælibem & religioſam in ſanctitate uitam ducunt. Ad eas ptinent præfati Cæſarii bona/tum teſtamēti (ut dicitur) tum maxie fraternitatis & ppinquitatis iure. Ad cauſam ſuā agendā/& ad hæreditatē ſibi cōpetētem recuperādam/cōſtituerūt pcuratorem/& reꝝ gerētem Othonem Dominici Laurētii/Rhochii fratuelem ſuū/& dilectū ciuem noſtrum. Is adibit ob eam ipſam cām. T.R.D. Hanc igitur oramus:ut & æquitatis intuitu:quā maxime colit Chriſtiana religio:& noſtra inſuper cōmēdatione/benigne audire uelit prænominatū Othonē:& ei dignetur in iure aſſequēdo/opportunū/atq; efficacem præſtare fauorē:ut quod nobis gratiſſimū eſt:gaudeant ſpōſæ Chriſti & religioſæ uirgines/per tuam auctoritatē atq; iuſſum/ſe Iuſtitiam ſimul & gratiam conſecutas:quod ſperamus:& ut ſuccedat/uehementer rogamus. T.R.D. cuius placitis annuere & aſſentiri lætabimur. Vale.

SEnenſes Florentinis. S.P.D. Intelleximus:quæ ſcripſit Magnifica ueſtra fraternitas:quæq; eius nomine coram expoſuit religioſus Monachus Bernardus/ſacri ordinis Montis Oliueti profeſſor/in commendationem. N. qui grauioris reus criminis/pecunia & bonis omnibus mulctatus eſſet. Nos cupidi (ut ueram decet amicitiam) gratificari ueſtris Magnificentiis/rem ad Senatum noſtrum detulimus: qui malleus ueræ amicitiæ facere ſatis:quā iuſtam infligere grauiter delinquenti pœnā: decreuit bona omnia. N. uxori condonare:quæ Fiſco noſtro adiudicata erant:atq; etiam ſi illa pluris ſint/quam quod dotis nomine debeatur:ad omne:quod ſupra reliquum ſit:libenter elargitur: quod ut faceremus/tum pietas & commiſeratio quædam ſuaſit:tum uel maxime ueſtra impulit commendatio: quam uolumus cunctis ſemper in rebus plurimum apud nos habere momenti. Sed optimam noſtræ Reipublicæ uoluntatem/ac ſtudium:quanquam putamus ueſtris Magnificentiis explorata:tamen ipſe idem:quem præſcripſimus: Bernardus charus ciuis noſter poterit coram diffuſius explicare. Valete.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſis. S.P.D. Quæ accidunt:quæ gerunt̃ a quouis ſcripta/grata ſunt nobis:ſed tum demū gratiſſima exiſtunt:quum per. T.R.D. litteras ſignificantur: quas magna ſemper cum iucunditate recipimus. Quód igitur de. N. inter Pontificis ſanctitatem & Maieſtatē Regis conuentum eſt:putamus cōmunis boni gratia factum ac pacis ſtudio. Et quod per tuas litteras certo innotuerit nobis:habemus:agimuſq;. T.R.D. grās. Si quid p̄terea cōtingat noui:quod noſtra ſcire interſit:oramus:ut poſthac quoq; dignetur nos pro benigno more reddere certiores. Sed quid adhibemus calcaria ſponte currenti? Quæ patriæ conducunt:quæ cordi nobis eſſe queant:illa ultro/ac periucunde tua efficit. R.D. quā rogamus quoq;:ut in cauſa cum Plumbinenſi Domino de Abatia ad fauum ita intercedentibus nobis/procedere uelit: ut & proſit illi noſtra cōmendatio:& noſtras intelligat litteras nō fuiſſe uulgares. Non enim fugit. T.R.D. non ſine grauiore cauſa nos ad hanc cōmendationem fuiſſe cōmotos. Vale.

SEnenſes eximio Doctori. N. S.P.D. Superioribus diebus ſunt nobis tuæ reuerentiæ redditæ litteræ: per quas facile cognouimus eam optime affectam ad curandam plebem Aſcianenſem:& ad eum populum omni cenſura eccleſiaſtica liberandum. Agimus de liberatione gratiam: & ad prouidendum Aſcianenſi eccleſiæ ſalutare propoſitum laudamus. Quod tam etſi dilationem fructuoſi operis admiramur:credimus tamen aliquo neceſſario impedimento ſuperueniente/negocium prorogatum. Sed iterum/atq; iterum petimus:& enixe hortamur:ut promiſſam fidem ſeruare uelit tua reuerentia:& Aſcianum petere & explorare Rectoris uitam/atq; mores:dare inſuper operā:ne diſſipētur eccleſiæ bona:ne ue præter honeſtum & ſacerdotii ac rectoratus dignitatē:ſcandalum fiat ei populo:quē magno amore & charitate cōplectimur: cuius ſalutem & quietē uehemēter optamus. Iuſtum petimus/& tuo officio iure cōſentaneū. Hac in re plurimū tua in nos beniuolentia indicabit̃. Cedet tibi honori:nobis ſummæ iocunditati:ut cognita rectoris ipſius geſta iuſto iudicio dirigātur:ut ſatiſfiat iuſtitiæ laudi:appareat in curandis rebus eccleſiaſticis diligentia:& dent erratorum precium:qui cum hoīum ſcandalo delinquere auſint. Sumus tuæ reuerentiæ parati beneplacitis. Vale.

SEnenſes Florentinis. S.P.D. Controuerſias omnes magno habemus odio:ſed quæ iter noſtros oriuntur:maiorum indigne patimur. Nam uera noſtra/ac mutua neceſſitudo ab eiuſmodi diſceptandi moleſtia uehementer abhorret. Superioribus menſibus Oppidani Montis Caſtelli/collecta armatorum manu irruerunt in fines Ludouici Mariſcoti/nobilis uiri/ciuis noſtri/iuxta Albanum & Tegonē noſtræ ditionis loca:& nō ſolum cæſis in uicino nemore arboribus:ſed etiā quibuſdā nimium inſolenter geſtis. Ludouici finibus & noſtro agro inſultauere. Sed Ludouicus ipſe ueſtrū adit Magiſtratū/rem geſtam narraturus ordine. Petimus igitur magna cum fiducia:quod uos diligenti cura effecturos non dubitamus:ut & Ludouicum ipſum pro ueſtra conſuetudine benigne audire:ac negocium omne diligenter noſſe:& quā itellexeritis maxime ad rē iuſte tranſigendā opportunam eſſe:tum prouidētiā/tum etiā operam adhibere uelitis. Feceritis rem nobis plane gratiſſimam:& noſtræ utiq; fraternitati maxime congruentem. Nos quoq; ut quieti cōſulamus/par ſtudium ea ipſa in re/atq; officium pollicemur. Valete.

SEnenſes.N.Principi.S.P.D.Binæ:quæ eodem tempore tuæ Illuſtriſſimæ dominationis redditæ ſunt nobis litteræ:geminatam nobis & ſummam attulere lætitiam.His ea fuerint benigne nunciata nobis:quæ tum cōmunis ſalutis:tum fœlicitatis tuæ cauſa/merito debent periucunda eſſe cum omnibus Italiæ populis/atq; ciuitatibus/tum noſtræ imprimis reipublicæ:quæ magnam præ cæteris cum illo præclariſſimo Principatu/ac ueterem neceſſitudinem ſeruat:& ſingulari/ac mutua ſecum charitate coniungitur.Itaq; tuis ſecundiſſimis rebus uere lætamur:& maximam ſemper ſuſcipimus uoluptatem. In his ſunt illuſtris ſororis tuæ nuptiæ:quæ ſplendido edita genere:glorioſis orta parentibus:cunctis ingenii fortunæ / uirtutis decorata ornamentis:pudicitiæ excellens laudibus/conſimilem quoq; diuino aſpirante numine/uirum nacta eſt:eum uidelicet:quo nemo uel naturæ muneribus:uel florētibus fortunis:uel deniq; ſummis quibuſq; & ampliſſimis meritis/poterat in cunctis totius Italiæ Principibus offerri prorſus aptior.Huius igitur ſacri connubii auctorem glorificamus Deum:& ut fauſtum/lætum/fortunatiſſimum ſit illuſtribus ſpōſis uehementer optata.Macti ſumpto ſumma fœlicitate & gloria/cum tui clariſſimi principatus firmiore tranquillitate/& illuſtratione decoris.Quid multa?Genus/ætas/forma/ingenium uirtus/fortuna probe conueniunt : ut nihil ex hoc fœlici coniugio:quod diuinitus coniunctum putamus:ſperandum ſit aliud/quam bonorum omnium iucundiſſima cumulatio.Quam lætitiam percommode ſecuta eſt fœlix natalis ſciti perellegantis/atq; illuſtris pueri : qui exortus intra læta ſponſalia:& nuptiarum celebritate uere ingentis gaudii:& ampliſſimæ gloriæ auſpicatur initia . Hunc dedit tibi rerum humanarum diſpenſator Deus/pro maximis uirtutis meritis : & cum ſplendidiſſimæ ſocietatis conſortio illuſtriſſimum Principem/pulchra fecit prole parentem:quæ chari genitoris imago facile illius reſpondeat laudibus:& in excellentiſſimo Principatu/primogenitus tam præclarus reddat patris / & ſuorum omnium īmortalem gloriam.Hæc igitur ut propria ac perpetua ſint:& augeantur indies:cum Italicæ quietis ocio : Deum totius mundi principem ſuppliciter deprecamur/lætati ex optimis animis his:quæ ſcripta ſunt nobis:pro quibus & q̄ maximas.T.Illuſtri.D.Agimus:atq; habemus gratias:& Senēſem patriā deuotiſſime cōmendamus. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Quas a tua.R.D.recipimus litteras : quo longiores/eo maiorem nobis afferunt uoluptatem:nec niſi iucundiſſime legimus:quando & certa ſignificant:quæ grauiora contingunt:& ſummam indicant in hanc patriam beniuolentiam/ac præcipuam charitatē. Nouimus:quæ de Ariminenſi negocio ſcripta ſunt:& quo ſtatu urbs illa ſit : & rerum cauſam/ atq; ordinem libenter accepimus.Putamus Pontificem cura omni ſtudere paci:atq; pacis ſtudio gerere omnia . Deus autem:qui ſolus eſt:& pacis & bonorum omnium auctor / omnia bene ac fœliciter uertat . Nos pro benigna & nunq̄ intermiſſa ſcribendi conſuetudine atq; humanitate/q̄ maximas agimus.T.R.D.gratias:cui hanc rempublicam tantæ curæ eſſe/& ei gratulamur:& nos plurimū gaudēmus/ orantes:ut poſthac quoq; eodē ſtudio uti pergat:ac nos maximis quibuſq; de rebus dignetur reddere certiores:& cōmunem patriam:quum commode licebit:ſemper apud Pontificē maximū gratiorē facere:ſicuti ſemper ſtudioſiſſime conſueuit. Vale.

SEnenſes Florentinis.S.P.D.Monaſterium diuæ Petronillæ:quod in ſuburbano noſtro eſt:habet in ueſtro agro fundum ad plebem ſancti Leonini.Plura ſunt prædii eius pluribus in locis ſparſa arua . Bonam eorum partem occupauere hinc.N.illinc hæredes.N.& ſuo quodā arbitrio alieno agro incubuerunt:quod(ſi ſine ueſtra moleſtia fiet)uiuo eloquio aperiet fuſius is:cui noſtras dedimus litteras.Putamus factum præter iuſtum/præterq; æquum/ac bonum:ut nulla citatione præuia ſpolieſ ſuo iure ſacra ædes:& iubeantur agricolæ colere aliena arua.Id cum fuerit compertum uobis:non dubitamus ueſtræ bene inſtitutæ reipublicæ perſpecta conſuetudine/moleſtum & graue futurum.Proinde petimus:atq; rogamus:ut plane cognitam cauſam curetis in integrum reſtitui:& ius reddi ſuum monaſterio ipſi.Quod ſi uel.N.uel prænominati hæredes actionem ſe ullam habere profiteantur:in ius uocent poſſidentes/legitime reſponſuros.Ea enim probatur petendi ratio:non occupandi ius.Confidimus iuſtiſſimū Magiſtratū ueſtrum iuſtiſſime cauſam tractaturū : idq; ut facere inſtituat:uehementer oramus. Valete.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Ingreſſi Magiſtratum noſtrum/confeſtim legimus : quas tua.R.D.litteras dederat:ac ſignificabat reuerendum religioſum Marianū deſignatum Abatem Monaſterii Sancti Saluatoris Montis Amiatæ.Attulit ea res nobis maximam iucunditatem : quippe qui nacti ſimus hominem ex ſententia:& qualem noſtra petierat Reſpublica:& qui cum diuini cultus honore/& ipſius monaſterii ſumma utilitate ſit illi præfuturus.Iucundum eſt collatum in eum eē beneficium : qui ſecundum cor noſtrum ſit:& piiſſimo cœnobio optime conſulturus/iucundius:quod in eum : in quem præcipue uniuerſa hæc exoptabat ciuitas.At certe iucundiſſimū:quod res fuerit te auctore peracta : qui tanto ſtudio : tāq; accurata induſtria nunquam deſinis propitius patriam intueri:& eam cōmodis/beneficiis/honoribus augeri.Hoc uere patris officium eſt:ſemper iuuare ſuos:ac nuſquā deeſſe liberis : & paternam quouis loco præſtare charitatem:quod quā diligenter:quā ſedulo tua efficiat dominatio:noua quotidie/ac multa exempla declarant . Nobis ſunt hac in re cum grata omnia:tum multo gratiſſimum:quod de præfecto Monaſterio Mariano nuper accepimus/uiro & noſtræ charo admodum reipublicæ:& tuendæ religioni maxime idoneo.Nouimus beneficii magnitudinem:quapropter tibi quā maxime ſint agendæ gratiæ.Nos:quas referre ſatis dignas nō poſſumus habemus certe:quas litteris minime explicare ſit opus.Plurimum Pontificem laudamus:& interceſſorem ſimul tanti muneris/ea ſpe/atq; omine:ut eo ipſo auctore maxima quæq;/atq; gratiſſima beneficia conſequamur : Gaudemus:qui in ea tempora inciderimus:quum noſtra reſpublica tanto benefactore lætatur.Quum primū Senatū coegerimus:tuas ad eum litteras deferemus:ut cunctis innoteſcat res ipſa & perbenigna.T.R.D.opera:cui & ob ſignificationem contingentium rerum/agimus quoq; ingentes gratias:& ut ueterem morem ſeruare dignetur:etiam uehementer oramus. Vale.

SEnenſes.N.Principi.S.P.D.Veræ id propriũ amicitiæ munus ẽ: ut oĩa amicoꝝ debeãt eſſe cõmunia: præcipue uero:quæ læta ſunt/& fœliciter acta:ut hinc magna ſit lætitiæ cauſa: inde augeatur gaudii magnitudo.Quamobrem cũ ſumma iucunditate accepimus:qđ & illuſtriſſimus Princeps ſignificauerat:atq; inclytus Mediolani Dux:tuam Magnificentiã ſancta iunxiſſe matrimonii fœdera/cũ excellẽtiſſima illius ſorore germana inclyta domina Heliſabeth/auctore q reꝝ humanaꝝ curã gerit/ſũmo Deo:cui nos grates perſoluimus:& ut ſponſis lætũ/ac fauſtũ ſit ſacrũ cõnubiũ:uehemẽter oramus:cũ tui principatus illuſtratione/& gloria/ac firmiore pacis trãquillitate.Nos ualde eo lætiſſimo nuncio/ac celebribus nuptiis & uere lætamur:ac pro amica & periucunda ſignificatione/gratiam quoq; ingentẽ agimus:& noſtrã deferimus rempublicam maximum ſemper:quale optimos amicos decet:ſtudium atq; officium præſtituram. Vale.

SEnenſes.N.S.P.D.Innotuit nobis/citari rurſum cõmunitatẽ noſtrã Lyciniani trans Clanas/ pro cauſa Hebræoꝝ:quæ iãpridẽ quieuiſſe putabaᷣ.Hebraicã peruicaciã & malignitatẽ nihil admiramur:quæ fidelẽ cõcionẽ & Chriſtianũ nomẽ ſupra modũ & incredibiliter odit:& execraᷣ.Sed eius nationis grã ſiqui moueanᷣ fideles:& auxilium præſtent iniuſta/atq; impia cauſa/Iudæis obduratis/ac perfidis/id non poſſumus(proh dolor/ac nefas)nõ uehemẽter & admirari/& ſimul & angi:præſertim cũ intelligamus eam eſſe Sũmi Põtificis mentẽ:ut huic negocio finis oĩno eſſet cõſtitutus.Itaq; noua citatio Lycinianenſiũ & recidiua cauſa nimiũ certe nobis admirationi eſt:nec minus qđ iterũ exẽpla petantur eoꝝ:quæ in ea cauſa acta ſunt/præcipue uero:cũ alias pridẽ eadem ipſa conceſſa fuerint.Ea noſtroꝝ moleſtia tã moleſta nobis eſt:ut indigne illã patiamur.Nam quæ iuſte geſta ſunt ex Iudaicæ nationis ſatietate/rurſus in forum & contentionem uocari/nõ ſatis æquum uideri poteſt.Sed qd ea res ad dictam Cõmunitatẽ ſpectat?Neq; enim ex eius iudicio cauſa iudicata ẽ. Confidimus tamen in tua bonitate:quæ cognitis cauſæ conditionibus:& nrã inſuper uoluntate perſpecta/auertet aures ab infideli proteruitate/& Iudaica perfidia:& hanc moleſtiã omnẽ tollet e medio:ac noſtros ſinet quiete agere:& fauore omni/atq; humanitate proſequeᷣ:& ut ita faciat:impenſius hortamur/ac pro iuſtitia/ & amicitia noſtra requirimus.Cõmunitas Lyciniani ab honeſto nunq̃ recedet:& bonoꝝ uiroꝝ fungetur officio.Quamobrem tanto illam debet tua reuerentia ſtudioſius & amplecti & fauere:nec pati:ut nefariis/ac perditis hominibus/iam ulterius laceſſatur:ne nos/niſi quieſcant improbi:cogamur alia ratione noſtroꝝ innocentiã tueri: & iniuſtos motores iuſtis modis proſequi/ potiſſimũ Romani Pontificis etiam auctoritate freti: qui Chriſti Vicarius non ſinet dominicum gregem a Luporum inſidiis circumueniri. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Magnũ in.T.R.D.nõ mõ pro nrę ciuitatis emolumento atq; ſalute:ſed ẽt pro nroꝝ oĩum cõſeruatione putamus eẽ ꝑfugiũ.Quocirca fidẽter oĩa/præſertim quũ honeſta uideanᷣ/petere nõ dubitamus.Nõ ceſſat Hebraica natio infeſtam habere cõmunitatem noſtrã Lyciniani pro Hebraica cauſa:& nũc de integro per delegatum Iudicẽ/Clementẽ quendã Aretinæ ecclesiæ Canonicũ/citauit illam:& actorũ oĩum in eadẽ cauſa poſtulauit exẽplũ:qđ idẽ alias/Prætore eius oppidi Frãciſco Aringherio/ſpectabili equite/cõceſſum erat.Magnis uiribus ꝑfidi & Chriſti/& chriſtianoꝝ oĩum hoſtes/nrĩs inſidianᷣ hoĩbus:& ulciſci iuſta geſta toto(ut aiũt)conanᷣ pectore.Res iã cõſopita uidebaᷣ:& illa Cõmunitas oĩ liberata moleſtia:cũ ex eius iudicio nihil cã pependerit:& iuſte oĩa/ac recto ſint acta examĩe. Oramus igiᷣ ꝑſpecta ĩfidelis natiõis ꝑuicacia:ut nrĩs Lycinianẽſibus ꝓ cõſueta eius bẽignitate/adeſſe uelit.T.R.D.& apđ Sũmi Põtificis beatitudinẽ ita & ĩtercedere/& efficacẽ dare operã:ut ea moleſtia ſint exẽpti Lycinianenſes: & ita exẽpti iubẽre Põtifice:ne poſthac poſſint ob eã cãm amplius in cõtẽtionẽ & diſcrimen uocari.Spes eſt in.T.R.D. ꝓſidio:& ſũmi Põtificis Sanctitate:qui tanq̃ optimus Chriſti Vicarius adimet nocẽtibus nocẽdi facultatẽ; & gregẽ ſuũ ab aduerſarioꝝ Chriſti ꝓteget:ac liberabit inſidiis:qđ ut ſtudioſe digneᷣ efficere:etiã/atq; etiam oramus .T.R.D.cui & patriæ decus:& hanc cauſam diligentiſſime cõmendamus. Vale.

SEnenſes Florentinis.S.P.D.ſi uidemur in ſcribẽdo fortaſſe freq̃uẽtiores:& noſtros ſæpius cõmẽdare: hoc facit cũ ipſa contingentiũ reꝝ neceſſitas/tũm eoꝝ culpa:qui indigna audent facinora:& rectã uiuendi rõnem euertunt.N.quidam:&.N.hic cognomẽto.N.ille.N.uterq; ex oppido.N.audaciores homines:qui ablatoꝝ rei pie ſeruati ſunt:& pœnis legũ/ac iudicioꝝ abſoluti/certe nõ ſatis dignã pro accepto munere uicẽ reddunt/malũ pro bono:pro beneficio iniuriam.Lucam uero Gregorii Ilcinenſem de ſe bene meritũ quotidie nouis laceſſunt iniuriis:& recentibus & cõtumeliis/ac damnis onerãt.Ex ueſtro agro ꝓfecti quo ſe recipiũt:hoſtiliter noſtros ſæpius inuaſerũt:diſtricto gladio adorianᷣ:impetum faciũt:ferro uulnerant: caulas exurunt:uineta amputant:frumenta & uilaticas domos incendunt:extrema petulantius minitantur:quo qd põt cogitari grauius? Quid indignius? Quid iniurioſius? Quid nefariũ magis? Temere ipſi putãt in ueſtro agro patere ſibi tutũ ꝑfugiũ.Miramur inauditã hoĩum petulantiã:præcipue ſtatuẽtes/ea præter mentẽ ueſtrã fieri oĩa: cõtraq; recte uiuẽdi rõnẽ:& ſancta noſtræ fraternitatis iura.Noſtrum eſt occurrere eiuſmodi facinoribus:quod ſi utrinq; ſtudioſe/cõmuniterq; curabimus:Iuſtitia:& quã utriq; tantopere cõplectimur:uigebit trãquillitas:extermĩnabunᷣ improbi:& bonis redundabũt oĩa/Igiᷣ oramus uos:& ꝑ uerã amicitiã enixe rogamus:ut cũ improbos omnes tũ petulantiſſimos & facinoroſos:quos præmiſimus:coherecere uelitis:iubereq;:ut digna factis recipiant: atq; intelligãt oẽs id qđ nihil eſt dubiũ:uos nihil tam ſpectare:tam ſequi:q̃ rectã bene uiuẽdi diſciplinã : qua nos mente:quantũ in nobis erit:ſemp reperiemur affecti:& de ueſtra præclara repũcã quoq; certo credimus ac plane confidimus.Nouiſſimas has dabimus ad uos hac de re litteras.Beneualete.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Cum uero cordis affectu hanc patriã diligat.T.R.D.cum nos plurimũ eius beneficentiæ confidamus:qbus oĩa ſemp conſueuiſſi ſummæ hũanitatis officia exhibere/ac tum opera/tum omni ſtudii genere nunquam deeſſe:cum ita ſit par eſſe credimus : ut cum fiducia petere auſimus:q̃ ſint/& nobis grata futura:& noſtræ Reipublicæ ſalutaria ſpectamus ſolam

pacis tranquillitatem:quod ſummum eſt in rebus humanis bonum:quo ut perdiu frueretur Italia:dedit is:unde cuncta ſunt bona. At uidemus nõnullas tantæ ſerenitati effundi tenebras. Nos:quæ exorta ſunt:execramur diſcordiarum ſeminaria:& ne ſerpant latius:auctorẽ pacis uehemẽter oramus. Cũ igiť pro ſtatu reꝝ ſuaꝝ ad ſummũ Põtificem.N.&.N.Legati cõuenerint:ſit nobis q̃ gratiſſimũ:ut his de rebus:quoad fieri poſſit:reddamur certiores. Non.n.uetemur:quin ſummi Pontificis ꝓuidẽtia recte/ac ſalubriter cuncta diſponat:& reliqui Latii Principes ſalutarẽ eius ſequanť ſniam. Sed quorſum euadant: quæ ultro/citroq; aganť: ſcire cupimus: præſertim te auctore:quẽ nihil eaꝝ reꝝ lateat:& pro tua uetere cõſuetudine libenter oĩa nobiſcũ impartiaris: qđ ut nunc uel maxime facere pergat. T.R.D.diligẽter oramus:quæ uel cõmunis patriæ utilitati: uel noſtro uoto defuit nunq̃. Nos ob eam cám etiã noſtroꝝ cũ his litteris tabellariũ mittendũ duximus. Placebit uehemẽter : quid uel de pace ſperandum:uel de bello metuendũ ſit/peroptatas.R.D.T.litteras intelligere. Vale.

SEnenſes.N.S.P.D.Fuit ſemp & præceſſoꝝ tuoꝝ/& tuæ reuerẽdæ paternitatis antiquus mos/ uetus cõſuetudo/ſummã habere nr̃æ Reip.rõnẽ:& nos uiciſſim ſemp amice uobiſcum egimus. Sed qđ mõ præter morẽ fieri a tuo Vicario nunciatũ ẽ:nõ poſſumus nõ plurimũ admirari. Nã frequenter/ & Radicondolẽſces noſtros/& alios:qui noſtræ ſubiacẽt ditioni/in cauſis:quæ mere ſæculares ſũt:& (ſi uera referantur nobis)inter ſæculares tractantur pſonas:uocat ad Eccleſiaſticũ tribunal:quod ſine noſtræ Reipu. iniuria fieri nullo modo poteſt. Perſuademus nobis eiuſmodi iniuſtitiã fieri præter. T.R.P. uel conſcientiam uel uoluntatem. Scis quanti æſtimanda ſit Reipu.dignitas:quã uiolari a quopiam nec nos pati debemus : nec ſinere/ ut tẽtetur: tua debet. R.P. Hanc igitur enixe hortamur:ut iubeat Vicariũ ſuũ ab ea in poſteꝝ abſtinere iniuſtitia & ita inſtituere:ut noſtris hoĩbus/ac ſubditis/eiuſmodi amplius nõ inferať moleſtia:qđ cõfidimus effecturã tuã Reuerentiã ſtudioſe:uti eſt æquũ:ue ſi pergat tuus Vicarius noſtræ reipublicæ iura lædere: inuiti cogamur opportunis remediis tueri noſtræ reip.dignitatẽ:& ſubditoꝝ noſtroꝝ indemnitati proſpicere. Valete.

SEnenſes.N.S.P.D. Vidimus profuiſſe noſtri Magiſtratus litteras/ad recte curandam Aſcianenſem eccleſiam:& emendandos eius Rectoris mores/ ita: ut & recte uiuatur & ſtudioſe ipſius eccleſiæ bona ſeruentur. Quocirca laudamus bonum opus:quod diligenter & pie tua operata Reuerentia eſt: atq; agimus ob id magnam gratiam. Noſtrum eſt/Saluatorem imitari:& nolle peccatoris ruinam:ſed magis:ut conuertatur:& uiuat. Proinde rurſum hortamur tuam dignitatẽ:ut dictam eccleſiam amore/ac ſtudio proſequatur:& ſi rector ipſe recte ſeſe habuerit:& priſtinos nouerit mores mutare : ac ſui ſimilis eſſe deſierit : & ad fungendum ſacerdotio laudabiliter/ac ſalubriter incumbet : etiam placebit nobis:ut clementer agat ſecum tua Reuerentia:& illum humaniter/ac benigne ſuſcipiat:cum præſertim intellexerimus eiuſmodi præuia conuerſione hoc etiam ad pacem & conſolationem fore Aſcianenſis populi. Vale.

SEnenſes Florentinis.S.P.D. Cum recepiſſemus ſuperioribus diebus ueſtras litteras:per quas cõmendabant nobis ueſtræ Magnificentiæ/cuiuſdam Herculani ſubditi ueſtri cauſam:continuo iuſſimus liberari mulum Herculani ipſius:quia Craſetano prætore detinebatur/ob creditam pecuniam : quam repetebant heredes Franciſci & Iacobus illorum tutor. Annuerunt iuſte & amice ueſtræ Magnificentiæ:ſi Mulus reſtituebatur:ſeſe curaturas:ut in ueſtra præclara ciuitate ius noſtris hominibus diceretur. Nunc igitur rogant præfati hæredes:ut eoꝝ uobis cauſam cõmendemus. Nos & perſpecta iuſta eoꝝ petitione & æquitate ipſius cauſæ:ac noſtra freti amicitia:quæ alacris ſemper ad gratificandum eſſe conſueuit:ueſtras Magnificentias oramus:ut iubeant noſtros homines iuſta petentes / ita tractari:ut & uetus noſtra fert mutua beniuolentia:& illi ſperant:noſtra præſertim cõmendatione adhibita:quod ut aſſequantur:uos etiam/atq; etiam oramus parati/ad parem ſemper officii reddendam uicem. Valete.

SEnenſes.N.S.P.D. Amicitia & uicinitas noſtra & noſtræ ciuitatis in Apoſtolicam ſedem reuerentia ferunt:ut tam eccleſiaſticos/ q̃ noſtros homines communiter tractemus/ non iuſte ſolum : ſed etiam humaniter:id quod de nobis experimẽto liquebit:& de.T.R.P.nihil dubitamus. Proceni Prætor ſub prætextu illati damni intercipi/& detineri iuſſit bona quædam Planenſium fidelium noſtrorum/iumentum/& nonnulla frumenta:quæ quidem eiuſmodi interceptio nunquam concedi:nunquam permitti ſolet: niſi denegata Iuſtitia. Non patimur cuiquam Iuſtitiam denegari:quam noſtra Reſpublica ſtudioſe tuetur:& omnibus æquali iure miniſtrat. Hoc nos miramur factum : cum iure utrinq; uiuatur. Siquid Procenates petierint a Planenſibus/præſto erit eius loci Præſes:& uetere inſtituto/& noſtro inſuper adhibito iuſſu / cauſam expedite: ac ſummarie iudicabit : & ueritate comperta / remittet ueſtros iuris factos compotes:& debitam executionem reportabunt. Oramus igitur. T.R.P.ut cognita cauſæ iuſtitia/iubeat prætorem Procenatem abſtinere ab iniuſta rerum detentione:& noſtris reſtituere intercepta bona:ne noſtri afficiantur iniuria : & non ſatis ſeruetur noſtræ Reip.dignitas:quaſi iuſtitiã denegantis. Sed tuæ.R.P.opera ad Planenſem prætorẽ cauſa deferatur:ubi & Procenatibus:& iuſtitiæ habunde ſatiſfiet. Aequũ petimus/atq;:id ut aſſequamur:rogamus uehemẽter tuã.R.P.quæ nunq̃ iuſtis poſtulatis de eſſe conſueuit:& nobis ſemper gratificari lætatur. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D. Et ſi placuerint uehementer tuæ litteræ : quas & habemus ſemper gratiſſimas:& agendæ gratiæ uberẽ ſuppeditant copiã:freti tamen ea benignitate:quã nunq̃ intermittit. T.R.D.rurſum rogamus enixius:ut auditis a Pontifice legatis:& iam fortaſſe dato reſponſo:quod facit adeo libenter:& ſtudioſe. T.R.D.diligentiſſime ꝓſequatur/& noſſe: quæ gerantur: quæ aganť quæ expectenť : & quid ſperandũ ſit de.N.tranquillitate/& ſtatu. Vt reddamur de oĩbus certiores:uehementer expetimus/præſertim per eius litteras:q nõ modo grauiter : ſed cũ ſummo cordis affectu ſemp ſcribere conſueuit:& ne accepti beneficii uideamur immemores:gratias tibi peringentes agimus: & quod minime neceſſarium ducimus:hanc rempublicam deuotiſſime commendamus. T.R.D.quæ bene ualeat.

¶ Signatæ

❡ Signatæ tabulæ/ac publica Senenſis patriæ monuméta/ad perennem N. laudem/ ac perpetuum decus/ & gloriam immortalem.

SEnatus:Populuſq; Senenſis: nunq̃ iuſti atq; iniuſti imemor: ſed recti: atq; honeſti ſeruantiſſimus/ id ſemper imprimis magno curauit ſtudio:& iuſtitiæ munus:quæ una uirtus in omni rerũ publicarum ammiŋiſtratione maxime excellit:etiá accuratiſſime tueref. Id putant ſapientes præcipuæ in eo uerſari: ut cuiq; tribuatur ſecundum propriá dignitaté: ut inter bonos:& malos diſcrimen pateat/ ac frenata improborũ audacia/uirtutis:& probitatis ſplendor eluceat. Sed cũ ii præ cæteris ampliſſimis digni cenſeanf honoribus:qui in populorũ gubernatione:in gerendis Magiſtratibus:in iure dicendo:in publicis muneribus obeundis/optime ſeſe:& magna cũ laude geſſerint:decreuit Senenſis Reſpu. quæ claros:& ſapiétia/ac ſũma æquitate fide:uirtute:pſtantes uiros/ſtudio oi/ac debitis pſequif præmiis:cõperta in prætorio munere exercédo/ mira integritate/diligétia:& accuratiſſima opa clari iuris utriuſq; cõſultiſſimi:& Equeſtris ordinis:ac dignitatis uiri. N. qui obfirmam opinioné uirtutis:& peruulgatá meritorũ laudé/accitus ad Senéſis urbis præturá/pximo ſemeſtri ius inculpatum dixit:ſuũ cuiq; reddidit:bonũ/& æquum ſeruauit:a recto non deflexit:cõpreſſit improbos: bonis fauit:perſoná non accepit:e undé ſe omnibus præſtitit:icorruptũ ſe Cenſorem præbuit:ne iuſto bene geſtarũ rerũ teſtimonio careret: primum omnibus eius perſpectis rationibus:actionibus recéſitis:perueſtigatis operibus a triũuiris ciuitatis abſolutus eſt. Mox Senatus cõſulto:& plæbis inſup ſcito:publici ſunt illi decreti honores: ut parata publica impenſa:& ex ærario promendis nũmis/ſigna:& populi uexilla Senenſis/eidem deferantur: & ad perenne uirtutis monumentũ:& ueræ teſtimoniũ laudis/bene merito de Senenſi Repu. uiro ubiq; terrarum cedant:quæ quidé res ois ab opportunis utriuſq; conſiliis demandata eſt Magnificis: & excelſis Dominis Senenſibus/ſummũ gerentibus Magiſtratum. Mihi autem ſcribe:atq; ordinario iudici:cuius nomen & legitimum documentum extabit inferius:ab eiſdem excellentibus dominis imperatum:ut eiuſmodi ſoléne decretum: quod per raro cuiquam datur:publicis mandarem tabulis/ac litteris.

❡ Publicæ tabulæ in laudé clariſſimi uiri/Nicodemi Põtremuligenæ/ab excelſa Senẽſi Repub. ciuitate donati.

MOs fuit ſemper:atq; inueterata quondá conſuetudo/cũ in aliis bene inſtitutis ciuitatibus/ tum in Senenſi Republica:quæ a Pricipe orbis Romano populo ſumpſit initium:ut clari uirtute: & præſtátes ſumma laude uiri/magnis:& ampliſſimis honoribus decorarentur:cum perſpicuum ſit/id eſſe uerũ iuſtitiæ munus/ut:qui bene de hominibus:ciuitatibus ue ſunt meriti:iis debita præmia perſoluanf: illis imprimis:qui fide/uirtute/ſtudio atq; induſtria Reipub. ſaluti/ac dignitati cõſuluiſſent. Cum igif uir clariſſimus/atq; omni uirtutis laude præſtans Nicodemus Pontremuligena/illuſtriſſimi principis:& inuictiſſimi Ducis Mediolani:ornatiſſimus/atq; illuſtris Orator/ pridem in Senenſi ciuitate commoratus: & incliti ipſius ducis uoluntate:& ſua ipſius diligentia:& uirtute oia geſſerit:quæ & fidei cõuenire publicæ: & ad Senenſis populi decus/atq; utilitaté pertinere uiderentur:dignus tandem habitus eſt:qui eius Reip. ac totius Senenſis ciuitatis gratiam:& ſummá beniuolentiá conſequeref. Proinde totius præfati populi conſenſu:& cunctis ciuium ſuffragiis/ primum Senatus conſulto:deinde etiam plæbiſcito:quæ ſumma eſt legis auctoritas:& ipſe magnificus Nicodemus:& omnis eius poſteritas ciuitate donata eſt:id:quod ante .xv. uirorum/qui gerendo bello præerant: decreto conſtitutũ eſſet:ut ea res maxime tanti uiri laudé illuſtraret/ac liqueret oibus/Senenſi reip. illos ſemper chariſſimos extitiſſe:quorũ uirtus multis experimentis cõperta foret:quod quidé priuilegiũ & firmiſſimũ .xv. erat uirorum decreto/ut publici Tabellionis tabulis conſtat/tamen cõmuni totius ciuitatis auctoritate roboratum eſt/ut inferioris ſcripturæ fide/ac teſtimonio declaratur.

SEnenſes Duci Venetorũ. S.P.D. Cũ primũ intelleximus illuſtriſſimæ recordationis Nicolai Marcelli obitũ:cuius præclará uirtuté & cõſilii ſemper ammirati ſumus nõ potuimus nõ cõmoueri:ob nr̃am in eũ deuotioné:atq; beniuoléntiá. Sed paruit naturæ legibus:qbus pareat & uniuerſum mortaliũ genus neceſſe é:ut uel ex ipſa neceſſitate ſolatiũ eé debeat. Sed quũ nuper p tuæ illuſtriſſimæ dominationis litteras inotuit:ad táti regiminis culmé/patrũ electióe/atq; cõſenſu:cũ uniuerſi populi iſtius ammirãda lætitia ac totius exultatione ciuitatis:tuá excelléntiá cooptatá:ſummá percepimus/atq; icredibilé uoluptaté. Quippe q plane intelligamus:nihil pſum deeſſe tibi:qđ ad tá glorioſi pricipatus adminiſtrationé accõmodatũ eé uideaf:quodq; optimo iure nr̃orũ aiorũ gaudiũ cumulare poſſit. Quádo is maximis gerédis rebus diuini numinis puidétia:q res maxie curat mortaliũ p̃fectus é:q cõſilio/uirtute/ſtudio/opa/nõ mõ iſtius illuſtriſſimi potétatus ampliſſimæ dignitati:uerũ etiá totius Chriſtianæ Reipu. & oium fideliũ populorũ ſaluti/atq; incolumitati abũde cõſulat. Sed & noſtrá quoq; ciuitaté miro cõplectaf amore:quæ tuá illuſtriſſimá dominationé plurimũ ſemp obſeruat:& colit:& ſummæ tuæ benignitati uehemẽter cõfidit. Gratulamur igif largitori tanti muneris deo:qui uotis noſtris annuit:gratulamur illuſtriſſimo iſti:atq; glorioſiſſimo dominio principe nacto:q cũ domi/ militiæq; maxime ſemp claruerit/ſapiétia:& pbitate eũ Principatũ gerat:& præclarũ latii decus eſt: & chriſtianæ religiõis firmiſſimũ ppugnaculũ:gratulamur tibi ex optimis animis cuius amplitudiné illuſtrabit magis táti principatus gubernaculũ:ſi uirum magiſtratus oſtendit. Oramus oipotenté principem/ac ſuperos omnes:ut tuá ſemper fœliciſſime gloriá tueantur. De benigna ſignificatione gratias tuæ illuſtriſſimæ dominationi ingentes agimus. Noſtram cõmendamus Rempublicá:quæ iuſtis:grauiſſimiſq; de cauſis tuá amplitudinem amore:fide: obſeruantia proſequitur:eamq; deferimus tuis libenter/ac iucunde placitis temperaturam. Vale.

SEnenſes Regi Neapolitano. S. Eluxit ſemper tuæ Maieſtatis in noſtrá Rempũ paterná dilectio:ſed & indies quoq; eluceſcit magis. Inditio eſt cũ multiplex in cæteris negociis noſtris perſpicuũ experimétũ/tum diligens tam per litteras:q̃ per oratoré tuum adhibita opera ad controuerſiam dirimendá:q̃ officialibus Apoſtolicis cũ noſtra Repu. de finibus orta eſt. Quibus pro rebus:& agimus q̃ maximas

gratias:& plurimum tuæ Maieſtati nos debere profitemur:quorum res oẽs præcipue illi/ac paternæ ſunt curæ. Ad ueram/perfectãq; litigiorum ſedationẽ/tuã maieſtatẽ ſupplices obſecramus/ut per benignam eius auctoritatem:& abactũ pecus omne/atq; integre reſtituatur:& illæſa perſiſtat agri poſſeſſio:quã ſemper inuiolatam poſſedimus:& demum per integram litis compoſitionẽ/oĩum diſcordiaꝶ ſeminariũ adimatur. Ita.n.his rebus recte cõpoſitis:iuſtitiæ cõſultum fuerit:& paci. Quarum utranq; affectat iprimis tua maieſtas:maximoꝶ auctor bonorum/nec prætérire uult ſanctiſſimus Chriſti Vicarius:qui cum/cũq; Apoſtolica ſede:& Romana eccleſia coniunctiſſime uiuit noſtra Reſpub. Sed cũ omnino profecturi ſint Oratores noſtri ad tuã maieſtatẽ uenerandã: ob ipſius in latiũ ad uentũ mandabimus iis quoq; de rebus his:quæ noſtris uerbis explicari cõueniat. Statũ noſtræ ciuitatis:& libertatẽ diligẽtiſſime cõmendamus tuæ ſerenitati:cuius uehemẽter cõfidimus patrocinio. Romanus Pontifex noſtro oratori probe pollicitus eſt:q̃q̃ nondum res fuerit ſubſecuta. Vale.

SEnenſes Regi Neapolitano. S. Nouimus ſtudioſam operam tuæ maieſtatis adhibitam ſæpius ad fauendum dignitati reuerendi patris Ioannis Maſſani Epiſcopi:qua re uehementius optamus nihil. Vetere fiducia freti:& ſpe ſumma:quæ in tua maieſtare ſita eſt:enixius obſecramus: ut ad promouendam eius uiri uirtutem apud Romanum Pontificem præſertim cum præſens tua maieſtas præſentẽ alloquetur ſanctitatem eius proſequi dignetur. Ea nanq; uia expedita/ is facilis ſibi fuerit ad aſcendendum gradus. Cumulabit ea res: & maxima: & innunera in nos tuæ beneficia maieſtatis:cui noſtram rempubli. magnis precibus commendamus. Vale.

SEnẽſes. N. Cardinali. S. Accepimus tuæ Reuerẽdiſſimæ Dominationis litteras/quas dedit ad nos Nonis Ianuariis. Egre ferimus:ſiquid forte moleſti:quiſquam fuerit oblocutus. Quod noſtram fugit cognitionem:& iperita fortaſſis plæbecula circunſtrepat. Illud non ignoramus ea a nobis:& qui reipublicæ præſunt:de tua dignitare prædicari:quæ de uero patre/& optime de noſtra Republica merito ferri debent. Scite:qui præclarum putant a laudatis uiris laudari. Nam contra ſordet in nebulonum ore laus: quæq; in ſtultorum ſermone uerſatur:Nouit tua ſapientia contemnere uulgi rumuſculos:& quod tuum fert ingenium: ſolidam:ac ueram gloriam conſectari. Verum de his ſatis. Quæ uero ſcribis de re:quã Apoſtolicæ Cameræ præfecti nobiſcum agunt/ea huiuſmodi ſunt:ut propter ea tibi gratias debeamus:quas etiam plurimas perſoluimus. Noſtri aderunt confeſtim legati:quanq̃ eo loco ſita res eſt:ut queri potius noſtri debeant q̃ grauiora pertimeſcere. Freti ſumus tum cauſæ æquitatem:tum Reuerendiſſimæ tuæ dominationis patrocinio:quæ ita & animum aduertet:& operam adhibebit:ut nihil præterea noui/ac moleſti oriri patiatur. Vale.

SEnenſes Cardinali Papienſi. S. Ex multis/quæ nobis grata ſunt:id eſt multo gratiſſimum tuam. R. dominationem præcipuo patriam amore complecti/ & ea ſemper accurate efficere/ quæ patriæ augere dignitatem:tueri ſalutem poſſint. Id genus putamus iuuare ciues noſtros/eos præſertim/ qui uirtute & laude præſtant/& fide/ac ſumma pietate patriã proſequũtur. Quæ cum in reuerendo patre Maſſano Epiſcopo:& præclaro conciue ineſſe perſpiciamus/uehementer optamus eius uiri amplificari dignitatẽ/& uirtutis meritum promoueri. Confidimus diuinam miſerationem/non defuturam uotis noſtris. Chriſti Vicariũ pie affectum cernimus. Accedere tuæ. R. dominationis ſtudium: atq; diligentiſſimam operam non dubitamus. Nouimus optimi Regis/ac ſereniſſimi principis Ferdinandi interceſſionem adhibitam. Quæ omnia ſpem nobis maximam pollicentur. Supereſt:non ut ſponte currenti calcaria admoueamus:ſed ut exploratum faciamus/nos ſi annuente deo proſpere ceſſerit optata prouectio: & a tuæ reuerendiſſimæ dominationis optimo miniſterio/ fœlicem ſortem potiſſimum habituros:& collocaturos tam præclarum donum in recte geſtarum reꝶ numero: quas multiplices/ac uarias quotidie cumulat tuæ. R. dominationis paterna dilectio. Vale.

SEnenſes Florentinis. S. Non poſſumus adduci fratres chariſſimi:ut iis tam facile aures accommodaueritis/qui tam falſo ſunt queſti de nobis:qui cum omnes iuſte/tum ueſtros benefice ſemper: humaniterq; tractamus: Sed idcirco queſtos. N. coniicimus:quod dum perfidiam/ac dolos ſuos prodire in lucem uerentur:culpam ſuam figmentis/ac falſa inſimulatione prætexunt. Eſt interdum id ruſticæ calliditatis:& artis eorum uidelicet:qui ſuæ ſibi conſcientiæ teſtes ſunt. Sed ueſtræ ſapientiæ eſt: habere perſonaꝶ delectum/ea de nobis exiſtimare/quæ ſunt fraternitatis:& amicitiæ propria. Prudentiæ uero intelligere ueterẽ noſtræ Reipub. conſuetudinem:quæ quidem eſt:ut & nemini noceat:& reddat ius ſuum cuiq;. Norũt. N. ueſtri q̃ liberaliter ſecum ægerit ſemper noſtra reſpublica. At nunc fugam moliebantur/& pecus agebant: paſcuariam fidem fallebant:& noſtræ reipublicæ ſimul & iis:qui uadimonia præſtitiſſent:iniurii. Quid hoc tam indignũ. N. putant:ſi debitorum armentum tantiſper detinetur:dum noſtris paſcuariis fiat ſatis. Quod ſi quid minus dignũ factum putabant:non nos(ut ueſtra nouit ſapientia)ad uos ſcribere oportuit:quibus falſa detulerint:ſed ad nos illos confugere:a quibus nullam quiſquã iniuriã:ueſtri per ſæpe gratiam ſunt aſſecuti. Habetis rem: uti geſta eſt. Nos ueræ amicitiæ iura:& fraternitatis officia nunquam deſeremus:quos tedet litium omnium: iuuat uobiſcũ ſtudio certare:atq; officio. A nobis nihil unquã orietur:quod alios uos eſſe cogat:q̃ quod ueros amicos:atq; optimos fratres decet. At nunc illi cum ſuis armentis fraudem admiſerunt:noſtris paſcuariis legibus aduerſati:& quidem ea in re:quam plurimi facit noſtra Reſpublica. Quare & beſtiarum domini adierunt nos:culpam profitentur:& miſericordiam noſtram implorant. Hoc ſignificamus uobis. Valete.

¶ Patentes litteræ in laudem clari Equitis Ioannis Penſii Panormitæ.

COnſueuit ſemper noſtra Reſpublica laudem afferre:qui laudem præclaris geſtis ſunt aſſecuti: idcirco exploratum facimus/ac perſpicuũ teſtimoniũ perhibemus/ tum uniuerſis/ tum ſingulis: ad quos noſtræ peruenerint litteræ. Nos:qui diuina prouidentia ſummum:atq; ampliſſimum inclytæ Senenſis Reipublicæ gerimus Magiſtratum:clarum uirum Ioannem Penſium Panormitã/ſiculum: primũ

in noſtra

in noſtra urbe ſtudiorum præfectum Gymnaſiis : tum Equeſtri decoratum dignitate/ Prætorium Magiſtratum adeptum:atq; ita ſeſe in utroq; geſſiſſe:ut non ſolum laudis incrementum:& ab utriuſq; muneris exercitatione præclaram abſolutionem ſit conſecutus : uerum etiam noſtræ reipublicæ tanquam perpetuo uirtutis ſuæ monumento fuerit donatus inſignibus. Quod erit non ſolũ præſenti æuo:ſed & poſteritati quoq;/de eius uiri præſtantia firmiſſimum teſtimonium. Valeant:qui legerint.

Senenſes Florentinis.S.D.Conſueſcunt plerunq;qui culpam amiſerint contendere ſtudioſius: ut aut ſi ullo pacto poſſint:crimen tegant:aut modo hoc:modo illud loquantur. Id.N.uſu uenit : qui nulla a nobis afficiuntur iniuria:& fidem noſtrã ſemper ſibi inuiolatam ſeruari ſentiunt. Quod ſi pecus eoꝝ cuſtoditur a noſtris:id cauſæ eſt:quod ſuperioribus quoq; attulimus litteris:ammiſſa fraus. Qui pro exiguo pecore:fide ſuſcepta numeroſiora exinde paſcunt armenta/ac plurimum noſtroꝝ paſcuoꝝ rationes fraudant. Quæ tam & ſi grauior eoꝝ culpa ſit:quã ipſi quoq; haud dubie fatentur : & ſibi idcirco ignoſci precantur: uolumus tamen:ueſtra præſertim cauſa:non legũ noſtraꝝ ſeueritate:quæ in paſcuariis rationibus maxima exiſtit:ſed ex ueræ amicitiæ officio:clementia:& mãſuetudine ꝓſequi. Scitis cãm : cũ in noſtro ſolo uerſetur/ cumq; iis perſonis:qui paſtiones noſtras cũ noſtris pacti ſunt:ad noſtra pertinere tribunalia. Quare quũ ad nos uenerit: ſi ſatis dederint:qua ratione ſecum pauloante ægimos intelligent nõ ſecus haberi:ac tractari nobis:q̃ ſi ex his ſint: quos præcipue ueſtra intercesſſione maxime cõmendatos habere debeamus. Valete.

Senẽſes.N.Cardinali.S.Vetus eſt:& repetitum ſæpius noſtræ Reipublicæ deſiderium : ut materia.S. Angeli ſub terris cum reuerendiſſimo domino Spoletano/te auctore: & tuo iudicio ſopiatur. Nouit tua Reuerendiſſima dominatio frequentes ad eam rem cohortationes/ac preces noſtras. Cupimus & de.S.Angeli.& Montis Polpii:&.S.Sixti:& generaliter omnium eccleſiarum in eodẽ ſolo rationibus iudicium terri:ut non ſolum præſens controuerſia dirimatur:ſed etiam quæcunq; ob eaſdẽ cauſas poſthac quoq; diſceptatio oriri poſſit/Aperiet fuſius mentem noſtram Sanctes noſter Orator. Mandatum præſto eſt. Decreuit Senatus noſter:nec quicquam omnino prætermiſit:quod ad integram rei nauationem:quantum in nobis eſt: pertinere poſſit. Supereſt:ut tua reuerendiſſima dominatio uere amantiſſima patriæ rem q̃ primũ dignetur abſolue re:nec cunctari diutius:ut tandem aliquando Reuerendiſſimũ dominum Spoletanum experiri poſſimus huius amicum ciuitatis:& beneficum patrem:quam quidem ad rem multæ illum:& grauiſſimæ cauſæ:quod tua ſapiẽtia non ignorat:non ſolum allicere/uerum etiam compellere debẽt. Spes ſumma eſt in tua benignitate:quæ communem patriam omni ſtudio/officio/ac pietate proſequitur. Vale.

Senenſes.N.Cardinali.S.Cum ſint iampridem Sanctiſſimo ſedente Pio ſecundo:decretæ Pontificales conſtruendæ ædes in noſtra Ilcinenſi urbe:præclarum uehementiſſime inſtitutum comprobamus:ad quod quidem conficiendum:noſtra quoq;(quantum in nobis fuerit)induſtria non deerit. Quod aũt ob eã rem ipſam latum nuper iudicium eſt a tua Reuerendiſſima dominatione:id ut Ilcinenſes perſequantur:certum eſt nobis. Illi quoq; plana conuenta ſeruabunt. Sed cum pro alendis/ac iuuãdis pauperibus:quorum in ea urbe numeroſior turba eſt/inſtituerint montem Sanctæ pietatis condere:noſtris innixi ueſtigiis:cupiũt ex bonis hoſpitalium ædium:quæ penes ſequeſtrum ſunt : ſex centoꝝ aureum excepta ſumma ad Pontificales ponendas ædes:quã probe cauebunt:reliquam ſummam conficere in Montem pietatis. Sanctum/ ac uere pium opus:& tua(ut nobis quidem uidetur)comprobatione digniſſimum. Hoc ut rite nauare poſſint:implorant tuæ Reuerendiſſimæ dominationis opem:& apud ſummum Pontificem:auctoritatem:qua plurimum ualet:& operam:quam ſeſe facile aſſecuturos confidunt noſtris adiunctis precibus:ea ne opinio noſtros fallat:plurimum tuã dignitatem obſecramus. Noſter ipſa quoq; de re loquetur Orator:aderit & Pragmaticus Ilcinenſis. Placebit nobis uehementer:ſi honeſta:& pia molientes/te auctore fiant uoti compotes. Vale.

Senenſes Pontifici maximo.S.Ad Chriſti Vicariũ iure confugiunt:qui ea cogitant:ea parãt:quæ Chriſto maxime noſcuntur accepta. Ea imprimis habenda ſunt miſericordiæ/ac pietatis opera. Pro quibus implendis/cupiunt Ilcinenſes noſtri noſtra ueſtigia conſectantes:montem condere pietatis : in alimoniam pauperum:atq; inopiæ præſidiũ:Ob id recte excogitaſſe uidẽtur:ut duarum hoſpitaꝝ ædium: quarum bona in ſequeſtro ſunt.pro pontificali domo ædificanda:quod ſcilicet Romanus Pontifex prædeceſſor tuus Pius ſecundus inſtituit:uendantur:& ſalua ſumma numoꝝ:quæ pro prælibatæ domus conſtructione debetur:quam Ilcinenſes probe cauebunt:reliquam coactam pecuniam conferant ad montem:quem prediximus pietatis. Ita enim duplex bonũ facile fuerit:ad Põtificales ædes debita pecunia præſto erit:& pauperibus ſubſtinendis dulce parebit profugiũ. Tuæ igit̃ Sanctitati deuotiſſime ſupplicamus ut re plane patefacta:quã noſter fuſius explicabit Orator. Ilcinenſibus noſtris eius rei perficiẽdæ : poteſtatẽ impartiri dignetur. Confidimus hac ipſa de cauſa:Cardinalẽ noſtrũ:qui probe inſtructus eſt:uerba facturꝝ. Si exaudierit tua benignitas noſtroꝝ preces : nobis quoq; apponemus gratiæ & inter cætera beneficia collocabimus. Vale.

Senenſes Cardinali Papiẽſi.S.Iuuat nos plurimum:quum non ſolum noſtram Rempublicam : ſed eos quoq;:qui illi parent:iuuari intelligimus a tua præſertim Reuerendiſſima dominatione:quæ tum demum ualde lætatur:quum omnibus in rebus fidenter eius opera utimur. Intelliget tua Reuerendiſſima dominatio Ilcinenſium noſtrorum cauſam:non ſolum ab eoꝝ pragmatico: ſed etiã a noſtro Oratore Sancte. Excogitauerunt rem noſtri ſubiecti:& Ilcinenſi populo ſalutarẽ:& ſuapte natura maxime expetendam:ut miſerantes egenorum inopiam:eoꝝ neceſſitatibus opem ferãt. Cauſam intelliget tua Reuerendiſſima dominatio:ad eam rem ipſi accomodatam uiã/ac rationem explicabunt. Oramus uehementer tuam benignitatẽ quæ neminem noſtroꝝ deſertum eſſe/ac deſtitutum auxilio patitur:ut ſtudium/& operam efficacem/ac diligẽtiſſimam ad hanc rem:quã audiet perficiendam:adhibere dignetur. Vale.

SEnenſes Cardinali Rauennati. S. Nunquam defuit tuæ benignitatis opera iis quos per noſtras litteras cõmendauerimus. Quare magna cũ fiducia tuam Reuerẽdiſſimã dominationẽ rogamus: ut Leonardo Benuccio dilecto ciui noſtro facilẽ ſeſe exhibeat/ ad cauſam eius pernoſcendã: & apud ſummi Pontificis beatitudinẽ preces: atq; auxiliũ adiungendum: ut tanto intercedente auctore (quo ad fieri licebit) & creditam pecuniam: & debitam ueterum munerum mercedem aſſequatur. Confidimus nequaquam impetraru difficile fore: præſertim iuſtiſſimi Pontificis perſpecta equitate: & æquiſſimi Mediatoris interuentione adiecta. Vale.

SEnenſes. N. S. Qui nuper per tuas litteras ſumus facti certiores de rebus nouis: quas cum cæteros populos pacis appetentes/ tum nos potiſſimum expendere oportet. Agimus ingentes gratias tuæ benignitati. Quod ut frequenter repetendum ſit nobis: efficit ſumma tua beneficentia: & ſingularis in communem patriam pietas. Nos officio noſtro ſungemur: nec negligemus: quæ ſolertius perſpicienda uidentur. Placebit nobis: & uniuerſo regimini noſtro: ut per tuam operam q̄ primum conficiatur cum Reuerendiſſimo domino Spoletano uetus iam & per moleſta cauſa: per eam ſummam: quam noſtrum putamus explicuiſſe oratorem. Vale.

SEnenſes. N. Cardinali. S. Marianum Antonii collegam noſtrum ornatiſſimũ: & ciuem bonum/ ac uirum integerrimum propter uirtutem ſuam: & modeſtiſſimos mores plurimũ diligimus: & fuit ſemper charus admodum cunctis ciuibus. Hic filium habet: cui Hieronymo nomen eſt: ætas anni circiter .xx. ſtudium litterarum: & diligẽs doctrinæ profeſſio. Sacerdotium ſpectat: & eccleſiaſticos ordines: & diuini cultus exercitationem. Proinde ſæcularibus relictis curis: bonas/ atq; ingenuas artes ſtudioſiſſime conſectatur. Iam Cleri ſenenſis propter eius probitatem/ ac probatos mores nactus eſt ſummam beniuolentiam: & gratiam. Hæ nos cõpulerunt rationes: ut eundem enixius cõmendare debeamus tuæ Reuerendiſſimæ dominationi: quæ ſcito futurum nobis gratiſſimum: quicquid optimi parentis gratia: in optimum filium fuerit delatum honoris: & commodi. Vale.

SEnenſes Regi Neapolitano. S. Tuæ Maieſtatis ſumma beniuolentia innoteſcit nobis: non iis ſolum: quæ publicam noſtræ ciuitatis utilitatem complectunt: uerum etiam: quæ priuatoꝝ ciuiũ noſtroꝝ continent rationem. Superioribus diebus per noſtros Oratores cauſam cõmendauimus Nelli Cinugii: & Ricciardi Saraceni Mercatorum: & honeſtiſſimorũ noſtroꝝ ciuium cum Miraballis: a quibus creditam repetunt pecuniam. Benigne (ut ſemper cõſueuit) Negocium accepit tua Maieſtas: quæ iuſtitiæ ita ſtudioſa eſt ut nihil prorſus tantopere affectare uideatur. Quod igitur tam liberaliter noſtris Oratoribus polliceri dignata eſt: tuam ſerenitatem obſecramus: ut opere: atq; re ipſa præſtare uelit/ atq; ita demum efficere: ut noſtrã cõmendationem/ ac preces liquido conſtet inanes non fuiſſe. Vale.

COetus Senenſium Canonicoꝝ Franciſco Cardinali Senenſi. S. Iuſtum putamus fauere iis: quorum ad uirtutem capeſſendam omnis aſpirat intentio: præſertim cum ad probitatem: & doctrinam adipiſcendam uehementius enitantur: qui ſe a magnis principibus iuuari intellexerint. Fit enim iuuentus tanto bonaꝝ artium ſtudioſior: quanto maiore cura: & accuratiore induſtra maiorum pietas illam confouerit. Hieronymus Mariani filius ætate quidem iuuenis: ſed ſenili quodam affectu: præclaris diſciplinis prorſus deditus: cogitat ſacros ordines: & initiatus ad ſacerdotii dignitatem contẽdit. Probus: & modeſtus eſt iuuenis & optimi ciuis: & cõpatriotæ filius: cupit expectationem Canonicatus: & collegii noſtri. Nos: qui & bonam indolẽ comprobamus: & patrem uirum integerrimum ualde diligimus: Præfatum iuuenem humiliter cõmendamus tuæ Reuerendiſſimæ dominationi: quæ ſtudioꝝ ſectatores/ magno ſemper amore ſuſcipere conſueuit. Vnum minime prætereundum cenſemus: nos flagranti ſtudio: & ardenti deſiderio tuæ Reuerendiſſimæ dominationis aduentum præſtolari: cuius conſpectus uere letificat nos filios deuotiſſimos: & Clerum/ ac populum omnem incredibili afficit uoluptate. Noſtram deuotionem/ ac ſeruitutem humillimis precibus cõmendamus tuæ Reuerendiſſimæ dominationi: quam fœliciſſimam ſeruare dignetur omnipotens dominus. Vale.

SEnenſes Regi Neapolitano. S. Memores eorum: quæ crebro per ſuas litteras: frequenter per ſuos legatos: ſæpe uocis oraculo: obtulit tua ſacra Maieſtas: ſæpiſſime opere comprobauit: tanquam ad tutum præſidium ac patrem beneficentiſſimum: tuam ſerenitatem: quæcunq; ſors ferat: cõfugere non dubitamus: ſed filiali iure audenter cõſulimus: fidẽter expoſcimus. Rumor eſt: uel iam fama potius: præclarum exercitus ducem Bartholomæum Bergomenſem ſuas copias traducturum in proximiorem noſtram regionem cogitare: Latent hominũ cogitationes. Nihil tam difficile: q̄ humani cordis recõditos ſcrutari receſſus. Sed intelligimus eorum eſſe: qui populos regunt ac rebus publicis præſunt: caſus omnis expendere/ atq; oĩa circunſpicere. Qui igitur ſpẽ firmiſſimam in tua Maieſtate collocauimus: eandem conſulendam cenſuimus: cuius ſapiens conſilium: ſtudioſus monitus: ſalutare præſidium mirifice nos delectat. Tuam igitur benignitatem obſecramus: ut quid ea de re ſentit: aperire dignetur: & conſilio quemadmodum ſemper conſueuit: & ſi quid opus acciderit: fauore ſemper: & qua ſolet diligentiſſimus pater: proſequi charitate. Tuæ Maieſtatis optatũ reſponſum uehementer expectamus/ atq; rogamus. Vale.

SEnenſes Sũmo Põtifici. S. P. D. Cũ auctore pacis optimo iure cõferenda ducimus: quæ q̄uis rõne ad pacẽ ſpectant: ſed & illa quoq; q̄ paci aduerſari poſſe uideant/ ad ꝓpellẽda reꝝ oĩum nouaꝝ ſemina. In ore iã oĩum & ſermone uerſat: præclaꝝ exercitus Ducẽ Bartholomeũ Bergomẽſem diſceſſurũ a Venetis: & ſuas ad ꝓpriorẽ nobis regionẽ copias admotuꝝ. Res eſt: ita forte ꝓgrediat: cõſideratu digniſſima. Nos: qui nihil trãquillitate magis expetẽdũ putamus: ad pacẽ tuendam natura propenſi: tuam conſulimus ſanctitatem: quæ ſicut decet optimum Chriſti Vicarium: & cuſtodem/ ac Paſtorem dominici gregis: nihil

tantopere

tantopore curare debet:q̃ fidelium omnium populorũ unanimitatem: & potiſſimum totius Italiæ quietem: ut tanto ſtudioſius infideli hoſti occurratur: quanto tota Chriſtiana Reſpublica pacatior extiterit. Supplices petimus tuam beatitudinem:ut his de rebus nobiſcum tanquam cum optimis filiis ſniam ſuam aperire dignetur: & quid proſpiciendum:quid agendum cenſeat:nos per ſuas benignas litteras reddere certiores. Quanquam confidimus hac ipſa de re Reuerendiſſimos dominos Papienſem/ac Senenſem Cardinales:& Maſſanum Epiſcopum ſuſius locuturos. Tuæ ſanctitatis expectamus reſponſum. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D. Quæ iterum per ſuas litteras tam benigne ſignificauit tua reuerédiſſima dominatio:quæ curam/ac ſtudium omne ad patriæ ſaluté cõſert: fuerunt gratiſſima nobis:& nos ob eam cauſam q̃ maximas gratias agimus: maiores habemus: referre uehementer optamus. Sed cum rem merito putemus grauiſſimam/tanti exercitus ducem:proximá petere regionem:in qua tanta pacis tranquillitas uigere dignoſcitꝰ:iá cũ ſummi Pontificis ſanctitate cõmunicandá arbitramur. Ad eam igitur damus litteras:quarũ cum his exemplum adiicimus. Oramus tuam Reuerendiſſimá Dominationem idest optimum patriæ patrem:ut primũ quid ipſa ſentiat:quidue moneat:uelit pro ingenti in patriá charitate/per eius litteras nos reddere certiores:tum cũ Pontificis Maximi Beatitudine uerba facere:& quæ uſui futura ſint:nunciare q̃ primum:cuius conſilio:opera:& fauore maxime fræti ſumus. Vale.

SEnenſes Alexandro Anchonitano Theologo.S.P.D. Magniſacit noſtra ciuitas/ac totus Senenſis populus ſalutarem doctriná/ac ſummá tuam eruditionem:& ſapientiam. Tuam paternitatem uehemẽter diligimus:quæ cum alias in noſtra urbe euangelizaſſet uerbũ Dei:auditores omnes mirifice delectauit:quæ cum facile prodeſſe poſſit uerbo:& exemplo:hortamur tuam paternitatem: ut per futurum proxime quadrageſimalem tempus adire uelit hanc patriam:in ſacro diui auguſtini templo tuæ ſanctæ religionis annunciatura Euangelicam diſciplinam:quæ res: & tuæ paternitatis meritum: & populi noſtri deuotionem augebit. Vale.

SEnenſes Forentinis.S. Noſtis:q̃ ubiq; gentium omnibus odio ſit: hoiem cædere: idest enim maxime repugnare naturæ:quæ hoiem ſeruandi hominis gratia genuit. Quando homines hominũ cauſa nati eſſe exiſtimantur. Sed nos auertimus a iudiciorum ſeueritate animos:quæ in paricidas maxime ſeruiunt:& id genus crimen grauius ulciſcuntꝰ:& nec agentibus:nec adiuuátibus: ſed nec conſentiẽtibus parcunt:nos tamen ad clæmentiam uel potius ad amicitiam conuerſi. N.& ipſum haud dubiæ cædis reum: liberum ad uos dimittimus/ac ſaluum illum largimur petentibus uobis. Quod utiq; ſit noſtræ optimæ uoluntatis: & ueri amoris perſpicuum documentum. Valete.

SEnenſes Genuenſibus.S.P.D. Putamus ueſtras Magnificentias libẽter efficere:quæ & rationi:& amicitiæ conſentanea ſunt:& eodem animo:quo ipſi quoq; uiciſſim affecti ſumus. Venit cum his litteris dilectus ciuis noſter Bonauẽtura Philippi Accurſii nomine/ciuium noſtrorum:& mercatorum:quos pro magna eorum integritate:& uirtute ualde diligimus. Habent illi cauſam ob quædam frumenta:quæ Plumbino iſthuc naui ſiluagia inuecta ſunt. Eam exponet/ & plane aperiet Bonauentura: quem præſcripſimus. Oramus:ut liquido perſpecta ueritate/ faueant ueſtræ magnificentiæ noſtrorum cauſæ utq; ſibi iure conueniant:ueſtra æquitate:& noſtra interceſſione:& facile:& celeriter conſequantur. Nam & quod iuſte noſtris ciuibus cũ ueſtro præſidio fuerit miniſtratum:magnæ quoq; apponemus gratiæ:ueſtris/ac ueſtrorum ſemper parati commodis. Valete.

SEnenſes Duci Ianuenſi.S.P.D. Mittunt iſthuc Philippus Accurſius Mercator honeſtiſſimus noſtræ ciuitatis filium:Bonauenturam ob cauſam frumentorum:quæ ſuperioribus diebus Plumbino ſiluagia naui iſthuc una cum non nulloꝝ alioꝝ triticis conuecta ſunt:quam planius ille ipſe Bonauentura aperiet. Tuam igitur hortamur:atq; rogamus Magnificentiam:ut præfatum Mandatarium benigne audire uelit:& benigno quoq; illum fauore proſequi:ut quod Dilecto ciui noſtro iure debetur:tuæ Magnificentiæ ope:atq; auxilio:iuſte/ac celeriter perſoluatur:& ita demum tractare cauſam noſtrorum:ut plane liqueat:noſtram cõmendationẽ inanẽ nõ fuiſſe. Eandem quoq;/ac parẽ uoluntaté noſtrá tua magnificẽtia oíbus ſemper in rebus poterit experiri. Iuuabit ſemper noſtrorum animoꝝ optimam præſtare ſententiam. Vale.

SEnenſes Duci Ferrarienſi.S.P.D. Cum Prætorem gereret noſtræ urbis uir præclarus: nec minus uirtutis laude:q̃ Equeſtri inſignis dignitate Baptiſta Bendedeus:adducti tuæ illuſtris dominationis commendatione:& iam uiri integritatem experti:rurſum illum totius Senatus noſtri ſententia: atq; decreto & comitioꝝ noſtroꝝ inſuper approbatione:atq; conſenſu:in alterum quoq; Semeſtre eidẽ præfecimus Magiſtratui:quod per raro fieri/& non niſi ſumma præſtantibus laude uiris tribui conſueuit: etiam ſi iá delectus antea prætor forte aſſentiri uoluiſſet:Præturam continuatis temporibus proſecutuꝝ. Qua ſe ille probitate:quo in cognoſcendo ſtudio/qua in iudicando integritate: qua in amminiſtrando fide geſſerit:qua in rebus exequendis diligentia:quæ una uirtus maxime cæteras omnes condit:atq; exornat:hinc facile cerni licet:quod defunctus tandem prætorio munere:non modo a triumuiris:quibus eiuſmodi rationes diiudicandi permiſſa poteſtas eſt:omnibus ab eo geſtis unanimiter comprobatis fuerit abſolutus:uerum etiá Senatus auctoritate noſtræ Reipublicæ donatus inſignibus:quod unum præcipue uirtutis argumentum:& ampliſſimũ monumẽtũ honoris:& quoddam ueluti pignus amoris noſtra defert Reſpublica:quæ uiros magnos:& amplitudine: atque laude excellentes:magno ſemper habet in pretio. Vere pro Biantis ſententia / Magiſtratus hunc uirum oſtendit: & qualis eſſet Baptiſta noſter planiſſime comprobauit: cuius ueſtigia tanquam fidi comites ſubſecuti ſunt: & iudices eius imprimis Aliprandus Arlottus Regienſis iuris conſultus: cuius doctrinam: ſapientiam: & bonitatem plurimum laudamus. Qui igitur uirum eiuſmodi in gerendo magiſtratu / tanta uirtute præſtare intellexi-

mus:ſperamus haud dubie:cum iterum præfinito tempore eandem præturam ingredietur:fore ſui ſimillimum ac minime a ſapientis officio diſceſſurum. Quæ omnia idcirco tuæ amplitudini ſignificanda duximus:ut intelligat communiter amari præfatum Equitem/& tua cauſa:& ſuo merito:uehementer quoq; ab uniuerſo Senenſi populo:& colletetur nobiſcũ eius uiri ampliſſimis laudibus. Vale.

SEnenſes Duci Ferrarienſi.S.P.D. Vere trito iam uetuſtate prouerbio:pares cum paribus facillime cõgregantur:uere amant inter ſe qui eiſdem fuerint/tum ingeniis/tum etiam moribus. Præturа noſtræ urbis magna cum laude functus eſt clarus & uir:& Eques Baptiſta Bendedeus: habuit & conſimiles apud ſeſe in forenſibus cauſis iudicandis : qui iuri dicendo præeſſent. Vnum cum primis Georgium Cattum Ferrarienſem genere:ſed ſtudio:& amore nihilominus Senenſem. Eius uirtutem/ſapientiam/ atq; integritatem non laudamus ſolum:ſed etiam probamus. Præbuit ille ſummæ probitatis argumentum/in pupilloꝝ ac uiduarũ negociis:quæ in multiplice cauſaꝝ uarietate maximæ curæ populoꝝ Rectoribus eſſe debent:quæq; iura omnia diuina:& humana ſtudioſe tuentur. Ita demum ſe habuit:ut nulla prorſus delata quærimonia totius noſtræ ciuitatis gratiam/ac laudem ſit adeptus. Itaq; iam tandem chariſſimũ nobis tuæ illuſtri dominationi : pro noſtra in eum beniuolentia plurimum cõmendamus. Vale.

SEnenſes Regi Neapolitano.S.Non uidetur abre eſſe/nec putamus a noſtro alienum officio: eius laudes prædicare:quem ſumma laude præſtare intellexerimus:apud eum præſertim tutius lati excellẽtiſſimum principem:qui & ulciſci ĩprobos:& prouehere bonos/ ac ſapientes non minus uelit : q̃ poſſit. Experti igitur in miniſtrando forenſi negocio:& iure dicendo uirum probum: & iuris clarum conſultum Georgium Cattum Ferrarienſem:cum intelleximus cupere gratioſum fore ſeſe apud tuam Sereniſſimam Maieſtatem/ſtatuimus/ & uirtutis eius/ac doctrinæ teſtimonium perhibere: & commendare uehementius tuæ Maieſtati:quæ ſi illum & ſuæ merito uirtutis:& noſtris precibus adducta in ſuorum numerum aſcripſerit:gratũ admodum erit futurum nobis:& a tua Maieſtate cum multiplice officioꝝ cumulo:rem quoq; huic gratiſſimam ciuitati nos accepiſſe profitebimur. Vale.

SEnenſes Regi Neapolitano.S.Nouimus acre tuæ Maieſtatis ſtudium apud Summi Pontificis beatitudinem:ad efferendum Reuerendum patrem Ioannem Maſſanum Epiſcopum tuæ deditiſſimum ſerenitati. Ea res plurimum noſtram ciuitatem deuincit:& tuæ maieſtatis in noſtram Rempublicam cumulat beneficia/cuius perſpecta ammiranda benignitate deprecamur uehementius:ut ad eius optimi uiri amplificãdã dignitatẽ proſequatur tua Maieſtas: quam ſæpius contulit efficacem operã adhibere: & nũc iuuare potiſſimum : cum præſens præſentem affabitur ſummi Pontificis ſanctitatem. Nam nihil eſt: quod firmiorem ſpem nobis præbeat:q̃ benignum tuæ ſerenitatis ſtudium/atq; grauiſſimum præſidium. Oramus ſuppliciter tuam Maieſtatẽ/ut hoc peroptatum munus nauare dignetur:nec indigne ferat:ſi crebras ea de re : quam tãtopere cupimus/litteras noſtras/ac preces repetimus. Fiduciam affert tua explorata benignitas : & honeſtæ rei (ut nobis quidẽ uidetur) ratio:& illius exorandæ deſiderium ingens. Vale.

SEnenſes Florentinis.S.P.D.Miſeramur nos quoq; in fœlicem ſortem.N.cognomento.N.quem nobis per ueſtras litteras commendatis. Vtrunq; aũt moleſtũ eſt: & incidiſſe illum in capitis diſcrimen faſſum ſe cædis reum/nec dari noſtro Magiſtratui eius liberandi poteſtatem. Fuiſſet nanq; admodũ gratum nobis largiri uobis ſimul eius hominis uitam:& ingemiſcentibus ſuis. Quod in nobis eſt:dabimus accuratam operam:ut delata re ad Senatum noſtrum:nulla prætermittan̄t intentata remedia. Quod cũ commiſeratione ipſa:tum ueſtra potiſſimum gratia:etiam/atq; etiam curabimus. Valete.

SEnenſes Generali ordinis.N.S.P.D.Petimus frequenter : & quidem magna cum fiducia: quæ honeſta putamus/& iuſta:nec dubitamus ea nos a tua benignitate facillime impetraturos. Accepimus in crimen uocari Venerabilem religioſum:& ſacræ Theologiæ profeſſorem.N.ciuem noſtrum:& priorem huius tuæ ſacratiſſimæ concionis : & ſimul cum illo cæteros profeſſores eiuſdem ordinis ciues noſtros a Venerabili.N.quod apud noſtrum collegium ea effecerint:quæ tuæ religioni:& inſtitutis aduerſari uideantur. Putamus noſtri officii eſſe:teſtimonium perhibere ueritati. Cum noſtrum magiſtratum adiiſſet præfatus uenerabilis.N.& legi uoluiſſet litteras:quas a tua Reuerendiſſima paternitate patentes acceperat:in quibus multa aduerſus fratres conuentus noſtri continerẽtur:nos ammirati litterarum ſententiam : compulimus prelibatum.N.& cæteros/qui aderant:reſpondere iis:quæ pro noſtro iudicio/falſo illis obiiciebantur. Accuſabantur tanquam diſſidentes:& diſcordes inter ſe:qui iam intelligebamus plurimum:& unanimiter conuenire: & alia dicebantur nonnulla:quæ certe a uero maxime abhorrebant. Reſpondit præfatus.N.compellentibus nobis:& neceſſitate cogente ad ueritatem pateſaciendam/ac fuit ſermo omnis cum ſumma modeſtia: & nulli repræhenſioni obnoxius/nec aliter quicquam actum eſt ab eo:& cæteris cõfratribus quod merito redargui poſſit. Nec opem aliter/aut ullum profugium a nobis efflagitauerint præfati religioſi: & laudabiliter ſe geſſerunt. Quamobrem tuam Reuerendam paternitatem oramus : ut noſtros ciues:& qui in hoc celebri Conuentu pie/& religioſe uerſantur:& cum ſumma omnium unanimitate/atq; concordia cõmẽdatos ſuſcipiat/nec aures præbeat iis:qui falſa & indigna ſuggerũt:ſed potius humaniter/nec benigne tractare uelit eos:qui & diuino cultui:& conuentus: atq; ordinis utilitati:ſaluti:& ornamento deſeruiunt. Digni ſunt eni fauore oĩ atq; auxilio/ qui bene/pie/& religioſe Deo famulantur. Erit nobis gratiſſimum:ſi interuenientibus nobis/ intellexerint noſtri ueritatem/ & iuſtitiam apud tuã Reuerendam paternitatẽ præualere:& eos non audiendos:qui ſecus fuerit oblocuti. Sumus tuæ.R.paternitatis ſtudiis omni tempore paratiſſimi. Ad capitulum uero prouinciale/noſtrum miſimus Commiſſarium ſponte noſtra commoti:ne quid poſſet oriri ſcãdali:quod ſolemus in rebus eiuſmodi ſemper efficere/ præſertim eo in loco:ubi nulli Prætores noſtri conueniunt. Vale.

Senenſes

SEnenſes Florentinis.S.P.D.Scitis nos ſtudioſe fauere ueſtris hominibus:præſertim: quos cōmendaueritis nobis.Quocirca.N.cognomento.N.& ſi grauioris noxæ cōuictus:difficile poſſit legum/ac iudiciorum pœnam effugere:iuuabimus tamē quoad nobis licebit ueſtra gratia.Non datur noſtro magiſtratui aduerſantibus Reipublicæ inſtitutis:eius liberandi poteſtas:& ad frequentiora collegia deferenda res eſt.Nos curam adhibebimus:& opem feremus ad tuendam hominis ſalutem:ut(quoad fieri poſſit) minime inanis fuerit ueſtra commendatio. Valete.

¶Patentes litteræ.

ITer Romam faciunt:cæteras quoq; petituri regiones legati noſtri Nicolaus Seuerinus & Guidoantonius Boninſinus:ille Eques:uterq; iuriſcōſultus:ambo ciues noſtri chari imprimis:miſſi a noſtra Republica/ac publici muneris gratia:quibus cum oībus in rebus optime cōſultum eſſe cupiamus. Principes omnes/ac potentatus diligenter rogamus:ciuitatum omnium/ac populoꝝ gubernatores: amicos noſtros fidenter hoc poſcimus nos:qui dei uoluntate ſummū Senēſis patriæ gerimus Magiſtratum:is uero q noſtræ obediunt Reipublicæ īperamus:ut eos ipſos legatos noſtros benefice:humaniterq; ſuſcipiāt:& comites eorum oēs:cumq; cōmeatu ſuo omni:ſublata moleſtia cuiuſcūq; ſoluendi uectigalis/ire:abire/ac redire liberos patiantur:parem a nobis officioꝝ uicem quouis tempore recæpturi. Valeant:qui legerint læta fronte.

SEnēſes Lucēſibus.S.Perlatum eſt nobis uinctum iſthic cuſtodiri.N.quēpiā:cognomēto.N.Ferunt ſui inſimulatū hoīem nō grauioris alicuius criminis:ſed noxæ potius:ad q̄ plerunq; procliuis eſt feruentior ætas/nec ſatis probe iſtructa iuuētus.Nos quoq; iprobamus/execramurq;:ſiqd eſt : qđ ꝑperā/ac minus modeſte geſſerit. Verūtamē cū ſit homo noſter:& iplorauerint noſtrā intercesſionē ꝓpinqui eius:uiri inocentes:& chari nobis:nō aſſentiri crebris illoꝝ ꝓcibus nō potuimus. Qui cū ueſtras Magnificētias intelligamus pro uetere iſtituto:libēter clæmentiā cōſectari:& poſtulantibus nobis hilare morē gerere: oramus:ut largiantur nobis eū ipſum cōpeditū hoīem:ut intelligant fui:noſtrā cōmendationē apud ueſtram ꝑclarā Rēpub. pro more plurimū habere momēti. Apponemus gratiæ:& inter cætera ueræ humanitatis officia collocabimus. Erit & gratum nobis:ſi mercedem quoq; aſſequatur:ſi qua ſibi iſthic reliqua debeatur. Valete.

SEnenſes.N.Cardinali.S.P.D.Fuit.N.qui ſuperioribus temporibus noſtræ inſeruiebat Reipublicæ: culpa maior q̄ ut ueniam mereretur:cū præſertim deliquerit iis in rebus:quas pro fide ab eo uiolata/ ægre nimium/atq; indigne patimur. Valuit tamē apud nos plus tua cōmendatio/q̄ admiſſi facinoris grauitas. Cumq; itellexerimus gratā tibi fore hominis liberationē:cōtinuo Senatus noſtri auctoritate periculo & pœna omni eripuimus illum:& tuæ reuerēdiſſimæ Dominationi enixius poſtulanti/dono dare inſtituimus. Accedit ille ipſe tuā.R.Dominationē aditurus:cui & has dedimus litteras. Is de noſtra optima uoluntate teſtimoniū ꝑhibebit. Tua ſapientia noſtroꝝ animoꝝ deuotionē facile metiri poterit. Vale.

¶Patentes litteræ.

CVm noſtræ Reipublicæ cauſa proficiſcatur Romam uir ſpectabilis & ciuis dilectiſſimus Santes Bartholomæi noſter Orator/cōmendamus illum uniuerſis ac ſingulis Dominis Principibus & Rectoribus populorum. Nos Senenſi Reipublicæ gubernandæ præfecti : ut noſtra gratia & ipſum & comites eius omnes cum impedimentis & rebus ſuis omnibus tranſire:morari:diſcedere : ac redire libere & ſine ulla ſolutione patiantur:& humanitatis atq; beniuolentiæ proſequantur officio: cum ſimus ipſi uiciſſim in ſuos pari affecti ſtudio. Quod idem ꝑ noſtrum Vicariis territorium / noſtræq; ſubditis poteſtati : ut prompte efficiant:enixe per has edicimus noſtras litteras:& imperamus. Valeant:qui legerint.

SEnenſes Epiſcopo Arretino.S.Vetus amicitia & uicinitatis ratio/& tuæ.R.P.comperta humanitas faciunt:ut fidenter ſcribamus ad eam:quæ nobis grata admodum ſunt futura. Venit iſthuc Ioannes Guſius dilectus ciuis noſter/& incola noſtri oppidi Caſtrinoui. Is cauſam habet : quā ille ipſe planius coram expoſiturus eſt. Filium Sacerdotem tuæ.R.P.cōmendaturus eſt Goſium : qui cum ſuperioribus diebus/ob defendenda eccleſiæ iura/in contentionem incidiſſet:non conſulto:ſed præter animi propoſitum/ non prorſus ſe continuit. Dolet feciſſe quicq̄:quod a ſacerdotis dignitate merito alienum puteť. Confidit in tuæ.R.P.manſuetudine ac lenitate/noſtram quoq; plurimū ualituram eſſe cōmendationē. Ea ne ſpes eum fallat: uehementer rogamus:ſemper tuis placitis/ac tuoꝝ cōmodis parariſſimi. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Quo ſtudio:quo officio:uel potius pietate efficiat ſemper tua.R.Dominatio : quæ & grata ſint nobis:& dulciſſimæ patriæ ꝓfutura: ita enim fœlicis recordationis optimus pater patriæ Pius Pontifex tactitabat Pio dulcis amoris in patriā nomine compellente:neq; ipſi ſumus neſcii:& prorſus nemo ignorat. Nunquā noſtræ Reipublicæ defuit aut cœleſte præſidium:aut eoꝝ:qui in terris principantur:optatū patrocinium. Id nobis ſpōdetur firmius:ſi in ueſtro iſto/ & ſacro patrū collegio affuturi ſint:& alii quoq;:qui pari ſtudio & amore patriā tuentur:perſuademus nobis gratum futurū tuæ.R.Dominationi:ſi alii īſuper acceſſerint:qui cooptati in uenerādum Cardinalium cœtum/tuæ benignitatis ſequantur ueſtigia:atq; imitentur exemplo. Accepimus optimā ſummi Pontificis mentem: Sereniſſimi Regis ac Principis Ferdinandi accuratiorē itercesſionē:nouimus ſanctum tuæ.R.Dominationis propoſitum ad ea ſemper efficiēda:quæ patriæ ſalutem tueri & amplificare decus poſſint. Proinde tuam.R.Dominationem certiorem facimus/nos habituros gratiſſimum ab ea:quæ ſemper optime de patria merita eſt:quicquid ſtudii curæ/laboris/induſtriæ/collatura eſt ad prouehendam Maſſani Epiſcopi:atq; amplificādam dignitatē: & a.T.R.D. benigno patrocinio/ac miniſterio:cum plurimū auctoritate poſſit & gratiā/tanti muneris amplitudinē accepturos:quod inſtante opportuniore iam tempore/par duximus noſtris ſignificandum:atq; explicandum litteris tuæ R.Dominationi. Cui imprimis placere/atq; omnia gratificari cupimus. Vale.

SEnenſes.N.Principi.S.P.D.Per tuas litteras:perq; tui excellentis Oratoris uocem cognouimus:quod dubium nunq̃ fuit:paterno amore a tua benignitate diligi noſtram Rẽpublicã. Quæ res ſola effecit: ut in eo fœdere:quod nuper initum eſt:noſtrã quoq; nominauerit ciuitatem tua illuſtriſſima Dominatio.Placet mirum in modum pſpicuum fieri cunctis Italis tum populis/tum Principibus/tam præcipuam/tamq; paternã erga nos charitatem:quãdo nuſquã noſtræ ciuitatis eſt ĩmemor tua illuſtriſſima dominatio:& firmiſſimum ſummi amoris argumẽtum affert.Agimus ob eam cauſam ingẽtes gratias tuæ celſitudini ſtatus/& reipublicæ noſtræ optimo ac beneficẽtiſſimo protectori/& patri. Quibus pro rebus ſummam referimus animoq; deuotionẽ/obſeruãtiam/fidem. Quod uero ad noĩationẽ ſpectat:cum in uniuerſali fœdere : qđ fœlicis recordationis Paulo ſecundo ſedente/firmatũ eſt:qđ pacis firmitatẽ & Italicoꝝ ſtatuum cõſeruationẽ cõplectiť: quo tuæ illuſtriſſimæ dominationis tota ſpectat itentio:locũ ſubierit nr̃a reſpublica:nihil noui cõſilii cœpimus: quãdoquidem re ipſa reperiemur ſemp ſtudioſiſſimi pacis & uniuerſalis ſalutis cõſectatores : & a tuæ illuſtriſſimæ dominationis ſancto nunq̃ alieni ꝓpoſito.Deũ quæſumus:ut oĩum fideliũ ad catholicæ fidei ꝓpugnationẽ corda cõuertat:& ad tuæ illuſtriſſimæ dominationis ꝑclara imitãda ueſtigia:poſtremo noſtrã ciuitatẽ uehemẽtiſſime cõmẽdamus tuæ excellentiæ:in cuius ſumma benignitate cõfidimus. Vale.

SEnenſes.N.Principi.S.P.D.Quanto nos /ac noſtram ciuitatem tua illuſtriſſima Dominatio complectatur amore : & ueteribus multis documentis / & nouis quottidie comprobatur exemplis. Facit id tuæ illuſtriſſimæ Dominationis paterna charitas:& noſtram indies arctiore uinculo deuincit rempublicã.Eſt ea res nobis q̃ gratiſſima:agimuſq; ob eam cauſam tuæ illuſtriſſimæ Dominationi ĩgentiſſimas gratias. Quod autẽ pertinet ad noſtræ ciuitatis nominationẽ in nouo inito fœdere:nouit tua illuſtriſſima dominatio in uniuerſali fœdere:quod ſacro Pauli Secundi Pontificatu firmatũ eſt:quod ad uniuerſalis pacis & ſtatuum conſeruationem ſpectat:locũ ſuum noſtrã ſubiſſe rempublicã.Atq; ea propter nihil noui ſtatuẽdum duximus. Quod per has litteras ſignificandum decreuimus tuæ illuſtriſſimæ Dominationi: cui ſtatum noſtrum tanquã præcipuo benefactori & patri diligentiſſime cõmendamus. Vale.

SEnenſes Venetis.S.P.D. Cognouimus quæ nobis de nominatione noſtræ reipublicæ in nouo fœdere/& litteris & Oratoris uoce ueſtra indicauit illuſtriſſima Dominatio.Perſpicimus uere ab ea:quod nunquã latuit: noſtram diligi ciuitatẽ:quæ res in mirum modum deuincit illam. V. Illuſtri . D . & ob tanti amoris experimentum/agimus ueſtræ benignitati peringentes gratias. Sed cum ſedente Paulo Secundo/in uniuerſali fœdere:quod uniuerſalis pacis/& Italicorum ſtatuum conſeruationem continet:locum ſubierit noſtra Reſpublica.Nihil ob eam cauſam aliud deliberandum cenſuimus:quod & his ſignificamus litteris ueſtræ celſitudini. Cui noſtræ ciuitatis ſtatum deuotiſſime cõmendamus. Valete.

¶ Patentes litteræ.

SEmper magnifecit noſtra Reſpublica eos omnis:qui nõ modo probitate & uirtute ornati ſunt : uerũ etiam ingenio/& præclaro quopiam artificio præſtant.Ex qua quidem re factum eſt : ut Dionyſium & Petrumdominicũ Franciſci filios:genere Viterbiẽſes:qui complures annos in noſtra ſunt urbe uerſati:& conficiendi & regendi horologii artem/magna cum laude exercuerunt: ualde diligamus : & in noſtrorũ numero cenſeamus.Experti autem in noſtra republica artificii eorum miniſterium:cum diutius noſtræ urbis horologium recta temperauerint ratione:uniuerſis & ſingulis:quibus hæ noſtræ fuerint oſtenſæ litteræ:fidem facimus nos Senenſes fideliter & cõmode/præfatos artifices inſeruiſſe nobis:& ob id noſtram/ac noſtrorum ciuium gratiam aſſecutos uirtutis & ingenii perſpicuum teſtimoniũ perhibentes:ſed gratum futurũ nobis:quicquid eiſdem fuerit allatum cõmodi. Valeant omnes.

SEnenſes Cardinali.S.Petri ad Vincula.S.P.D. Quas nup dedit ad nos litteras tua.R. Dominatio/magna cũ uoluptate ſuſcepimus:p quas optimã eius perſpicimus erga noſtrã rempublicã uoluntatem: quo nihil poſſumus omnino audire/ac noſſe iucundius.Intelligimus paternam erga nos charitatẽ : & ad noſtram iuuandam rempublicã/optimã mentẽ:ac ciuitatis huius ſaluti/ac decori amice pieq; affectam:ut non ipſi repoſcere:ſed referre potius gratiã debeamus.Perſuademus nobis ſtudioſiſſimũ habere / ac beneficentiſſimũ patrẽ. Viciſſim nos experietur tua.R.Dominatio obſeruantiſſimos filios:ac filiali fiducia & ſtatũ noſtræ reipublicæ/& noſtra omnia fidentiſſime cõmendamus.Nec Nicolaum Brancham ſolũ:ſed quotquot charos tuæ amplitudini intellexerimus amore/liberalitate/clemẽtia proſequemur. Vale.

SEnenſes.N.Patrimonii Gubernatori.S.P.D.Noſtra ea firma mens eſt:id ſtudium diligens : ut pacem & quietem maxime tueamur:præcipue uero cum tuis:& qui Romanæ parent eccleſiæ : a cuius deuotione nunquã aliena reperta eſt noſtra reſpublica:tuam parem confidimus ſemper uoluntatẽ fore. Qui igitur eodem ſumus affecti animo:paria quoq; reddamus officia.Proinde tuã.R.P . oramus: ut ad dirimendam controuerſiam:quæ ſuperioribus diebus pecoris gratia orta eſt:ſuadeat:& impellat.N. & . N. utrunq; Caſtrenſem/noſtrum adire Magiſtratum:quod ut libentius efficere uelint : publicam fidem mittimus: per quam tutus pateat acceſſus/ac reditus. Curabimus:quum ad nos uenerint:ita illorũ cauſam:ut facile liqueat: nihil nos ſequi accuratius/q̃ iuſtitiæ & æquitatis cultum:& non iuſtitiam ſolum tui homines:uerum etiã humanitatem reportabunt.Interea tua intereſſe putamus:ut noui fiat nihil:ſed tuta/ac pacata utrinq; ſint omnia:dum res cõmodiſſime ſopiatur. Vale.

SEnenſes Regi Neapolitano.S.P.D.Legati noſtri:qui paulo ante ad uenerandã tuã Maieſtatẽ acceſſerant:reuerſi ad nos/abunde retulerunt ingentem eius erga noſtram rempublicã charitatẽ:& tuæ Serenitatis uere paternum erga nos animũ.Id tam etſi nobis multis iampridẽ documẽtis eluxit:repetitum tamẽ mirã nobis/& uniuerſo huic populo uoluptatẽ affert. Pro tanta benignitate : pro ſummo

ſtudio/atq; affectu:pro noſtræ ciuitati ſalutari collata opera/agimus q̃ maximas tuæ Maieſtati gratias: maiores habemus q̃ quæ explicari litteris poſſint. Oramus eam quoq; ſuppliciter:ut eodem hanc patriá/quo ſemper conſueuit:amore ac beniuolentia proſequatur. Quandoquidé plurimũ patrocinio ac fauore tuæ Maieſtatis confidimus:cui ſtatum & libertaté noſtrá deuotiſſime cõmendamus. Vale.

SEnenſes Regi Neapolitano.S.P.D.Non dubitamus tuæ Maieſtati cõmẽdare noſtros hoies:eos præſertim:quo℞ calamitoſam ſortem miſeramur. Annos iam compluſculos Fabianus quidam Enrici filius/noſtri agri uetus incola/in triremi:cui Monicæ cognomentum:uerſatus eſt. Per noſtros Oratores alias quoq;:perq; litteras cõmendauimus. Annuit clementer tua maieſtas: & ſeſe erepturam hominem/benigne pollicita eſt. Memores igitur tam liberalis oblati:tuam Maieſtaté rurſum precamur:ut eum ipſum Fabianum largiri dignetur mœrentibus ſuis:& exaudire noſtras preces:quod tanto erit gratius nobis:quanto maiore ſtudio a tua Maieſtate collatum:quæ bene ualeat.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senẽſi.S.P.D.Cum paulo ante intellexerimus tuæ.R.D. maximá erga Maſſanũ Epiſcopum/& dilectũ conciuem benignitaté/ac pium affectum:quanq̃ ueræ dilectionis ſtudio fuerit illum amplexa tua clemẽtia:miram/atq; præcipuam uoluptaté ſuſcepimus. Nam cum ſit tua.R.Dominatio optimus pater patriæ:quæ cõmuné patriá ſtudio atq; induſtria omni iuuare non deſinit:ad cætera beneficia eum quoq; addit amoris cumulum:ut qui nobis chari ſunt:& patriæ ſaluti/ac dignitati conſulunt:eos beniuolentia/charitate/atq; officio proſequatur. Optime nanq; res ſe habet:cũ unum conſentire uidentur cũ capite membra quæq;:& eundem finé pari cõſectant̃ ſtudio. Id uere laudandũ:atq; maxime expetendũ uidetur. Quocirca arctius nos deuinxit tua benignitas:quæ præfatũ conciué noſtrũ in ſinum ſuũ admiſit:& amore beniuolentiaq; cõplexa eſt. Perſuadeat ſibi quæſumus/tua.R.D.rem nobis feciſſe gratiſſimá:ac facturá quoq; gratioré poſthac:ſi ut benigne cœpit:eodem aio eſſe pergat. Quicqd uero ſtudii/amoris/officii in eũ: qué præſcripſimus reuerẽdum patré cõtulerit:tam iucundum fore nobis/q̃ quod iucundiſſimum. Vale.

SEnenſes Frãciſco Cardinali.S.P.D.Maſſanũ Epiſcopũ & quia præclarus conciuis eſt:& ſtudioſus cõmunis patriæ propugnator:uehementer diligimus:lætamur uero plurimũ amari quoq; eundé a tua R.Dominatione:quæ huius reipub.ſalutem/decus/cõmodum magno ſtudio cõſectatur. Eos aũt iuuat:tuetur:quos & charos patriæ nouit:& patriæ ſecũ dignitati ꝓſpiciunt. Quo numero cũ Maſſanum Epiſcopũ merito cenſeamus:ꝓfitemur futurũ nobis q̃ gratiſſimũ:quodcũq; in illius gratiá/ſtudiũ/atq; officium tua cõtulerit.R.Dominatio:quæ ſtudioſiſſime ſemꝑ oia nobis gratificari cõſueuit. Illam precamur: ut quo ſemper fuit:eodem quoq; ſtudio erga nos & cõciues oés animo eſſe pergat. Nam id multis experimentis comprobatum eſt:uere cunctis in rebus tuam.R.D.noſtram:ideſt:dulcem patriam amare Rempublicam. Vale.

SEnenſes.N.Cardinali.S.P.D.Diligimus uehemẽter Antonium Ioannis filium Craſſetanũ Rotarellum:& propter uiri probitaté ac fidem:& qđ in numero cenſeamus dilecto℞ ciuium. Is cãm habet:q̃ coram ille ipſe explicaturus eſt. Quanquá ĩtelligimus iampridé gratioſum extitiſſe apud tuam benignitatem:tamen ob noſtram erga illum beniuolentiá pati nolumus uacuũ accedere & litteris & commendatione noſtra. Illud quæſumus/ſibi perſuadeat tua.R.Dominatio/gratum nobis admodũ futurũ:quicquid in illum tua contulerit benignitas fauoris & opis:quo poſſit fieri facilius iuſti uoti cõpos. Confidimus iura ſua a ſummi Pontificis æquitate haud dubie aſſecuturũ:adhibitis tuæ.R.D.Optatis precibus. Vale.

SEnenſes Regi Neapolitano.S.P.D.In magna noſtri ſæculi fœlicitatis eſſe parte putamus/regnare in Italiæ oris tuá Maieſtaté:in qua ea cõcurrãt oia:quæ a uere ſapiẽtibus maxie expetẽda iudicant̃. Ná ad ſummá ſapientiá atq; cõſilium/ad animi magnitudiné/atq; icredibilé uirtutis laudé:ad ꝓcipuũ bene/trãquille/pacate uiuẽdi ſtudiũ accedit diuinæ cuiuſdam gratiæ plenitudo uires atq; opes abunde ſuppetũt:& cũ magna in Deũ pietate:ſumma in liberos populos charitas adiuncta eſt. Teſtis eſt noſtra res publica:quæ freta tuæ Maieſtatis Ardẽti erga ſe amore/ac firmo præſidio/nullius formidat ĩſultationé: nec cuiuſquá pertimeſcit inſidias. Quate cũ ſumma animo℞ iucũditate/tuæ Maieſtatis accepimus litteras. Sed accepimus iápridé benignas oblationes:ac ſcimus illi nos filiali quodá iure uti poſſe:quotiés uſus poſtulauerit. Rumoribus nihilo plus tribuimus:q̃ ratio ipſa ſuadeat. Sed æquũ putamus:euenta oia cũ tua maieſtate cõferre: cuius conſilio recreamur:cuius beniuolentia/ac patrociniũ noſtrá Rẽpub.tutá/ac ſecurá reddit. Pro his oibus ingentes gratias agimus: & rurſum Senenſem patriam tuæ Maieſtati deuotiſſime cõmendamus:ac Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Veram tuæ Reuerendiſſimæ Dominationis in patriam charitatem quottidie experimento cognoſcimus. Quandoquidem probatio dilectionis exhibitio eſt operis. Multiſariam profuit noſtræ Reipublicæ tua benignitas: pro eius cõmodo laborare nunquá deſinit. Cauſa cum Reuerendiſſimo domino Spoletano perſpicuum affert documentum. De his igitur quæ acta ſunt hactenus:agimus ingentem gratiam. Sed ad rem conficiendam iterum/atq; iterum tuam Reuerendiſſimam dominationem obſecramus:ut & cauſam diiudicet:& celeriter expedire dignetur:quod erit & ſalutare patriæ:& nobis certe quam gratiſſimum. Plura tamen ea ipſa de re explicanda noſtro iniunximus Oratori: quem libenter quæſumus:audiat tua.R.D.quæ Valeat.

¶ Patentes litteræ.

FVraces homines & improbos execramur: & eoſdem cupimus iuſte coherceri ad tuendam iuſtitiam: cum proximis diebus nonnullæ fuerint ſurreptæ pecuniæ/& arma/ac ſuppellectilia quædam prouido uiro Andreæ Cerlino/a quopiam.N.qui eidem Andreæ inſeruiebat:quæ omnia ſingillatim ac fuſius idem ipſe poterit explicare. Idcirco uniuerſos/ac ſingulos principes/ac ciuitatum Rectores/amicos ac beniuolos noſtros rogamus nos:qui Senenſem Rempublicam gubernamus:noſtris uero Vicariis/ac præ-

toribus/ſubditiſq; edicimus ac iubemus:ut ad ſua recuperanda præfato Andreæ fauoré atq; auxilium ferre uelint:ne ĩprobis pateat delinquédi licentia:& cæteri ab ĩprobitate deterreanť:cũ uiderint peccádi ſublatá copiam. Nam hoc ipſum noſtra Reſpublica ſemper ſtudioſe efficere cõſueuit. Valeant oés nemini facientes iniuriam.

SEnenſes Florentinis.S.P.D.Compertum habemus:ea uos ſponte ueſtra libenter efficere : quæ iuſta ſint:rogatu noſtro etiam iucunde:quæ amicitiæ congruere uideantur.N.homo agricola Caſentinas: dum fundum colit Fráciſci Menghini/ciuis noſtri:qui has defert litteras:clam profugit:& pecus abigit:quod ex eo planius intelligere poteritis.Erat Fráciſcus præfectus arcis cuiuſdam:ut antea ad rem ſuá operá/ac tépus minime conferre potuerit.Nunc munere illo defunctus/ipſe ad uos uenit ueſtra/iuſtitia/ſuo iure/& noſtra quoq; commendatione fretus.Sperat rediturum ſeſe iuſti petiti compotem. Rogamus igitur uos uehementer:ut ciuis noſtri negocium:quod ſemper conſueuiſtis:accipere humaniter uelitis:iuſte/atq; amice nauari iubeatis.Quod erit nobis gratum ſimul/ac periucundum.De.N.& eius conſociis paſtoribus nihil eſt : quod amplius ſcribendum putemus.Ipſi teſtes erunt optimæ noſtræ erga ſe uolútatis . Cõfidimus illos uobis per nos etiam ingentem gratiam habituros:quandoquidem paterno eos more proſecuti ſumus:pro peccato magno pauxillulum pœnæ ſatis eſſe rati. Valete.

SEnenſes Florentinis.S.P.D.Iacobus cognomento Anglarius:cui ad uos has litteras dedimus: cauſam habet: quá expoſiturus accedit: ualde cõfidens ueſtræ iuſtitiæ & æquitati:& noſtræ inſuper cõmédationi: q̃ intelligit plurimũ ualuiſſe q̃plurimis.Eſt uir ſatis probus:ſed certe pauper admodũ:& ueſtro auxilio nõ indignus ꝓpter cauſæ iuſtitiá.Hortamur uos igitur uehemẽter : & ꝓpter uiri inopiá atq; egeſtatem etiá/atq; etiá rogamus:ut re plane perſpecta/ius ſuum uobis iubentibus/facillime conſequatur : quanquá intelligimus minime neceſſe pluribus uerbis/iuſtitiam cõmendare iis:qui iuſtitiá ſtudioſiſſime cõſectantur. Nec dubitamus/noſtras litteras iuſtis in rebus momenti apud uos plurimum habituras. Valete.

SEnenſes Genuenſibus.S.P.D.Ianuenſes/ac ueſtros omnes iure ueteris neceſſitudinis:ac pro arctiſſimo ueræ amicitiæ uinculo ualde diligimus.Quamobrem intellecta iampridé cauſa.N.ciuis Ianuenſis:curauimus:ut in ea iuſtum ferretur iudicium ab iis:qui iuri dicendo præſunt . Nec ulla defuit induſtria:nec opportunus fauor.Lata ſententia eſt:& cauſa iuſte confecta.Cum adhuc tamen inſtaret.N.& ſe læſum aſſeueraret:rurſum illi optionem dedimus eius in noſtra urbe tribunalis:quod maxime ſibi cordi eſſet.Abnuit ille:& relictis rebus/alio conceſſit.Nos mirati ſumus uiri abitionem:cum præſertim menté noſtrá probe intelligat:& inuiolatam noſtræ ciuitatis ad iuſtitiá tuendam obſeruantiá:atq; ad Ianuenſes oés iuuandos noſtrá conſuetudiné.Pro ueteri igitur probatiſſima amicitia:cuius legé uolumus ſtudio omni cũ populo Ianuéſi ſeruare:iterum/atq; iterũ.N.præfato iuris cognitioné apud noſtra tribunalia:& noſtrũ inſup fauoré deferimus. Poſtremo omnibus in rebus optimá noſtrá experiemini uoluntaté/atq; amicoꝝ officium. Valete.

SEnenſes Cardinali Papienſi.S.P.D.Nihil difficile:nihil laborioſum uere amantibus.T.R.D.tum demum uere lætatur:dum noſtræ Reipublicæ & cõmuni patriæ conſulit:proſpicit: fauet . Quod iam in ſumma rerum uarietate q̃planiſſime/q̃ ſæpiſſime exploratum eſt nobis.Sed quid multa? Cõmunis Chriſtianæ Reipublicæ ratio/huius Reipublicæ cauſa:quam ex optimo animo/atq; intimo cordis affectu diligit:uel amat potius tua benignitas:facile ſuadet:ut tuam operá fidenter expoſcere nequaq̃ uereamur.Fertur Bartholomeus Bergomenſis clarus Dux exercitus relinquere tandem Venetiam : & uel Fláminiá/ aut Etruriam uerſus cogitare:quæ res populis aſtipulatoribus/ac ſectatoribus pacis minime negligenda uidetur. Scribimus ad Reuerendiſſimũ Cardinalem noſtrũ:ſcribimus & ad ſummũ Pontificé.Ea de re litteras : ut noſtro munere perſungamur.Cupimus tuæ.R.Dominationis noſſe ſententiá:& quid cogitandũ:quid ue tenendũ cenſeat:per tuæ Dominationis ſcire litteras.Fecerit ea nobis pro uetere more gratiſſimũ:ſi expectantibus/atq; exoptantibus nobis morem geſſerit:& conſilio/ac ſalutari monitu non defuerit.Abſquiuis homine beneficium libenter accipimus:ſed ab amantiſſimo patre apprime iucunde. Vale.

SEnenſes Florẽtinis.S.P.D.Menté noſtrá iamdudum uobis cõpertam nõ ignoramus : ea profecto eſt: ut ſtudio atq; officio noſtræ amicitiæ:quá eſſe probatiſſimá cõſtat:nunq̃ deſit.Quocirca acceptis ueſtris litteris:per quas nobis cõmendatur.N.Politianenſis:qui ob parricidii reatum/cuſtodia aſſeruať: quanq̃ facinoris indignitas/& hominis etiam minime latens culpa cauſam difficiliorem efficiant:tanti tamé apud nos ueſtra uoluntas & cõmendatio ualet : ut ad liberandum hoiem/omni accingamur iduſtria.Norunt hi:qui precibus inſtant:quale in hoc uſq; tempus potuit iactum eſſe principium.Nec(quantũ in nobis fuerit)niſi re confecta cõquieſcemus.Iuuat enim nos mirum in modum gratificari uobis:qui bene Valete.

SEnenſes ſummo Pontifici.S.P.D.Quod in oppido noſtro Aſciani ad domos exædificandas conſtitutum eſt:ſi oculis cerneret:facile tua Sanctitas comprobaret.Opus nanq; eſt quod decori/ſalubritati/& utilitati cultorum conueniat.Sed intellectis tuæ beatitudinis litteris:& iis:quæ ea de re nobis nuper ſcripta ſunt:monitis iis:quos operi conficiendo præfecimus:confeſtim operam dedimus: ut eiuſmodi in ædibus conſtruendis ratio habeatur:ne ullo modo ædificii cuiuſquam/uel ſtructura/uel altitudo Hieroſolymitanæ ædi poſſit officere:atq; ita tua beatitudo certo ſibi perſuadeat.Pretia uero eorũ:qui ſitum & aream nacti fuerint:curabimus:ut penes idoneam perſonam deponantur:ut cum Hieroſolymitanæ ædis commodo in rem quampiá fructuoſioré uerti poſſint:& tum in hoc negocio/tum in cæteris omnibus experietur nos tua ſanctitas ſibi:& Apoſtolicæ ſedi uere deuotos:& iis:qui tuæ beatitudini ſecundum carnem iuncti ſunt:ex ĩtimo corde affectos.Nos parem beniuolentiæ uiciſſitudinem huic ciuitati deberi non iniuria putamus.Ea eſt enim Senenſis reſpublica:ut quodam peculiari iure & Apoſtolicæ ſedi/& tuæ beatitudini chara imprimis eſſe debeat : & in eam repetendi non uulgaris amoris:ſed paternæ charitatis affectus. Vale.

SEnenſes Florentinis.S.P.D.Quam ueſtra apud nos & apud noſtram Rempublicam auctoritas ualeat:iampridem noſſe plane potuerunt ueſtræ excellentiæ:& facile multis experimentis perſpicere. Sed id quoq; ſit argumento haud ſane mediocri.N.paricidii reum:quod imprimis facinus iura omnia diuina/atq; humana execrantur:ſolutum uinculis/impune dimiſimus:& tantopere commendatum nobis/ſaluum ſuis condonauimus.Fecimus id ſane non inuiti:cũ & ex ueſtris ac noſtri Oratoris litteris gratum fore intellexerimus ueſtris Magnificentiis: quibus quod factum eſt:ſignificandum duximus: ne ſint bonæ mentis/ac noſtræ neſciæ uoluntatis. Valete.

SEnenſes Sũmo Pontifici.S.P.D.Ex binis tuæ Sanctitatis litteris:quæ nuper nobis redditæ ſunt: facile perſpeximus/id curare/id efficere tuam beatitudinẽ:quod uerum Chriſti Vicariũ & paſtorẽ bonũ decet:ut catholicæ fidei dignitati conſulatur:intendatur propugnationi ac ſaluti:fidelium populorũ tranquillitati proſpiciatur:Chriſtianoꝝ Principum in unum corda cõſentiant:& eoꝝ:qui noua moliri fortaſſe cogitent:coherceatur libido:cõpeſcantur motus.Nam dum hæc ab uniuerſali patre & ſummo Pontifice fiunt:ſperandum ſit proſpere omnia ſucceſſura fidelibus/illo aſpirante:in cuius manu ſunt omnium poteſtates:& ſic credimus eneruandas uires illius:qui Chriſti nomen tanta uæſania/ac fauore inſequitur. Eiuſmodi paſtoralis curæ ſanctum iſtitutũ miris efferimus laudibus:tuæ beatitudini grates ſummas perſoluimus:quæ ſuam nobis per benignas litteras ſniam patefecit:præſidium atq; auxilium obtulit ad tuendam Italicam quietẽ:ad propulſandam iniuriam: ſiqua forte inferretur:ad noſtrã quietem cõfouendam:quo eodem animo & Sereniſſimum Siciliæ Regem Ferdinãdum eſſe putamus:ad quem nos quoq; litteras dedimus.Prouiſiones tuæ Sanctitatis plurimum laudamus:principio nanq; occurrendum eſt malis:ne ſi uſpiam turbæ oriantur: diffundantur ex inde latius:& procliuis res ad malum dum ſemel cœperit:ſerpat:ac pleroſq; in eandem calamitatẽ trahat. Excubare tuã beatitudinem uigili cura:ac ſalubri proſpicere cõſilio/nos iuuat:& boni paſtoris munere fungi: qui ſi pro ouibus dare animam non formidat:profecto ſtudio omni curare debet:ut eas a Luporum tueatur incurſibus. Vna ſenenſis ciuitas eſt Sanctæ Romanæ eccleſiæ contigua finibus/fide/& ſummi amoris nexu deuincta. Vna utriuſq; ſalus:una eademq; fortuna:ſors una incumbit ambabus. Quare confidimus/tam pro officio paſtorali q̃ pro ingenita quadam ac legitima in hanc patriam charitate/noſtris rebus nunquam tuam beatitudinem defuturam: cuius oblata filiali iure libenter accipimus:& gratias q̃maximas agimus:ſupplicantes:ut ſiquid poſthac certius innoteſcat:nos quemadmodum benigne pollicetur:certiores quoq; reddi iubeat.Nos & de rebus neceſſariis ſolliciti erimus:nec ad noſtra munienda loca ſegnes.Placuit uehementer accepiſſe:quas ad nos ſcribere dignata eſt tua Sanctitas circa fœderum rationes:quæ uero ſentit:quæ agit:omnia a diuino conſilio/ſingulari ſapientia: ſumma bonitate prouidentiſſimi Principis cura profecta eſſe arbitramur:nec dubitamus uniuerſorum Dominum uniuerſorum quoq; ſaluti optime conſulturum. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali.S.P.D.Quoniã uigilando/agendo/bene conſulendo iuuat ſemper tua reuerẽdiſſima Dominatio cõmunẽ patriam:ſtatuimus noſtrarũ partium eſſe:ut tibi q̃maximas nos habere gratias profiteamur. Quas ingentes agimus:referre uehementer cupimus.Per ſummi Pontificis:per tuæ Reuerẽdiſſimæ Dominationis litteras accepimus:quæ ſcire noſtra itereſſe arbitramur. Videmus nanq; ſummi Pontificis Sanctitatẽ & ad tuendã quietẽ/& ad ferendã opem(ſi forte uſus acciderit)probe affectam.Id nos eius bonitati & optimi paſtoris officio/& tuo ſtudio/atq; interuentioni aſcribimus. Duo igitur oramus enixius.Primũ:ut ſiquid noui præterea de eiſdem rebus afferatur:rurſum nos digneris facere certiores:tum ſanctum Pontificis inſtitutum aſſiduis precibus ſtabilire/ac pro nobis eius beatitudini grates perſoluere. Nos tanto freti patrocinio/tutiora omnia fore ſperamus. Quin etiam haud ſegnes:ſed alacriores erimus pro uirili noſtra ad cõmunem tranquillitatem conſeruandam. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senẽſi.S.P.D.Pietatis ſtudioſo nihil difficile perſuadere pietatis opera. Itaq; in cauſa Ilcinenſi ad condendum pietatis Montem:de qua tum per Oratorem/tum per litteras/alias ſatis ſcriptum putamus: exiſtimantes opus ſalutare/& populo illi maxime neceſſarium/& ad ſubueniendum pauperibus ualde accõmodatum:quos iuuari & foueri iubet pia religio: rurſum oramus ſuam benignam interuentionẽ adhibere dignetur tua.R.Dominatio:ut per eius operã populus ille optata hæc/noſtra quidẽ ſentẽtia/fauore digna:a ſummi Pontificis exoret beatitudine:& ii qui refragenẽ: moneanẽ ſancto inſtituto nõ aduerſari.Placuit Ilcinenſibus latum iudicium a tua.R.Dominatione:& faciliime comprobarũt. Cenſent par eſſe:ut tandem aliquando executionem habeat. Quod cum fiat:tuæ dignitati cõſulitur: noſtrorum cõmodis proſpicitur:egenorum neceſſitati ſuccurritur:& nobis gratum futurum eſt. Vale.

¶ Patentes litteræ.

NOn uidetur ab re eſſe:ſed nec putamus a noſtro officio alienum eius laudes prædicare:quẽ ſũma uirtutis laude præſtare intellexerimus:apud eos præſertim:qui in toto Latio gloria florent:& pro ſumma iuſtitia/ut malos atq; improbos ulciſci:ita bonos ac ſapientes uiros prouehere:& debitis afficere honoribus didicerunt. Quocirca uniuerſos ac ſingulos præclariſſimos Italiæ Principes & magnos/atq; illuſtres uiros & inſignes populoꝝ Rectores/ac præfectos:cæteroſq; noſtræ reipublicæ amicos/& ueri amoris uinculo fœderatos/rogamus nos:qui præſumus Senenſi populo:experti in miniſtrãdo forenſi negocio/& iure dicendo uirum probum/& iuris clarum Conſultũ Georgium Cattum Ferrarienſem/& eum ipſum benigne humaniterq; ſuſcipiant:ſtatuimus nanq; noſtras partes eſſe:ut maximæ uirtutis/ac probitatis eius/doctrinæ præterea/ac ſapientiæ perſpicuũ teſtimoniũ perhibeamus:& eundem magnis precibus/ac precipuo ſtudio cõmendemus:cui quicquid fuerit allatum commodi/honoris/amplitudinis:& gratiſſimum intelligant futurum nobis: & nos id omne ad gratiam ac uoluptatẽ aſcripturos. Valeant omnes:quis legerint.

SEnenſes Florentinis. S.P.D. Noſtra reſpublica ſuopte quodam ingenio ſemper religioni fauit:& eos qui relictis humanis rebus ſeſe ad eam contulerunt:nõ deterrere:ſed inflãmare potius conſueuit. Cũ ſciamus ad id ſubeundum perfectiſſimum uitæ genus etiam percalcatis parentibus / eſſe pergẽdum. Sed quo res maior/ac præclarior:eo debet eſſe illius deligendæ cura/maiore conſilio & maturiore iudicio ſuſcipienda. Aetas plerunq; tenerior repentino quodam quaſi impetu potius q̃ conſilio/magnis cõplicatur erroribus. Conſulto igitur & mature cogitato opus eſt:ſiquis eiuſmodi uitæ rationem diligendam conſtituerit. Qua propter uenit. N. Clarus ac prædilectus ciuis noſter/eius filius. N. incertum/an diuina inſpiratione an ætatis quodam leuiore motu/ad monaſterium religionis. N. tranſfugit. Cupit ſapiens pater altiorẽ perſcrutari filii ſenſum:nec dehortari:ſed ſcire filium præmonere:qui modo in ueſtra ditione & urbe uerſatur. Hortamur uos: ut pro ueſtra ſapientia/atq; bonitate operam adhibere uelitis:uti & alloquendi filium/patri poteſtas minime denegetur:quod omni ratione probandum uidetur:ſed & nec alio transferatur/tenella adhuc ætate filius : dum rem conſtantiore animi iudicio/mente uolutare/ac meditari poſſit. Veſtra ſapientia rem conſiderabit ſolertius:ueſtra æquitas benigne fauebit ſolicito tantopere de filio patri. Valete.

SEnenſes Florentinis. S.P.D. Qui tranquillitatem cunctis rebus anteponimus:uel minimam quanq; malorum ſcintillam/& ualde execramur:& extinguere ſtudioſe cõtendimus:quam quidem ob rem cum nouerimus Politianenſes & Calitianẽſes de agrorum finibus diſſidere:noſtros ſemper iuſſimus ocioſos eſſe. Dolemus quoſdam ex Politianenſibus nupeтrime collecta manu/balneas Calitianẽſes: quæ plane in noſtra ditione ſunt inuaſiſſe:deq; caupona loci eius/arreptis armis/lectiſterniis / ac ſuppellectilibus compluribus feciſſe:quæ non uicini debent:ſed hoſtes ſolent. Hæc cum nobis nunciata ſunt/continuo ad uos literas damus:rogantes ut his turbis occurrere uelitis:& ueſtros iubeatis quiete agere:ut qui cõmuniter paci conſulimus:cõmuni quoq; ſtudio agreſtia & inſolentia ingenia a malis exemplis arceamus. Quanquam intelligimus naſci hæc mala omnia a litigatis finibus. Qua in re ſiquid eſt:quod ad componendam controuerſiam omnem/ueſtra prudentia agẽdum cenſuerit:reperiemur & uoluntate probe affecti/& opera alacres. Diſcordia radicitus uellenda eſt:mala in ſemine eligenda. Nos Calitianenſes continebimus. Vos oramus/frenare audaculos:ne quid poſſit deterius contingere. Dedecere putamus diſſidere a capite membra. Vtriq; pacem amplectimur:utriq; paci aduerſantia prohibere debemus. Valete.

SEnẽſes. N . Epiſcopo. S.P.D. Quam nouimus tuæ. R.P. ſummã erga nos beniuolentiã/fiduciam præſtat:ut noſtros fidentiſſime cõmendemus. Cõmẽdauimus paulo ante cauſam Ioãnis Benaſſai & Antonii Paltonii/noſtrorum ciuium. Impellunt nos cauſæ nihilo leuiores:ut etiam Bartholomæũ/unũ ex palatii noſtri uiatoribus/cõmẽdare debeamus:a quo apud tuum tribunal petit perſolui ſibi ſummam quãdam pecuniarum. Quidã. N. quẽ putamus noſtro homini facere iniuriam/& q̃dem multifariã. Primum quonia aſſerit. N. rõnem pecuniaꝝ cõtractam in Romana curia:cũ tota in noſtra urbe inter eoſdem ipſos uerſata ſit:& nõ ſpectat ad Bartholomæum ſolũ:ſed ad tres alios:qui in pari ſunt cauſa:& nunq̃ ne aſpexerunt q̃dem Romanã urbem:& aduerſarius Romæ cõtractũ aſſeuerat. Deinde ad noſtra tribunalia acceſſiuit iampridẽ noſtratẽ hoiem:& patronum ſibi ad defenſionem parauit. Sed cum ſe iniuſtam cauſam fouere intelligeret:repente deſerto iudicio, alio profugit. Perdiu ſiluit. Nunc denuo ad tuum forum citat hominem Senenſem uirum inopem / & paratum præſtare:quod iuris eſt:& quod aduerſarii mentem patefacit:nunc geminatã ſummam pecuniarum petit:uidelicet ſperans propter inopiam/nõ poſſe hoiem eccleſiaſticum:& longinquũ adire tribunal:& ita indefenſum de ſuo iure cadere. Oramus igitur tuam. R.P. ut inopis hominis miſerta/remittere uelit hoc iudicium ad eos iudices:apud quos antea ageretur:& qui omnibus ſunt iuſtitiã miniſtrare parati:quod in noſtra ciuitate diligẽtiſſime ſemp ſeruatũ eſt:quæ maxime iuſtitiã tuetur:denegat nemini oibus æquam reddit. Igitur ſi pp preces noſtras:& ob dignitatem huiuſce reipub.& pp impotentis hominis pauperiẽ hoc cõceſſerit tua. R. paternitas:habebimus certe gratiſſimũ:mutuã ſemp/ac parem officii/& humanitatis uicem reddituri. Vale.

SEnenſes Florentinis. S.P.D. Cum iſthuc nup cõceſſerit uir clarus Ioannes Lorinus:cui cauſa Fouianenſium demandata eſt:ob nõnulla priuata negocia:ut ea confecta res/ueſtram noſtrãq; rempub. ueterę diſſoluat moleſtia: hortamur:atq; ualde rogamus uos:ut eundẽ q̃ primum ad fines agrorũ terminandos/rurſum legare uelitis. Noſter quoq;. N. etſi ad larem ſuum ſalutandum pauliſper acceſſit:præſto erit:& Lycinianum cõleſtim repetet relictis rebus:ut ambo cõuenientes:q̃bus res omnis exploratiſſima eſt : proſpere negocium perſequãtur:ut ueſtri ac noſtri iam in gratiam redeant:& ocio ac tranquillitate fruantur/cõtenti ſuis finibus. Id nanq; unum propoſitũ eſt nobis:qui & ſtudio pacis/& ueræ fraternitatis officio/nunq̃ deeſſe uolumus:gaudentes ſecundis rebus ueſtris:quoꝝ utranq; fortunã nobiſcum cõmunem putamus. Qua de re potuit copioſius retuliſſe uir ornatiſſimus/& magna itegritate/ac prudentia Donatus Acciaiolus paulo ante legatus ad nos ueſter. Bene ualete. Scriptis/ac iam obſignãdis litteris/ex Clanciano nunciatũ eſt id:quod exẽplo litterarũ facile cõſtare põt:quod ad Donatũ Acciaiolum dedimus:noſtra quæ mens ſit in cauſa Politianenſi cũ Clancianenſibus probe inſtructus eſt Donatus idẽ ciuis ueſter clariſſimus:q cũ ea de re ſermo habitus eſt longior:ipſum uelimus audiatis. Nam etſi ex cõtrouerſiæ loco Boues aratorii abducti ſunt:noſtro iuſſu ad dominos redierunt : uno excepto:quẽ ſors pdidit/ad quẽ recõpenſandũ data opera eſt. Nec.n. de minimis nobis cura eſt:ſed cupimus : contendimuſq; litem dirimere oĩm. Vos/ut idem efficiatis:oramus:& his malis/cõmuni conſilio/ac pudẽtia medeamur. Nos noſtros cõpeſcimus:uobis aũt duplex habẽda cura eſt:ut Politianẽſes obſequantur uobis: & quæ uera ſunt:afferant in mediũ:q̃bus recte pſpectis/facile parebit remediũ. Plura loquet̃ Donatus. Nos ab honeſto nunq̃ diſcedemus officio. Cogitamus.n. efficimuſq; oia pſtudioſe:quæ pacis ſunt:& tuendæ quieti maxime conſentanea. Quamobrẽ ediximus integrã Politianenſibus reſtitutionẽ fieri. Iterum Valete.

Senenſes Florentinis. S.P.D. Cum nuper ueſtro in ſtadio equus Iacobi Pecii brauium / primus oīum ſit aſſecutus: accepimus curſum in dubiū uocari. Scimus uos ea ſtatuere / ac decernere ſemp: quæ iuſta ſint: & ueſtræ reipub. dignitatē tueant. Quare oramus uos p noſtrā amicitiam ac fraternitatē: ut re plane cognita / a pſpecta / cauſam ita iudicare uelitis: ut intelligant oēs: quod ſane exploratū cōpertumq; eſt: nihil uobis propoſitū eſſe magis q̄ iuſtitiam atq; æquitatem: & ſecundū illam noſtræ amicitiæ ac mutuæ charitatis rationem: præſertim in ea re: quæ glorioſam ac præclariſſimam ueſtræ inclytæ reipublicæ celebritatem ſpectat. Iuſta petimus: & ea tribui ciui noſtro a ueſtra præclara repub. uehementer oramus: quæ Senēſem non ſecus q̄ Florentinum æquo ſemper diſcrimine agit. Valete.

Senenſes Florentinis. S.P.D. Intellecta legatione. N. ad Fouianenſe negocium p ueſtras litteras cōfeſtim nos quoq; N. iuſſimus iter arripere ad Lycimanenſes fines: prope diem affuturum in loco. Ei illi mādata dedimus: quæ plane oſtendant / nos nihil cupere uehementius / q̄ ut illi ſtatuatur contentioni modus. Nec unquā deerimus: quin facile hæc res fiat. Valete.

Senenſes Regi Neapolitano. S.P.D. Noſtrā ciuitatē tanto amore proſequit tua Sereniſſima maieſtas: ut & noſtros omnes magna ſemper beniuolentia & pio cōplectatur affectu: quæ res parit eam fiduciam nobis: ut noſtros iuſtis & honeſtis in rebus non dubitemus fidētiſſime cōmendare. Aduehebāt ex Aphrica curſores equos non nulli ex noſtris nomine Naddi Nicolai filii / ciuis noſtri dilectiſſimi: & in noſtra ciuitate claro genere orti. Cumq; ſecus Siciliam nauigarent / intercepti ſunt a nautis. N. qui duabus triremibus præeſt: ac tandem liberatis equis / captiuus ſeruatus eſt Petrus quidam Torſinus ciuis noſter: & aurei retēti circiter duo & octuaginta: & alia quædam. Quod cum iniuſte actum ſit: certo ſcimus nō modo præter tuæ maieſtatis uoluntatem factum: ſed etiam illi ualde moleſtum futurum. Quocirca ei deuotiſſime ſupplicamus: ut dignetur edicto eius curare / atq; efficere: ut & captione ſoluatur Petrus: qua indigne premitur: & reſtituantur interceptæ pecuniæ: quod facile nos impetraturos confidimus: qui non modo quæ iuſta ſunt: facile a tua maieſtate conſequimur: ſed gratiam inſuper faciliſſime reportamus. Vale.

Senenſes Archiepiſcopo Sparatrenſi. S.P.D. Vicinitatis ratio / & illa oīum pbatiſſima: quæ nobis ē cū ſancta Romana eccleſia neceſſitudo: & tuæ ſimul. R.P. explorata in hāc repub. beniuolentia / fiduciā præbent: ut accolas noſtros / & quos charos habemus: cōmēdemus per noſtras litteras. Qui & has deferet: cauſam explicabit. Nicolai cuiuſdam Caſſentinatis: qui nunc colit Planū oppidū noſtrum. Arbitramur ipſum fouere iuſtam cauſam. Quam oramus tuā. R. paternitatē: ut intercedentibus nobis / plane intelligere uelit. Cognita uero nō ſolum ius reddere: ſed etiā humanitatē & gratiam adhibere: ut facile liqueat noſtrā cōmēdationē apud te ualere plurimum: nec ſecus q̄ tua apud nos cunctis in rebus auctoritas ualeat. Erit id utiq; gratum nobis paratis quouis tempore parem referre amoris uicem. Vale.

Senenſes. N. Principi. S.P.D. Meruit ſtipendiis noſtris iampridem Vicinus ex Regno ortus: cui has ad tuam illuſtriſſimam dominationē litteras dedimus. Sumus illius fidem / ac probitatem experti / & in bellica exercitatione uirtutem. Is adibit tuam excellentiam: apud quā fretus ſumma tuæ illuſtriſſimæ dominationis benignitate / cōfidit ſe gratioſum fore: ſed longe quoq; gratioſiorem / noſtra commendatione: quā libenter adhibuimus: & pro uiri merito / & quod in ſinum ſuum libenter admittit tua illuſtriſſima dominatio eos: qui ad gratiam atq; opem eius profugiunt. Nos iuuabit: ſi intellexerit noſtram ſibi cōmendationem profuiſſe / paratos uiciſſitudinem referre amoris / atq; officii. Vale.

Senenſes Florentinis. S.P.D. Ius ueræ fraternitatis: lex pbatæ amicitiæ fert (ut noſtis) ut amicis amici cōmēdarēt: quos charos habeant / honeſtis præſertim in rebus. N. qui modo Piſas colit / ciuis noſter / a uectigalibus ueſtris pecunia mulctatus eſt: tanquā cōtra uectigalia admiſerit. Affirmat ſe plane expertem culpæ: atq; ita minime pœnæ obnoxium. Supplicantibus libenter fauemus: præcipue uero / ſi innocentes ſint. Proinde oramus uos ac ualde rogamus: ut. N. ipſum commēdatum ſuſcipiatis: & ſi ita æquum putabitis: cauſam eius iterum cognoſcendam demandare uelitis: & ad iudicem quempiam deferre: qui perſpecta ueritate / & iuſte & humaniter rem ipſam diiudicet: & quidem ea ratione: ut intelligat ſe a nobis diligenter commendatum fuiſſe: quo certe animo in ueſtros omnes affecti ſumus. Valete.

Senenſes Cardinali Senēſi. S.P.D. Aduenerunt nuper nōnullæ eccleſiæ copiæ uerſus prouinciam patrimonii / futuræ in ſtatiuis: uti accepimus: propiſſime fines noſtros: nec niſi optimā conectamus aduentus cauſam: cum nihil iubente Pontifice fieri conſueuerit: niſi quod ſalutare: quod honeſtum futurum ſit. Dicere arbitramur: ut quæ in proxima regione cōtingunt: ſint nō incognita nobis. Quatenus licere exiſtimabit tua ſapiētia: rogamus tuā. R. dominationē: ut ea de re / dignetur nos facere per ſuas litteras certiores: ut quo cōſilio: quo ue numero equeſtres copiæ traductæ ſint: plane intelligamus: cū ſit tua benignitas ad res nobis ſignificādas / pro ingenti in patriam amore diligētiſſima. Vale. Scriptis iam litteris Capalbio / nunciatum eſt noſtris hoībus / a militibus earundē copiaꝝ damna eſſe illata: & uim nō mediocrē direptā frumētoꝝ. Nota ſunt militū ingenia: qui præſertim his tpibus inferunt dāna potius q̄ propulſent. Iam Capalbienſibus noſtris ſunt erepta frumēta: ac duobus ex eis oppidanis onera. xix. frumētaria p uim cœpere armati: quaſi cū hoſte congreſſuri. Non dubitamus fieri ea præter mentē Pōtificis. Nunc adeat: quæſumus tua. R. dominatio: qua ſupplicāte / dignetur eius beatitudo oportunū hiſce incōmodis adhibere remediū. Nam populi noſtri in ea maritima ora & finitimi eccleſiæ pſæpe a Piratis Maurisq; uexantur: quæuis aūt mali acceſſio facile illos peſſundet. Cupimus omnia tuta eſſe noſtris: qđ ut fiat ex ſentētia noſtra: tua benignitas / ut cōſilium atq; operam cōferat: obſecramus. Nil enim unquā prætermittis: quod patriæ & patriis rebus expediat. Non temere putamus eo traductas eē eas copias: eo præſertim numero cauſam libenter cognouerimus. Iterum uale.

SEnenſes Summo Pontifici.S.P.D.Multæ & recenti & breui tempore ab improbis in noſtra urbe patratæ ſunt cædes.Id nos ægre patimur:& duplice nos afficit ſenio:quippe qui ſcelus horremus indignum:& paricidas ſacro tegi remedio. Qui cōfeſtim patrata cæde ſanctoꝝ baſilicas & auguſta tēpla petentes/iudicioꝝ ac legū & ſuis ſcelenbus dignas pœnas effugiunt:quæ res:ut perſpicue cerni licet: plurimū facinoroſos iuuat:& facit ad quæq grauiſſima:& atrocia crimina lōge ꝓcliuiores.Impiū arbitramur:tabernaculū Dei/improboꝝ aſylum fieri/ac ſceleratoꝝ ꝓfugiū.Cū nō fuerit paſſus æterni patris filius/ & Saluator noſter demū orationis & rei diuinæ/emporiū negociationis/& ſpecū latronū fieri/nundinatoribus pulſis. Sacra & pōtificia iura in noſtra ciuitate pie ſeruari uolumus:quæ legibus & probatiſſimis cōſtituta moribus eſt:eccleſiaſticā dignitatē/libertatēq nullo modo temerari:at tuā præcamur beatitudinē:ut īterceděribus nobis/dignetur ſanctā hanc cōſtituere ſanctionē:ne paricidii reis/& patratoribus cædis:& in eo tam īmanis ſceleris genere/ad templa Dei/& ad ſanctoꝝ delubra tutus acceſſus/& ꝓfugiū pateat:ne p eum modum quodāmodo impunitate propoſita:fundendi humani ſanguinis ſit tanta licentia.Hoc uero nouum/ac ſalutare īſtitutū/ſi te auctore/in noſtra ciuitate/ac tota ditione & ſanctum fuerit:& cōprobatum/cōfidimus fore principi Deo quocunq holocauſto acceptius:& omni ſacrificio laudis. Erit q a nocētibus:atq improbis īnocentia tutior. Vale.

SEnenſes Regi Neapolitano.S.P.D. Omnibus in rebus plurimū ſemper apud nos/tuæ Maieſtatis auctoritas ualet. Quocirca acceptis litteris eius:p quas Baptiſta Montellanus cōmēdatur/continuo illi publicam fidem dedimus:ut ueniēs:rem ſuā cōmodius pertractaret. Quū acceſſit:cām ſuā cognoſcēdam detulimus iis:qui iuris prudentiā probe callent.Fauorē noſtrum:& operā adhibuimus:quæ explicari potuerunt:explicata ſunt oīa:ut facillime iuſſum aſſequat.Si qua præterea uel ꝓbare/uel petere īſtituerit:nunq̄ illi iuſto fauore deerimus:& tuæ Maieſtatis intuitu:& quod oībus in noſtra ciuitate iuſtitiā uolumus ſtudio:& diligētia miniſtrari/nec ullam unq̄ patiemur ſupereſſe iuſtæ quærele cauſam. Vale.

SEnēſes Regi Siciliæ.S.P.D.Experti annos cōplures/ac p lōgiora tēpora modeſtiā/humanitatē/ac p̄cipuā uirtutē/& ſūmā legalis diſciplinæ prudentiā/clari uiri Ioānis Penſii Siculi/& panormitæ genere:ita illū iāpridē nō diligere ſolū cæpimus:ſed ēt amare ꝓſequimur:ut primū ſcientiā iuris cōſectatus in noſtro gymnaſio ſtudioꝝ rectorē geſſerit/deinde Doctoris/ac iuris cōſulti fuerit decoratus īſignibus & a nr̄a Repu. quæ p̄ſtanti laude uiros libēter amplectit:militaribus donatus muneribus:ēt nr̄æ urbis p̄turam aſſecutus ſit:quā p̄ſenti tpe:cū magna ſuæ ꝓbitatis illuſtratiōe exercet.Cū ſit igit pro ſuis laudibus:& integritatis merito tam charus nobis Ioānes Pēſius:dignū eū exiſtimamus/quē nō modo ipſi honore ꝓſequamur:uerū ēt apud tuā Maieſtatē gratioſum noſtra cōmēdatione faciamus/& de uiri eius p̄ſtantia teſtimoniū afferamus:tuæ præſertim ſerenitati:quæ ſemp uiros magnos:& benigne ſuſcepit:& honoribus afficiēdos duxit.Rogamus igitur ſuppliciter tuā Maieſtatē/ut eundē clarum:& iure cōſultū:& Equitē tanto maiore beniuolentia cōplectat:quanto a nobis ſtudioſius cōmēdatū ītellexerit.Cui qcquid uel decoris/uel cōmodi tua Maieſtas deferre dignabitur:nos ipſos maximas cū illo gratias acturos:& uoluptatē ſuſcæpturos ꝓfitemur.Sit tua Maieſtas ꝑpetuo fœlix:& pro eius paterna charitate/huic ciuitati(ut ſemper ſolet)præſens/ac propitia. Vale.

SEnenſes Florentinis.S.P.D.Intellectis ueſtris litteris:per quas nobis cōmēdatur.N.qui in urbe noſtra patrata cæde/cuſtoditur.Rem ad ſenatū noſtrū detulimus:cui ſoli eiuſmodi rei decernende poteſtas eſt.Cupiebamus ueſtris poſtulatis annuere:cū certum ſit nobis:parem amicitiæ:iuſtitiæq habere rationem:& uel a recto deflectere ueſtra cauſa:quatenus in amicitia dari uenia pōt.Sed uiſa res eſt atrocior:& ita prorſus indignū facinus:ut graui animaduerſione:atq exēplo dignum uideri debeat:nec uera prædicarunt:q aliorſum rettulerūt.Non.n.q in carcerē truſus eſt:repugnauit:ſed inuaſit/nō repulit iniuriā:ſed intulit. Qui armatus inermē aggreſſus/ac de induſtria facto impetu:hoīem interfecit.Itaq tanto facinori obnoxiū/credimus nō uideri uobis:aut uenia/aut gratia dignum:ſed potius legibus/ac iudiciis cōmittendū. Idq ipſum re cōperta:ueſtræ æquitatis iudicium futurum confidimus:recte enim ſentire uidentur:qui minime ſeruandā putent illius uitam:qui ſocio tam crudeliter uitam eripuit. Valete.

SEnenſes.N.Cardinali.S.P.D.Albertum Catanū ciuem Bononiēſem:uirū eruditiſſimū:& probum:quē ad legēdum cōduximus:uenientē ad nos iucunde excipiemus:& adhibitis tuis litteris:erit certe nobis multo gratioſior:& illum amice ſemper:humaniterq tractabimus.Cæterorū.R. Domine magiſtratus ornatui/ac decori urbis noſtræ præfecti/operā dederāt iampridē:ut uenerabilis uir Thomas Piccolomineus Archidiaconus noſter:q præclarū parat in noſtra urbe ædificiū/īpetrata a Viſitatoribus Cartuſienſis ordinis licentia pro apotheca:q̄ ei ædificio cōtigua eſt/ad id pficiēdum ornatius hoc ea lege aſſequeret:ſi monaſteriū eiuſdē ordinis debitā penſionē ſuſciperet.At præfatus Thōmas/& fratres ſpōdent/obligantq daturos quot annis aureos duodecim:cū antea ſolūmodo nouē ex eadē apotheca penderētur.Sed & alterā pro illa:q̄ occupāt/reperturos/unde pcipiatur annuatim.xii.F.pretiū:qd monaſterio cōducit magis.Obdurat prior:& huic præclaro cæpto reſiſtit.Cū ſit futurū ad magnū urbis noſtræ decus cū cōtrahēdo ſuperlucret monaſteriū:quod præduximus/oramus uehemēter tuā.R.D.ut ſua benigna adhibita auctoritate:& opa agatur cū priore monaſterii eius/quod uulgo dicit de Maiano nō longe a noſtra urbe/ne īpediat ornatiſſimū opus præſertim cū fundatores eius monaſterii hoc maxime ꝓbent/& renitētem priorē ammirētur:& improbēt.Igitur rem īpſam tuæ.R.D. cōmendamus:uero huius cōmunis patriæ benefactori/& patri. Vale.

SEnenſes Florentinis.S.P.D.Nuper cōgreſſi Legati noſtri:qbus Collenſe negociū mandatū erat:& ad cōtrouerſiam cōponēdā luſtratis finibus accincti:tandē re infecta regreſſi ſunt.Cū tamē:q pro noſtra Repub.rem tractabat/etiā de iure noſtro crederet:qd noſtrū īnumera documēta/& inexpugnabiles indicant rationes.Dolemus ob quorundā duritiem:atq obſtinatā ſniam/cauſam eiuſmodi pendere

diutius. Et uere Collenſes: quod cum pace ſit: non contenti ſuo: quod noſtrum eſt: ſpretis noſtræ Reipub. firmiſſimis argumentis/ nimium certe confidenter uendicare conantur. Quod cum intelligamus a ueſtræ Reipub. abhorrere propoſito: quam non modo bene/ ac iuſte: ſed cõiunctiſſime quoq; nobiſcum certum eſt uiuere: rurſum oramus: ut de integro alius quiſpiam ad cauſam Collenſem decernatur: ut ea controuerſia iam tandem finẽ habeat: ſed oramus eiuſmodi uirum legari: qui mandatum: & ſummam habeat eius rei poteſtatem: qui ſit litis finiẽdæ ſtudioſus: qui acceptionem caueat perſonarum: qui bene: amice: efficaciter fines tandem ſit paratus terminare. Nos uiciſſim talem pollicemur: atq; deferimus. Nam haud decorum putandum eſt: cum capita oibus in rebus uſquequaq; conſentiant: membra diuerſam habere ſententiam/ nec illo⁊ inniti ueſtigiis: quos auctores habent. Nos: quibus optima noſtra cõperta mens eſt: qui hanc inuetaratam moleſtiã cõmuniter dolemus: quos in re terra Collenſes: quos ſic appellamus/ lædunt: alterutrum feremus acceptum: ut uel per legatos: q̃les præmiſimus/ cauſa celeriter tranſigatur/ aut ſi tantopere Collenſes iure ſunt fræti: deferaꝛ res tota ad conſiliũ/ ac iudiciũ ſapiẽtis: cuius nos profitemur acquieturos ſniæ. Nos concordiã: & pacatũ exitũ percupimus: & omnino fines terminari: qua ratione ueros amicos: & fratres decet. Quippe abſurdum uidetur: ut tam crebro cogamur eadem de re: & frequentes repetere litteras: & uobis fortaſſe moleſti eẽ/ cũ par deſiderium/ & eadem ſit utrunq; ſententia. Meminimus: quæ nobis per Oratorẽ noſtrũ Leonardũ Beneuolentium obtuliſtis: ut ſi i hac cauſa legati cõcordes nõ eſſent: alterum confeſtim deligeretis: qui nullo modo infecto negocio rediturus eſſet/ hoc nos: & tum accepimus & rurſum/ ut fiat: oramus. Et nos quoq; idem ſumus efficere parati. Expectamus ueſtrum reſponſum quod non dubitamus ex ſententia futurum. Valete.

Senenſes. N. S. P. D. Nuper intelleximus: quæ per oratores ſuos tua Magnificentia poſtulauit: ut cum .R. D. Cardinale noſtro/ in fauorẽ cauſæ: quæ cũ illo uertitur/ ageremus: & pro abſolutione impetrãda: & pro euitando cuiuſlibet cenſuræ periculo/ etiã ad Romanũ Pontificem littere darentur. Quid multa? Tanta eſt noſtra coniunctio: & ueræ beniuolentiæ neceſſitudo/ ut noſtra/ tuaq; omnia putemus eſſe cõmunia. Quare eo animo⁊ affectu: & ſumma efficatia/ tã ad pontificem: q̃ etiã ad Cardinalẽ noſtrum litteras dedimus: & ita uehementer: diligenterq; in tua cauſa noſtram interceſſionẽ/ ac preces interpoſuimus/ ac ſi pro ſalute: & dignitate noſtræ Reip. cauſa uerſaretur. Speramus adhibitis litteris ex optimo animo: & uoluntate profectis: facile rem ſucceſſuram pro uoto. Quod non ſecus optamus ipſi: q̃ tua cupiat magnificẽtia: cui uere: & ex intimo corde noſtra afficitur ciuitas. Vale.

Senenſes Epiſcopo Volaterrano. S. P. D. Cum intelligamus uerã erga noſtrã Remp. tuæ. R. paternitatis beniuolentiam/ cum fiducia illi cõmendamus: quos charos habemus: Cum igitur elegerimus pro iure patronatus/ Rectorẽ eccleſiæ. S. Mariæ in opido noſtro Pratæ honeſtum religioſum Hieronymum ciuẽ noſtrũ dilectũ/ qui & illius cõmunitatis deuotioni prope ſatiſfacit: oramus tuam. R. P. ut eundem cõfirmare uelit: & ſua auctoritate etiam cõprobare. Et circa collationem perſoluendã/ eum hortatu noſtro cõmendatum habere: tractareq; ita: ut ſemper ciues noſtros humaniter conſueuit. Nos reperiemur ſemper tuæ. R. paternitatis placitis uere: & amice parati. Vale.

Senenſes. N. Epiſcopo. S. P. D. Quotiens opus accidit/ cum fiducia cõmendamus eos quibus cupimus gratiam cõferri. Romulus quidã ſacedos: qui eccleſias regit in noſtra ditione duas alteram ſancto⁊ Iacobi: & Chriſtofori/ in loco: quod monaſteriũ prope urbẽ appellamus & alteram: quæ illi unita eſt diui Martini in opido montis Alei: renuntiat illas in manus Mathei Ioãnis Clerici: dilecti ciuis noſtri/ uiri certe probi/ atq; idonei: quẽ nos diligimus: & iuuare cupimus. Cum igitur ad eã rem tuæ. R. P. aſſenſu: atq; auctoritate opus ſit: per noſtrã amicitiã uehementer oramus: ut eam renuntiationẽ accipere: atq; cõprobare uelit/ præſertim rogantibus nobis: qui amice idcirco magis poſtulamus: quia & amice quoq; ipſi parati ſumus gratificari omnia tuæ. R. paternitati: quæ bene Valeat.

Senenſes. N. Cardinali. S. P. D. Venit nuper ad nos uir religioſus Ioannes Monachus: & ſindicus monaſterii diui Anaſtaſii/ & detulit tuas litteras: quæ inde uſq; a principio ſeptembris menſis ſcribebanꝛ ad nos. Audiuimus illum libenter: quæ in cauſa explicauit/ quam habet monaſterium ipſum cum Petrono Petronio Rhodio milite. Quem continuo accerſi iuſſimus: & de re ipſa: quantum æquum uiſum eſt: ſumus collocuti. Qui & ſua ſponte: & noſtro alloquio bene diſpoſitus petiit a nobis: ut Romam concederet tuam. R. D. affaturus: qui cum æquum poſtulauerit: & q̃ primum iter ſit paratus arripere: hortamur tuam .R. D. ut illius præſtoletur aduentum. Arbitramur & pro tua iuſtitia/ & ꝓ ipſius optima uoluntate/ rite omnia ſucceſſura. Quæ uero de aſſequẽda Vrbetelli eccleſia poſtulauit/ libenter annuimus/ & fauorem illi: & gratiam conferre parati. Cum ſit noſtræ conſuetudo Reip. prodeſſe ſemp: & iuuare omnes omni auxilio/ & tuæ. R. D. ueram ſemp filiationẽ ac reuerentiam exhibere. Vale.

Senenſes Florẽtinis. S. P. D. Quos monuit uera charitas: Magnifici Domini: fratres chariſſimi: quibus excelſæ Reipub. ueſtræ ſtatus maxime cordi eſt/ qui ueſtræ præclaræ ciuitatis quietem/ tranquillitatemq; adamamus imprimis: miſimus nuper Oratorem noſtrũ Leonardũ Beneuolentium: A quo mẽtẽ noſtrã: & animo⁊ intimã uoluntatẽ pſpicue (niſi fallimur) cognouiſtis. Hic rediens ſummã: quã de trãquillitatis rebus acceperamus/ cumulauit uoluptatẽ. Quæ de optimo ueſtro/ ac ſalutari ꝓpoſito retulit: quæ de mutua uoluntate copioſe explicauit/ ea fuerunt oĩa ꝑ q̃ iucunda nobis. Noſq; ẽt/ atq; ẽt laudamus/ & ſi erant ultro antea quoq; explorata nobis. Quod ſe habent recte oĩa: nobis gratulamur/ nobis plurimũ gaudemus. Q đ tam amice/ tanq̃ ſtudioſe Oratorẽ noſtrũ excepiſtis/ tum agimus/ tum habemus ẽt q̃ maximas gratias. Quæ benigne oblata ſunt: ſicut iãpridẽ accepimus/ ita accipimus rurſum lætis aĩs. Ac perſuademus nobis tranq̃lla ſemp fore oĩa talibus auctoribus eodẽ aĩo perſeuerantibus: qđ & ſperamus diuino propitio numine/ ac noſtrarũ rerũ

generite curam. Nos ſanctæ amicitiæ nunq̄ deerimus muneri:& id cogitamus ſemper: quod ſuum ueræ fraternitatis ſit/& quæ duo præſtabit oibus/libertatis/& pacis. Quod de Collenſi negocio reſponſum eſt: uehementer probamus/ac ſi uidebitur ſcribendum ad Collis Prætorem pro re conficienda: erit id quoq; gratiſſimum nobis. Ciuis noſter: cui cōmiſſa eiuſmodi prouincia eſt: cōfeſtim pſto erit in loco: quū ueſter aderit. Valete.

SEnenſes Imperatrici. S.P.D. Cum ſumma animoꝝ lætitia:& totius populi noſtri iucunditate intelleximus: natū eē tuæ celſitudini/ac ſacræ Maieſtati filiū:& terraꝝ orbi datum de coelo/qui diuino fauente numine/Auguſti Cæſaris/patris reſpondeat laudibus/& ampliſſimi/ac florentiſſimi Regni gerat Imperiū: Laudamus ob tātī muneris/ac coeleſtis doni magnitudinem/illū: qui nō deſinit pro immenſa largitate mūdū/& res hūanas ꝓpitius itueri. Atq; ut fauſtū hoc/ac uere foelix ſit uniuerſo terraꝝ orbi:& catholicæ religioni/ac fidei/& ſacroſancto Romanoꝝ impio: deuotis precibus cōprecamur. Pro tā læto/ tā foelici tā iucundo nuncio/ac benigna litteraꝝ ſignificatiōe/grates tuæ maieſtati ingētes agimus/& præ cæteris fidelibus populis gratulamur/& colletamur: in mirū modū exultantes: quod illæ foelices nuptiæ: quarum prima auſpicia hæc merunt ciuitas: ueſtræ ſacro deuota Imperio: tā optatū:& glorioſum ediderint fructū. Foelix ſit dulciſſimus iſte natus:& cū ſumma parentū lætitia uere corona dignus imperii: Nos Senenſes obſequentiſſimi filii hāc ciuitatem:& ſtatū eius tuæ Maieſtati deuotiſſime cōmendamus:& ut eam Auguſto Cæſari/ac Chriſtianiſſimo Imperatori:& tuo glorioſiſſimo conſorti cōmendare dignetur: uehementer oramus. Vale.

SEnenſes Florentinis. S.P.D. Scripſimus paucis diebus:& cām cōmēdauimus. N. ciuis nr̄i cuius pecora ex finibus nr̄i abduxit uectigalis ur̄æ Reip. Rē nr̄a ſnia æquā poſtulauimus:& nr̄a amicitia dignā: ut præſtito fide iuſſore: pecora reſtituerent̄. Interea facti ueritas inueſtigari poterat:& id negociū demādari: qbus in ea regione facile eſſet: rē cōperire. Cū ex noſtro agro pecus actū ſit cū ſit ciuis noſtri fundus ex maiore parte intra fines noſtros: cū ſignificata ſit eductio uectigalibus ueſtris: cum nunq̄ ſuperiore tēpore/pro noſtroꝝ pecore: in eo loco ſoluendi ulla extiterit cōſuetudo: cū ſe obtulerit præſtare paratum ciuis noſter: ſi quid iure ſoluendum iudicetur: agite oramus: ut ueſtra accedente auctoritate: fide iuſſione præmiſſa/reſtituatur deterū pecus. Et agaſ cū ciuibus noſtris: quia ſemp ratione ueſtra cōſueuit magnifica fraternitas: quā ipſi uiciſſim magno cum ſtudio:& amore rependimus. Non poſſumus adduci/ut credamus inania fore poſtulata noſtra: cum æquū petamus. Rurſum igiſ amice poſcimus eā reſtitutionē fieri cautiōe data/ut ſit ſtandū iuri liquebit exinde facti ueritas. Et nobis perſuademus: uos nequaq̄ eē paſſuros: ut ciui nr̄o iniuria inferaſ: quā execraſ ur̄a bonitas: iuſtitia propulſat. Abeſt hac in re fraudis ſuſpitio. A uectigalibus ueſtris certe non abeſt iniuria/ quando per uim ex noſtro ſolo/ciuis noſtri auſi ſunt pecus abducere. Poſtremo oramus: ut hāc cauſam ita tractare uelitis: quo ipſi modo ueſtra oia & libenter:& amice ſolemus. Scimus: quod nō de latoribus/aut auctoribus facti: ſed ueris teſtibus ueſtra ſapientia fidem habebit. Valete.

SEnenſes Peruſinis. S.P.D. Perceptis litteris ueſtris/in cauſa Leonardi Nicolai ex Tranſimeno Lacu ſignificamus ueſtris magnificentiis noſtrā rēp. ueterē ſeruaturā cōſuetudinē: & amminiſtraturā: quod iuris eſt:& Leonardo ipſi:& oibus iuſta petētibus: ſubditis aūt ueſtris/omni ſtudio/& amore/etiā fauorē:& gratiā præſtiturā pro noſtra amicitia. Iuſtitiā aūt denegare: neq; unquā moris noſtri fuit/ neq; propoſiti eſt: qui accurate iuſtitiā:& rectam uiuendi rationem ſectamur. Quare ſi aut ipſe ueniet Leonardus: aut cuiq̄ mandabit rem ſuam reperiet noſtræ Reip. quodcunq; tribunalius uere paratum reddere: quādoquidē iuris integritatem: non hominum perſonam reſpicit noſtra Reſpublica. Valete.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi. S.P.D. Iucunde intelleximus tuam. R.D. ſaluam: atq; incolumen urbem attigiſſe:& ut ſemper incolumis/ac foelix ſit: uehemēter optamus. Quæ apud ſummū Pontificem referre dignata eſt pro patriæ utilitate: extiterunt pergrata nobis: & habemus ingentem gratiam. Facit tua clæmentia:& optimi patris:& ueræ pietatis officiū: quæ cum in aliis magna/ tum in patria maxima eſt. De negocio Plumbinenſi perſuademus nobis non modo promiſſa ſeruatum iri: ſed & futura omnia a tua. R.D. quæ huius reipubli. tueri dignitatem:& augere commodum poſſint. Id certum eſt cunctis ciuibus: atq; animis ſedet. De iis uero: quæ ad Pontificis reuerentiam ſpectant: non eſt: quod plura ſcribamus: nam cum ipſi libenter Apoſtolicam ſedem:& ſummi Pōtificis ueneramur ſanctitatem/tum etiam ſapientes monitus nos alacriores reddunt: ſed certe fidei/ac deuotioni ciuitatis huius nulli præſtant fideles populi. Poſtremo accedit uir ſpectabilis. N. ciuis: atq; orator noſter: ob cauſam monaſterii. S. Saluatoris Ciſtertienſis ordinis: cuius uoce/placebit nobis. R.D. ut noſtrā ipſam exiſtimes loqui rēpublicā. Spes ſumma in tuæ. R. dominationis ope: atq; fauore ſita eſt. Audiat ergo illū benigne (ut ſolet) & fidem adhibeat: quæſumus. Vale.

SEnenſes. Papæ. S.P.D. Cum ſuperioribus menſibus in oppido Lyciniani noſtri trans Clanas Angelus quiſpiam Hebræus: Chriſtianæ religionis impius contemptor:& ſacratiſſimæ crucifixionis perfidus repreſentator: illudens Chriſti nomini: quod natio illa praua:& adultera: impie blaſphemat: ultimo ſupplicio fuiſſet affectus: credimus ob eorum iniquam ſuggeſtionē: qui Iudaicam perfidiam profitentur: qui eius negocii fuerunt miniſtri: quaſi iniuſti rei iudicii Romam accerſuntur. Nos q̄q̄ certo ſperamus Chriſtianæ fidei defenſionem:& cauſam apud ſacrum Romanæ eccleſiæ tribunal plurimum habituram ponderis: tamen cum ſacrilegus Chriſti hoſtis iuſtam certe: ſed tanto ſcelere leuiorem poenam ſubierit: quā iura oia diuina: & humana ſanxerunt: ad quā inferendā: multiplice ac matura exquiſitione uentū eſt: ſupplicamus tuæ beatitudini: quæ illius uicē gerit: cuius nomen impiū Hebræoꝝ genus crudeliſſime inſectatur: ut digneſ Gabrielē Legatū noſtrū audire clemēter expoſituꝝ: quæ ea de re illi nuper iniunximus: ut ab ipſo rei ueritate cōperta: Apoſtolica auctoritate coherceatur Iudeoꝝ ſæuitia: q ſæpius inſolenter gloriati ſunt: nunq̄ ſe cœpto deſiſtere: quo adulti fuerint eos: qui ſuo ſanguini/nec precibus/nec pretio pepercerūt. Nos & ſi dolemus aliquid in ea cauſa præter

tuæ beatitudinis

tuæ beatitudinis factum eſſe uoluntatem:tamen pio affectu:& ſincero iudicium perſpecto ꝓpoſito:confidimus abſq; dubio Chriſti Vicarium protecturum chriſtianos uiros a malignantium conuentu:& ab eorum inſolentia:qui operantur iniquitaté:& inueterato odio chriſtianú ſanguiné concupiſcunt. Vale.

¶ Edictum ſapientum Senenſi Gymnaſio præfectorum.

EDicunt Reformatores ſtudii Magnificæ ciuitatis Senenſis oíbus Doctoribus:& aliis qbuſcúq; ad legendú cóductis:cuiuſcúq; fuerint facultatis:ut lectióes ſuas ſecúdú præſtitutú ordiné:& ſingulis diebus:qbus ordinarie legédú é:ſtudioſiſſime ꝓſequanť. Ac ſiqs cõtra fecerit:incidito i pœná cõſtitutæ legis. Simul oíbus antedictis cóductis inoteſcat:qđ ſi nõ habuerit auditoꝝ numeꝝ:q a lege ꝑfinitus eſt:pari mõ inueſtigatione facta p electú exploratoré notabunť. Qui aút a numero defecerit:iudiciú:& pœná legis nõ effugiet. Caueant igiť oés/cum futura ſit earum rerum diligens inueſtigatio:executioq;.

SEnenſes Florentinis S.P.D. Per alteras litteras/nobis cõmendauimus agricolas:qui fundú colunt Nicolai Magiſtrelli/ciuis noſtri:is adiacet ueſtris finibus:parſq; eius ad ueſtrum agrum pertinet. Ex quo dum perceptá meſſem:& frumétarios manipulos in noſtrá ditioné cõgerunt:qđ alibi granariú nõ haberent/a ueſtris publicanis damnati ſunt fraudis. Verus conſuetudo:uicinitatis ratio:cõmunis utrorunq; finitimorum cõmoditas:ueniam facile pollicetur:iis:qui fraudé ne cogitauerunt quidé. Veſtra autem ſumma liberalitas:& parua pro nihilo putat:& magna libenter largiť. Quod ita certo opinantes:iterú ſcribere inſtituimus/& eoſdé noſtros homines cõmendare:cú præſertim intellexerimus ueſtro pro illis ſcribente magiſtratu:non modo non abſolutos:ſed eoꝝ unú:qui ob id uinctus:ſe uinculis ſoluit:dánatú exilio:& pede. Putamus uos & clæmentes:& benignos fore:ut & huic ignoſcatis:qui ſe indigne compeditú exiſtimaret:& reliquos abſoluatis:qui nihil fecerunt præter ueteré eius regionis moré:& ueſtræ lenitati:& noſtræ amicitiæ uehemẽter confidunt. Oramus uos:ut re plane perſpecta:benefice cú noſtris (ut ſemper conſueuiſtis) agere uelitis. Nos plurimos ex ueſtris tollerauimus:qui frumenta ex noſtro agro exportauerunt. Valete.

SEnenſes Florẽtinis S.P.D. Nõnulli .N. proximis diebus/collecta/atq; armata manu inuaſerunt noſtrú agrum iuxta Sená longam:noſtrum oppidum:atq; inde tres oppidanos:qui ruſticum opus exercebát:per uim aggreſſi:captiuos duxerunt. Vnum aút ex eis graui etiá uulnere affecerunt:uerſaturq; in dubio hominis uita. Cuſtodiunt núc illos triſti carcere:duris uinctos cõpedibus. Rogati .N. reddere captiuos/renuunt:quod indigne noſtri ferentes/propinqui eoꝝ:qui ab .N. capti ſunt:cum in noſtro agro .N. hoiem nacti eſſent:ſuoꝝ ſtudio & illú quoq; captiuú duxere. Ortam hác tam grauẽ a ueſtris iniuriá:& miramur plurimú:& dolemus:præſertim cum ea ueſtri fecerint:quæ uix ſæuus hoſtis tentare ſit auſus. Quæ uos:quos iuſta & pacata oía delectát:nobiſcú grauiter laturos nihil dubitamus. Quare iniuria ueſtris ſæuiẽtibus:inq; malo incœpto proterue perſtátibus iſtituimus ad uos ſcribere:quos p noſtrá amicitiá:perq; ſummá aíoꝝ cõcordiá:& acre ad tuédam quieté ſtudiú/rogamus:ut iubeatis captiuos liberos dimitti/id:qđ nos de .N. captiuo curabimus:& ueſtros ſeruare cú noſtris hoíbus/uicinitatis iura:cuiuſmodi noſtrá amicitiá/ac fraternitaté maxime decẽt. Cõpeſcamus agreſtia ingenia:& ad rectá uiuẽdi rationé:cõmuni opera redigamus. Siquid uero reliquú ſit:quod ad eos uicinos:probe cõciliandos agédú cenſeatis:pollicemur nos:iuſta oía libenter ꝓſecuturos. Principio his malis medeamur ad quæ propulſanda/utrinq; iprimis captiui ſoluẽdi uidentur. Valete.

SEnenſes Frãciſco Cardinali Senenſi S.P.D. Nouit tua .R.D. eá cõtrouerſiá:quæ iápridẽ de finibus inter Apoſtolicá camerá:& noſtrá rép. uertiť. Pro q̃ cõponéda q̃ diu:q̃ ſtudioſe laborauerimus:neminẽ latere putamus/ac ꝓ eadẽ nouus quoq; poſtremo cõſpectis finibus:ad ſummú Pontificẽ noſter erat deſtinatus Orator:quo iá iter ingreſſuro:repẽte in Rotá nr̃a uocať reſp. & dicta dies é:qđ ualde miramur annuiſſe Põtificẽ:q̃ſi litẽ intẽdi aſſentiať nobis:qbus cú Romaná eccleſiá diſceptare indecoꝝ/pariter:atq; indignú:& fortaſſe iniquú ſit exiſtimádú:præſertim cú ea ſit nr̃a reſp. cuius deuota filiatio plane ꝑſpecta é:& ea certe dignitas:q̃ Apoſtolicæ ſedi:& q in ea ſedet:merito iure/curæ:& ſtudio eé debeat. Miramur:ſiqs ita cú nr̃a rep. agédú putet:q̃ſi una ex iis q̃ Romanæ eccleſiæ ſubiacẽt ditioni. Alienú qppe eſt:& a Põtificis pietate:& a nr̃æ ciuitatis fide:& dignitate hoc litigiú ac merito declinandú. Alia ſubeunda rõ eſt:& eo mõ:quo cœpta erat:hæc de finibus finiẽda cõtentio. Quod uelle pontificẽ:recta ſuadet ratio:ſed potiſſimú tuæ .R.D. quæ patriá ſemp dignitatem tuetur/ac ſubſtinet:interuentio benigna facile aſſequeť:ad qđ obeúdú:noſter præſto erit Orator. Interea uenit hic Pramaticus/noſter:per quem oís in hoc iudicio:quod oíbus uiribus declinare cogitauimus. contumacia deuitetur. Tuá colloqueť .R.D. quá ualde rogamus:ut inſtruat:moneat/iuuet:& in parando patrono:& in iis omnibus:quæ noſtro propoſito tua ſapientia cõgruere iudicabit/cuius ope & auxilio maxime freti ſumus. Nos hoc ei mandauimus:ut a tuo cõſilio/ac monito non diſcedat. Vale.

SEnenſes Florẽtinis S.P.D. Nihil eſſe putamus tá difficile:quin facile reddat ſummú amicitiæ ſtudiú:qualé utrorúq; noſtri eſſe cõſtat:recta uoluntas. Quocirca cú acceperimus:uinctú cuſtodiri .N. quem ptá:cognoricto .N. inſimulatú nõnulloꝝ facinoꝝ:piú duximus:ueſtræ illú clæmẽtiæ commẽdare:q̃ & ſuapte naturá/multa eſt ad ignoſcendú:& præces noſtras libẽter exaudit. Ferunt hoiem craſſioris (ut dici ſolet) Mineruæ:ac quodámodo mentis ipotẽ. Nam ſi ubi maius eſt lumen ingenii:ibi tranſgreſſor grauiori ſubiacet:ibi certe habenda eſt pene nulla:ubi tota ferme uis rationis extincta eſſe uideatur. Quádo nec parua eſt:ut magna culpa:quod ſentiunt:qui a ueri ſectatoribus improbantur:& eadem modo leuior modo grauior exiſtimanda:pro ut diuerſa ſunt eorum:qui peccant/ingenia. Plane hæc ueſtra ſapientia nouit. Nos commoti ſuorum lachrymis/ueſtra freti manſuetudine/atq; clæmentia ualde rogamus:ut mitius cum .N. oratu noſtro/agere inſtituatis/& niſi moleſtum eſt:uitam calamitoſi hominis largiri amicitiæ noſtræ. Noſtram uiciſſim uoluntatem minime obſcuram putamus ueſtris magnificentiis:quæ fœliciter. Valeant.

SEnenſes Rotæ auditoribus.S.P.D.cum breui Sanctiſſimi Pontificis accepimus:& ueſtrarum paterni
tatum nomine inſtrumentum:per quod abrogantur:& repudiantur conuenta inter Apoſtolicũ Cõ
miſſarium:& oratorem noſtrum in cauſa de finibus.Id nos grate accepimus: qui perſpiciẽtes:nõ Apo
ſtolicæ cameræ:ſed noſtræ reip.iura ledi plurimum & uiolari: continuo intellecta conuentione ipſa
de ea repudianda/atq; abroganda:& decretum:& inſtrumentum confecimus.Quod ueſtræ.R.P.cum forte præ
ſenſiſſent:ipſæ ante uerterunt:quod nobis maxime cordi eſt.Qui nullo modo eiuſmodi conuentionem: uel pro
bandam/uel accipiendam inſtituerimus.Bene igitur actum putamus:& conuentorum reprobationem & publi
co declaramus inſtrumento:& uiua uox noſtri Oratoris aperiet.Sed & in ueſtris tabulis/ a tergo quidẽ mentem
noſtram indicauimus.Cupimus aũt litem omnẽ de finibus q̄primum componi:& ita diffiniri: ut inter eos decet:
quos uetus neceſſitudo/& ſummi amoris glutinum copulat. Valete.

FRanciſcus miſeratione diuina Sancti Euſtachii ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ Diaconus Cardinalis:
& Archiepiſcopus Senenſis:uniuerſis:& ſingulis Chriſti fidelibus: qui præſentes noſtras perlegerint
litteras:ſalutem in domino ſempiternam.
¶ Sacra ſanctorum templa/ac religioſa delubra:præcipua ueneratione celebramus:ſed ea feruentio
re ſtudio/ac deuotione recolimus:quæ uel in glorioſiſſimæ Virginis Dei genitricis Mariæ/uel in eorum nomine
ſunt dicata:quos nouimus illius gloriam:ſummis extuliſſe præconiis.In his deuotum Bernardum ſtatuendũ de
cernimus:qui non ob aliam cauſam/eo cognomento dignus eſt habitus:niſi quod intemeratæ Dei Matris ineffa
bilia/atq; ammiranda myſteria diuinitus illuſtratus:incredibili quadã pietate reſerauit.Cum igitur deuoto Ber
nardo/deuotum ſacellũ fœlicis recordationis Pio Senenſi:Pontifice Maximo indulgente dicauerit deuotus Ora
tor Auguſtinus Dathus ciuis Senenſis:nos quoq; ad fidelium populorum.&c.

SEnenſes Papæ.S.P.D.Ciues noſtros ea charitate:eo amore complectimur:quo natura ipſa inſtituiſſe
dignoſcitur:quo ſolent parentes liberos.Sed eos certe maiore/ac feruentiore:q &optimo ſunt orti ge
nere/& uirtute/ac doctrina:quæ duo maxime in hominum genere potiſſimum excellere putantur:
maxime floreant:qui ad cæteras laudes uitæ integritatem atq; honeſtatis rationẽ adhibuerint.Eiuſ
modi eſſe ſtatuimus uirum probum:& Pontificii iuriſconſultum.N.chariſſimũ ciuem:& ex eoꝝ numero:qui no
ſtræ reip. præſunt:gratioſum admodum nobis:& ob ſummã innocentiam/ac probatiſſimos mores dilectum im
primis: Eum igit̃ ſuppliciter tuæ beatitudini cõmẽdamus/ac rogamus enixius:ut cũ opus acciderit:& occaſio tu
lerit:digneť tua ſanctitas eundẽ beneficio/cõmodo:atq; honore afficere: ut quæ totum noſtræ Reipublicæ cor
pus diligit:pari quoq; & eius membra dilectione proſequatur.Putamus dignum eſſe præfatum.N.quẽ tua pie
tas clementer ſuſcipiat.Fecerit rem nobis dubio procul gratiſſimam. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Non abſq; magna animorum ſolicitudine:nuper accepi
mus de Sereniſſimi Regis Ferdinandi ualitudine:eius:qui uere Rex Pacificus ſit appellandus: cuius
ſalutem:& fœlicitatẽ optamus imprimis.Putamus noſtra plurimũ intereſſe:ut ea de re certi efficia
mur.Proinde tuam oramus benignitatem:ut ſi quid innotuerit:exploratius: cõfeſtim nobiſcũ p ſuas
litteras impartiri uelit:ſimul ſi alia præterea contingant:quæ noſtra cognitione digna tua exiſtimet ſapiẽtia:quã
obrem & uolare iuſſimus hunc tabellarium. Vale.

SEnenſes Duci Calabriæ.S.P.D.Non ignorat tua illuſtriſſima.D.nos ex oĩbus Italis Principibus unũ
obſeruare:unum imprimis colere Ferdinandum Regem:glorioſiſſimum patrem tuum: ueꝝ ſerua
torem:& cuſtodem pacis/defenſorem Libertatis/ acrem fidei propugnatorem: noſtræ ciuitatis ſtu
dioſiſſimũ patrẽ.Huius cum ſubito nobis aduerſa ualitudo nunciata eſt:grauiter cõmoti ſumus:cer
to ſtatuentes ex illius incolumitate/etiã totius Latii ociũ: & populoꝝ eius pondere ſalutẽ/ Eum precamur: qui
mundũ regit omnem:& res humanas ſalubriter diſponit:ut eũ diutius ſeruare uelit:quo auctore ꝓſpere/ac fœ
liciter agunt:qui rectã uiuendi rõnẽ:& pacis tranquillitatẽ conſectanť.Sed cũ incerta/ac uaria ſint humana omnia
& diuina ĩperſcrutabilis prouidẽtia:illud ſibi certo perſuadeat:rogamus tuã illuſtriſſimã.D.nos quæcunq; tãdẽ
fortuna cadat:nunq̃ futuros alios:q̃ qui ſemp ſumus:præclariſſimi iſtius Regni expetere firmitatẽ:tuæ illuſtriſ
ſimæ.D.gloriã/ac pro eius florentiſſimo ſtatu/ ea nos ſemp effecturos:quæ ſolent:qui uere amant: qui conſtan
ter in recto propoſito perſeuerant:q ſe affectos pluribus beneficiis nuſq̃ obliuiſcunť:qui deniq; mutuo ſeſe a uo
bis amari intelligunt.Nec uetus charitas unq̃:nec firma nr̃a fides defuerit.Ac uiciſſim cõfidimus eundẽ:qui ſem
per fuit excellentiſſimi patris in noſtrã remp.excellentiſſimi filii animum fore. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Sollicitabamur:& mirum in modum angebamur de Se
reniſſimi Regis Ferdinandi grauiore ægrotatione:cuius Maieſtatem plurimum obſeruamus:& coli
mus.Reſpirare cœpimus:cum de ſpe ſalutis facti ſumus certiores:quod cũ per ſe ualde gratũ eſt no
bis:tum litteris tuis confirmatũ ſummã iucunditatẽ affert.Grates agimus Deo: qui eum in terris diu
tius regnare uelit:cuius ſtudio:uiget maxime cœleſtis patris præſtantiſſimũ patrimoniũ.Quod ut certiore frua
mur:uitæ auctorẽ oramus:ut pacifico Regi Ferdinando:uitæ annuat longitudinẽ/ſummũ nos beneficium acce
piſſe putabimus:ſi illum ualentem intellexerimus.Tuæ benignitati magnas quoq; agimus gratias: quæ nunquã
optimi patris officio deſit.Sed ſiquid præterea cognitione dignũ acciderit:oramus nos itidẽ: a tua.R.dominatio
ne certiores fieri:cui patriam diligentiſſime cõmendamus. Vale.

SEnenſes.N.S.P.D.Dolemus fruſtra & nos ſcripſiſſe:& ueſtras Magnificentias monuiſſe: Leonardum
Benuccium dilectiſſimum ciuem noſtrum: ut ius ſuum præſtaret ciuibus noſtris/ creditoribus eius:
quod diutius ludificatus eſt:quod ſane improbandum uidetur. Non enim qui a nobis honoribus: &
commodis affectus eſt:debuit ita luſiſſe. Vale.

SEnenſes.N.S.P.D.Sepius ſcriptũ meminimus ĩ cauſa Bartholomæi:cui has dedimus lr̃as:qui ſibi ab .N.nõnulla deleri:& dari uerba nimiũ queritᷣ.putat ſe a debitore ludi:& ꝓcollato bñficio iniuriam: dãnũ reportare:& pro ſuo iure recuperãdo:qđ ipſe expoſuerit:nõ abſq; graui ĩſup iactura/iſthuc ꝓficiſcitᷣ:q tã & ſi idigne a debitore ſe tractari ĩtelligat cõfidit tñ plurimũ & ur̃æ iuſtitiæ:& nr̃æ cõmẽdationi.Veſtrã æqtatẽ ualde rogamus:ut eundẽ libẽter audire uelit ſuã cãm explicãtẽ:iura ferentẽ: ueſtraq; litterarum exempla pro mentẽ/ac deniq; ita hoiem expedire/ne & ille ueniſſe fruſtra:& nos incaſſum ſcripſiſſe uideamur ueſtris magnificentiis:quæ ſemper ſtudioſe fauere noſtris conſueuerunt. Valete.

SEnenſes Regi Neapolitano.S.P.D.Ex oibus diebus : quos qdẽ lõgis iã tẽporibus : ꝓ multiplice rerũ uarietate:nunc mœſtos/nunc lætos uidimus:Ille fuit triſtiſſimus nobis:in quo de tuæ Maieſtatis grauiore morbo nunciatum eſt:ille cõtra fauſtus/ac lætiſſimus illuxit:in quo de inſtaurata proſpera ualitudine ſumus facti certiores.Et antea quæ mœrore:& ipſi quidẽ incredibili angebamur/& uniuerſa hæc cõficiebatᷣ ciuitas.Nunc tandẽ grates ſummo deo agimus:quãdoquidẽ tuã maieſtatẽ reſtituit incolumen: cuius ſalus nõ nobis ſolũ:ſed cunctis recte uiuentibus populis pacis trãquillitatẽ/ac firmitatẽ parit . Nõ eſt paſſa diuina clæmentia:quæ nunq̃ mortaliũ deſpicit uota : & labantibus rebus benigne ſuccurrit/ tã præclaro lumine mundũ orbari/ne deſit:qui a chriſtiana religione ſeuientẽ hoſtẽ arceat:iuſtitia uiriliter decernet : liberos populos in pace contineat:& imprimis ciuitatẽ Virginis pio ſemp amore proſequatur Deum optimum:maximũ cõprecamur:ut tuæ maieſtati adiciat longe plures:q̃ Ezechiæ annos:& fortunet tantũ tanq; charũ Italis : & cunctis fidelibus bonũ.Nobis:recuperata bona ualitudine:letantibus auxerũt in mirum modũ lætitiã iucundiſſimæ tuæ maieſtatis litteræ:quæ illã nobis quodãmodo præſentẽ reddiderunt.Agimus ob id imortales gratias: & eaſdẽ ſu ſiores:qui mox iter arripiet:noſter explicabit orator.Quanq̃ nec ſatis litteris/nec cuiuſq̃ uoce explicari poſſit animi gaudiũ:quod ut perpetuum ſit:oramus eum/a quo bona ſunt omnia. Vale.

SEnenſes Duci Ferrarĩeñ.S.P.D.N.natus hic:ſed tua præclara urbe perdiu uerſatus:& beneficẽ a tuo illuſtriſſimo genere ſemp ſuſceptus:ſuppliciter noſtras litteras iplorauit:& p eas liberos ſuos:& uxorem Ferrarienſem:tuæ pietati cõmendari.Quæ cũ pro innata ingenti beneficentia/neminẽ reſpuere cõſueuerit:eam ualde rogamus:ut miſereatᷣ ſummæ inopiæ/ac numeroſæ familiæ:& opem indigentibus benigne preſtare inſtituat:præſertim intercedentibus nobis. Vale.

SEnenſes Papæ.S.P.D.Qua decet obſequẽtiſſimos filios obſeruantia/tuæ nup ſanctitatis recepimus litteras p Bartholomeũ apparitorẽ eius ſimul & tabulas:p quas repudiantᷣ cõuenta pauloante in cã de finibus.Accepimus ita placuiſſe bonæ memoriæ.N.urbis gubernatori : & tunc tuæ beatitudinis Cõmiſſario:cuius ualde obitũ dolemus.Ea noſter orator neq; oino repudiauit tuo deferẽs Cõmiſſario/ac ſub ſpe celeris terminationis:neq; tñ accepit:niſi ea cõditione/ſi a nobis cõprobarentᷣ. Nos uero diligẽtius rẽ ipſam expẽdẽtes:ac perſpicue intelligẽtes nimiũ lædi nr̃æ reip.iura:& grauẽ iacturã nr̃o agro inferri:p ea cõuẽta cõfeſtim decreuimus illa reſpuere:quẽadmodũ Cõmiſſarioꝝ cõi pacto cõuenerat:& ad noſtrũ oratorẽ contiñuo deſtinauimus:& ſi neceſſario aliquãtiſp retardatus eſt:Nũc cũ Apoſtolicæ cameræ p̃ſidẽtes anteuerterit: cũ nullo pacto cõuentis acqeſceremus:q̃ nimiũ noſtrã offendũt rẽp.libẽter accepimus/ut abrogetᷣ Cõmiſſarioꝝ cõuẽtio:& ad diffiniẽdã cãm ueniatᷣ.Qđ de cæde noua ſcribit tua ſanctitas/res ſic ſe hẽt/qđ non de finibus:ſed de paſcuis iter ſe paſtores armẽtoꝝ/& agreſtes hoies altercãtes:ad cædẽ uſq; ꝓruperunt.Neq; nobis quiſq̃ & contẽtionem omnem/& cædem potiſſimũ ferre poſſit grauius. Vale.

SEnenſes.N.S.P.D.Venit cũ Bartholomæo una Antonius Franciſci rẽ oẽm plane inſtructus.Eum rogamus:libenter audiant ueſtræ magnificẽtiæ/& ut tuto poſſit accedere: enixius petimus/ ac tandem & in cauſa omni:& in legitimis impenſis remittant ciuem noſtrũ iuſti uoti compotem. Valete.

SEnenſes.N.S.P.D.N.quidã ex.N.oriundus agri.N.clã abduxit Chriſtinã ancillam: q̃ inde uſq; ex.N. aduenerat:& empta ſeruiebat.N.ciui nr̃o chariſſimo. Accepimus illũ una cum ancilla in ueſtrã ſeſe urbem recepiſſe, ſcimus & eiuſmodi improbitatem uos/ & facinora omnia : precipue ſemper odiſſe. Quare uenit is:cui has ob eam cauſam litteras dedimus/ueſtrã amicitiam: & æquitatem ualde rogamus/ut ad iuſtam mancipii recuperationẽ/opportunũ fauorem:atq; auxilium impartiri uelit : ita & iure ipſo/& noſtra mutua/ac uetere neceſſitudine poſtulante.Nos enim non talia ſolum:ſed & longe maiora ueſtra gratia libenter efficimus. Valete.

SEnenſes Florentinis.S.P.D.N.quiſpiam ex Monte ſanctæ Mariæ ſubditus noſter:uir plane ruſticus/ ad beneficiendum ualde propenſus/fide iuſſit liberaliter pro nonnullis ueſtris hoibus: qđ ex eo ipſo facile intelligere poteritis:cui ut ſatiſfacerẽt debitores/ultro iumẽta pro pretio exhibuerũt.Atq; eadem poſtmodum clam ſub crepuſculũ ſecũ abduxerũt & ita hoiem feſellere/ a quo tã ingenue beneficium accepiſſent.Cõfugit ad ueſtrã iuſticiã/atq; æquitatẽ/& ſe petit a nobis enixius cõmẽdari:ſperans ur̃o præſidio/ius ſuũ facile ſeſe aſſecuturũ.Auximus ſpẽ eius:& proficiſcenti has ad uos litteras dedimus . Gratiam nos quoq; accepiſſe putabimus:ſi ueſtra ope iuſtitiam reportabit. Valete.

SEnenſes.N.Cardinali.S.P.D.Corſos & ſi mare diſterminare a nobis uideatᷣ : copulat tñ mutua beniuolentia:& multaꝝ reꝝ cõmertiũ nobis in amore cõiungit: nec eã certe nõ ignobilẽ inſulã aſpernatᷣ noſtra reſp.ſed & q in ea auctoritate pollet:& gratia:Griſſulum ex primoribus loci eius/ualde diligimus.Beneficiũ (cũ forte cõtingat) & cõferre paratus eſt:& accipere dignus. Hic nonnullis in ſuis negociis benigno tuæ.R.D.præſidio eget.Eã uehementer rogamus:ut quibuſcũq; in rebus fuerit opus:illũ tractare inſtituat:ut nos facile intelligat nequaq̃ ſcripſiſſe uulgariter.Cumulabit tua benignitas uetera beneficia:quando etiam alienigenam in ſinum admittat intercedentibus nobis. Vale.

SEnenſes Florẽtinis.S.P.D.Certo credimus Magnifici domini fratres chariſſimi:id qđ re ipſa ſæpe cognouimus:uno eodẽq; nobiſcũ aĩo uos execrari ĩprobitatẽ oẽm:& eos uehemẽter odiſſe:q humanæ ſocietatis iura ſubuertunt:quo utiq; numero ĩprimis cenſendi uidenť alienaꝵ reꝵ raptores:& fures hoĩes/peſtiferũ/atq; ĩprimis pnitioſum genus. Sup:oribus diebus Ioannes qdã fortunati ciuis noſter/cum in ueſtra urbe porcos nõnullos uendidiſſet:& accepto pretio/in cauponã iuſta portã.S.Petri ſe recepiſſet:nocturno tempore/loculi:in quibus pecunia ſeruabať:abrepti ſunt:& clam aſportata pecunia:quæ eadẽ iniuria/& aliis:qui una diuerſabanť:illata dicť.Neſariũ:& grauem luere poenã dignũ facinus.Itaq; iuſtitia æquitate:& mutua bene uiuendi ratione ducti poſcimus:atq; oramus ueſtram fraternitatẽ:ut ad cõperiendum crimen:& reſtituenda iniuſte ablata/accõmodatã operã adhibere uelit/ut:quod ſua ſponte curandũ erat:etiam intercedentibus nobis accuratiore diligẽtia:atq; induſtria conficiať:ut & ſuũ reddať cuiq;:& adimať facinoroſis hominibus delinquendi facultas.Perſuademus nobis/pro ueſtra ingenti bonitate:furti reos facile depræhenſum iri:reſtitutum autẽ:quæ furto ſubrepta ſunt:poenã daturos/qui eiuſmodi auſint patrare facinora.Quod & ſi æquum:& iuſtum ſit/erit nobis quoq; gratiſſimũ:& hac ipſa de re loquenť fuſius(ſi opus erit)ii:quibus has noſtras litteras dedimus:parati uiciſſim nunq̃ iuſtis poſtulatis deeſſe. Valete.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senen.S.P.D.Dedimus alteras ad tuã.R.D.litteras & cauſam illi cõmẽdauimus Cellenſium ſubditoꝵ noſtroꝵ:quã cũ Plenenſibus agunt de transferẽda locatione/ & Turris:& agri ad Pontẽ Riguũ:qui locus utroſq; diſterminat.Quoniã res ipſa ẽt ad noſtræ redũdat reip.utilitatẽ:rurſum tuã oramus clemẽtiã:ut ad rem pficiendã/digneť ſuæ benignitatis operã adhibere.Quid plura:Id nobis certũ eſt lætari non minus tuã.R.dominationẽ gratificari nobis:q nos ipſos ſuſcipere beneficium.Patriam imprimis/& conſeruationẽ:& decus eius deuotiſſime cõmendamus. Vale.

SEnenſes Pontifici Sũmo.S.P.D.Si forte ĩportuniores uideamur Sacratiſſime Pontifex q totiẽs eadẽ de re uerba faciamus:poſſit facile coniectare tuæ beatitudinis ſapiẽtia:nobis quoq; pmoleſtũ eẽ:qđ ad eã ĩportunitatẽ inuiti rapiamur.Quippe ualde ammirãtes:querẽtes:dolẽtes tã diu proferri eius cauſæ iudiciũ:quæ iam cunctis allatis documẽtis:omniſariã ĩnoteſcit.Vt ſi forte diutius ꝓtrahať:facile quiuis arbitrari poſſit:dari uerba nobis:& noſtrã eludi remp.cuius inculpata ſinceritas:recta fides:& in Apoſtolicam ſedẽ incorrupta deuotio ubiq; gentiũ inde uſq; a nſæ cõditæ urbis primordiis cognita eſt.Neſcimus unde hæc tã diuturna cũctatio.Nõ deeſt tuæ beatitudinis ſanctũ ꝓpoſitũ:quã ſtatuimus æquitatẽ:& concordiã:& noſtrã plurimũ amare remp.oĩa parata ſunt.Nihil reliquũ ſupeſt:tã multũ effluxit tẽporis:indigna obtrectãtiũ aduerſatio ſatis:ſuperq; pareſacta eſt.Liberet/queſumus:& ſe ipſam tua beatitudo:& Senenſem populũ iã tãdẽ huius de finibus ĩportunitate cauſæ.Hoc maxime tuã ſanctitatẽ:Chriſti Vicariũ:optimũ dominici gregis paſtorẽ:& iuſtitiæ:atq; cõcordiæ auctorẽ decere putamus.Et nos ẽt:atq; ẽt:ut ita efficere digneť:tuã ſupplices beatitudinem deprecamur:Ne huic ciuitati fiat iniuria:quæ ſpem ſummã in tua ſanctitate collocauit:& benigne illã nobis & crebro:& ultro pollicita eſt.Plura noſter ſubnectet orator. Vale.

SEnenſes Cardinali ſanctæ Crucis.S.P.D.Non poſſumus non ammirari:non inſuper dolere plurimũ noſtræ cauſæ de finibus,tam longam cunctationem.Qui intelligamus optimam Pontificis mentẽ/cauſæ æquitatem tuæ.R.D.optimam uoluntatem:ſtudium conciliandæ concordiæ:ſummã:& paternam in hanc remp.beniuolentiã:& quæ iudicandi rationem iura præcedunt:parata omnia:grauiter ferimus cãm diutius prorogari.Nos:qui ſpẽ præcipuã in tua.R.D.locauimus:rurſum ad eam inſtituimus:& dare noſtras litteras:& efficaciores preces adhibere:ut iã tandẽ pro ſua explorata bonitate/& pro uera in hãc ciuitatẽ dilectione:poſthabitis iniuſtis aduerſantium calumniis:huic controuerſiæ dignetur modũ:& finem ſtatuere:quod iuſtis de cauſis:& pro ea fiducia:quã tuæ.R.D.benignitas præbet:enixius petimus:atq; oramus.Sed plura:quæ ad rem pertinent/noſter fuſius explicabit Orator. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali.Senenſi.S.P.D.per ſuperiores litteras/perſpecta ſumma probitate:diuini cultus ſtudio:ſacrorum miniſtrandorum diligentia Matthæi familiaris tui:quem bonæ memoriæ educauit optimus inſtitutor.Verius:cõmendauimus illum tuæ.R.D.diligentius.Mox in tempeſta nocte defuncto uita:populus tam & ſi frequẽtia ob tẽporũ difficultatẽ difficilis admodũ uideretur in unu plærique oẽs conuenientes:cognita Matthæi ipſius ſufficientia:& explorata uirtute:cũ præſertim Verii Sacerdotis laudatiſſima imiteť ueſtigia:delegerunt unanimi cõcordia Matthæũ ipſum:cuius ĩtegritate:& uirtute:atq; fide maxime fræti ſunt.Rectorẽ:& animarũ ſuarum paſtorẽ.Rurſum igitur rogamus:ut Matthæi iuſtis meritis debitũ præmiũ:populo & parochianis:& deſiderio tantoꝵ uiroꝵ minime deſit tua benignitas.Igitur confirma:quæ ſumus electionem:quam unanimi delegerunt uoluntate parrochiani:uix uno ex omni numero:aut duobus ad ſummum in contrarium obnitentibus. Vale.

SEnenſes Cardinali Senenſi.S.P.D.Nouit tua.R.Dominatio:quæ iampridẽ controuerſia agitur inter .N.&.N.cõmunitatẽ:& populũ.Cætera putamus minime huic tẽpori congruere:ſed illud nunq̃ ſine culpa negligiť:quod ad ſalutẽ pertinet animaꝵ.Cupiunt oppidani terræ.N.acceptabili:& ſacratiſſimo paſcali tẽpore/diuinũ:& eccleſiaſticũ ĩplere præceptũ:& ſacro ſanctũ ꝑ ritu percipere ſacramẽtũ.Id enixius ab eoꝵ Pontifice poſtularũt:& nos itidẽ ꝑ noſtras litteras efflagitauimus:qđ cũ ĩpetrare nequiuerint oramus:atq; obſecramus tuæ.R.D.clæmentiã:ut pro ſua erga deuotos noſtros dilectione:& charitate:& digneť eam operã dare:ut populus:quẽ præſcripſimus:eã ſpiritualẽ/ac debitã cõſolationẽ adipiſcatur:ut multoꝵ cõſulatur ſaluti:& nullius affectio tam multaꝵ curã impediat animaꝵ.Deuotiſſime tuam.R.dominationem precamur:ut remittat:qui ob eam cãm ueniunt præſertim intercedẽtibus nobis:plane factos uoti cõpotes:qđ & enixius poſtulamus:& erit impetratum(ut ſpes eſt)populo noſtro:& reipublicæ certe gratiſſimum. Vale.

Senenſes

SEnenſes Fráciſco Cardinali Seněſi.S.P.D.Scit tua.R.dominatio qđ ita tua noſtra ſunt: quemadmodum noſtra quoq; tua ſunt omnia.Proinde res quaſcunq;/aut caſus tulerit:aut ſors ulla obiecerit: ea dem ſemp tecũ mente affecti ſumus.Credimus ré oém praeclari fratris tui recte cõpoſitá : & in optimũ cõſilio:& ſapiétia locũ redactá.Quod ſiquid nobis/aut curandũ/aut agédũ cenſeat tua.R.D.tá alacres erimus ad parendũ uoluntati eius:q̃ conſueuerunt qui ſerio/ac uehementer amant. Vale.

SEnenſes Duci Ferrarieſi.S.P.D.Nõ dubitamus:q̃ cordi nobis futura ſunt : ea a tua excellẽtia fidẽter petere:ſi illa uera é ĩprimis ſancta lex amicitiæ:ut q̃ honeſta uideanť :& rogare liceat:& exorare cõueniat.Quæ uero nr̃is benigne fuerint collata fidelibus:ea habemus ſemp iucũdiſſima.Nicolaũ Cluſinũ Iuriſcõſultũ municipẽ nr̃m magno quodá amore ꝓſequimur:nõ ſolũ pr̃iæ rõne:q̃ quõdá uniuerſæ Hetruriæ ꝑſuit:& nũc ſũma fide nr̃æ paret reip.ſed qđ a charo nobis uiro genus trahẽs:optimis uitæ ĩſtitutis & ſingulari ciuilis Iuris prudentia pollet:& in gerendis Magiſtratibus:quod recẽtia exẽpla declarát:ſumma fide & integritate uerſať.Hũc igiť & uiꝝ probum & Iuriſcõſultũ:& ꝓ ætate præturæ obeundæ maturum tuæ Illuſtriſſimæ Dominationi diligentiſſime commendamus:oramuſq; ut tam uirtutis eius merito/q̃ nr̃a commendatione diligere inſtituat Regii urbis tuæ Prætorem.cum primum commode licebit.Confidimus muneris dignitati & optimæ expectationi non deerit. Vale.

SEnenſes Florẽtinis.S.P.D.Noſtis/nihil nobis tantope curę eẽ:q̃ ut ociũ & quieté tueamur.Quáobrẽ audita ſupioribus diebus cæde nr̃i hoís ex oppido nr̃o Aſinæ lõgæ:metuẽtes ne qđ ꝑterea mali oriretť:multo ante q̃ ueſtræ nobis lr̃æ redderenť:curauimus magno ſtudio nr̃os a uindicáda iniuria cõtineri.Quod eo accuratius efficiédũ duximus:quo grauioꝛ nr̃i affectos ſe a Flauianẽſibus iniuria arbitrarenť:nullas enim priuatas inimicitias præceſſiſſe cõpertũ eſt.Perſuademus nobis/nos pro ueſtra bonitate minime paſſuros:ut rei patratæ cædis/tá indignũ facinus inultũ feràt.Quádo agreſtiora præſertim igenia ĩpunitate ꝓpoſita/peccare nunq̃ dediſcunt:ſed & cæteri inuitanť exẽplo.Id reꝝ oĩum primũ eſt mulctare ĩprobos/& ſceleris auctores/ad pacẽ & noſtroꝝ cõcordiá retinẽdam:quá & ipſi ultro cõſectamur:& uos/ut idem efficere uelitis:ualde rogamus:ut priuatim & publice ueſtri noſtriq; quiete agant.Bene Valete.

SEnenſes Florentinis.S.P.D.Nihil eſt pro noſtra neceſſitudine & ueræ fraternitatis iure qđ nõ ẽt iure optimo impartiẽdũ uobiſcũ cẽſeamus.Quádo ſunt oĩa amicoꝝ cõmunia:& ſunt ſecũdæ res tũ certe iucũdiores:ſi cũ amicis cões fiant:ut ad nullius ꝓrſus iniuriá/ita ſolũ ad retinẽdam tráquillitatem pacis:& quiete agẽdũ:id:qđ uobis quoq; ſcimus maxíe cordi eẽ:fœdus iniuimus cũ Sereniſſimo Siciliæ Rege Ferdinádo:quẽ maxíe oĩum pacis tráquillitatẽ ĩprimis expetere:& oĩ ſtudio ſectari ĩtelligimus. Id uos uoluimus:ne ſitis neſcii:quoꝝ una ingens & eẽ percipimus/& debere nõ dubitamus cõe pacis ſtudiũ. Valete.

SEnenſes Duci Ferrarienſi.S.P.D.Qui maxime pacẽ diligimus:ociũ expetimus : & quietẽ ſtudioſius cõſectamur:nuper cũ Sereniſſimo Siciliæ Ferdinádo Rege fœdus iniuimus : quẽ præcipue intelligimus auctorẽ ſtudioſiſſimũ tráquillitatis/& pacis.Cũ uero noſtra oĩa cũ tua illuſtriſſima Dominatione putemus eẽ cõmunia:eidẽ ꝑ noſtras lr̃as ſignificandũ duximus.Ná eiuſcemodi noſtram & amicitiam & fraternitatem eſſe cõſtat:ut quæ nobis uel proſpera/uel qualiacunq; contingant:cũ illa impartiri debeamus:ut ſit noſtra lætitia cumulatior cõmunicata tecum. Vale.

SEnenſes Venetis.S.P.D.Credimus/ac certo ſtatuimus:nihil oĩo ad ſalutẽ humanæ ſocietatis accomodatius bono pacis:nihil:quo egeat magis chriſtianæ reip.ſtatus:nihil qđ ueſtro Illuſtriſſimo Principatui magis cordi eẽ intelligamus.Eam nos rẽ ſtudio oĩ atq; induſtria cõſectamur.Proinde adiuti in pacis tráquillitate tuẽda:paulo ante a Sereniſſimo Ferdinádo Rege:quá ſuperioribus mẽſibus nõnulli perturbare nitere ntur:cũ Regis eiuſdem Maieſtate fœdus percuſſimus:& ſocietatẽ eiuſmodi iniuimus: quæ & ad nullius ſit prorſus iniuriá & noſtræ regionis quietẽ tuendá cõferat.Id nos pro nr̃a uera filiatiõe & ſumma obſeruátia & fide/in ueſtrá Illuſtriſſi.Dominationẽ : huic ꝑ nr̃as lr̃as ſcribẽdũ atq; ſignificádũ duximus:quam habemus optimũ ac præcipuũ benefactorẽ/patrẽ & noſtri ſtatus/ac libertatis paterno affectu ſtudioſiſſimũ defenſorem:ut pacẽ firmiter retineamus:quá præ cæteris oĩbus libẽter amplectimur. Valete.

SEnenſes Bononenſibus.S.P.D.Poſtulat uetus ac probatiſſima amicitiæ nr̃æ neceſſitudo:ut quæ ſecunda nobis putemus & proſpera:ea uobiſcũ amicitiæ quoq; lege cõferre debeamus. Cũ igiť ad cõſeruandá quietẽ noſtræ ciuitatis ac regionis:& ad firmiter tuendá pacẽ:quam nõnulli interdũ perturbare conantur:fœdus/ac ſocietatẽ cũ Sereniſſimo principe Ferdinádo Siciliæ Rege nuper inierimus quem ſtudioſum ĩprimis pacis & tráquillitatis agnouimus: uiſum ẽ:ut uobis ꝑ has lr̃as ſignificaremus:ut res ſua ꝑte natura iucunda fiat iucundior cõmunicata uobiſcum. Valete.

SEnenſes Florẽtinis.S.P.D.Venit iſthuc.B.Nánis filius ex oppido ſanctæ Mariæ/ſubditus noſter:ueſtrum aditurus Magiſtratũ:q affectus ur̃is hoibus ꝓxiæ regionis accolis:ſpopondit ꝓ eis cupiens boni cõſulere:quos amabat.Vir ꝓ captu bonus & integer.Huic nõnulli poſt inſimulant culpæ:quá a ſe prorſus alienã ꝓfiteť :& pecuniaria mulcta iniuria ſeſe affectũ queriť :q̃ſi pœná pro collato beneficio ferat.Crimẽ corá purgabit ipſe:& innocentiá pariter:& ſua iura explicabit.Oramus uos:ut hoiem ſuſcipiatis: & quæ ius poſtulat:& ur̃a bonitas cõſueuit:iuſta eidẽ miniſtrari iubeatis:præſertim adhibita cõmẽdatione noſtra:quam plurimũ ualere apud uos frequenti experimento cognouimus. Valete.

SEnenſes.N.Cardinali.S.P.D.Ex Oratoris noſtri litteris nuper accepimus: quæ de terreno ad eccleſiá .S.Angeli ſub Terris pertinente/rurſum reuerẽdiſſimus Spoletanus attulerit.Nos tam & ſi ueritatẽ in propatulo ſitam minime latere arbitremur : tamen ea ipſa de re ad tuam.R.Dominationem ſcribendũ ſtatuimus:quá certiorẽ facimus:nihil impedire Senenſes:neq; prorſum qcq̃ attingere : qđ uel

ad præſatæ eccleſiæ bona pertineat:uel ad aliquẽ fructũ ac ꝓuentũ ipſoꝝ.Nihil turbationis a nobis: nihil occu-
pationis exorit̃:ſed neq; unq̃ exortũ ẽ.Reuerẽdiſſimi Spoletani libere:q̃ ſua ſunt:poſſeſſioni patẽt.Q uod ad no
ſtrã ſpectat rẽp.oĩ ſtudio curauimus ſemp deuotã ꝑſtare ꝑſato Reuerẽdiſſimo Dño filiationẽ/ atq; obſeruantiã.
Idq; ipſum poſthac quoq; facillime patebit.Reuerẽdiſſimus Dñs Senẽſis una cũ aliis locupletibus teſtibus/ opti
mã: mẽtis nřæ ꝑſpicuũ documẽtũ plane afferre poſſit.Nihil ẽ:qđ cupiamus uehemẽtius:q̃ cãm de finibus cũ ec
cleſiaſticis finitimis nřis q̃ primũ abſolui. Ad quã celeriter cõficiẽdã/ ſpem certiorẽ affert tuæ.R.Dominationis
perbenigna opa.Nauari cãm rõ & natura poſtulat:quãdoquidẽ Senẽſem populũ in ſanctã Romanã eccleſiam: in
Apoſtolicam ſedẽ:& in ſummi Põtificis Sanctitatẽ/nulla gens:nulla natio/fide/ſinceritate amoris/uera filiatione
atq; obſeruantia præſtare põt.Eandẽ erga.R.Dominationẽ tuã plurimũ urgere pro ſua ingenti ſapiẽtia ipſa per
ſe plane nouit.Fuſius:quæ ad rem ſpectant:noſter explicabit Orator. Vale.

SEnenſes.N.Cardinali.S.P.D.Iuſtum atq; æquũ putamus cũ tua.R.Dominatione cõferre: quæ ad no
ſtræ reip.negocia ſpectant:præſertim in us:i qbus ſanctæ Romanæ eccleſiæ ratio nõnulla uerſat̃. Cũ
igit̃ accepenimus ex noſtri Oratoris lřis Reuerẽdiſſimũ Spoletanũ queri:Senẽſes quãdã eccleſiæ di-
ui Angeli:quæ ſub Terris nuncupant̃:interturbare iura mirati ſumus:& quidẽ nõ mediocriter. Neq;
enim quicq ullo tẽpore a noſtra repub.exortũ eſt:qđ ullo mõ perturbationẽ/aut occucupationẽ uel minimam
qdẽ afferat:uel in præfatæ eccleſiæ bona:uel in fructũ aliquẽ/ac ꝓuentũ eius.Q uæ ſunt ſua libere Reuerẽdiſſi-
mi Spoletani poſſeſſioni patent:qđ & in promptu ẽ:& totius accolæ regionis certiſſimũ queant teſtimoniũ per-
hibere:atq; ea mens eſt nobis:ut quæ ad eundẽ Reuerendiſſimũ Cardinalẽ ſpectãt: incolumia eidẽ permanere/
oĩ prorſus ſublata moleſtia:& eundẽ patrẽ ac benefactorẽ ciuitatis colere ſemp:atq; obſeruare uelimus. Q uod
pro tua ingẽti bonitate & amore in hac patriã:quæ omnifariã cũ ſancta Romana Eccleſia cõiunctiſſima eſt: eidẽ
Reuerẽdiſſimo Domino perſuadere omni ſtudio/ac merito iure poſſit.Senenſem remp. & eius iura omnia tuæ
.R.Dominationi ſtudioſiſſime commendamus. Vale.

SEnenſes Regi Siciliæ.S.P.D.Q ui innumeris quottidie a tua Maieſtate afficimur beneficiis: & cũctis
experimẽtis tuæ benignitatis paternã erga nos percipimus charitatẽ:/cognito ſapiẽtis uiri Ferdinandi
Q uarantæ aduentu/ad cõponẽdũ.N.mentẽ:atq; exortandũ ad uerã amicitiæ/ciuilitatis/& bene ui-
uendi rationẽ:tuæ Maieſtati q̃ maximas agimus gratias:& nos indies magis tuæ Maieſtati obnoxios
profitemur.De Magnifico.N.non putamus agendum pluribus.Suum ipſius nimium interdũ pateſacit ingeniũ.
Q uæ autẽ inficiari nequit:& in noſtrã nimis indigne admiſit remp.nouis atq; artificioſis integumentis prætexit.
At ipſa per ſeſe elucet ueritas:& ipſe quoq; prudens Ferdinandus facile rem ipſam noſſe potuit:& quales ſint ho
minis habendi mores.Placebit/nobis uehementer iam perſpectis tuæ Maieſtatis ſalutaribus monitis:ſi altã poſt-
hac uiuendi de integro rationẽ ineat:& ita ſe gerat:& a tua Maieſtate probet̃:& a nobis æquioribus animis ferri
poſſit:Sed & Ferdinandus ipſe:qui hoiem loquentẽ hauſit:& Orator noſter hoĩs mores probe inſtructus:copio-
ſius his de rebus/cũ tua Maieſtate ſermonẽ cõferre poterũt. Eidem unico huius patriæ profugio nos & ciuitatẽ
& ſtatum noſtrum ſuppliciter cõmendamus. Vale.

SEnenſes.N.S.P.D.Noſtis pro ueſtra ingenti ſapientia:quãti ſit paternus amor:qui a nullo prorſus uin
citur.Nos miſerati patris affectũ in iactura filii:& adducti piis precibus.N.ciuis noſtri:/quẽ & propter
ſuam ipſius uirtutẽ:& ob gentis claritatẽ ualde diligimus:has ad uos litteras dare inſtituimus: perq;
eas hoiem ipſum in ſuis negociis impenſiore ſtudio cõmendare.Cũ igit̃ accepent.N.cuſtodia filium/
& uinculis aſſeruari/ſenio cõfectus:dolore multo magis iſthuc concedit:amans filiũ:exoſus tamen diſſimiles mo
res/& longe a ſuo ingenio alienos.Ipſe corã cauſam ſuam explicabit.Oramus uos uehemẽter:ut auertatis animũ
a leuioribus:nec ſatis probatis filii moribus:ac reputetis potius patris probitatem & gentis nomen:& pro ueſtra
ſumma lenitate/ac manſuetiore ingenio/ita iuuare uelitis:ut ueſtro præſidio & opera redeat optati cõpos. Hoc
ſummi erit nobis inſtar officii. Valete.

SEnenſes Florentinis.S.P.D.Q uietis/ac trãquillitatis ſumma cupiditas compellit:ut eadem de re ſæ-
pius ad uos ſcribamus.Meminiſtis quæ paulo ante de nouatione Fuluianenſium contra Lycinianen-
ſes noſtros ſignificauimus uobis. Dolet plurimum non modo non abſtinuiſſe ueſtros iniuriarum in
obſtruendo flumine:& irrigandis aruis:magno cum noſtrorum damno:præter conuenta/ac iamprid ẽ
iudicata.Sed de integro quoq; inſtructa ſuorum manu & ueſtro prætererea iuuante milite:obicem adieciſſe:& ag-
geſto ligno/ac ſtructo ſaxo alueum fluminis deriuaſſe:& ueterem fluentium aquarum curſum perturbaſſe:qđ
niſi appoſita ſubmoueantur uicina loca paluſtria fieri neceſſe eſt. Q uod cum fit:grauis oritur iactura totius late
regionis:& prorſus itolleranda noſtris. Q ui igitur ueſtram percepimus optimam uoluntatem:ad auferenda ini-
tio malorum ſemina:quod pro ſummo & cõmuni quietis ſtudio/cõmuniter u troſq; curare oportet: Mittimus
exemplũ eoꝝ:quæ iampridem a Nerio Gyni iudicata ſunt:& rata porro habita:ac longo iam ſemper annoꝝ ſer
uata curriculo.Q uibus modo ueſtri iniuria aduerſant̃.Oramus autẽ:ut & efficax & celere uelitis remediũ adhi
bere.Poteſtis(ſi ita ꝓbetis)mittere eodẽ Legatũ:qui rem ipſam corã tueat̃:& quæ ius: quæ pactoꝝ & conuen-
torum poſſit ratio:iubeat inuiolator ſeruari:ut probe oĩa conficiantur: & non diſcedant aut ueſtri/ aut noſtri ab
eo:quod utriq; magno ſectamur ſtudio:ut quæ populoꝝ beatitudo eſt:trãquillitas cõſeruet̃. Ea enim imprimis
propoſita nobis eſt:quam turbari a quopiam nimium ægre patimur. Valete.

SEnenſes Duci Ferrariẽſi.S.P.D.Nouimus tuã illuſtriſſimã dominationẽ iis abũde pollere/ ac præſta-
re laudibus:quæ glorioſum & præclariſſimũ Principẽ decẽt:Iuſtitia atq; beneficentia:quaꝝ utraq; ẽt
præ cæteris oibus hoĩum cõciliationẽ tuet̃:& cõtinet.N.quidã ex Flãminia:qui iãpridẽ noſtrã urbem
incolit:cauſam habet:quã ille ipſe coram fuſius explicabit: & has reddet nřas litteras. Cõfidit noſtra
potiſſimum

potiſſimum cōmendatione ſeſe apud tuá excellentiá gratioſioré fore:& ſua facile aſſecuturú:quæ a ſuis nōnullis affinibus occupanť:& eius noie nōnullæ repetitæ pecuniæ. Nūc ſeſe inuito retinenť. Oramus uehemēter tuá illuſtriſſimá dominationé:ut ſe illi beneficū p̄ſtet:& iubeat illi ius ſuū reddi. Sed qd multa? Facile erit iuſtiſſimo Principi iuſtitiá colere. Et. N. qué p̄ſcripſimus eo tractare humanius:qđ & iuſta rogat:& ex tuo agro ortus eſt:& noſtræ incola ciuitatis:q̄ cū tua Illuſtri. dominatione ſūma quadá neceſſitudine iuncta eſt. Vale.

¶ Publica Fides.

IVſtis atq; legitimis rationibus adducti nos:q diuina ꝓuidētia diſponēte/Senēſem Rempub. gubernamus:q nō inuiti petētium uotis annuimus:p has noſtras litteras publicá fidē præſtamus:& liberū ſaluum ductū cōcedimus iis hoibus tam fœminis q̄ maribus dūtaxat:quoꝝ in calce haꝝ litteraꝝ deſcripta ac ſubiecta ſunt noia:ut libere petere noſtrá urbé & accedere ad quæuis noſtri agri & dictionis loca:& ibidem demorari:pnoctare:libero quoq; tranſitu uti:redire:& abſcedere tuto cum ſuis rebus/ac ſarcinis:& abſq; ullo prorſum ipedimēto ac moleſtia poſſint:& hoc noſtræ publicæ fidei iure libere ac tuto pfruanť duorū mēſium ſpatio. Quod omne cōcedimus:nō obſtātibus qbuſcūq; reformationibus/iſtitutis/decretis/atq; intercepionibus. Et ꝑpterea imparamus oibus Vicariis noſtris/Cōmunitatibus/ſtipendiariis/& ſubditis noſtris & nr̄æ fidelibus reipub. ut hác noſtrá fidé/ac liberū ſaluū cōductū diligenter atq; inuiolabiliter ſeruēt:nec ullo modo ſtatuto duoꝝ mēſium ſpatio cōtra facere audeant/ſub noſtræ indignationis incurſum. Et quáuis deſcripta ſint impetrantium nomina:illud tamé excipimus:ut per hanc fidem neq; palam neq; clanculum ulla pateat ad noſtram ditionem rebellibus noſtræ reipub. ueniendi facultas. Valeant qui legerint.

SEnenſes. N. S. P. D. Cum annua ueſtræ urbis. Prætura deſunctus ſit ciuis noſter chariſſimus Valerius Seuerinus:& reliquū ſibi haud pauxillulū pecuniaꝝ pro eius Magiſtratus mercede a ueſtra repub. debeať:itelleximus dictá ſibi pecuniá cuiuſdá ueſtri publici redditus quot mēſibus a ueſtris quæſtoribus pſoluendá. Extant ad id ueſtræ ciuitatis ſignata monumenta & publici decreti ac fidei litteræ. Sed quomodo nunciatū eſt nobis:nō poſſumus nō mirari/& eam pſolutioné in mēbrū aliud/& qdem multo deterius/eſſe tranſlatá:& iam mēſes quattuor penitus itermiſſam. Quáobré decreuimus has dare ad uos litteras:& ciuem noſtrū qué ualde diligimus:cōmēdare. Hortamur igiť ueſtras Magnificentias:& oramus:ne illū patiamini eiuſmodi affici detrimēto atq; incōmodo:& iubeant eidem ꝓmiſſam fidé ſeruari:quod noſtra poſtulat amicitia:ius exigit:dictat ratio:ciuis noſtri poſcunt merita:cuius pater in noſtra præclarus rep. plurimum ueſtræ magnificæ urbis nomé obſeruat. Quod ſi ſatiſfieri iuſſeritis(uti ſperamus)gratū nobis feceritis:& ueſtræ conſuluetiis dignitatis:quæ nemini datam fidem fallere debet:neq; urgebit negata iuſtitia aliam ſubire rationem:cum ciuis noſtri indēnitati iure optimo proſpiciendum uideatur. Valete.

¶ Patentes litteræ.

CVm ualde diligamus pro uirtute & fide Antonium Camporſeuoli iam Stipendiarium noſtrum:idcirco uniuerſis & ſingulis Principibus & populis/amicis & beniuolis noſtris eiuſdem uiri probitatem conteſtamur. Nos qui Senenſi præſumus reipub. & eiſdem præfatum uirum diligēter cōmēdamus:habituri gratiſſimum quicquid illi fuerit:præcipue cōmendantibus nobis/commodi atq; humanitatis collatum/parem ſuis uicem redditurí. Valeant qui legerint.

SEnenſes. N. S. P. D. Cum intellexerimus Sauinū Antonii Radicophoréſem/ſubditū noſtrū acerſitū a tua illuſtriſſima dominatione:qđ ingenio & arte ualere phibeať:cupiditū grauioribus in rebus/tū etiá in cæteris oibus præſtare:qđ amicitiæ ꝓprium officium eſt:nō ſolum aſſenſi ſumus:uerū etiam imperauimus:ut cōfeſtim ſe ad tuam illuſtriſſimá dominationé cōferat:& ei ſumma fide/induſtria/ac diligentia obſequatur. Eſt enim pergratum nobis:ut ſiquid eſt:in quo inſeruire tuæ illuſtriſſimæ dominationi poſſit:omnem adhibeat operam:& ſe obſequētiſſimum præbeat. Confidimus & Sauinum a iuſſibus noſtris nihil diſceſſurum:& tuam illuſtriſſimam. D. cōmēdatum illum habiturá:quæ bene Valeat.

SEnenſes. N. S. P. D. Agunt. N. cum noſtris duriter nimium:qđ quidem in promptu eſt omnibus. Primum ad interceptionem pecoris cōfugerunt:cum nulla eius rei iuſta præceſſerit cauſa:& nullo modo ſit denegata iuſtitia. Res certe non modo a uicinitate & amicitia:ſed etiam a iuſtitia & humanitate aliena. Diligenter curatum eſt:ut damna:quæ illata feruntur:reſarciantur:mulcta pecuniaria perſoluatur:det iuſtas pœnas:qui inuadere & uulnerare auſus eſt. N. hominem. Quid eſt:quod fieri potuerit:ac nō accuratiſſime factum eſt? Nunc de integro petunt & aliam inſuper pecuniam:& noſtros onerant ſubtilioribus inueſtigationibus/& callidioribus inuentis. Summum ius:ſæpe ſumma malitia eſt. Præceſſores noſtri edixerūt ius ſuis reddi:nos quoq; idem iuſſimus perſtudioſe. T. R. P. eſt moderari illorum cupiditatem:atq; efficere pro tua prudentia & bonitate:ut illi ſint cōtenti iuſtis rebus:nec ulterius progrediantur q̄ æquum eſt. Itaq; oramus tuá R. P. ut adhibeat ad eam rem:tandem cōponēdam eiuſmodi operam:ne diutius pro re tam parua/inter noſtros & eos uicinos contentio maior eſſe uideatur:quod pro æquitate & tua tum in omnes/tum in hanc rempub. beniuolentia efficere debet tua. R. P. cui nos uiciſſim libenter placere ſumus ſemper affecti. Vale.

SEnenſes. N. Cardinali. S. P. D. Proximis ante diebus p præfectū paſcuorū in eccleſiaſtico agro detenta ſunt pecora bubalina circiter ſexdecim:quæ abduxerūt ſui ex armento:quod ad ſacram hoſpitam ædem Scaligeram ptinet. Vicinitatis ratio poſtulare uidetur:ut agatur cū noſtris mitius:& ipmus habēdam rationé putamus eius piiſſimæ ædis:quá etiá tota uenerať Italia:uel potius fidelium concio. Proinde oramus tuá. R. D. ut ſuá pbenigná operá adhibere digneť:ut intercæpta pecora ipſa reſtituantur:& impune reddantur noſtris:quod accipiemus gratiſſimum qui præfatæ ſacræ ædis cōmodum ſtudioſe tueri ſemper enitimur:& tua. R. Dominatio(quum uſus accidit)idem ſemper conſueuit efficere. Vale.

SEnenſes.N.Cardinali.S.P.D.Cum iuſta petunt̃:praeſertim cum accedit tuae.R.D.cõmendatio:ſummá ſemp ad rem cõficiendá opam adhibemus.Proinde acceptis tuis litteris:quae nuperrime nobis ſunt redditae:acceſito Praetore Sácti Quirici/ſumus oia ſcrutari diligẽtius : quae extorqueri a captiuo & furace hoie potuerunt:Equũ & Mulá ſolũ cõfeſſus eſt.Caeterorũ q̃ cõmemorant̃:aliud nihil. Equus reſtitutus eſt:Mula in tuto eſt:praeſto ad arbitriũ domini eius.Nec tamẽ ꝑtermittet̃ cura diligentior:ſiqd ꝑterea inueſtigari & recuperari poſſit:ac reddi iis:q iacturã ſunt paſſi.Idq; ut ita ſibi perſuadeat tua.R.Dominatio: uehemẽter oramus.Quanq̃ q aſſeruabat̃:dimiſſus eſt:qd̃ de ſacerdotio eius cõſtaret:& nõ dabat̃ Praetorii uel quaerẽdi/uel ulciſcẽdi poteſtas.Qd̃ aũt ad negociũ Reuerẽdiſſimi domini.N.attinet:iam opam opportunã : & noſtrae reipub.mádata accõmodauimus:& qbus demádata res eſt:ad deſtinatum locũ ſunt profecti. Vale.

SEnẽſes Fráciſco Cardinali.S.P.D.Supuacuũ foret plura ſcribere tuae.R.dominationi de.N.negocio. Ná ſaepe declaratũ eſt:q̃ nr̃ae ĩterſit reip.tueri ſtudio omni illius Magnifici dñi beniuolẽtiá:atq; amicitiá.Sed id multo nouit planius tuae.R.Dominationis ſapiẽtia:q̃ ꝑcipuae ſpectare ſemp cõſueuit huius cõis patriae ſalutẽ & cõmodũ.Qd̃ igit̃ ſaepius & p litteras & corá rogatũ ẽ:ea q̃ filius in patrẽ fiducia cõcedit̃:poſtulamus:atq; ꝑcamur:primũ ut cãm ita ꝓrogare dignet̃ tua.R.Dominatio:ut nihil de integro noui fiat in ea:qd̃ abſq; tuae.R.D.ꝑiudicio fieri poſſit.Deinde uero:ut pro tua ſũma circũſpectiõe & ĩ hác rẽpu.charitate/eiuſmodi adhibere huic negocio tẽperamẽtũ uelis:ut ſaluo(quátũ cõmode fieri põt)tuae eccleſiae cõmodo/ita gratiá in ea cã reportet ꝑfatus Magnificus dñs itercedẽtibus nobis/& huius patriae ĩtuitu/tuae.R. dominationis beneficio/atq; opa:ita demũ res tota tráſigat̃:ut tua.R.D.eidẽ Magnifico dño & nr̃ae reip.recte cõſultum eſſe uideat̃:qd̃ certe futurũ cõfidimus:cũ nihil tam difficile ſit:qn uere amáti facile fiat:ei ꝑſertim:q tam uelit/q̃ põt:& abunde ſapit.Votiuũ expectamus effectũ:p quẽ oĩum proſpiciat̃ rationibus:& ille:quẽ cõmẽdamus/gratiam tuae.R. Dominationi acturus ſit:&. acturus in hanc patriá amorẽ & ueterem beniuolentiam. Vale.

SEnẽſes magno Eccleſiae lumini Beſſationi/Cardinali Niceno:q crateras oẽs bibit Athenis.S.P.D. Piũ & humanũ eſt ignoſcere hoĩum fragilitati:quae táta eſt:ut etiá culpa uacare nõ poſſint:q diuino inſeruiunt cultui:& religioni fuerint mácipati.Ferũt.N.ex hac nr̃a urbe oriundũ:& Minoriſtaꝝ ꝓfeſſorẽ leuem quápiá noxá admiſiſſe:qua pp & magno incõmodo ſimul afficit̃:& exilio religionis ſuae. Ignouit Saluator noſter iis:q neſciunt:qd faciãt:& nos quoq; eundẽ.N.tuae benignitati cõmẽdamus:ut ſi antehac fortaſſe p aetatẽ atq; inſcitiam deliquerit:tamẽ cũ inſtituerit ꝓpoſitũ animi in melius cõmutare:rogamus tuá.R.D. ut ei uetera errata cõdonare dignetur:& itercedẽtibus nobis/cõmẽdatũ ſuſcipere. Vale.

SEnẽſes.N.Cardinali.S.P.D.Cũ accepiſſemus nuper tuae.R.Dominationis litteras:p quas peteret admitti in domũ Sapiẽtiae noſtrae urbis peritũ ꝓfeſſorẽ litteraꝝ.N.cupidi cunctis ſẽp in rebus)quantũ in nobis eſt)tuae.R.Dominationis auſcultare uoluntati:libenter gratificati ſumus : & illi pro tua cõmendatione/laetis animis morem geſſimus.Pari quoq; animo erimus ſemper affecti. Vale.

SEnenſes Venetis.S.P.D.Nouimus:& perſpicuis ſaepe documẽtis didicimus q̃ fuerit ſtudioſa ſemper aequitatis & Iuris prae caeteris omnibus praeclara ueſtra/atq; illuſtriſſima ciuitas.Summa ueſtrae illuſtriſſimae Dominationis in hác rẽpub.explorata beniuolentia eſt.His nos adducti potiſſimũ rationibus/fidenter ciues noſtros/& iuſtam cãm cõmẽdamus.Iacobus Pantaleonis/Bonſignorius: nobilis & charus ciuis noſter nõnulla paſſus eſt:quae graui illum affecerũt iactura:& ut ſatis cõiectari licet/praeter aequũ & iuſtum.Rem dilucide corá explicabit ipſe.Nos pro ea charitate:qua ciues noſtros cõplecti debemus : & pro ea fiducia:quá ꝑbet nobis ſũma ueſtra benignitas/enixe oramus:ut ꝑfati ciuis noſtri pcipe iura dignet̃ ueſtra Illuſtriſſima Dominatio:& quae nemini patit̃ iniuriá fieri:& nobis gratiá quoq; libẽter impẽdit:remittere illum iuſti uoti factum cõpotem:quod & futurum facile cõfidimus:& impetratum erit nobis gratiſſimum. Valete.

SEnenſes.N.Cardinali.S.P.D.Credimus eſſe partes noſtras:ut uiros probos/& uirtute ac doctrina ornatos:cũ plurimũ diligamus:tum etiá cõmẽdatione noſtra & cunctis fauoribus ꝓſequamur.Fuit pridem in noſtra urbe.N.aegitq; apud nos annos cõplures:uerſatus in litteraꝝ ſtudiis:praecipue in legalis ſapientiae ſimul/& Iuris Pontificii cognitione:qua in re adeo breui tpe excelluit:ut in noſtro Gymnaſio publicae aliquãdiu legerit:diſſeruerit:& utriuſq; ꝓfeſſionis magna cũ laude fuerit aſſecutus ĩſignia: ita modeſte:ita frugaliter ſe gerens:ut uniuerſae ciuitatis & ſinguloꝝ ciuium beniuolentiá & gratiá cõparauerit : ut iam tandẽ pro ſuis uirtutibus & doctrinae laudibus charus factus oĩbus.Dignus nobis uideat̃ ĩprimis:quẽ iure laudemus:& probitatis ſuae atq; eruditionis & ĩnocentiae teſtimoniũ ꝑhibeamus:cuius tam recta & tam ꝓbata oĩbus uita fuit:ut in domicilio Sapientiae noſtrae urbis Rectorẽ habere uoluerimus:qui qdem etiá Magiſtratus multo certe planius uiri prudentiá & uirtutẽ ĩdicauit.Quid multa?Cogimur illũ nõ ſecus q̃ uernaculũ amare/atq; amplecti ciuem/magnifaciẽtes uirtutẽ eius:quá cõtinuo multiplex cõſecuta dignitas eſt : uelut ſummae amplitudinis premiũ:ut ſit idem utriuſq; Cõſultus Iuris:& Principibus potentiſſimis/magnis honoribus/ac titulis decoratus:ut publica:quae ipſe apud ſeſe habet monumẽta declarát:noſq; etiá cõteſtamur.Cũ igit̃ acceperimus/uacare eccleſiam nup.N.& eundẽ cõmuni totius Cleri & populi eius cõcordia/atq; cõſenſu optatũ eſſe:qui eidẽ ſit praefuturus eccleſiae:oramus tuá.R.Dominationẽ:ut ad hunc ipſum iuuandum/ꝓmouẽdumq; dignet̃ apud Pontificem Maximũ/operá:atq; accuratá interceſſionẽ adhibere:& eius ita poſtulantibus meritis:& noſtris quoq; adhibitis precibus nõ uulgaribus.Erit hoc nobis:& huic gratiſſimum Reipublicae. Vale.

SEnẽſes.N.S.P.D.Plurimũ diligimus.N.qd diu in noſtra urbe uixerit:uerſatus ĩ ſtudioꝝ exercitatiõe/& ciuilis/ac põtificii Iuris Prudẽtia/Rectorem geſſerit in domicilio noſtrae ſapiẽtiae/utriuſq; iuris ſit adeptus ĩſignia:ſed ĩprimis ob uirtutẽ praecipuá/atq; eius uiri ꝓbatiſſimos mores/charum habemus perinde:ac ciuem noſtrũ & ei cupimus gratiam & honorẽ deferri.Cum igitur uacet eccleſia.N.ut ie-

runt:ad quam regendam optat.N.uniuerſus & Clerus & populus eundem.N. præficiendum:oramus tuam.R. Paternitatem:ut ad id aſſequendum accõmodatiſſimam operam:atq; efficax auxilium adhibere uelit:cum ob uiri meritum:tum ꝓpter noſtræ Reipub.cõmendationem nequaquã uulgarem. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Eſt ad portam Camilliam noſtræ urbis(ut tua nouit.R. Dominatio)ſacellum:qđ olim dicauit Alexander Mirabellus:ac poſtmodũ Gentilis tuus in honorẽ Virginis.Id præuẽtus morte/ĩcohatũ reliquit:nec tutũ eſt ab ĩbribus:& patulũ/nondũ adhibitis foribus/nõ ſatis religioſe colit̃.Hoc cupit ciuitas uniuerſa nauari:& ne ꝓfanet̃:ſanctius cuſtodiri.Quãobrẽ uiſum erat:ut hoſpita noſtra ædes Scaligera id opus pficiẽdum ſuſciperet:tum ob numinis reuerẽtiã:tum etiã ad ſatiſfaciẽdum populi deuotioni.Res digna eſt:quã tuæ.R.Dominationis cõſenſu atq; auctoritate fieri conueniat:ut eius ſacelli cuſtodia p unitatẽ pio eidem loco cõmittat̃:tribuaturq; ea conditione:ut de agenda quot epdomadibus re diuina in eadem æde cõſtituatur:quatenus pium uiſum fuerit.Proide oramus.T.R.D.ut ad eam collationem:quã iudicabit expedire:auctoritatem atq; operam adhibere dignetur:ita ut pleno iure ad noſtrã ipſam hoſpitam ædem tua interueniente benignitate transferatur. Vale.

SEnẽſes Florẽtinis.S.P.D.Cogimur ſcribere:quæ nõ ſine moleſtia/magna admiratione & noſtroꝝ iactura(ut credimus)præter mẽtẽ ueſtrã geſta ſunt:& nup nunciata nobis.Milites ueſtri:q ad montem Politianũ & ad ꝓxima loca hibernãt:noſtros fines ĩgreſſi/inuaſerũt late regionẽ/iuxta Mõtichiellum & Turritã finitima oppida:& multa diripuerũt:nec pabulũ modo aſportauerũt/ac ſtramẽta: ſed & ꝑ iniuriam alia inſup dãna multiplicia ĩtulere:ne ipſis qdẽ parcẽtes noſtris agricolis:quos & ĩuitos cuſtodiebant:dũ prædã agerẽt:& pro ſuo arbitrio oĩa gererẽt:ſed qđ moleſtius etiã uideri debet:grauiora minati ſunt : nec ſe tẽperaturos uel in poſterũ ab iniuria/ac dãno.Quæ cũ ſint oĩa a nr̃a nõ fraternitate ſolũ/uicinitateq; / & ꝓbatiſſima amicitia maxime aliena:ſed ẽt a iure uiuẽdo:atq; cõmuni pacis rõne uehemẽter abhorreãt:cũ pari ſtudio qetẽ maxime tueamur: & cunctis uiribus noſtroꝝ ocio/ac ſaluti cõſulamus:regrimus:atq; enixe hortamur uos:ut his incõmodis q̃primum mederi uelitis:& militẽ ueſtrũ ita cõpeſcere atq; moderari:ut poſthac ab eiuſmodi excurſione atq; inferẽda iniuria prorſus abſtineat:& quæ p uim noſtris ablata ſunt:reſtituat:reſarciat ue : ut facile intelligant oẽs:& quæ facta ſunt:in iuſſu ueſtro facta eſſe:id:qđ ipſi certo nobis pſuademus:& nos nihil malle/q̃ qđ ueros amicos decet(ſi ueri eſtis amici)iuſtitiam/ac tranquillitatẽ.Erit pergratum nobis:ſi q̃primũ res ĩnotuerit : ad hæc incõmoda & mala ꝓpulſanda accõmodatam operam:& oportunum remedium adhibitum extitiſſe: ne nos iniuria laceſſiti cogamur/inuiti tamen/ire his obuiam malis:& audẽtiores inſolentium motus comprimere: nam patientia diuturnior ſæpe nouam ſolet iniuriam inuitare. Valete.

SEnẽſes Papæ.S.P.D.Intelliget tua ſanctitas præſertim Frãciſco Aringherio equite ciue noſtro chariſſimo exponẽte:quæ nup facta ſunt ab iis:q degunt in ꝓuincia Patrimonii aduerſus Malleanẽſes noſtros:& quod ex noſtris finibus pecus abactum eſt:& p nõnulloꝝ ĩproboꝝ artem atq; fraudẽ traductum in eccleſiaſticũ agrum:& nunc a p̃fecto paſcuoꝝ & Dohanerio Patrimonii detinet̃ : quaſi fraudi & pœnæ obnoxiũ.Supplicamus tuæ Sãctitati:ut rem ipſam plane pſpicere dignet̃:facti noſſe ueritatẽ:& ſeriẽ oẽm:& quæ ĩtercesſit:fraudẽ:ac poſtremo iuſte & ſalubriter cauſa pſpecta/proſpicere noſtris hominibus : ac prouidere:ne qd iniuſte agatur:quod maxime Paſtorẽ fidelium & Chriſti Vicarium decet.Ea de re uerba faciet Franciſcus ipſe Eques.Supplicamus:ut ei certam dignetur fidem præſtare exponenti. Vale.

SEnẽſes.N.S.P.D.Iuſta oẽs:& q̃ honeſta ſunt:facere oportet:ſed eos p̃cipue ſtudioſius : q̃ in Romana eccleſia alicui ſunt adminiſtrationi p̃fecti:& Apoſtolicũ fiſcum currãt.Intelligẽt ueſtræ paternitates ab eo:cui has noſtras dedimus litteras:qđ nup factũ ẽ in ꝓuincia Patrimonii & ĩ nr̃o agro/de qbuſdã p fraudẽ abactis ſuillis pecoribus:q̃ erãt in noſtris paſcuis:& maligne a qbuſdam ĩprobis/in Eccleſiæ agrum ſunt traducta:ex quo fit:ut noſtri p iniuriã/quaſi obnoxii fraudi pœnã pecuniariã prorſus ĩdebitã ſoluere cõpellant̃.Scimus id ueſtris paternitatibus fore moleſtũ:& eas daturas operã:ne quid iniuſti fiat:& ne noſtris hominibus aut damnũ/aut iniuria inferatur.Audite igitur oramus/eum:qui has noſtras reddet litteras : & quæſumus cauſam cognoſcite:ac remittite iuſtæ petitionis factum cõpotẽ:præſertim cũ ſimus ipſi ea mente:ut quæ ad Apoſtolicã pertineant ſedẽ & fiſcum:omni ſtudio & diligentia perficere contendamus. Valete.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Venit iſthuc Malleanẽſis iſte noſter:cui has dedimus litteras.Explicabit ipſe cauſam ſuam:in qua(ut plane cerni licet)iniuſte agitur ab iis:qui in ꝓuincia Patrimonii/eccleſiæ paſcuis ſunt præfecti.Precamur tuam.R.Dominationem:ut & rem noſſe ordine: & noſtro homini adeſſe & fauere dignetur:ut tandem tuæ.R. Dominationis benigna interueniente ope/optatum & iuſtum conſequatur effectum. Vale.

SEnẽſes Duci Ferrariẽſi.S.P.D.Cũ ueniat iſthuc Nicolaus:cui has nr̃as dedimus lr̃as:ut reducat quẽpiã Scipionẽ adoleſcẽtulũ ciuẽ noſtrũ:cuius nup pater rebus exceſſit hũanis:& ĩter ſtipẽdiarios uerſetur:quẽadmodũ hic noſter tabellarius poterit explicare:moti lachrymis matris eius:& qa ſi abſit diutius:magnũ patrimonio eius ĩferret̃ detrimẽtũ:oramus tuã illuſtriſſimã Dominationẽ:ut opportunum ad reducẽdũ adoleſcẽtulũ ipſum uelit accõmodare fauorẽ:quod nobis erit pergratum. Vale.

SEnenſes Frãciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Cum ueniſſet proximis ante diebus miſſus a.R.Domino N.cauſam tranſigẽdã cũ noſtra republica/pro eccleſia.N.& nõnullo agro:quẽ ſpectare dicunt ad prælibatam eccleſiã:cupidi rei cõcorditer finiendæ:delegimus Santẽ ciuem noſtrũ : qui una proficiſceret̃ ad oras ipſas:& ius ſuum cõſignaret eccleſiæ:& ei:qui ad eam cãm cõficiendã miſſus erat. Iam erat optime cõſtitutũ:ut quæ iam parata eſſent:pficerent̃ oĩa.Sperabamus rem q̃primũ nauandam.Nos Legatũ noſtrũ ita cõparauimus:ut nihil p̃termitteret̃:quin cauſa tum efficaciter/tum celeriter cõficeretur.Dum hæc geruntur

internunciatum eſt fore:ut hac ſopita cauſa:aliæ deinceps auctore eodem.R.Domino contra noſtram Rempub. cauſæ mouerenẽ ꝑ alias nõnullas eccleſias:ut ferunt:quæ & in eadẽ ſunt regione:& ad monaſteriũ diui.N.aſſerant ꝑtinere.Id dirimẽdæ executionis Legato noſtro dedit cám:cũ fama uulgatior eſſet:nõ deſitũ iri a cõtentiõe:ſed alias poſt hãc ſecundas nouas litigãdi rõnes:quo nihil nobis põt contingere moleſtius:& certe id tota hæc ciuitas plurimũ admiraẽ:& dolet.Nã æquũ uidebaẽ:iponere cõtrouerſiæ modũ:nõ nouas de ĩtegro ſubnectere:cupiebamus ea cõſignatiõe facta/ita poſthac cũ ꝑfato.R.Dño agere:ut filios cũ patre decet. Nũc ſatis nõ poſſumus admirari.Nec id certe patris officiũ eſt:nec putamus Pium fœlicis recordationis Põtificẽ ꝑuexiſſe hoiem ad eum dignitatis gradũ:ut eſſet:q noſtrã ꝑpetuo patriã ꝑturbaret.Sanctũ eſt/lites dirimere:non diutius alere:aut nouas texere.Satius erat cõcorditer oĩa trãſegiſſe/q̃ ſummũ ius quærere:qđ plerunq; ſũma iniquitas eſt.Viſum eſt nobis:ut tuæ.R.Dominationi hæc ſignificaremus ordine:ut quæ uere geté affectat:& patriã uere diligit.Qua rõne uiderit cõgruere magis:ea de re cogitet:cõferatq; qd agẽdũ uideaẽ:ut ſimul quieti cõſulaẽ patriæ:& ꝑ tuam benignã operã accõmodata fiat harũ rerũ cõcluſio:& nos ita.R.Domino.N.utamur patre & benefactore:quẽadmodum dictat ratio:& fœlicis quondam Pii Pontificis recta erat intentio. Vale.

SEnenſes Lucẽſibus.S.P.D.Cõfidimus nunq̃ defuturã ueſtrã opem iis:quos diligẽtius ueſtræ Magnificæ fraternitati cõmẽdauerimus:præſertim honeſta in cauſa:& quæ ad ſanctæ religionis ꝑtineat ꝑfeſſores:quos iuuare fas eſt:& pium exiſtimãdum opus.Accepimus Raphaelem quẽdã Federicũ Lucenſem/iuuenẽ ꝓbum:& nunc Cartuſienſem religionẽ ꝓfitentẽ habere nõnulla cuiuſdam hæreditatis iura.Is uenit modo aditurus partẽ:quæ ſibi obtingit.Oramus ueſtrã Magnificã fraternitatẽ:ut eundẽ ipſum:& q eius cauſam tuenẽ:ꝓhumaniter audire uelit:& re plane ꝑſpecta/ita adeſſe:ut q iuſta petit:iuſta ſe aſſecutum maxime cõmendantibus nobis:& uoto ſuo celeriter ſatiſfactũ lætet.Id q̃ æquum poſtulare eſt:tam certo ſperamus a ueſtra Magnifica fraternitate facile futurũ:cui nos uiciſſim oia gratificari cupimus. Valete.

SEnẽſes.N.S.P.D.Accepimus iãpridẽ Scitoniẽſes dilectos fideles noſtros petiſſe ſupplices.T.R.D.ut eius ĩteruenictẽ ope/ac benigno fauore/facultatẽ aſſequerenẽ uẽdẽdoꝝ bonoꝝ:q ad monaſteriũ ſpectant eiuſdẽ oppidi dirutũ/ac prorſum deſertũ:ut ex cõlecta pecunia/tẽplũ reficiãt eiuſmodi ad diuini cultus honorẽ:ut & deuote celebrari:& res diuina in eo fieri poſſit.Nos quoq; cũ putemus piũ & ſanctũ poſtulare illos:libẽter adhibemus ꝑces nr̃as:quæ nunq̃ apud tuã.R.D.inanes eẽ cõſueuerũt.Profitemur utiq; nos gratũ admodũ habituros:ſi pii uoti & honeſti(ut uideẽ) poſtulati fiant cõpotes. Vale.

SEnenſes.N.S.P.D.Quæ ſcribit tua.R.P.de quærelis.N.populi:uoluimus plane ꝑſpicere/& facti inueſtigare ueritatẽ.Quoniã mens noſtra ẽ:ut Eccleſiaſticoꝝ hoium diligens habeaẽ ratio:& N.ueteres amicos ex corde diligimus.Sed accerſitis his:unde res tota ꝑſpicue inoteſceret:ſtatuimus in utraq; cã iniuria.N.queſtos eẽ:& primũ qđ ad ſata frumẽta attinet:& ad ꝑſolutionẽ uectigalis:cũ ꝓ præcepto quoq; ꝓ modio/in noſtris aruis uis certa pecuniæ debeaẽ:qd eſt:qđ quæri poſſiut:cũ ex ĩſtituto teneant?Cũ ſit eis eiuſmodi ĩpoſitio explorata?Neq;.n.neſcire ſe ꝓfiteri poſſunt:cũ ꝓximis annis curauerint.N.ea ſe ĩpoſitione liberari his fœderibus:quæ poſtmodũ irrita fuerũt:ea nequaq̃ cõprobãte Romano Põtifice:ſcimus tuã.R.P.ꝓbare:ut ſtetur cõſtitutis:ac iuſta ſeruenẽ.Quod ſi iuſtũ petiẽ:merito uideẽ eẽ præſtandũ.Quod aũt ſpectat ad intercæpta pecora:cũ dubio procul in paſcuis noſtris & in Senẽſi agro præter ius fuerint depræhenſa:qđ facile ſcitu eſt:nec ignorãt.N.ipſi:& ſpõte fatenẽ.Egimus cũ ꝑfectis paſcuoꝝ:ut.N.& Eccleſiaſticos hoies/quãta fieri põt gratia:atq; humanitate ꝓſequanẽ.Quare ſi pecorũ domini illos adibunt:& oia cõſtabũt:nõ modo nulla afficientur iniuria:ſed experienẽ noſtros oẽs ad placẽdũ ſibi probe affectos:atq; abſit:ut a noſtris/a iuſtitia quicq̃ remotũ:uel indignũ humanitate:& alienũ ab amicitia nõ modo fiat:ſed uel cogitetur quidẽ.Tuam.R.Paternitatẽ cõfidimus pro ſuo more nihil ſcripturã Pontifici:niſi quod uerũ eẽ ꝑſpexerit.Summũ Pontificem uero nunq̃:niſi quæ iuſta ſunt:probaturum:& recte uiuendi rationi conſentanea. Vale.

SEnenſes Papæ.S.P.D.Quod fert natura:qđ iubet ratio:ciues noſtros uehementer diligimus:ſed eos præcipuo amore cõplectimur:q nõ minus ob alias cauſas chari ſunt:q̃ qđ ciues.Hoc numero uere cẽſemus Frãciſcũ Aringheriũ equeſtri dignitate uirũ:quẽ tuæ Sanctitatis ſũma benignitas/illuſtris urbis Senatorẽ ꝑfecit:cuius cũ magna ſit uirtus:& noſtra ſnia/magnis quoq; digna honoribus:hac motiõne:ſed multo magis tuæ beatitudinis fracti pietate:eã ſuppliciter deprecamur:ut eundẽ ipſum ciuẽ noſtrũ digneẽ clemẽter ſuſcipere:& cũ in cæteris rebus/tum in eiuſdẽ honoris diuturniore refirmatione ita cõmẽdatũ habere:ut quæ noſtra ſpes eſt:itelligat ꝑces noſtras apud tuã clemẽtiſſimã ſanctitatẽ inanes nõ fuiſſe. Vale.

SEnenſes.N.Cardinali.S.P.D.Magnã habet hæc Reſpublica in tua.R.D.fiduciam:cũ ſit eius erga noſtram ciuitatẽ ſumma & explorata dilectio.Quocirca eum uehemẽter amemus ciuẽ noſtrũ Franciſcum Aringheriũ nõ minus ob præcipuã uirtutis laudẽ:q̃ quod ciuis eſt:cupimus illum in ſuis negociis plurimum adiuuari:& eiuſdem tum honorẽ:tum etiã cõmodum augeri.Quare cũ modo Vrbis Senatorem gerat:& in eo munere ita ſe geſſerit:ut merito gratiam ſit reportaturus & laudẽ:nõ dubitamus ſummi Põtificis perſpecta clementia/accedente tuæ.R.D.benigna interceſſione:quin ſit Pontificis Sanctitati cõmendatiſſimus futurus:ut inſup adhibitis noſtris precibus/& in iuſta expeditiõe peracti muneris:& in eiuſdem honoris & Magiſtratus diuturniore functione dignetur tua.R.D.ſuam pereſficacem interceſſionem atq; opem præſtare:quod certe nobis & huic ciuitati q̃ gratiſſimum futurum eſt. Vale.

SEnenſes.N.Cardinali.S.P.D.Cum plurimũ diligamus ſpectabilẽ Equitẽ Frãciſcũ Aringherium/nõ modo quia ciuis eſt:ſed quia prudẽtia/ꝓbitate/atq; ĩtegritate præditus:quẽ ſummi Põtificis Sanctitas Vrbis Senatorẽ præfecit:cupimus illum apud ipſius Pontificis beatitudinẽ gratioſiorẽ fieri:ut & in expeditione eius/& in refirmatione quoq; eiuſdẽ muneris cõmẽdatiſſimus ſit.Quã quidẽ ad rem

confidimus tuæ.R.Dominationis interceſſionem plurimum ualituram.Itaq; illam precamur : ut preces ſuas ad utranq; rem aſſequendam/adhibere dignetur tua.R.Dominatio:quæ bene Valeat.

SEnenſes.N.Concionatori Euangelicæ ueritatis.S.P.D.Explorata eſt in noſtra ciuitate tua ſimul uirtus atq; doctrina:quæ duo maxime congruere uidentur ei:qui populos inſtituere aptus eſt: & euangelizare uerbum Dei:& uerbo pariter & exemplo fideles populos ad rectam uiuendi diſciplinã poſſit impellere. Quare intelleximus gratum futurum ciuibus noſtris:ſi in proxima futura. Quadrageſima uentura ſit tua paternitas ad noſtram urbem : & in coenobio/atq; conuentu tuæ ſacræ religionis prædicet Euangelium/& catholicam diſciplinam populo huic ualde cupienti.Proinde hortamur præfatã paternitatẽ tuã: ut & pp populi deuotionẽ explendam:& pp ſummam cõuẽtus ipſius utilitatẽ & cõmodum uelit acceptare hoc munus:& de ſua læta acceptatione reſpõſum dare:quod nobis & noſtræ ciuitati placebit plurimum. Vale.

SEnenſes Papæ.S.P.D.Non poſſumus nõ commoueri ſacratiſſime Pontifex:& nõ grauius angi : quod qui præ cæteris populis in Apoſtolicæ tum integritate/tum beneficientia ſpem maximam poſuerimus:nunc tam longis temporum ſpatiis uel eludi ſpem noſtram uel magna cum iactura proferri uideamus.Iampridem de finibus iter tuos & noſtram rempublicam moleſta lis uertitur: pro qua finienda nihil laboris a nobis:nihil ſtudii:nihil opere prætermiſſum eſt.Diuturnam cunctationem nõ poſſumus æquis ferre animis:præſertim cum nõ deſint:qui dicant uerba dari nobis.Opportune/importune noſtræ reipub.uerbis crebro ultro ſe noſter ingeſſit Orator . Rem tam multis allatis documentis minime iam latere arbitramur.Certo ſtatuimus tuam Sanctitatẽ iam tandẽ cupere totius controuerſiæ modum:& quæ æquitatẽ ſimul/cõcordiãq; tuetur:ſerio iuſſiſſe cauſam terminari.Delectus arbiter probe cauſam omnẽ edoctus eſt. Vale.

¶ Signatæ tabulæ/ac publica Senenſis Reipub.monumenta.

IN nomine domini noſtri Ieſu Xpi:& ab eius ſacratiſſimæ ĩcarnationis anno.M.cccc.lxviii. Die primo menſis Maii Inditione.xi.Sedẽte Sixto Põtifice Maximo.iiii.Rege Romanoq; Federico Cæſare Auguſto:Liqueat uniuerſis & ſingulis:in quoq; manus hæc ſcripta peruenerint: q; Magnifici/ac potentes Domini Senẽſes:quoq; infra ſubiicient nomina:collegialiter in conſiſtorio conuocati: ubi reipublicæ negocia pertractantur:cunctis ſeruatis ſolemnitatibus opportunis:& ad infra ſcripta peragenda/conficienda p̃ repſentantes uniuerſam Rempublicam ; ac populum Senenſis ciuitatis : & de futuri Prætoris electione habenda: qui pro tempore ſemeſtri/Præturæ Senenſis urbis præeſſe debeat:uidelicet Anno Domini:& reliquã : & Magiſtratum ingreſſurus ſit Anno ſalutis &c.Die menſis Octobris &c. Perſpecta ſorte clarorum ciuium : quos paulo poſt cõmemorauimus:qui ad nouum deligẽdum Prætorẽ cõſtituti ſunt:legitimam ad eam rem poteſtatẽ habentes/omni meliori modo/uia/iure/cauſa & forma:quibus magis & melius fieri poteſt:concordi conſenſu/ac ſolemni ritu creauerunt:inſtitueruntq; ſpectatiſſimos uiros/ac ciues Senenſes.N.&.N . legitimos Sindicos/procuratores/ac nuncios ſpeciales nominatim ad eligẽdum/uocandum/& aſſumẽdum ad gerẽdam Præturam pro tempore paulo ante declarato præſtantiſſimum Equitem.N.quemadmodum ſolemni Senatus conſulto & plebiſcito ſanctum ac decretum eſt:qui ut præmiſſum eſt:ita ab eiſdem electoribus accitus præturæ munus ſuſcipiat:& magiſtratum ingrediatur per futurum menſem:&c. Anno ſalutis &c.Inditione &c.& eius menſis die &c.duraturum menſes ſex:deſiturum uero:ut ſequitur:cum ea familia/& comitum & ſatellitum numero/equis/ſalario/pactis/modis/conuentionibus/& capitulis inferius explicandis:dantes præfati Magnifici domini conſtituentes prælibatis Sindicis & procuratoribus/ac ſpecialibus nunciis plenum/liberum/ac generale mandatum cum plena itidem libera/ac generali miniſtratione in huiuſmodi re atq; electione Prætoris.Laus Deo.

SEnenſes.N.Cardinali.S.P.D.Non explicabimus pluribus cum tua.R.Dominatione:quæ omnia prudenter nouit:& noſtræ reipub.antiquum morẽ nõ ignorat:quod nec per pacis:nec p bellorum tẽpora patimur fieri quicq̃ præter iuſtum/rectumq;:præterq; bonum & æquum:ſtudio aũt omni dare operam:ut nõ modo nihil fiat:iniuriarũ:ſed etiã quo officium adhibeat/& gratia. Quocirca cũ primum nobis nunciatũ eſt:in noſtroq; manus incidiſſe.N.ſeruari aũt captiuũ iure belli:dimiſſum uero uadimonio præſtito:uti cõpertũ fuerit amari a tua.R.D.& in ſuoq; haberi numero:cõtinuo tum illum/tum fideiuſſores liberos fieri iuſſimus:cũ nec dum nobis redditæ tuæ fuiſſent litteræ:ĩtelligẽtibus ſane uere amãtibus ultro gratificãdũ: nec expectãdum:ut quiuis roget.Scimus tuã.R.Dominationẽ optime de noſtra repub.meritam : & certare cum illa officio cupimus. Quod ſi periculum fecerit:hanc uoluntatem facillime comprobabit. Vale.

SEnenſes Papæ.S.P.D.Rurſum p ſuas litteras tua petit Sanctitas/dimitti liberos eos.N . qui a noſtris capti ſeruabant:& q in eccleſiaſtica pabula/pecora accepta fide ſeſe mittere profiterent ; nos qui tuã beatitudinẽ omni cultu/ac ueneratione pſequimur:eius nolumus aduerſari uolũtati. Quare & homines liberari cuſtodia iuſſimus:ſi in Eccleſiæ agro capti ſunt/& retenta reſtitui. Quanquã ea noſtra ſentẽtia eſt:ut non.N.ſolum:ſed quicunq; ex eadẽ ciuitate temere/ac proterue tuæ ſanctitatis inſtituto/ac.S.obtrectant ppoſito:& quos iuſtiſſimæ tuæ ſanctitatis bullæ cõplectunt:iure/ac merito hoſtes habendi eſſe uideantur.Patriam noſtram tuæ ſanctitati deuotiſſimæ commendamus. Vale.

SEnenſes Florẽtinis.S.P.D.Per ueſtras litteras nouimus:quæ dubia nihil erant:ueſtrã optimã uoluntatẽ:cui parẽ noſtrã quoq; experiemini:ut abſtineat prorſum ab nouãdis/ac turbãdis rebus:legimus & conuictoq; exẽplũ:qđ adieciſtis. Quod qdẽ(niſi fallimur)haud dubie arguit nouaſſe Fuluiancẽſes cõuenta trãſgreſſos:cũ illud in pactis oĩbus primũ extet/ne cuiuſq̃ manu:atq; opera/ĩpedimẽti quippiam afferat:quin ſuo aquæ fluminis alueo defluãt. Quærunt licinianẽſes plurimũ:lignoq; cæſum a ueſtris:atq; aggeſtũ ad rectũ deturbãdũ aquarũ decurſum:qđ p facile cognitu eſt.Hinc oĩs eſt orta modo controuerſia. Pauxillulum nõnunq̃ rerũ initiũ magna cõſueuit ĩportare detrimẽta:præſertim ubi agreſtiũ duriora uerſant ĩgenia.

Nobis certum eſt Licinianenſes ſtare cõuentis:& ſiquid forte præter illa fecerint:ad æquũ referre. Vos/ut idem efficere curetis Fuluianenſes:oramus. Alii alia loquuntur:& quiuis facile in ſuo negocio capitur. Noſtrum eſt/uerum ſequi/iuſtum agere. Iuſſimus ad id cõficiendum. Licinianẽſem Prætorem/uirum probatum/& ſectatorem recti præſto eſſe. Rogamus (ſi ita uideatur) ut deligatis & uos quempiam:qui & ipſe huic rei præfectus/rem: ut ſe habet:nõ aliunde diſcat:ſed fidelibus oculis cernat:ſi ſegnius audita:quam uiſa mouent. Sit autem utriuſq; id ſuum/ut re comperta/redigant omnia ad cõuentorum normam:& diſcant aliquando hi populi/qui tam crebro:& iſolenter/quieti/& communi noſtro propoſito aduerſantur/ non audere improba. Placebit hac de re/ueſtram noſſe ſententiam. Valete.

SEnẽſes Florẽtinis. S.P.D. Quẽadmodũ p binas litteras/diebus ſupioribus:ſcripſimus nouatis rebus cõciuerũt ueſtri Fuluianẽſes turbationẽ nõ mediocrẽ:ad noſtroꝝ detrimẽtũ:qd ita eẽ: facile capituloꝝ exẽpla declarãt:& planẽ cõuenta ueſtros ꝑtẽriſſe:& ĩ culpa eſſe. Ad qd emẽdãdũ reſpõdiſtis/uos daturos operã. Scribitis modo a Licinianẽſibus cõtra cõuenta geſtum eẽ. Id nos prorſum latet/ac propterea dedimus ad Licinianẽſem prætorẽ litteras:iuſſimuſq;/quæ ad rem/atq; æquũ ptinẽt: & ſiqd deliquerint noſtri reſarciãt. Vos hortamur:ut curetis ĩdẽ fieri a ueſtris:& nouata tolli:& ſtare cõuẽtis. Atq; ad id celerẽ operam adhiberi. Ita.n.ũ populi quieuerint:& utriq; noſtrũ recto fuerimus officio functi. Valete.

SEnenſes Papæ. S.P.D. Qui magnã moleſtiã ſuſcæpimus ob. N. iniuriã:q ad cæteras calamitates:quas iampridẽ inferre nõ deſtiterunt:eam quoq; impietatem adiecere:ut ſacræ hoſpitalis beatiſſimæ Virginis ædis ſigna ſuſtulerint:& a piis locis regendis in tota ſua ditione/legitimos Rectores auerterint: cum nuper accæpimus:quæ iuſte:quæ pie/ac perbenigne tũa decreuit ſanctitas de collatione beneficiorum:quæ in noſtro territorio:& uel in. N. uel in. N. Sita dyoceſi ſunt:uſq; ad emendationem delinquẽtium in Archiepiſcorum noſtrum tranſlata:& magnam uiciſſim ſuſcæpimus uoluptatem:& tuæ beatitudini: quæ nihil prætermittit eorum:quæ uerum Chriſti Vicarium:atq; optimum paſtorem decent/agimus:habemuſq; imortales grates:& ad multa beneficia:quæ nobis conferre dignatur:hoc quoq; maximum accæpiſſe:& plurimum gaudemus/& nos deuinctos magis tuæ beatitudini profitemur. Vale.

SEnenſes Regi Siciliæ. S.P.D. Intelleximus:quæ paucis ante diebus ad nos ſcripſerit de illuſtri. N. Duce tua maieſtas:quæ ſi qua ægritudine afficitur:nõ poſſumus nõ ipſi quoq; ægre ferre. Sed ꝑfecto nihil prorſus eſt:qd hac de re ægre ferẽdũ uideat. Nihil.n.nobis cũ eo præclaro Ducẽ moleſti eſt: nihil a nobis (ut certo ſcimus) nihil ab eo (ut plane arbitramur) aut ortum/aut relictũ:qd ullam uel differentiã/uel ſimultatẽ efficiat. Eum ualde diligimus uirtutis eius laudẽ amplectimur/ſapiẽtiã/bonitatẽ/animi magnitudinẽ admiramur ſtatuimuſq; illũ eoꝝ numero:quos charos habet noſtra reſpu. nec ĩtelligimus quicq̃ oĩno ſupereſſe:qd cõſopiri opus ſit. Per illuſtrẽ Vrbinatẽ Ducẽ pauloante uiſus eſt poſtulare: ut pax ſecũ cõponeref: quaſi nõ amice:nõ cõiunctiſſime cũ illo uiuamus. Certiorẽ fecimus amicis nos erga illum animis eſſe: & ita affectos:ut ſolent:qui uere inter ſe amant. Ad qd planius cõprobandum/adiecimus allaturos nos quodqd par ſit ueri amoris documẽtum:quã qdẽ rem etiã ad eundum Vrbini Principẽ ꝑſcripſimus:ut ne ſimulacrũ quidẽ uel offenſionis cuiuſpiam uel ſuſpirionis omnino ſupſit. Tuã teſtamur maieſtatẽ:quã & unice obſeruamus:habituros nos præclatum. N. Ducem amicoꝝ numero:& ſtudium amicoꝝ/atq; officium pollicemur. Hac ipſa de re poterit tua maieſtas audire legatum noſtrũ noſtram mentem fuſius explicantem. Vale.

SEnenſes. N. S.P.D. Qui plurimum magnificam ueſtram Rempublicam diligimus:& Ioannem Perſium præclarum Equitem:& ciuem noſtrum:qui modo apud uos prætorẽ gerit:magno amore proſequimur:& utroſq; imprimis charos habemus:per has noſtras litteras pollicemur:& publicã fidem damus:nullo modo quouis tempore/uel in ueſtram ciuitatem/uel inſingulos ciues eius ullam prorſus inferre moleſtiam:aut interceptiones cõcedere:uel permittere ob aliquam cauſam:quæ a munere prætorio:& eius magiſtratus exercitatione quouis pacto ualeat proficiſci: & quauis ratione:ad præfatum Equitem: & ad præſentem eius:quam nunc exercet præturam pertinet. Atq; ad eius fidei euidẽtius teſtimoniũ/has ad ueſtram magnificentiam litteras dare decreuimus. Nos inuiolata hæc promiſſa ſeruaturos ſpondemus. Bene ualeant ueſtræ magnificentiæ:quibus cum & uetus:& arctiſſimo uinculo copulata amoris neceſſitudo uerſatur. Valete.

SEnenſes Duci Venetorum. S.P.D. Nihil eſt ex omni rerum numero: quod quidem expectamus ardentius:quam præclaris populis:& glorioſis Italis potentatibus:iſti præſertim dominio inuictiſſimo cuius præſidio:& opibus imprimis chriſtiana reſpubli. continetur:eos præeſſe:qui catholicam fidem:qui chriſtianam pietatem:qui dulce bonum pacis/omnibus anteponat humãis rebus:ſi maxime principem decet:id:quod ſapientes omnes una uoce fatentur:ſtudioſum cum iuſtitiæ/tum uel maxime pietatis eſſe cultorem/ut & diuinis:& humanis rebus ſalubriter conſulatur. Qui igitur paulo ante illuſtriſſimi Petri Mocenigi/præceſſoris tui mortem ualde defleuimus:quod eum probum:& ſumma integritate præſtantem cognouimus/audita mox tuæ excellentiſſimæ dominationis glorioſa/ac fœliciſſima aſſumptione ad tantæ faſtigium dignitatis/incredibili quodam exultauimus gaudio:& mira ſumus affecti lætitia/ut qui eum tanto principatui ſuccedere intelligamus:cui nihil prorſum deſit ad ſummæ laudis amplitudinem: qui res magnas/atq; præclaras & prouidere conſilio:& conficere uirtute facillime & poſſit/& uelit. Gratulamur igitur tuæ illuſtriſſimæ Dominatio. maiorem immodum/atq; uniuerſæ iſti celeberrimæ ciuitati/orãtes rerum omnium principem: ſine cuius numine fieri poteſt nihil/ut te & longo æuo & ſumma rerum gloria tueatur:quod eo cupimus/atq; optamus uehementius:quod ſciamus tuæ benignitati chariſſimam hanc ſemper fore Rempublicam iſtius præclariſſimi principatus filiam deuotiſſimam. Hanc tibi commendamus diligenter:& ſtatum/ac libertatem eius:tuis ſtudiis propenſam deferimus/& de benigna ſignificatione/pro noſtra uera filiatione gratias ingentes agimus. Vale.

SEnenſes Papæ.S.P.D.Crebris quum Romæ uerſaretur noſtri Oratoris . N . litteris/ac uiua poſtmodum uoce plane perſpeximus tuæ ſanctitatis paternam in hanc Rempublicam charitatem:cum cæteris in rebus/tum præcipue in finienda de finibus controuerſia. Quam pro noſtra in tuam beatitudinem fide/meminiſſe poteſt ultro a nobis eiuſdem tuæ ſanctitatis arbitrio fuiſſe cõmiſſam : ſanctum eius propoſitum/& ſingulare æquitatis ſtudium comprobantibus . Rediens nunc tandem legatus noſter retulit cauſam ipſam.R.S.Crucis Cardinalis arbitrio iudicatam.Nos quoq & ſi de iure noſtro detractum eſſe intelligamus:iuuat tamen omnibus in rebus cum Romana eccleſia : & tua ſanctitate ſanctam ſeruare concordiam : & ut cum tuis uera permaneat uicinitatis ratio:& omnium diſcordiarum poſthac adimatur occaſio.Laudamus igitur: & iucunde amplectimur tuæ beatitudinis paternam in hanc patriam beniuolentiam : & ut eodem animo/ac pio affectu/noſtram ſemper Rempublicam proſequatur:ſedi Apoſtolicæ:ſimul & tuæ deditiſſimam ſanctitati ſupplice deuotione precamur.Fœlix eſto tua in æternum ſanctitatis : eius annuente numine : cuius uicem/ac perſonam in terris gerit. Vale.

SEnenſes Cardinalis.S.Crucis.S.P.D.Ex litteris ad nos perlatis:& quidem frequẽtioribus:mox copioſa oratoris noſtri relatione cognouimus:ſed multo magis operibus didicimus quanto tua.R. D . noſtram Rempublicam proſequatur amore. Quandoquidem probationem eius:operis exhibitio præſtat.Intelligimus nanq tuam benignitatem/nunquã ſtudio:nunquã officio:& labore omni:noſtris defuiſſe negociis:ſed & nunquã plane cõquieuiſſe:dum ueterum moleſtiarum quas cauſa de finibus afferebat:turbulenta perturbatio tolleretur e medio.Nunquã fuit incognita:nec obſcura nobis uel beneficentia/uel beniuolentia iſta/& præcipua/ac paterna charitas/ac propterea iampridem ea nos plurimum res deuinxit : & tua.R.D. obnoxios fecit. Quare magnas illi grates q̃uis non ſatis dignas agimus:ſed maiores habemus/ac referre cupimus. Quæ autem tanto dudum ſtudio pertractata ſunt:& nunc tandem iudicata de finibus/tam & ſi intelligamus nõ nihil derogatum iuri/ac detractum noſtro:non poſſumus non in optimã partem accipere:præſertim cum ab eius arbitrio ſint profecta:quem non ſolum ſapientia:& uirtute præſtare perſpicimus : ſed noſtram quoq ex intimo corde amare rempub.& patrem habemus/ac benefactorem noſtræ reipublicæ:unum omnium primum . Quos nobis tua.R.D.cõmendauit:curabimus(quantum in nobis fuerit)petitorum fieri compotes. Nihil enim gratius nobis poteſt accidere/q̃ ei plurimum gratificari:qui ſumma apud nos auctoritate ualet/& gratia. Vale.

SEnenſes Cardinali Senẽſi.S.P.D.Illud ſibi certo:quæſumus:perſuadeat tua.R.D . nihil nos prorſum uereri:quin omnia magno ſemper ſtudio:uigili cura:diligenti opera proſequatur: quæ noſtræ ciuitati:& cõmuni patriæ decori:utilitati:commodo ſint futura.Nec ulla ſilentii ratio in quãpiam nos ammirationem perducit:quando nobis explorata ſunt opera : & ſumma quæq præcipui amoris : & in patriam argumenta pietatis:ſi a fructibus corda noſcuntur:& operis exhibitio potiuſquam litteræ : & uox index animorum eſt.Cum igitur & ex legati noſtri teſtimonio:& ultro ipſi geſtorum fide didicerimus:quãto:ſtudio : & officio omnia curet ſemper noſtræ negocia reipub.tua.R.D.partium noſtrarũ eſſe ſtatuimus : & ſæpe & magnas illi grates perſoluere:quas ſi non referimus/at habemus ſemper q̃ maximas.Eadem mente tuam.R.Dominationem futuram poſthac ſemper:minime dubitamus:cuius ope:& præſidio imprimis fræti ſumus . Placet diiudicatam eſſe de finibus controuerſiam:& ſi de iure noſtro detractum intelligamus.Placebit iidem: ut ad firmandam rem Clericorum. Caræ accedat aſſenſus:quorum oblata ſententia certe improbanda quæ: rimonia eſt:cum Apoſtolicæ cameræ ſit conſultum magis. Vale.

SEnenſes Papæ .S.P.D.Obtinet iampridem Benuccius Capacius ciuis noſter/frater:& Eques Hieroſolymitanus beneficium.S.Ioannis:quod uulgo Albareſe appellant:in noſtra maritima regione . Putamus iure/ac legitime illi collatum. Accæpimus tamẽ nunc in ius uocari & exhiberi illi negociũ: quaſi per ſurreptionem impetrauerit. Venit Contes Capacius eius frater ob eam rem ipſam. Audiat quæſumus:tua beatitudo ciuis noſtri perſpicua(ut nobis quidem uidetur)iura:& illi fauere dignetur:quum potiſſimum tuæ ſanctitatis iuſtitiæ:& benignitati confidit/nec patiatur ciuem noſtrũ diuturniore uexari moleſtia.Perſuaſum eſt enim noſtræ ciuitati:& uniuerſorum ciuium eius/pariter ac ſingulorum ſummam ſemper tuam beatitudinem habere rationem.Poſtremo nos tibi plurimum hanc noſtram patriam commendamus. Vale.

SEnenſes Cardinali Neapolitano.S.P.D.Nouimus tuam benignitatem non noſtræ ſolum reipub.ſed ſingulis quoq ciuibus eius libenter adeſſe/ac perbenignum ubiq fauorem adhibere.Cum igitur arceſſatur in iudicium Benuccius Capacius dilectiſſimus ciuis noſter/& frater:& Eques Hieroſolymitanus ab.N.ob beneficium. S.Ioãnis:quod Albareſe nuncupatur quod illi iampridem Apoſtolica auctoritate:& legitimo iure collocatũ eſt/& nunc uexatur:quaſi ſurreptitia rõe impetrauerit. Venit Contes iſthuc illius frater ob eam rem ipſam:& merito cauſæ:& rei ueritate:& tuæ.R.D. patrocinio frætus : ille ipſe cauſæ ſeriem/ac ſtatum explicabit. Oramus igitur tuam.R.D.quæ noſtros omnes benigne ſemper reſpicere conſueuit: ut & benigne audire ciuem noſtrum:& illius tueri:ac fouere iura dignetur/& ſuo præſidio : atq ope : præſertim enixius intercedentibus nobis/iuſti uoti ad nos remittere compotem factum:& claram noſtræ ciuitatis familiam ſibi deuinxerit:& rem gratiſſimam fecerit nobis tua.R.Dominatio:quæ fœliciter Valeat.

SEnenſes Cardinali Papienſi.S.P.D.Cum & noſtrorum teſtimonio : & imprimis benefactorum fide perceperimus:quãto ſtudio:& amore tua.R.D.ſeſe gerat in noſtræ reip.& cõmunis patriæ negociis: qđ iampridẽ oſtendit nobis eiuſdẽ benignitas inumeris documẽtis:nõ ſolũ in cauſa de finibus: ſed cæteris quoq in rebus:quæ ad noſtræ ciuitatis cõmodum ac decus pertinẽt:agimus illi ſummas: atq ingentiſſimas gratias/orãtes:ut pari poſthac diligẽtia:& cura pergat noſtris ubiq cõſulere cõmodis : quãdoquidem tuæ. R.D.quæ plurimum auctoritate ualet:& gratia:maxime præſidio/ac fauore fræti ſumus. Vale.

SEnenſes Duci Calabriæ.S.P.D.Hodie miniſtri noſtræ reipu.quos pro inſtituto ciuitatis præfecimus litteris perferendis:dum tabellarius tuus quiſpiam cõplures litteras deferens:hac iter faceret cũ aliis nõnullis litteris/forte fortuna/& unas:quæ ad tuam celſitudinem ſcribebantur præter iuſſum/præterq; cõſcientiam noſtram reſignarunt:atq; aperuerunt.Id cum reſciuimus:repente accerſitos illos acriter increpuimus:& litteras cõſeſtim reddi iuſſimus.Perſuadeat ſibi/quæſumus:id accidiſſe maxime præter mentem noſtram:qui tuam illuſtriſſimam.D.omni obſeruantia:& deuotione proſequimur.Nequimus factum infectum reddere:quo uel ſuperi priuantur.Veritas ipſa & noſtrorum animorum moleſtia:& fides noſtra rem excuſabilem faciat.Sed qui temere deliquerunt facinus nequaquã inultum ferent. Vale.

SEnenſes.N.Principibus.S.P.D.Non nihil perturbarunt nos ueſtræ litteræ:quæ nobis nuper redditæ ſunt:cum per eas nouerimus lõge ſecus ueſtris illuſtiſſimis dominationibus delatum fuiſſe:quã res habet.Ea eſt enim huiuſcemodi.Cum.N.per eos dies tabellarium noſtrum una cum noſtris litteris itercepiſſent/ac duris per dies complures uinxiſſent compedibus:forte fortuna tabellarius.N.homo:quem plures deferre litteras:rumor erat/clam nobis dum hac iter facit:a miniſtris noſtris:quibus id datum publice negocii eſt:honeſte admodum detentus eſt.Dum noſter per iniuriam aſſeruatur:quo deinde redeunte:confeſtim.N.tabellarius liber dimiſſus eſt:uno paulo amplius die retardatus:& quas deferebat litteras:integræ illi ad unam omnes:atq; prorſum intactæ reſtitutæ ſunt:neq; ulla prorſum aut iniuria:aut illata contumelia eſt. Quod ueſtris illuſtriſſimis dominationibus certum ſit:nullo modo in hac noſtra ciuitate:& agro eius nos eſſe paſſuros:præſertim ubi præclariſſimum iſtius excellentiſſimi principatus nomen uerſatur:quem natura:uoluntate/inſtituto:& uetere more plurimum obſeruamus:& colimus.Quod autem de litterarum reſignatione fertur:falſo penitus nuntiatum eſt.Amicos enim animos gerimus/ac plenos deuotionis:& fidei erga ueſtras illuſtriſſimas.D.Quod ſi non pro ueſtro iudicio/at ualde certe ſimpliciter(quantum in nobis fuerit)noſtrorum animorum patebit affectus. Valete.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Benuccius Capacius frater Hieroſolymitanus:& Rhodius Eques:locum Albareſium obtinet(ut nobis quidem uidetur)legitimo iure in noſtra Maritima ora.Extant perſpicua documẽta:& non obſcura iura.Ea perturbantur ab.N.Apoſtolicis litteris in medium allatis.Rem ipſam explicandam credidimus legato noſtro.N.Putamus eam rem nõ modo noſtrorum intereſſe ciuium:ſed etiam reipub.Quamobrem eo confugiendum duximus:ubi certus amor patriæ/ſinceritas fidei:& ſumma auctoritas:& ad beneſaciẽdum uoluntas perſpicua cernitur.Ab eodem legato cauſa planius/ac fuſius explicabitur.Rogamus igitur tuam.R.D.ut Oratorem ipſum ea de re loquentem/tam facile iuuet:quã benigne audiat/ac tandem conetur efficere pro ingenti erga communem patriam charitate/ut noſtrorumq; dilectiſſimorum ciuium nec infringantur/nec labefactentur iura. Vale.

SEnenſes Lucenſibus.S.P.D.N.cupit ueſtræ Magnificæ ciuitatis cuſtodiæ deſeruire:ad quã rem exercendam/tam per ætatẽ:q̃ per fidẽ uidetur idoneus.Commendamus igitur illum ueſtræ Magnificæ fraternitati:& ſi ad uigilum ueſtrorum fuerit numerum aſcitus:erit certe non iniucundum:qui itellexımus/ ueſtris magnificentiis noſtris ſemper fuiſſe chariſſimos. Valete.

SEnẽſes Duci Ferrariẽſi.S.P.D.Cum idem ſit pro mutua noſtra neceſſitudine:& animus unus factus ex pluribus:& una pariter:eadẽq; uoluntas:nihil ueremur eos a tua illuſtriſſima.D.plurimum diligi:quos ipſi plurimum diligamus/præſertim cum ad opinionẽ probitatis & ſapiẽtiæ:uirtutis exercitatio:in qua uera ſita laus eſt:& benefactorum acceſſerit comprobatio.Vna iudicandi ratio in humanis rebus agendis præcipua uideri ſolet:quæ non ſolum ſapientiæ:doctrinæ:ſed etiam fidei:atq; integritatis documẽtum præbeat.Iudex.N.affuit per ſemeſtrem/magiſtratum noſtræ urbis Prætori uir ſpectatu dignus:& aliquot mẽſes pro prætore geſſit:ea certe ratione:eo conſilio/ea moderatione/atq; prudentia:ut q̃ antea uniuerſæ charus noſtræ haberetur ciuitati:mox eiuſmodi laudẽ comparauerit:quã referre cõſueuerunt magni/ac ſapiẽtes uiri:& qui p paucoꝝ numero ſint habẽdi.Nam & in Forẽſibus cauſis diligẽtius exquirẽdis:& in gerẽdo magiſtratu/ita iuſtitiam coluit/legibus:atq; inſtitutis paruit:& manſuetum ſeſe:atq; æquum præſtitit:ut qđ perrarũ/ac difficillimũ uulgo putat/grauitatẽ:atq; comitatẽ miro quodã tẽperamẽto pmiſcuiſſe uideatur.Auxit cõſuetudo eius uiri noſtroꝝ in ſe beniuolentiam/cumq; opinionẽ noſtrã:quã de eius uirtute/ac laude concepiſſemus:lõgiſſime ſuperaſſet:gerẽdo præclaro magiſtratu effecit:ut pperuo illum in charorum noſtrorum numero/habere uelimus.Optime eius:& laudabiliter geſta teſtamur:& eundẽ tuæ excellentiæ enixius commẽdamus:profitentes nos habituros magni beneficii loco:ſi cõmẽdantimus nobis/intellexerimus apud tuam illuſtriſſimam.D.gratiorem fore.Quæ ne opinio/aut nos:aut illum fallat/etiam:atq; etiam oramus. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senẽſi.S.P.D.Scripſimus pauloante de Rectore præficiẽdo:atq; confirmando:pro parrochiali eccleſia.S.Petri/& quẽ unum uæhemẽter parrochiani unanimiter expetunt:Coſmam ſacerdotẽ:& uirum bonũ præferẽdum cõmẽdauimus.In hunc ora:& animos cõuerterunt:hunc arbitrantur optimum ſe habere ducem uitæ.Huius pium affectum:& ſedulam ſacrorum diligentiam:& ſpiritualis uitæ curam maxime amplectuntur.Crebro pulſantibus non aperire nõ poſſumus.Inſtant orant:ſupplicant hunc dari Rectorem ſibi:ſperant concurrẽtibus uoto ipſorum:noſtra itercesſione:tua imprimis benignitate/ſeſe optatum aſſecuturos.Ea ne ſpes eos fallat:te quoq; uehemẽter oramus. Vale.

SEnenſes Cardinali Papiẽſi.S.P.D.Cum proficiſcatur iſthuc dilectus fidelis noſter Andreas medicus:& incola noſtræ Saturniæ:exorauit noſtrã cõmẽdationẽ:p quã confidit facilius ſeſe optati fore cõpotem.Explicabit ipſe:quid habeat negocii:quæ honeſta petierit/in iis quæſumus:opem ferat tua benignitas:ut tum ei/tum p eam nobis Andreas medicus gratiam ſit acturus. Vale.

SEnenſes Cardinali Papienſi.S.P.D.Multos ſæpe cõmendemus/neceſſe eſt:in his Saturnia quaſi quadam Colonia.N.fidelis noſter:quem cum cæteris eiuſdem loci accolis ualde diligimus:habet nonnulla negocia:& ad ea ex ſententia conficienda/tuæ Reuerendiſſimæ dominationis auctoritate:atq; adiumento eget. Vt noſtra gratia adeſſe uelit tua benignitas qua ſemper cõſueuimus: fiducia petimus/ac uehementer rogamus. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Cum repente proximis diebus morbo correptus eſſet: q̃ eccleſiam regebat Sãcti Petri ĩ Caſtro uetere:pago noſtræ urbis:& adiſſent noſtrum magiſtratum nõnulli ciues/dilecti noſtri:cõmendauimus.N.ut ſi eccleſiam ipſam per rectoris mortem uacare contingeret:& Canonicatum/& eccleſiæ curam aſſequeretur.Paucis poſt diebus:cum rector ipſe ex hac uita migraſſet:pro uetere inſtituto parrochiani:quorum & frequens numerus:& honeſti ordinis dignitas eſt/conueniſſent adeſſentq;:qui ius patronatus habent/cum mature conſultaſſent oẽs tandẽ ad unũ ad Coſmã Sacerdotẽ animũ applicuerunt:cuius miniſterium diutius in ſacris miniſtrandis experti:dignũ præ cæteris iudicarũt:qui & Eccleſiæ regimini/& animaꝝ ſaluti: & ſuæ deuotioni maxime ſatiſfaceret.His præſertim adducti cauſis:quod & honeſtis ſit moribus:ꝑuecta ætate:calleat parrochianoꝝ ingenia:ſacra ſtudioſe miniſtret:pietatis opa mira quadam exerceat charitate:boni paſtoris exẽplo/paratus pro ouium incolumitate uel aĩam ponere:qđ ſæpe aduerſa luis cõteſtata ſunt tẽpora cum cæteris contagia formidantibus:hic nunq̃ cuiuſq̃ ſaluti: & piis operibus deſuit, Itaq; cognita & ſacerdotis probitate:& parrochianoꝝ ſententia:non potuimus non aſſentiri eoꝝ precibus: perq; has litteras tuã rogare clæmentiã:ut intellecta patronoꝝ electione:populariũ unanimi conſomatione/ac uoluntate:eum dignetur in hac cauſa ſuſcipere:quem enixius optant:quo rectore confidunt facile futurum: ut ambulent in lege domini:& in uiam ſalutis expeditius dirigantur. Vale.

SEnenſes Cardinali Theanẽſi.S.P.D.Nihil eſt qđ nõ fidẽter ad tuã.R.D.pſcribamus: & eius auctoritate utamur:& opa/quotiẽs acciderit uſus.Sed eo certe fidẽtius: quo pia magis occurrerit cauſa. Scit tua.R.D.cãm.N.dñi cũ.R.Cardinale Archiepiſcopo nr̃o:ad quẽ cũ plærīq; ex cõciuibus nr̃is dederint lr̃as/uel q̃ alicui Magiſtratui præfuerũt ꝑ reip.neceſſariis negociis/uel etiam ꝑ nõnullis priuatis actionibus:& idcirco in Eccleſiaſticam cenſurã forte inciderint:cupiunt hoc acceptabili tẽpore: quẽadmodum fas eſt:& catholicos decet:eccleſiaſticis parere mandatis. Abſolutione opus eſt apoſtolicæ ſedis.Oramus tuã clementiam:ut eam pro iis oĩbus:qui hactenus ĩcurrerint:adiecta præſertim cõmẽdatione nr̃a a ſũmi Põtificis beatitudine impetrare digneť:quo eccleſiæ reſtituti explere ualeant:q̃ ſancta mandat eccleſia:& fideliũ ritibus/ac deuotioni cõueniunt. Aſſenſurũ noſtrũ.R.Archiepiſcopũ ſine dubitatione confidimus. Vale.

SEnenſes Venetis.S.P.D.Quam attulerunt nobis ueſtræ litteræ pauloante magnã uoluptatem: cumulauit exinde uehementer clariſſimoꝝ oratoꝝ benigna ſalutatio ueſtræ illuſtriſſimæ.D.nomine. Fuit nanq; eoꝝ aduentus per q̃ gratus nobis:conſpectus iucundiſſimus: ſed mandatoꝝ expoſitione: quæ plena ſummi amoris:& liberalitatis eſſet:nihil potuit nobis oĩno afferri gratius.Præ ſe tulerunt ſummi uiri præclariſſimã ueſtram illuſtriſſimam.D.atq; ampliſſimã dignitatẽ.Sed amoris uicem facile corda ſentiũt.Letati ſumus magno eximiæ charitatis indicio.Oblata tanq̃ a præcipuis noſtræ reip.fauctoribus:& optimo corde profecta:libenter accipimus:gratias ingentes habemus/& nos:noſtráq; remp.ueſtræ illuſtriſſimæ.D.obſeruantiſſimam ſemper fore deferimus:perſuadentes nobis:ſummam huius ciuitatis fidem/ac deuotionem iampridem ueſtræ amplitudini exploratiſſimam eſſe. Valete.

SEnenſes Siciliæ Regi.S.P.D.Probauimus ſemper ſapientum ſententiam:qui ſolam uirtutẽ eſſe phibebant:quæ ad ueram beniuolentiam inuitet:atq; ad mandatum alliciat.Ea effecit:ut.R.Caſtellanũ Epiſcopum: & flagranti cõplectamur amore:& in magno habeamus pretio.Conſtans:& perpetua uiri moderatio/ac ſpectata probitas chariorem illum reddidit nobis: q̃ generis ratio: & quod noſtra ſit patria genitus.Laudamus præcipuam hominis fidem:grauitatem:& in rebus gerendis acerrimum ſtudiũ: ſummamq; diligentiam.Iuuat nos plurimum tam apud tuam ſereniſſimam maieſtatẽ/q̃ apud ſummi Pontificis beatitudinẽ illum ualere gratia.Ac tam & ſi intelligamus illum apud tuam ſerenitatem pro ſua in eam deuotione: atq; obſeruantia apprime charum eſſe/non dubitamus futurum etiam gratioſiorẽ cõmendatione noſtra: quam pro ingenti tuæ maieſtatis erga noſtram rempub.pietate/cognouimus nunq̃ inanem extitiſſe:qua eadẽ mente/ac fiducia cõmoti:præfatum.R.Patrem & præſtanti uirtutis laude uirum tuæ maieſtati enixius cõmendamus:perſuadentes nobis:quos tanto amore iampridẽ filios cõplexa eſt tua ſerenitas: preces noſtras: & cõmendationẽ illi plurimum profuturam:pollicentes quoq; quicquid illi fuerit collatũ gratiæ/nobis & huic populo uniuerſo gratiſſimum fore.Is ipſe referret nonnulla noſtræ mandata reipublicæ apud tuam maieſtatẽ:cui ſupplicamus:ut ita illi credat perinde:ac loquentibus nobis. Vale.

SEnenſes Florẽtinis.S.P.D.Cum infectis rebus redierint pauloante Legati qui.N.&.N.cõcordiã pertractarent:pactis ſolũ menſium indutiis ad kal.uſq; Nouẽbres:ne ad ſedandã eã cõtrouerſiã/ueſtræ/noſtræq; cogitationes uideanť inanes:in tẽpore ꝑuidẽdũ cenſemus. Tẽpus breue ẽ: & curſim labiť/ac niſi celeriter occurrať:facillime ueteres diſcordiæ integraſcãt.Ne igiť fiant nouiſſima peiora prioribus:quod noſtrũ ẽ:& cõmune putamus deſiderium: eamus obuiã:& qđ iuſte ĩperantiũ ſuũ eſt:cõciliemus cõmuni inſtituto/ac remedio eam cõcordiã:& noſtros ad iuſte/ac pacate agendũ etiam(ſi opus ſit)cõpellamus inuitos.Nos noſtro officio:& huic ſalutari operi nullo neq; facto/nec labore deerimus.Vos/ut idẽ quoq; efficiatis: uehemẽter hortamur:atq; ut fratres decet:enixius petimus:atq; rogamus/ut conſilio noſtro & opera:q̃ primum & mali ſemen:& tam futura/q̃ præſens contentio deleatur. Veſtrum ad id expectamus reſponſum/ & quidem eiuſmodi/per quod res tota proſpere conficiatur. Valete.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Cũ ſuperioribus diebus Roma abeſſet tua.R.D.ſup ſedimus deſtinare:ꝗ iã ſcripte erãt ad eã lr̃as:Dedimus ad Romanũ Põtificẽ:quaꝝ cũ hiſce alligatũ exẽplũ mittimus.Rem/quæſumus:expẽdat tua dignatio. Et cũ mentẽ noſtrã plane intellexerit/ cui humane ſalutis:& beneuiuẽdi ratio ꝓpoſita eſt:intercedere digneť apud Põtificis maximi ſanctitatẽ: ut exaudiat tandẽ preces nr̃as/quæ iuſtitiã/quæ honeſtã ſecuritatẽ:& rectã ſpectãt morũ diſciplinam.Quæ qdẽ res ſpetrata/nõ ſolũ nr̃æ reip.ornamẽto fuerit:ſed ſi caris quoq;/& paricidis magnã abſtulerit delinquẽdi facultatẽ. Nec ꝑcrebeſcet ĩproboꝝ audacia.Nõ dubitamus tuæ.R.D.interceſſionẽ / atq; auctoritatẽ plurimũ ualituram. Quin ẽt paucis ante diebus ꝑ lr̃as nr̃as rogauimus nos fieri certiores de eo Eccleſiaſtico milite/ꝗ ꝑter morẽ ĩ Eccleſiæ finibus/haud lõge a nr̃o agro uelut hibernaturus demorať.Oramus tuam.R.D.ut & cã/& numero plane intellecto/& ea oĩ de te Põtificis intẽtione ꝓſpecta/fuſius digneť ad nos ſcribere:& oĩa palã facere: qđ eo fidẽtius poſtulamus:quo magis nr̃a intereſſe cenſemus:& ad cõmunem utilitatem pertinere. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.N.Regulus ante diẽ feſtũ Aſſumptionis Virginis ꝑ nuncium poſtulauit pecuniã:quã ex cõuento quodã patri eius nr̃a reſp.ꝑſoluebat:aſſerẽs eã nos quoq; iure ſibi debere:ſimul & cenſum/ac brauiũ deferebat:tã pro decurſo anno:ꝗ ꝓ inſtãti:nõ ſibi pari rõne pecuniæ ſoluerẽter.Nos ꝗꝗ multo ante poſt.N.mortẽ/re mature cõſultata/intelligebamus oẽm hĩc; atq; inde abolitã eẽ actionẽ:denuo ut iuſtũ tũ quoq; afferremus reſpõſum:qđ nã iuris eſſet ſtudioſius exquiſiuimus:& cũ ꝑ mortẽ.N.qđ perſpicua documẽta cõprobãt:utroſq; nexu omni ueteris obligationis liberos eſſe conſtet:ad ipſum reſpõdimus:multa tamẽ adhibẽtes:quæ ad uicinitatẽ:& amicitiã ſeruandã nõ ſecus:ꝗ cũ optimo filio pertinerẽt.Viſus eſt ægre pati:ut ꝗ ualde ad eã pecuniã aĩum applicuerit. Quare & nõnulla ultro uerba nobis:ſeq; ĩdigna fudit.Nos ſubiecimus noſtrã rẽp.nõ teneri:ſed quæ iuſtiſſima ſemp ſit/ab eo:qđ iuſtum ſit:nullo unꝗ tẽpore diſceſſurã.Hæc nos ſcribẽda duximus:ut ſi qs fortaſſe quicꝗ aliorſum/ꝗ res hẽt:uſpiã obloquať: tua .R.D.quo planius rẽ perſpexerit:eo facilius patriæ iura tueať/ac decus:& obſtruať os loquentiũ iniqua: præſertim uero cũ & inſtãti poſtmodũ ſolemni nr̃o rurſum miſerit.N.qui eadẽ repeterent: & brauiũ cũ proteſtatione deferrent:quod cũ itidem abnuiſſemus:ſcriba rogato ceſſerunt.Nos & iuſta:& quæ amicoꝝ lex poſtulat:iterato reſpondimus.Hoc uoluimus:neſcia ne eſſet tua.R.D.quæ fœlix eſto. Rurſum cupimus de milite Eccleſiaſtico iuxta fines noſtros nos fieri certiores. Vale.

SEnenſes Papæ.S.P.D.Accepimus non magno ſine dolore/migrationẽ Antonii Cæſarini/ ciuis noſtri: & Canonici Senenſis:qui litterarũ Apoſtolicarum ſcriptor uiuebat apud.R.Cardinalẽ:Atq; Archiepiſcopum noſtrũ.Dolemus imaturã mortẽ hominis in florentiſſima ætate præcipue:cũ ſemper optimis artibus:& Eccleſiaſticis laudãdis exercitationibus operã dedit.Miſereamur infœlicis parẽtis ſortem:qui cũ octo haberet filios:duos paruo tẽpore amiſit:quos habebat ĩgraueſcẽtis ætatis profugiũ & baculum ſenectutis:utrunq; uirtute/laude:& annis florẽtẽ/& alteꝝ iuriſcõſultũ:alteꝝ magna quoq; eruditione præditũ. Superſunt ſex: tres fœmellæ tres mares pene lactentes.Caret pater præſidio:relicti ſunt:qui laborẽ exaugeãt patris/ita: ut pie cũ infœlice homine agendum ſit.Nos & naturali in ciues charitate cõmoti:& cõmiſeratione ſimul orbati ſenis duobus tam charis filiis: inſtituimus illũ tuæ beatitudini miſericorditer cõmendare:ut pios in eum dignetur tua ſanctitas conicere oculos/& ſenẽ:ac mæſtum patrẽ/ciuem noſtrũ benigne:& clemẽter ſuſcipere:cui quicquid tua ſanctitas contulerit gratiæ:nobis ipſis maxime cordi erit. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Scribimus ad Pontificẽ litteras: & Stephanum Antonii ciuem noſtrũ dilectiſſimũ:qui in tam paruo tẽpore/ duobus orbatus ſit ĩ tam florida ætate dulcibus filiis diligentiſſime cõmendamus.Eundẽ/quæſumus: pro uetere more in ciues noſtros foueat: atq; iuuet tua clæmentia:ut quæ filiũ tam pie ſuſcepit uiuentem: & mortuum nõ deſeruit: patrẽ quoq; ſoletur ſuo benigno patrocinio/ac fauore præſertim apud ſummi Pontificis ſanctitatem. Vale.

SEnenſes Papæ.S.P.D.Sacram Minorum religionem: quæ una omnium prima in tota fidelium conciõe:& ſancta floreſcit eccleſia:noſtra ſemper coluit ciuitas:& in ſumma ueneratione habuit quippe quæ latiſſime numero propagatur:doctrina refulget:maxima deuotione feruet:& ad tuendũ orthodoxæ fidei ſanctum: & catholicum dogma plurimũ adiumẽti præſtat.Et ꝗuis uniuerſus ordo ipſe ſacratiſſimus uigeat.eiuſdẽ gregis ꝓfeſſores:qui uulgo de obſeruantia cognominantur.quanta polleant ubiq; gratia:& quanto habeantur in pretio:tua nouit præ cæteris ſanctitas:cuius gubernaculo:& auctoritate muniti eam retinuerunt:atq; auxerunt uiuendi rõnem:quã diuus Bernardinus optimus pater patriæ:& huius ciuitatis alumnus uerbo ſimul:& exẽplo reduxerat.Meruerũt pro ingẽti fidei/deuotionis/& charitatis ſtudio/ ab Apoſtolica ſede:& a tuæ ſanctitatis prædeceſſoribus/quaſi uberrimis gratiaꝝ fluentis/ priuilegia cõplura: & multiplicium donorum largitatem:quod ſcripta:& Apoſtolicæ bullæ declarant. Videbitur fortaſſe uel ſuperuacuum:uel etiã audax:& certe non neceſſarium:eos tuæ beatitudini cõmendare:qui ipſi per ſe commẽdatiſſimi ſunt:quos incunctis dignitatis gradibus iuuit/fouit:amplificauit tua clæmentia:cuiuſq; benignitate:& opera potiſſimum claruerunt.Nos tamẽ abundãtia amoris:& pro noſtræ officio reip.quæ totũ Minoriſtarum ordinẽ obſeruat: & ob celebritatem Bernardini nominis:quos antea ſcripſimus Chriſti ſeruos/beniuolẽtia:& honore proſequitur/filiali reuerentia:& humillimis precibus tuæ beatitudini ſupplicamus:ut quẽadmodũ ſemper conſueuit:ita nunc quoq; uel maxime in ſummi Apoſtolatus faſtigio dignetur eoꝝ inſtituta tueri:& quæ a prædeceſſoribus ſunt adepti: tanto retinere:& conſeruare uehementius:quanto illi maiorẽ in tua ſanctitate fiduciam:& ſpem ſuam collocauerunt:quæ res nobis cũ cæteris fidelibus populis mirum in modum placebit: ut tuæ auctoritate ſanctitatis/ permaneant/ac roboreť eorum priuilegia. Quæ igitur præfati religioſi:& ſancti cœnobitæ a tua beatitudine fuerint aſſecuti:aſcribemus etiam nobis gratiæ:& ſummæ charitatis argumento. Vale.

SEnenſes.N.Cardinali.S.P.D.Q uoniam magnis uirtutibus magna quoq; debẽtur praemia:& illi magnis afficiendi uidentur honoribus:qui in praeclara ingenuarum artium exercitatione fuerint diutius cum ſumma laude uerſati:cõmoti igitur opinione:quam firmam habemus de praeſtanti ingenio:ſingulari eruditione in Philoſophiae/ac Thaeologiae ſtudiis : praecipua uitae modeſtia.N.ciuis noſtri:& Heremitae.S.Auguſtini:qui ſupra etatem/in rerũ doctrina:& cognitione profecit:inſtituimus eũ per noſtras litteras tuae.R.D.diligentiſſime cõmendare:ut propter ſcientiae laudẽ:uiri meritũ:noſtrae teſtimoniũ reip.eum iam tandem ꝓuehere:atq; honeſtare digneť:& bachalarius aſſumendi impartiri facultatẽ:cum ea honore eruditiſſimorum iudicio dignum ſeſe praeſtiterit:ut ea inſignitus dignitate/cum religionis decore:ſtudentiũ fructu.& patriae ornamento habeat in noſtrae urbis coenobio:atq; cõuentu diuinas litteras legendi,atq; docendi poteſtatem. Q uod & ſi libenter tuam.R.D.conceſſuram confidimus:tamen adhibitis noſtris precibus:non dubitamus multo effecturam libentius:quae iucunde nobis gratificari conſueuit. Vale.

SEnenſes Frãciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Q uod tã crebro agamus tuae.R.D.gr̃as.nõ ſolũ uolũtas efficit:ſed ẽt cõpellit ratio.Nã ſtudiũ:cura:ſũma in patriã charitas quottidie uiget magis/ & iis diligẽter inuigilat:quae noſtrae reipu.ſalutẽ afferre:decus tueri:cõmodũ augere poſſint.Haec uero eiuſmodi ſunt:ut pro his nõ agere ſolũ:ſed habere quoq;:& quatenus facultas nr̃a ꝓgrediť/ĩgẽtes gr̃as referre debeamus.Cõprobamus:& mirifice laudamus Romani Põtificis ad inſtaurãdũ ſalutare foedus:conſilium:ſanctũq; ꝓpoſitũ:& qd deiceps ea de re agatur/ſuccedatq;/& cupimus/& oramus plurimũ:nos pro more certiores fieri.Nos interea:qui nup Magiſtratũ iniuimus:quae ad noſtrã pertinẽt rẽp.ut honori/atq; utilitati eius cõſulať:in cõſultationẽ adducemus:& quicqd decreuerimus nõ ignorabit tua.R.D.cuius monitus & grati ſunt nobis/ & reip.ſalutares/atq; ut eodẽ animo pergat:uehementer rogamus.Felix eſto ſemper tua.R.D.

SEnenſes.N.Cardinali.S.P.D.Legimus:quas pauloante dederat ad noſtrũ magiſtratũ lr̃as tua.R.D. & quae de Genuẽſi claſſe ſcripta ſunt.Res certe tũ magna/tum etiã(ut pleriq; autumant) ambigua:atq; recõdita:Sed multa tẽpus aperit.Habemus tuã gratiſſimã ſignificationẽ/& quae p ſuas lr̃as indicauit tua.R.D.cui magnã gratiã agimus:qđ poſtmodũ adiecit ꝑclarus uir Petrus germanus tuus:per iucunde intelleximus de ſcõ Romãi Põtificis ꝓpoſito/ad uetus ĩſtaurãdũ foedus.Nã id maxĩe aptũ ſit:& ad cõprimẽdos motus:oẽs & ad infringẽdũ Barbarũ hoſtẽ.Vtraq; de re/qcqd uel ĩnotuerit/ uel ſucceſſerit/ cupimus/oramuſq; nos p tuae.R.D.lr̃as fieri certiores:cuius ſtudiũ oẽ ĩ hãc patriã:& ſũma bñficẽtia nunq̃ deeſt. Vale.

SEnenſes.N.S.P.D.Ad ornatũ:atq; ſplendorẽ tẽpli:& huiuſce cathedralis eccleſiae decus: ſpiritualiter plurimũ uideť accedere:ſi per ieiuniorũ quadrageſimalia tẽpora ſitaliq̃s doctrina/ ſanctimonia/ & auctoritate praeſtans euangelizet uerbũ Dei:& ad catholicae uiuẽdũ/accomodate populũ noſtrũ cohortari poſſit.Claret fama Antonii Vercellẽſis coenobitae Minorũ:deq; eorũ familia:q regulare diui Frãciſci uiuendi genus cõſectanť.Erit gratiſſimũ nobis:ſi p tuã intercesſionẽ a Romano Põtifice iubeatur praefatus Antonius pro cõſequẽti quadrageſima/in noſtra urbe:& ornatiſſimo tẽplo obire praedicandi munus.Petimus fidenter:q̃ uideanť honeſta:quae fruſtra nunq̃ a tua.R.D.poſcuntur. Vale.

SEnenſes Florentinis.S.P.D.Dedit proximis diebus Magiſtratus noſter ad uos litteras de re Foianẽſi/ac Lyciniaẽſi:expoſuitq; ex parte noſtra:noſtrorumq; decretum eſſe:ut ſit Cardinali Papienſi & uni quidem iudicandae/ac diſſiniendae cauſae plena poteſtas:& ut id ipſum a uobis:& ueſtris fieret:uehementiſſime hortabať:qđ & facturos recepiſtis.Putamus opus eſſe mature facto:ut & uſui illorũ proſpiciatur/& ocio:adimaturq; nouarũ rerũ & turbationis occaſio.Igitur petimus rurſum:atq; oramus/ut decernatis/quae ad eam rẽ cõficiendam:neceſſaria ſunt:& liberum tam pro uobis:q̃ ueſtris mandatum: quo praefinire certum diem praefatus dominus:& abſoluere cauſam poſſit:ut utriq; uetere hac moleſtia liberemur . Expectamus fieri per ueſtras litteras his de rebus certiores. Valete.

SEnenſes Papae.S.P.D.Cauſae noſtrae in Apoſtolicam ſedem:& in tuã ſanctitatem/ſummae deuotionis/& fidei:tam multae ſunt: ut numerare longum/tam perſpicuae/ut repetere ſuperuacuum tam iuſtae:ut ſeruare ſit cõgruum. Vera eſt noſtra reſpublica:quae Apoſtolicam ſedem:& Apoſtolici ſanctitatem Pontificis maxime ueneratur/& colit.Tuam praecipue beatitudinẽ:in qua ſpes noſtra maxime ſita eſt:in cuius praeſidio & paterna dilectione plurimum noſtra ciuitas conquieſcit cuius una cum tua ſanctitate mens eſt:eadem uoluntas:& cõmune pacis ſtudiũ/quã ſemper omni deſiderio expetendam: cunctis uiribus amplectẽdam duximus.Tanq̃ uere ſummũ bonum/ & humani generis foelicitatẽ iis adeo tributã:qui ex Deo ſunt. Cum igiť nuper intellexerimus tuã ſanctitatẽ.quẽadmodũ Chriſti Vicarium decet : dare operã ad inſtaurandũ: cõfirmandũ ue uniuerſale inter Italos potentatus : & populos dudum initum foedus : plurimum laetati ſumus: atq; ob eam cauſam laudamus tuae ſanctitatis ſanctũ/ac ſalutare inſtitutũ uere dominici gregis paſtore dignũ & ad Barbarũ hoſtẽ arcendũ maxime accõmodatũ:Nos:qui ſummam habemus in tua ſanctitate fiduciã: humiliter fidenterq; ei ſupplicamus:ut in hac Italici foederis/uel renouatione:uel cõfirmatione digneť noſtram quoq; aſciſcere/& includere remp.quae fidelis & ut deuotiſſima eſt tuae beatitudinis filia:& Sanctae Romanae Eccleſiae propugnaculũ/ac ſepeũ pacis locũ obtineat:quoad honeſtius fieri poterit:noſq; cũ coeteris Italiae potentatibus Italici foederis beneficio frui:& gaudere poſſimus.Aſcribemus id beneficiorum cumulo a tua ſanctitate : cui nos : & hanc patriam deuotiſſime cõmendamus. Vale.

SEnẽſes Frãciſco Cardinali Senẽſi.S.P.D.Tuis libẽter paremus conſiliis/& q prae caeteris pacẽ expetimus:& Italorũ unanimitatẽ:ſerio gauiſi ſumus ſũmi Põtificis iſtituto ad firmãdũ Italicũ foedus initũ ſedẽte dudũ Nicolao qnto.Cupimus nos quoq; aſcribi:& nominatim noſtrã includi rẽp.Eo loco:q ꝓ dignitate cõueniat.Scribimus ea de re ad ſũmũ Põtificẽ lr̃as:& nos ſupplicamus admitti . Poſſimũ

in tua.R.D.ſpes eſt:atq; interceſſione eius. Ac tã & ſi ad nõnullos alios.R.Cardinales perſcribamus orãtes:ut & ipſi quoq; huic cauſæ adeſſe uelint:mandatũ tamẽ in tuã.R.D.oẽ cõfertur qđ & cõſignatũ cũ his deſtinamus litteris. Vna hæc ĩprimis ciuitas/noſtra:quidẽ ſentẽtia:incluſione digna eſt:quæ fuit ſemper cũ Romana eccleſia neceſſitudine cõiunctiſſima/nec ab eius unq̃ deuotione deſciuit. Mittimus & exẽplũ litteraꝝ noſtraꝝ ad Põtificis ſanctitatẽ.Nã cupimus includi noſtrã ciuitatẽ:& eo qdem loco:ut ſalua eius ſit dignitas:& ita includi:ut cum cæteris Italiæ potentatibus/beneficio Italici fœderis perfruatur:& gaudeat. Liberum mandatũ:& abſolutum eſt:nec dubitamus ita effecturam tuam.R.D.ut nulla hæc reſpublica obligatione deuincatur. Vale.

SEnenſes Cardinali Theanenſi.S.P.D. Gratiſſimũ fuit nobis:qđ tuo noie expoſuit:& oſtẽſis lr̃is declarauit p̃clarus uir Petrus germanus tuus de inſtauratione/ſiue cõfirmatiõe Italici fœderis:quã ſanctiſſime meditaſ Apoſtolica ſanctitas.Cupimus & noſtrã in illo exprimi:& nominatim includi rẽp. Proinde uehemẽter Oramus tuã.R.D.ut ad id uotũ aſſequẽdũ/digneſ efficacẽ eius interceſſionem apud ſummũ Põtificẽ:& quã benigne obtulit:operã adhibere:qua de re ſcribimus ad eius beatitudinẽ lr̃as:ſupplicantes/ut digneſ nominatim hãc includere rẽp.ut pro nr̃æ ciuitatis dignitate cũ cæteris Italis potẽtatibus:Italici eius fœderis beneficio gaudere poſſimus. Scimus quo ſtudio faueat ſemp tua.R.D.huius cõis patriæ ſaluti:& dignitati.Ea fiducia petimus:oramuſq; tuã begnitatẽ:ut ad incluſionẽ ipſam ſtudiũ:atq; operã conferre uelit. Mandatum mittimus ad.R.Cardinalem Archiepiſcopũ noſtrũ:ut libera ſit exequẽdi facultas. Vale.

SEnenſes/Cardinali.S.Sixti.S.P.D.Nihil maius/nihil ſanctius excogitare potuit:atq; efficere ſummi Pontificis ſanctitas/nec fidelium generi tantopere ſalutare:q̃ quod ſapienter/ac laudabiliter nuper inſtituit de inſtaurando Italico fœdere. Qua una certe ratione Chriſtianæ reip.incolumitas:& catholicæ fidei decus facillime conſeruari poſſit. Mirifice laudamus hoc diuini paſtoris opus:quod ille ſecũdet:cuius uicem in terris gerit. Cum uero ſit noſtra reſp.& cõmunis patria imprimis ſtudioſa pacis:Apoſtolicæ ſedis/ac ſummi Pontificis obſeruantiſſima:cum Sancta Romana Eccleſia uno ſemper uiuens ſpiritu:cũ qua merito/fide:& amore multo etiã magis:q̃ finibus iuncta eſt:optamus & noſtrã ciuitatẽ in id fœdus expreſſe/ac nominatim includi/& ita p noſtras litteras ſupplicamus Apoſtolicæ pietati tuã.R.D.obſecramus:quæ huius cõmunis patriæ dignitatẽ nobiſcũ una & ſalutẽ/ac tranquillitatẽ tueri debet:ut ad eam incluſionẽ/dignetur ſuam perbenignã operã adhibere:ut admiſſi in eius fœderis locum pro noſtræ reipublicæ dignitate congruentem cũ cæteris Italis potentatibus/tanti boni cõmune/ac beneficio perfruamur:qđ ut fieri abſolute poſſit mittimus ad.R.Cardinalem Senenſem Archiepiſcopũ noſtrum liberum:plenumq; mandatum. Vale.

SEnenſes Florentinis.S.P.D.Antoniũ/& Iacobum:quos ueſtris nobis litteris cõmendatis:quẽadmodũ & cæteros ciues ueſtros oẽs uehemẽter diligimus.Ita enim mutua poſtulat beniuolẽtia noſtra/ac fraternitas.Cupimus igitur eoꝝ ſemp utilitati:rõnibuſq; pſpicere.Cũq; partim in noſtro agro/partim in finitimis Pitiliani paſcuis illoꝝ paſcuntur greges:ſintq; inter noſtrã remp.& Pitiliani Comitẽ magnificum Nicolaũ Vrſinum pacata/ac tuta omnia:certo ſcimus:nihil prorſus a noſtris damni illatum iri:& habitum iri gregis eoꝝ optimam rationẽ:ut merito ciues noſtri bono:atq; ocioſo animo eſſe debeant:præcipue uero pro noſtre ueteris/ac firmiſſimæ amicitiæ iure. Valete.

SEnenſes Nurſinis.S.P.D.Cum Prætorem gerat præſenti tempore Nurſinæ urbis clarus Eques:& dilectus ciuis noſter Andreoccius Cinuzius:inſtituimus:atq; ita pollicemur:& publicam fidem damus nullo modo pro eius futuro ſindicatu:& ſalario eius Præturæ & Magiſtratus quouis tempore/aut prædictæ Magnificæ communitati/aut alicui indiuiduæ perſonæ/ciui:uel alteri ullam prorſus nos illaturos moleſtiam/nec interceptiones aliquas:aut ſequeſtrationes quaſcunq;/ſiue reales:ſeu perſonales conceſſuros/atq; ita per has noſtras litteras uobis exploratã hãc noſtrã deliberationem/ac fidem eſſe uolumus:noſtrorum ſigillorum adiecto robore. Valete.

SEnenſes Florentinis.S.P.D.N.ueſtri agri homo famulabaſ dilecto ciui noſtro Laurẽtio Petri filio:q has nr̃as defert litteras.Fefellit eũ.N.& clã fugã arripuit:& qđ indignius facinus uideri debet:abduxit iumẽta duo/aſinos:& res nõnullas p̃terea alias. Quæ qdẽ turpiter ĩprobi audẽt:& utriſq; nr̃um moleſta eẽ cõſueuerũt.Inq; his:q̃ forte acciderint:cõe ſtudiũ:atq; officiũ adhibere uiciſſim conſueuimus. Quare uenit ipſe idẽ Laurẽtius:ut auctoribus uobis/iuſſuũ aſſequaſ.Rogamus igiſ ut cui fauet iuſtitia faueat & p ſuo more ur̃a humanitas. Quod gratũ erit nobis uicẽ redditturis officii:quotiẽs acciderit uſus. Valete.

SEnenſes Cardinali Papienſi.S.P.D.Cũ ſũma iucũditate accepimus Sũmi Põtificis Sanctitatem ad inſtaurandũ Italicum fœdus/aium atq; operã cõuertiſſe:quo fieri nihil melius:nihil ſalubrius põt:nec uel ad tuendã religionẽ:uel ad cohibendã Barbari hoſtis imanitatẽ oino accõmodatius. Diuinum cõſilium:ſanctũ propoſitũ:mirandum in modum laudamus:& qui præ cæteris pacem & tranquillitatem amplectimur:Apoſtolicam ſedem colimus:& qui illi præeſt:præcipue ueneramur/cum ſancta Romana eccleſia/tam amoris uinculo/q̃ agroꝝ finibus iungimur:atq; uno cũ illa ſpiritu uiuimus:cupimus in Italicũ fœdus/noſtram quoq; aſcribi/& includi remp.& cõmunem patriam Damus ob id ad beatitudinẽ Põtificis litteras.Oramus tuã.R.Dominationẽ:ut ad eam rem ipſam interceſſionẽ & diligens ſtudium adhibere digneſ:ut nos quoq; una Italici fœderis beneficio perfruamur:ad quod rite exequendũ precamur diligenter incumbat tua benignitas:Mandatum mittimus ad.R.Cardinalem/Archiepiſcopum noſtrum. Vale.

SEnenſes Cardinali Rauenati.S.P.D.Mirifice nos delectat ſanctum Summi Pontificis inſtitutum uere inſpiratum a Deo:cuius uice fungitur ad redintegrandum Italicũ fœdus:per qđ maxime religionis chriſtianæ periculo eatur obuiã:& ſalubriter fideliũ generi cõſulaſ.Ingenitũ eſt nobis & nr̃æ ciuitati pacis ſtudium,Sanctæ Romanæ eccleſiæ/& huius reipublicæ incolumitas uno diſcrimine agiſ.

Fuit hæc

Fuit hæc patria obſeruantiſſima ſemper Apoſtolicæ ſedis/ac Romani Pontificis. Qui nunc fœliciter ſedet:iuſtis de cauſis uere affectus eſt nobis. Apud eius Sanctitatem plurimum ualet auctoritas tua/ & gratia. Scimus tuam.R.Dominationem huic ciuitati/ſaluti eius/ & honori nunq̃ defuiſſe.Eam igitur uehemẽter oramus: ut in hac Italici fœderis confirmatione:ita efficere/& apud apoſtolicã intercedere Sanctitatem:ut quod maxime iuſtũ putamus:noſtra quoq; pro ſuo merito includatur:ac nominatim exprimatur reſpublica: ut qui pacem imprimis amplectimur:cõmunis boni & uniuerſalis fœderis beneficio/cum cæteris Italis Dominantibus perfruamur: ad quod rite conficiendũ/facultatẽ & mandatũ in.R.Dominũ Archiepiſcopũ noſtrũ plenũ/liberumq; cõtulimus. Hanc igitur tuæ.R.D.cauſam optimo huius patriæ patri diligẽtiſſime cõmendamus. Vale.

Senenſes Cardinali Reatino.S.P.D.Magnã cepimus uoluptatem de Sanctiſſimi Pontificis diuino cõſilio/ac ſalutari inſtituto ad Italicum inſtaurandũ fœdus. Nam ea res imprimis ſanctæ Romanæ eccleſiæ incolumitatem/& catholicæ religionis conſeruationem & ſpem certiſſimam pollicetur:ac tutiſſimum aduerſum Chriſtiani nominis hoſtes præſidium.Noſtra reſpublica pacem ſemper & unanimitatem amplectitur:& cunctis humanis rebus anteponit. Maxime ſemper Apoſtolicam ſedem/& ſummi Pontificis beatitudinẽ ueneratur.Inconcuſſam illi ſemper obedientiam/ac fidẽ præſtitit. In tuæ.R.Dominationis interceſſione:quæ præcipuo hanc patriam amore proſequitur:uehementer confidimus.Eam igitur enixe oramus ut in hac Italici fœderis confirmatione efficiat:ut noſtra quoq; icludat̃ reſpublica: & pro merito ſuo cõgruentẽ locum aſſequatur:ut cum cæteris Italiæ potentatibus/uniuerſalis fœderis beneficio gaudere poſſimus: pro qua re aſſequenda/mittimus.R.Domino Cardinali Archiepiſcopo noſtro mandatum:ut iuſtum petimus:ita & fore confidimus:tua præſertim interueniente clementia. Vale.

Senenſes Cardinali ſancti Sixti.S.P.D.Quod fidenter ſcribamus:tuæ.R.Dominationis benignitas fiduciam præbet:& in hanc cõmunem patriam/& in noſtros omnes uera perſpecta dilectio.Ioãnes Antonii modeſtus Sacerdos/& noſtræ ditionis homo ab ordinario Suanenſis dyoceſis Telamonis parrochialem Eccleſiam impetrauit a parrochianis omnibus:quibus Sacerdotis probitas nota eſt: unanimiter delectus:& a Suanenſi deinde Epiſcopo confirmatus.Eſt Ioannes ille ipſe Sacerdos pro ſuis integris moribus charus nobis:Telamonio populo apprime dilectus:ex eo ipſo oppido oriundus.Id mari proximũ eſt:ubi & portus cunctis nautis celeber.Locus ſuſpectus/aduenis minime cõmittẽdus.Oramus tuã.R.Dominationẽ:ut intercedere dignetur apud Sũmi Pontificis ſanctitatem:quatenus Ioannes ipſe homo noſter peregrino homini præferatur:& uoto populi illius:ſupplicationi noſtræ:& firmioriori oppidi eius ſecuritati/a benignitate Põtificis planiſſime conſulatur:quod accedet ad multoꝝ beneficioꝝ cumulum. Vale.

Senenſes Cardinali ſancti Sixti.S.P.D.Vt ſæpe tuæ.R.Dominationi gratiã perſoluamus: efficit multorum beneficiorum benigna collatio.Itaq; cum intellexerimus Silueſtrum Montuccium/ciuem noſtrum benigno fauore adiutum a tua.R.Dominatione:quas per litteras agimus:animis quoq; maiores habemus gratias:& pro uetere noſtra fiducia: quam intelligimus a tua.R.Dominatione dari nobis:etiam Dominicum Montuccium Silueſtri ipſius fratrem germanum in ſuis negociis diligentiſſime commendamus.Ac placebit nobis plurimum:ſi(ut certo ſperamus)noſtram ſenſerit cõmendationem perefficacem fuiſſe.Eſt enim Dominicus/quoq; ex his:qui noſtram regunt rempubli. admodum charus nobis: qui tuæ.R.D.omnia gratificari cupimus. Vale.

Senenſes Duci Ferrarienſi.S.P.D.Sumus fortaſſe cunctati nimis diu reſpondere iis: quæ de præclaro Equeſtris dignitatis uiro & Iuris probe conſulto.N.ſcripta ſunt.Id fuit certe cauſæ:quod cupidi/ac ſupra modum auidi gratificandi tuæ Illuſtri.Dominationi:quam præcipuo quodã amore & intima charitate cõplectimur:ſed & illum afficere honoribus:qui cum ſuis laudibus ſit tantopere tuæ illuſtriſ. Dominationi charus:non põt nobis nõ eſſe chariſſimus.Experiebamur oĩa:ſi forte daretur ulla ad Præturã aſſequendã/facultas. Veꝝ ita leges/atq; ciuitatis habent inſtituta:quibus nos parere neceſſe eſt:a qbus diſcedere nullo mõ eſt oblata ratio:ut præter mẽtẽ noſtrã p̃ſenti tẽpore tabellariũ cũ his lr̃is dimiſerimus:nõ ſine maxĩa aĩoꝝ moleſtia:qđ ea nũc fieri nequaq̃ potuerint:q̃ certe cõi deſiderio optabamus. Quod uera & pbatiſſima Fraternitas poſtulat. Tua illuſtriſ.Dominatio corda ſpectabit/& ſtudiũ:nos uero obſeruabimus tẽpus:& qđ p diſciplinã ciuitatis licebit:pro uirili noſtra non obliuiſcemur eius:quem intelligimus diligentius commendari. Siquidem mens noſtra eſt:cunctis in rebus ſummam præſtare beniuolentiam.Italicum fœdus:de quo feriendo/Romæ agebatur:interpellari:ſcimus non latere tuam illuſtriſſimam Dominationem. Obſeſſi Volaterrani oppugnantur: ſed nondum expugnantur:Noui eſt aliud nihil. Vale.

Senenſes Maſſano Epiſcopo.S.P.D.Bene de patria meritis gratias libẽter perſoluimus. Plurimũ nos delectat optima iſthæc uoluntas:& habere apud Sũmi Põtificis ſanctitatẽ eiuſmodi interceſſorẽ plurimũ gaudemus.Deũ quæſumus:ut.R.tuã paternitatẽ & maiorem indies/& glorioſiorẽ efficiat. De cõtrouerſia Maſſana cũ.N.nihil qđ ſcribamus/opus eſt.Neq;.n.putamus tui Epiſcopatus intereſſe. Sed aderit in tẽpore tua.R.P.& coram poterit his de rebus haberi ſermo.Pergat:oramus:tua.R.paternitas & cõmunẽ iuuare patriam/& ueterem/ac maximam in eam beniuolentiam indicare. Vale.

Senenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Binæ litteræ eodem nobis redditæ tempore perq̃ gratæ extiterunt:duplex peractum opus: quod ſalutare admodum/ certe q̃ gratiſſimum. Nuſquam deeſt uere amantis patris officio tua benignitas:cui ut & crebras/& ingentes agamus gratias:ratio efficit:& multorum beneficiorum memor animus. T.R.D.ad proſequendum cohortari:nihil eſt aliud/q̃ incitare ſponte currentem.Iam iam iter Romam arripit Nicolaus Seuerinus Legatus noſter. Cæteris de rebus coram uerba faciet. Vale.

SEnenſes Procuratori Ciſtertienſis ordinis.S.P.D. Quoniam putamus.R.Paternitaté tuam noſtram amare rempub.quandoquidem nos tuam uirtutem ac dignitatem magnifacimus:uiciſſitudo amoris poſtulare uidetur:ut & uiciſſim cum fiducia poſtulemus:quæ ſint nobis grata futura filios/ac fideles noſtros/cõmunitaté ac populũ oppidi Abatiæ ſancti Saluatoris uehementer diligimus. Cupimus illos plurimum iuuari.Oramus igitur tuam.R.paternitatem:ut omnibus in rebus eoſdem humaniter ſuſcipere/& benigne tractare uelit/intercedentibus nobis:ut tua opera/ac fauore/ etiã a uenerabili patre Abate monaſterii ſancti Saluatoris tui ſacri Ciſtertienſis ordinis:quæ iuſta & conſueta ſunt:planiſſime conſequantur.Erit id nobis q̄ gratiſſimum:qui putamus conferri nobis:quæ in filios noſtros liberaliter conferuntur.Nos uero:ſiquid eſt:qď agendum cenſeat tua.R.paternitas & honori/utilitati/& cõmodo eius futurum ſit:libenter efficiemus: & reperiemur ad tua beneplacita ualde propenſi. Vale.

SEnenſes Papæ.S.P.D.Alias tuæ Sanctitati cõmendauimus cauſam.N.ciuis noſtri: qué & ob generis claritudiné:& multo magis ꝑpter ſummã modeſtiã eius ac uirtuté uehemẽter diligimus.Is hẽt nonnulla iura:quæ ſibi ab Apoſtolico fiſco debenť.Supplicamus tuæ Beatitudini: ut cauſa plane cognita:quã Caſtellanus Epiſcopus dilucidius explicabit:dignetur clementer exaudire iuſta petentem:qď impetrare facillimum eſt ab eo:quo auctore ubiq; terrarum iuſta ſeruantur. Vale.

¶Patentes Litteræ.

DOminos:Principes:fratres/& amicos noſtros rogamus:ad quos hæ noſtræ peruenerint litteræ:Subditis uero noſtris/ac municipalibus imperamus:atq; edicimus: nos: qui Senenſi præſumus reipublicæ: ut perſpecta uirtute/& maxima multarum rerum peritia.N.Aegyptii:qui per hæc tempora cum cætera uaga Aegyptioꝝ gente luſtrat Italiam:& orbé circuit:eum ipſum.N.liberaliter ſuſcipiant:humaniter tractent:& magna beniuolentia proſequantur:& tam ipſum q̄ comites eius libere quacunq; ire permittant cum perſonis/& rebus ſuis oĩbus/omni moleſtia/atq; impedimẽto ceſſante: & abſq; ulla ſolutione pecuniæ.Nã dici uix põt:quãta polleat induſtria:& multaꝝ/atq; incredibiliũ reꝝ tum notitia/tũ ẽt exercitatione. Erit omne in ipſum/ac ſuos collatũ beneficii/genus gratiſſimum nobis: qbus nihil põt eſſe iucundius/q̄ uirtuté & induſtriã noſtroꝝ hoĩum in lucé prodire:& premio/atq; debitis honoribus affici. Valeant:qui legerint.

SEnenſes.N.S.P.D.Copulat charitas:quos etiam longa diſiungunt ſpatia. Ae nos quidem Magnificentias ueſtras uehemẽter diligimus:& quéadmodũ ſuadét amicoꝝ leges:cũ fiducia petimus: quæ iuſta putamus.N.quidã noſter/& curã equoꝝ gerẽs/credidit pecuniam.xviii.auoreos.N.notario & ciui ueſtro:quemadmodum perſpicua documenta declarant:& cyrographum manu eius: cui credita pecunia eſt:abnegauit facere:quod iuſtum erat:atq; pecuniam ſoluere recuſauit.Superſunt illius hæredes. Ab his petit præfatus.N.ius ſuum.Oramus ueſtras Magnificentias ut re dilucide cognita ac ueritate perſpecta/ pro ſua Iuſtitia iubeant homini noſtro Iuſtitiam cum ueſtro fauore miniſtrari:quod quãuis honeſtum ſit:tamé gratiæ aſcribemus:parati hæc & maiora ueſtro intuitu libenter efficere. Valete.

SEnenſes Cardinali Reatino.S.P.D.Scimus tuam.R.D.maxime improbitaté/ atq; iniuſtitiã execrari: & magno ſtudio tueri:qui iuſta petunt.N.cuipiam:q nuper cũ ſtrenuo Luca Reatino uiuebat.N.noſter:qui equos uectores alit.Equũ cõmodauit pretio:accepit:abiit:& nũc præter Equũ retinet.N.ipſe: atq;(ut accepimus)ad Reatinã ſeſe urbem contulit.Damnũ inops uir patitur:qui equi uectura familiam nutricatur.Oramus.T.R.D.ut dignetur efficere ſua benigna interuentione:ut Equum & ius ſuum homo noſter aſſequatur:quod & iuſtum erit & nobis etiam gratiſſimum.

SEnenſes Antonio Vercellenſi Sacri ordinis Minoꝝ Euangelicæ ueritatis egregio Cõcionatori.S.P.D. Iampridem magnifacere cœpit noſtra ciuitas/& hic populus tuam doctrinam: uitæ integritatem: & in annuntiando uerbo Dei/miram ac præclaram exercitationem. Cupimus autem ob eã cauſam nos in proxime futura Quadrageſima/in noſtra urbe affuturum/ & in religioſiſſimo/ atq; ornatiſſimo tẽplo eius:quo ciues pleriq; & populi turba conueniunt/ euangelizare Saluatoris oracula/ & diuinæ legis mandata. Quod non niſi doctiſſimis uiris/& quorum ſpectata uirtus ac peritia ſit:tribui minus conſueuit. Credimus ad id ſummum Pontificem ad te dediſſe litteras.Hortamur igitur te:ut libenter eam prædicationis prouinciam ſuſcipias:& in tempore uelis adeſſe.Cuius rei tuum expectamus reſponſum:quod futurum putamus pro uoto: ut populi noſtri deuotioni/ac ſaluti facillime conſulatur. Vale.

SEnenſes Cardinali Papienſi.S.P.D.Qui finem ſpectamus litis:certum eſt nobis nihil prætermittere: quod expeditiorem ac facilioré uiam præbeat:præſertim uero quod ex tuæ Reuerẽdiſſimæ Dominationis uideatur ſententia.Quare ad Baldinum damus litteras:iubentes: ut quoad fuerit opus: nõ aſſiſtat ſolum:ſed tuis ubiq; pareat iuſſibus.Cauſam Iacobinoꝝ ad Senatũ retulimus: iam ſatis pro uoto affecta eſt:& mox reddemus cõfectam.Profuit illis imprimis tuæ.R.Dominationis cõmendatio: cuius quãti & iudicium & uoluntatem faciat noſtra reſpub.nemo eſt:qui neſciat. Vale.

SEnenſes Florentinis.S.P.D.Nihil difficile eſt iis:qui uere amant:& ſuopte ingenio Iuſtitiam confectãtur:perſuadere:quæ iuſta ſunt.Florius & Petrus Paulus:quippiã/ex Plegario/ueſtri agri accolæ cauſam intendunt Petro Antonio Dominici filio/Sarteanenſi municipi noſtro:& uelut creditores ſuperioribus diebus coegerunt hoiem noſtrum ad depoſitum dandum/& præter ius: præterq; æquũ & bonum:penes quem depoſitum eſt:ad perſoluendum argentum compellũt:quod reus minime ſe debere profitetur.Cupit ob eam cauſam cum actoribus rationem ponere.Quod noſtra quidé ſententia iure negari nemini poteſt.Implorat igitur ueſtrã opem:ut ueſtra humanitate pateant utrorumq; iura: ut perſpecto uero: neutris fiat iniuria. Quod tam & ſi æquum cenſeamus:nihilo tamen minus apponemus & gratiæ. Valete.

Senenſes

S Enenſes ſummo Pontifici.S.P.D.Cum intelligimus tuam Beatitudiné/uere noſtram amare rẽpub. & ciues eius paterno ſemp amore complecti:fidenter/& qua filios decet:humili prece tuæ Sanctitati eos præcipue cõmendamus:quos in noſtroꝶ numero magnis & ingenii & doctrinæ laudibus præſtare cognouerimus.Proinde Alexádrum Aringherũ claris natũ parentibus:Iuris Doctoré:qui ide uſq; a paruulo/in præclara bonaꝶ artium exercitatione uerſatus eſt:& cũ morum grauitate ſummá permiſcuit eruditioné:cũ ad Clerum & ad ſacerdotii dignitaté itendat:cupimus iuuari noſtris precibus:qbus cõmota tua Sãctitas/& ipſius uirtute inducta merito:ſi dignabitur & cõmodo/& honore:afficere plurimũ uniuerſæ huic ciuitati placebit:& accipiet dubio procul etiá magni beneficii loco.Itaq; ſi quod in noſtra ditione beneficium uacare contingat:in quo ſimul & dari Alexandri ipſius uirtuti premiũ:& per eius uirtuté beneficii dignati ſatiſfieri poſſit: ſupplicamus deuotiſſime tuæ Beatitudini:ut húc ciuem noſtrũ & charũ noſtris oíbus clemẽter ſuſcipere digneť: & in beneficio cõferẽdo exaudire noſtras preces:& Alexandrũ imprimis cõmendatũ habere/ de quo ea eſt ciuibus noſtris firma ſpes:ut patris reſpondeat laudibus:& honoribus dignus ciuis facile uideri poſſit. Vale.

S Enenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Diligimus mirifice pp uirtutem & doctriná/ac probatiſſimos mores Alexandrũ Aringherium Doctoré pro ætate:ingenio: eruditione/ & ſapiẽtiæ laude præſtantem:& eum cupimus uehementer & cõmodo & honore iuuari. Cõfidimus plurimum in tuæ.R. Dominationis benignitate:quam oramus ut apud Súmi Põtificis Sanctitaté digneť eum ipſum Alexandrum/ciuem noſtrũ dilectum iprimis etiá facere gratioſioré:& ſi qđ beneficiũ uacare cõtigerit: in quo & uirtuti eius uiri:& expectationi noſtræ ſatiſfieri poſſit/ita intercedere:ut mereať tanto adhibito patrocinio/ optatĩ noſtri uoti effectum ciuis noſter conſequi.Eſt enim filius certe claro dignus patre:& qui paternam laudem facillime cumulare poſſit. Vale. ¶ Patentes Litteræ.

N Os:qui diuino numine diſponente/ſummum Senenſis reip.gerimus Magiſtratum:uniuerſos ciuitatum Rectores/ac Principes populorum etiam/atq; etiam oramus/at ſubditis noſtris edicimus:ut noſtra cõmendatione clarum uirum.N. ac ſpectabilem Equitem amice/atq; honorifice tractare uelint: & liberũ ſibi cũ ſuis comitibus(dúmodo nec hoſtes ſint: nec exules noſtræ reip.) acceſſum/ac receſſum præbeant:quocunq; gentium iter illis agendũ ſit. Quod certe noſtro Magiſtratui & populo Senenſi gratiſſimum eſt futurum. In quarum rerum teſtimonium has patentes noſtras fieri iuſſimus:& ſigilloꝶ noſtroꝶ munimine roborari. Valeant:qui legerint. Datum in noſtro palatio/die &c.

S Enenſes Regi Neapolitano.S.In re.N.cum noſtra Republica accepimus & quæ ſæpius a tua Maieſtate ſcripta ſunt:& quæ prudentis Ioannis Trochuli Scribæ:& familiaris eius expoſita uoce. Ea uiſa eſt. Senatui/ac populo nr̃o grauior:nõ mõeq; ea nulla nr̃a ciuitas obligatione teneret: nec:quæ cũ patre pacta erant:filio ſtipẽdia deberenť:uerũ etiá quod ita ſe geſſerit: & nõnulla præterea.N.adiecerit: quæ a Iuſtitia/moderatione/tranquillitate aliena uiderentur:quæq; tollerare/ nihil eſt aliud/ q̃ licentiam laxare indigna audientibus:quod putamus nequaq̃ tuæ Maieſtati probari:quæ una nouit imprimis/parcere ſubiectis: & inſolentes debellare.Neq; enim æquo animo ferendum uidetur:ſiqui impares ſunt/alios iniuria laceſſunt. Noſtra uero Reſpublica quæcunq; obtinet:ea belli iure/& legitimo quidem atq; optimo iure obtinet:quod tuæ Maieſtatis ſapientiá nequaq̃ ignorare arbitramur.Sed non eſt ea ſcribendi locus.Nihil igiť mirum uideri debet:ſi librauerit oĩa diligentius Senatus noſter:quippe multa erant:quæ cauſam perdifficilem redderent. At uicit cæteras rationes:& ſi multæ & graues erant:noſtra in tuam Maieſtaté obſeruãtia/ac fides. Pepigimus auté potiſſimũ tuæ Serenitatis intuitu cũ.N.quæ ex tuæ Maieſtatis ſnĩa eẽ cognouimus icta fœdera hæc referet:rei ſeriem/ac ſingillatim oĩa ſcitus Ioannes ipſe Trochulus:qui & mentem noſtrá/& rem oẽm rite percallet:explicabit ordine.Operam dabimus:ut non in hac re ſolum:ſed in ceteris quoq; oĩbus ſummá tua Maieſtas populi noſtri deuotionem perſpiciat.Eam obſecramus: ut corda ipſa & optimam noſtram metiatur uoluntatem. Quod ſi forte uideamur cunctati longius:cauſam dedit.N.qui rebus iam tranſactis ſcrupulum iniecit. Vale.

S Enenſes Regi Neapolitano.S.Nos:qui tuam Maieſtatem colimus; conſiliis eius libenter acquieſcimus:pacem tuemur:præclarũ diligimus.N.genus.Icta fœdera/rei ſeriem mentem noſtram & ordiné omnem probe inſtructus poterit ſuſius coram explicare Scitus ipſe Ioánes Trochulus/ quod ſi ſerius factum uidetur:tribuet tua Maieſtas.N.qui uel iam tranſactis rebus ſcrupulum adiecerit. Nos tamé nihil ob id quoq; Imutati tuæ rationé Maieſtatis rebus cæteris ꝑferre iſtituimus:apud quos i illá ſincera eſt/atq; explorata fides. Sed dum ea cum Ioanne Scriba aguntur:interueniens clarus Eques & tuæ Maieſtatis Legatus excellẽtiſſimus Antonius Cicinellus/eius nomine noſtrum ſalutauit Magiſtratum: & iucunda nunciauit nobis: agi præclare cum tua Maieſtate:ac toto eius ſplendidiſſimo genere:conualeſcere Illuſtriſſimum Federicum: florere Regni opes/atq; fortunas:cumq; his bina pacta ſponſalia:atq; inter præclariſſimos Italiæ Principes arctioris uinculi glutinum necti:& nobis uere gaudemus:& uobis ex optimis animis gratulamur:exiſtimátes ea fore omnia ad ſtabiliorem pacis atq; ocii firmitaté:& tuæ Maieſtatis maiorem illuſtrationem gloriæ. Atq; ut ita proſpere cedant:ſint tibi fauſta & læta omnia:annuat ille/quæſumus: a quo omnis poteſtas eſt: atq; manant omnium bonorum genera.Nos ob eam tantæ iucunditatis participationem agimus: & habemus q̃ maximas gratias tuæ Maieſtati:quam uelut optimum auctorem pacis/& noſtræ ciuitatis beneficentiſſimum patrem: ſummam tueri fœlicitatem uehementer optamus. Vale.

S Enenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Frequentes & perbenignæ tuæ.R.Dominationis lfæ:ut eam frequenter collaudemus:& ingentes agamus gratias:nos inducunt:qđ & iucunde facimus:quémadmodum grata habemus ſemper: quæ ſcribuntur ab ea: & quoniam ſtudio omni patriam iuuat: & hanc tuetur Rempublicam, Idcirco facile patietur: ut ſi eius / quotiens opus acciderit: fauore/

conſilio opera fidenter utamur. Commendauimus ſæpius tum uoce/tum litteris clm.N.Dominũ. Nouit tua.R. Dominatio q̃ noſtræ ſtetſit Reipu.cum ipſum habere cõcordẽ:& nõ abalienari a noſtra ciuitate illius animũ. Nouit eius igenium:& quãtã habeat ille in noſtra Republica fiduciã:q̃ firmiter opinet̃ ualere apud tuã.R.Dominationẽ noſtras preces:& totius ciuitatis ſtudioſam cõmendationẽ. Non erit tibi difficile/ad cauſam recte moderandam/accõmodatam reperire rationẽ. Quæſumus igit̃:ut & patriæ cõmodo/& optimis ab iis adducta rationibus excogitare dignet̃ tua.R.Dominatio uiam eiuſmodi:p quã in cauſa.N.utriq; parti recte & cõmode cõſultum uideatur:ſi nihil tam difficile eſt:quin quærẽdo iueſtigari poſſit:ei præſertim:qui cõſilio/ſapiẽtia/ac ratione præſtat & uſu. Placebit plurimũ uniuerſo huic populo:ſi intellexerit.N.Dominus:& ſe a nobis non uulgariter cõmendatum:& per noſtram interceſſionẽ apud.T.R.Dominationẽ gratiam aſſecutum. Vale.

SEnenſes Regi Neapolitano.S.P.D. Maieſtatem tuam æqui/ac recti ſeruantiſſimã:ſed & uere paterna charitate nobis affectam:nõ dubitamus fidenter rogare:& ei filiali fiducia cõmẽdare noſtros:quos charos habemus. Franciſcus Angeli Craſſetanus dilectus fidelis:cui has litteras dedimus: dicit ſe Magnifico atq; excellentiſſimo Domino.N.credidiſſe nõnulla:pro quibus iis quædam ſibi pecuniarum debetur/aurei circiter.ccc. Vir bonus eſt:& inopia premitur:& ius ſuũ petit:quod reddendum ſibi a præfato.N. propter probitatem/ac uirtutem ſuam confidimus. Sed precamur tuam maieſtatem:ut auctoritatẽ quoq; ſuam ac benignum auxilium adhibere dignetur:quo redeat iuſti compos factus: qui etiam propter neceſſitatem repetendæ pecuniæ/non ſine graui incõmodo/longi itineris laborem ſuſcepit. Sed diligẽtiſſimæ tuæ ſereniſſimæ Maieſtati noſtram Rempublicam & ſtatum cõmendamus. Vale.

SEnenſes Patrimonii Gubernatori.S.P.D. Gratũ fuit nobis/itellexiſſe hoiem nequã & homicidã.N. quẽdam ueſtratẽ incidiſſe in manus tuorum:ut qui recenti cæde pollutus eſt in oppido noſtro Cellanũ & ulteriora facinora impudẽter ſe patraturũ minabat̃:dignas ſuis facinoribus pœnas luat:quæ qualia ſint:& q̃ multa ab eo cõmiſſa/& cõpertum eſt:& enarrare ſuperuacuũ. Quod igitur diuina diſponente iuſtitia/& tuorum laudando miniſterio hactenus factũ intelligimus:cũ ſeruetur is malefactor cuſtodia & uinculis:tuo quoq; iuſſu oramus:ut mature cõficiatur:& ſubiiciatur tua iubente.R.Paternitate/paricida.N.iuſto iudicio:ne & ipſe poſthac maleſaciat:& cæteri ab improbitate & iniuria deterreantur exemplo. Erit gratiſſimũ nobis:qui tecum una iuſtitiam & rectam uiuendi rationem ſeruari cupimus. Vale.

SEnenſes Græcis extorribus.S.D.& fortunam meliorem exoptãt:ac ſedes quietes. Scitis:quæ nobiſcũ egerimus:quãq; libenter/lætiſq; animis aſſenſi fuerimus uotis/ac poſtulatis ueſtris. Probe nouiſtis ſenatus noſtri & populi huius optimam uoluntatem. Cõmuni conſenſu conuenimus:ac fœdera pepigimus. Quorum exemplum mittimus:quẽadmodum per ueſtras efflagitaſtis litteras. Nos conſtantes erimus:fidem ſumma cum beniuolentia præſtituri alacriter expectantes ueſtrum/ac ueſtrorum aduentum:quos præcipuo ſtudio/ac ſumma excipiemus lætitia:nec uſquam aut officium noſtrum:aut fides deerit:cuius ſeruantiſſima eſt noſtra Reſpublica. Experiemini nos amice in ueſtrum præclarum genus:ac benigne affectos. Supereſt:ut ipſi quanto fieri poſſit:maturius ueſtrum celeretis aduentum. Nam uniuerſo huic populo optati uenietis. Simul legare placeat ad nos quempiam cum mandatis ueſtris:qui rata habeat ueſtrorum nomine:ſolemni ritu:quæ acta uobiſcum/conuentaq; ſunt:quod merito iure uos facturos recepiſtis: quod ut iuſtum uidetur:ita erit per q̃ gratum nobis:quibus & ad nos ueſtra profectio & uitæ cõſuetudo erit ſane periucunda. Illuſtrem Dominum Annam & ueſtros omnes ſaluos eſſe/ac fœlices optamus. Valete.

SEnenſes Summo Pontifici.S.P.D. Cum haberent Caſtrileonenſes ſubditi noſtri ſua quædam armenta in noſtris pabulis/nõ longe ab Eccleſiæ finibus/nõnulli milites:qui caſtri & Patrimonii agro hibernant:ingreſſi noſtros fines:compluria ex eis armẽtis pecora abegerunt: partim autem ex iis cæſa ſunt ad eſum:partim inciderunt in manus Dohanerii Patrimonialis. Non poſſumus non dolere:cum intelligamus noſtris & uim & damnum inferri:nec dubitamus iniuſtum omne præter mentem tuæ Sanctitatis fieri:quæ Iuſtitiæ auctor eſt. Tria igit̃ ſupplices tuam beatitudinẽ oramus:quæ noſtra ſententia iure nos a tua iuſtiſſima Sanctitate impetrare liceat. Primum:ut pro cæſis pecoribus/ab illatoribus rependatur æquũ pretium iis:qui iacturam paſſi ſunt: Deinde/ut ea animalia:quæ penes Dohanerium ſunt recepta:confeſtim/ac libere reſtituant̃. Neq; enim ſatis honeſte/pro ſingulis illis/ab eodem Præfecto Patrimonii ſinguli aurei repoſcũtur. Poſtremo: ut tuæ Sanctitatis iuſſu atq; edicto moneant̃ tam milites/q̃ cæteri omnes:ita demum uiuant/ut rapiẽdis rebus abſtineãt:nec tale aliquid poſthac fiat. Quæ tam & ſi iure nobis peti uideãtur:apponemus ea tamẽ gratiæ: & quæ multa quottidie conferuntur/beneficiorum cumulo. Vale.

SEnenſes Peruſinis.S.P.D. Percrebuit apud nos Magnifici Domini Fratres & amici noſtri chariſſimi/ueſtras Dominationes nuper inſtituiſſe:ut ad Clanas nouam Turrim conſtruant/e regione eius:quæ noſtræ ditionis eſt. Ea res nobis non mediocrem admirationem peperit: Nam a ueſtræ amicitiæ iure & noſtræ mutuæ beniuolentiæ neceſſitudine aliena uiſa eſt. Nos autem id nobis iampridem perſuaſimus omnia & æquitatis & amicitiæ iura a ueſtra Dominatione illæſa ſemper/ atq; inuiolata ſeruari. Nos uero ob eam cauſam maluimus ſemper ueſtris obſequi ſtudiis/q̃ noſtris commodis inſeruire. Itaq; cum aliquando decreuiſſemus nouum pontem alio itinere ad Scitonium oppidum confabricari:qui noſtre Reipublicæ utilitati/& commodis plurimum congruebat:ueſtris tamen exhortationibus adducti/ atq; amore commoti/ eius operis inſtitutum omne reliquimus:& ueſtræ morem geſſimus uoluntati. Veſtras quoq; Magnificas Fraternitates hortamur:ac uehementer oramus:ut inſtituto deſiſtant:quas nihil omnino facturas eſſe confidimus:quod non iuſtũ atq; æquum ſit/& optimæ rationi conſentaneum. Id nanq; uera Fraternitas recta amicitia/ optima uicinitatis ratio depoſcit: quæ in maxima coniunctionis parte reponitur. Id nobis profecto q̃ gratiſſimum futurum eſt: &

ſummi amoris:

ſummi amoris:quem ſemper experti ſumus:opinionem plurimum augebit. Veſtras Magnificentias optamus incolumes ſemper:ac fœlices eſſe. Valete.

SEnenſes Florẽtinis.S.P.D.Accepimus a Magnificis fraternitatibus ueſtris binas eodem tempore litteras:& alteris quidem Montis Politianenſium expoſtulationes referuntur:quos aſſerunt Magnificentiæ ueſtræ quæri in eorum agro fieri nõnullas populationes:& pecoris nõnullam prædam agi a militibus noſtri exercitus.Id nobis graue/ac permoleſtum eſt:& prorſus acerbe ferimus:qui & cum omnibus iuſte/ac pacate uiuere cupiamus:& ueſtroꝝ omnium omni ſtudio iura inuiolata tueri:quod non modo ciuitatis ratio poſtulat:ſed & Dominationum ueſtrarũ uera/ac probatiſſima erga nos beniuolentia. Siquid damni:ſiquid iniuriæ Montis Politiancſibus illatum eſt præter mẽtem noſtram/ac præterea/omnino factum eſſe nouerint Magnificentiæ ueſtræ.Curauimus tamẽ omni ſtudio/nequa poſthac otii poſſit iuſta querẽdi cauſa. Quod uero alias fecimus: multo nunc accuratius repetemus:& Prætoribus & Cõmiſſariis noſtris præcipiemus: ut noſtros milites coherceant:ne poſthac audeant uel minimam quidẽ ueſtris hominibus iniuriam attentare: ac ſi quid reperiri queat:curabunt iuſſi nobis(quoad fieri poterit)reſarciri. Quippe qui & noſtræ ſeruãde amicitiæ/ac perpetuo tuendæ pacis ſtudioſiſſimi ſumus. Quanquam a noſtris Prætoribus accepimus litteras:quibus certo ſignificant Montis Politianenſes a noſtris militibus recepiſſe quæcunq; ablata perhiberẽt:& concorditer inter eos cauſam omnem conciliatam eſſe. Quod autem alteris litteris oſtenditis/noſtri & cõmodi & honoris magnam habere rationem:quod ueros amicos decet:id nobis dubium non erat:quibus ſumma in nos beniuolentia & charitas comperta eſt. Tuliſſe autem grauiter Sigiſmundi Clandeſtinum a nobis diſceſſum : id quoq; certo cognouimus: miſiſſe uero Oratorem:qui & cunctis periculis propulſandis intenderet:& illius exercitum a ueſtris finibus arceret:ac Flamminiam uerſus celere iter dirigeret:ſicut & factum eſt:magnam agimus ueſtris Magnificentiis ac per ingentem gratiam:feciſtis profecto beniuole/atq; amice. Quod uero ad ipſius Sigiſmũdi queſtus attinet: nõ pro iis ſemper terẽda ſentẽtia eſt:qui conqueruntur. Nos potius in illum quam iuſte:quãq; merito quæri debeamus:aliud erit opportunius ſcribẽdi tẽpus. Siquidem putamus ueſtras Magnificẽtias pro ſumma ſapiẽtia plane pſpicere:utrum nos potius/an illum quæri oporteat. Sed quod humaniter ueſtram operam defertis:ſummam habemus ueſtris Dominationibus gratiam:quæ fœliciter Valeant.

SEnẽſes Epiſcopo Tridẽtino.S.P.D.Nihil eſt:quod iure primum:& tua deinde humanitate freti/a tua paternitate non audẽter petere aggrediamur:qui tuæ cunctis in rebus alacres ſumus morẽ gerere uoluntati.Aloyſius igitur Petri filius Comparius/ciuis noſter dilectiſſimus.Tridenti ædes quaſdã poſſidebat:de quibus cũ a nõnullis orta cõtrouerſia eſſet:ſubrogatus tandẽ eſt a quibuſdam eius procuratoribus.N.qui Aloyſii cauſam tueretur.Is cum eius aduerſariis conuentione facta / accepit tandem ex iis:quibus cum lis ipſa uertebatur.c.xxix.aureos. Quid multa? Hanc ſibi pecuniam præter æquũ & bonũ.N. retinet. Eam extorquere ex eius manibus perdifficile eſt:ut hæc ſunt tempora.Proinde tuam Paternitatẽ hortamur : atq; oramus:ut huic ciui noſtro ius ſummarium atq; abſolutum iubeat magno fauore miniſtrari:ut uel Aloyſio ipſi/uel cuiuis:cui ille mandatum eiuſmodi dederit:tuo iuſſu atq; opera/debita pecunia perſoluatur.Id cum iuſtiſſimum ſit:erit nobis quoq; gratiſſimum:paratis tuæ paternitatis obſequi uoluntati. Vale.

SEneſes Cardinali Vrſino.S.P.D.Redditæ ſunt nobis.T.Reuerẽdiſſimæ Dominationis litteræ: quas & pergrate accepimus. Quippe qui tuam tum ueterẽ beniuolẽtiam/tum præcipuã nouerimus charitatẽ.Ea nobis gratiſſima eſt.Nec multæ/ac totiens repetitæ.N.in nos iniuriæ:poterunt tamẽ a tuæ Reuerẽdiſſimæ Dominationis obſeruãtia & cæteræ Magnificæ & claræ Vrſinæ domus amicitia deterrere. Si ille nos crebris ꝓuocat iniuriis:nos tamẽ alio animo in.N.alio certe in tuã Reuerẽdiſſimã Dominationem:& reliquum ſumus celebre Vrſinoꝝ genus. Sed quæ noſtræ ſentẽtiæ ſunt:ea apud tuam Reuerẽdiſſimam Dominationẽ exponẽda mandauimus Reuerẽdo patri Alexio,Epiſcopo Cluſino ciui noſtro & Oratori dilectiſſimo:cui oramus.R.D.T.ut in cunctis explicandis ab eo/plenam & credulam:ut nobis ipſis adhibeat fidem.Fœliciter ualeat tua.R.Dominatio:cui nos plurimum cõmẽdamus.

SEnenſes Patrimonii Gubernatori.S.P.D.Acceptis litteris tuæ Magnificẽtiæ/diligẽter omnẽ/ad ueritatẽ rei explorandam/operam & induſtriã adhibuimus. Comperimus tandẽ prædam in hoſtili agro factam extitiſſe/& actam ex.N.ſolo:quẽ locum cõſtat noſtroꝝ hoſtium eſſe. Itaq; patet iuſtam ẽẽ/ac legitimã prædam.Nos uero milites cogere nõ poſſumus ad reſtituẽda:quæ iuſte parta ſunt: cum illa etiam:quæ iniuſte rapuerint:uix ab eis extorqueri poſſint.Nouit tua Magnificẽtia militum mores. Cupimus inſup noſtros ciues & Cõmiſſarios cõſeruare:qui pro illo:qui Sues & pecus amiſerat:& humaniter fideiuſſerunt & cum ſuo incõmodo pecuniam perſoluere. Scimus tuam Magnificẽtiam nõ poſtulare:niſi quæ iuſta ſunt:cuius obſequi/ac morẽ gerere uoluntati/omnibus ſemper in rebus paratiſſimi ſumus. Vale.

CAliſtus Papa Tertius Dilectis filiis Senẽſibus Salutẽ & Apoſtolicam benedictionẽ. Sẽſimus cum magnã admiratione atq; moleſtia deuotiões ueſtras affirmari a multis nõ ſolum iclinatas:ſed in totũ paratas eẽ in cõcordiam cũ Iacobo Picinino:pro cuius euerſione atq; exterminio/ſola ueſtra cauſa nos ſuſcepimus cũ tanta impẽſa:alieno tẽpore difficile inceptũ : ac diſplicens multis ex his:qbus in cæteris rebus oĩbus uellemus maxime cõplacere. Veluti Neapolim dicit̃ ſcripſiſſe.N.qđ ſtatim nobis fuit ſignificatũ: Cum ut talia de uobis poſſemus induci ad credẽdum. Statim hac re audita/uocari ad nos fecimus dilectũ filium Bindum Bindiũ Doctorẽ egregium/nobilitatis ueſtræ Oratorẽ:cuius prudẽtiam & modum cunctis in rebus diligenter ſeruatũ ualde probamus.Nam eſt homo iteger/uerax & probus:& magna cũ fide ſolertiaq;/ac modeſtia ſe in iſto negocio/nobis ſemper exhibuit:in factis ueſtris iduſtrioſe ſe gerẽdo.Ipſe nobis aliquãtulum dempſit admirationẽ:aſſerẽs/ſe forte uos omnino eẽ facturos ea ſola in iſto negocio:cæteriſq; : quæ nos uobis mandaremus:

internunciatum eſt fore:ut hac ſopita cauſa:aliæ deinceps auctore eodem.R.Domino contra noſtram Rempub. cauſæ mouerent̃ ꝑ alias nõnullas eccleſias:ut ferunt:quæ & in eadẽ ſunt regione:& ad monaſteriũ diui.N.aſſerant ptinere.Id dirimẽdæ executionis Legato noſtro dedit cãm:cũ fama uulgatior eſſet:nõ deſitũ iri a cõtentiõe:ſed alias poſt hãc ieundas nouas litigãdi rõnes:quo nihil nobis põt contingere moleſtius:& certe id tota hæc ciuitas plurimũ admirat̃:& dolet.Nã æquũ uidebat̃:iponere cõtrouerſiæ modũ:nõ nouas de itegro ſubnectere:cupiebamus ea cõſignatiõe facta/ita poſthac cũ ꝑfato.R.Dño agere:ut filios cũ patre decet. Nũc ſatis nõ poſſumus admirari.Nec id certe patris officiũ eſt:nec putamus Pium fœlicis recordationis Põtificẽ puexiſſe hoiem ad eum dignitatis gradũ:ut eſſet:q noſtrã ꝑpetuo patriã ꝑturbaret.Sanctũ eſt/lites dirimere:non diutius alere:aut nouas texere.Satius erat cõcorditer oĩa trãſegiſſe/q̃ ſummũ ius quærere:qđ plerunq; ſũma iniquitas eſt. Viſum eſt nobis:ut tuæ.R.Dominationi hæc ſignificaremus ordine:ut quæ uere qetẽ affectat:& patriã uere diligit.Qua rõne uiderit cõgruere magis:ea de re cogitet:cõferatq; qd agẽdũ uideat̃:ut ſimul quieti cõſulat̃ patriæ:& ꝑ tuam benignã operã accõmodata fiat harũ rerũ cõcluſio:& nos ita.R.Domino.N.utamur patre & benefactore:quẽadmodum dictat ratio:& fœlicis quondam Pii Pontificis recta erat intentio. Vale.

SEnenſes Lucẽſibus.S.P.D.Cõfidimus nunq̃ defuturã ueſtrã opem iis:quos diligẽtius ueſtræ Magnificæ fraternitati cõmẽdauerimus:præſertim honeſta in cauſa:& quæ ad ſanctæ religionis ptineat ꝓfeſſores:quos iuuare fas eſt:& pium exiſtimãdum opus.Accepimus Raphaelem quẽdã Federicũ Lucenſem/iuuenẽ ꝓbum:& nunc Cartuſienſem religionẽ ꝓfitentẽ habere nõnulla cuiuſdam hæreditatis iura.Is uenit modo aditurus partẽ:quæ ſibi obtingit. Oramus ueſtrã Magnificã fraternitatẽ:ut eundẽ ipſum:& q eius cauſam tuent̃:ꝑhumaniter audire uelit:& re plane ꝑſpecta/ita adeſſe:ut q iuſta petit:iuſta ſe aſſecutum maxime cõmendantibus nobis:& uoto ſuo celeriter ſatiſfactũ lætet̃.Id q̃ æquum poſtulare eſt:tam certo ſperamus a ueſtra Magnifica fraternitate facile futurũ:cui nos uiciſſim oĩa gratificari cupimus. Valete.

SEnẽſes.N.S.P.D.Accepimus iãpridẽ Scitonicẽſes dilectos fideles noſtros petiſſe ſupplices.T.R.D.ut eius iteruenietẽ ope/ac benigno fauore/facultatẽ aſſequerent̃ uẽdẽdoꝝ bonoꝝ:q̃ ad monaſteriũ ſpectant eiuſdẽ oppidi dirutũ/ac prorſum deſertũ:ut ex cõlecta pecunia/tẽplũ reficiãt eiuſmodi ad diuini cultus honorẽ:ut & deuote celebrari:& res diuina in eo fieri poſſit.Nos quoq; cũ putemus piũ & ſanctũ poſtulare illos:libẽter adhibemus ꝑces nr̃as:quæ nunq̃ apud tuã.R.D.inanes eẽ cõſueuerũt. Profitemur utiq; nos gratũ admodũ habituros:ſi pii uoti & honeſti(ut uidet̃) poſtulati fiant cõpotes. Vale.

SEnenſes.N.S.P.D.Quæ ſcribit tua.R.P.de quærelis.N.populi:uoluimus plane ꝑſpicere/& facti iueſtigare ueritatẽ.Quoniã mens noſtra ẽ:ut Eccleſiaſticoꝝ hoium diligens habeat̃ ratio:&.N.ueteres amicos ex corde diligimus.Sed accerſitis his:unde res tota ꝑſpicue inoteſceret:ſtatuimus in utraq; cã iniuria.N.queſtos eẽ:& primũ qđ ad ſata frumẽta attinet:& ad ꝑſolutionẽ uectigalis:cũ ꝓ præcepto quoq; modio/in noſtris aruis iis certa pecuniæ debeat̃:qđ eſt:qđ quæri poſſint:cũ ex iſtituto teneant̃.Cũ ſit eis eiuſmodi ipoſitio explorata.Neq;.n.neſcire ſe ꝓfiteri poſſunt:cũ ꝓximis annis curauerint.N.ea ſe ipoſitione liberari his fœderibus:quæ poſtmodũ irrita fuerũt:ea nequaq̃ cõprobãte Romano Põtifice:ſcimus tuã.R.P.ꝓbare:ut ſtetur cõſtitutis:ac iuſta ſeruent̃.Quod ſi iuſtũ petit̃:merito uidet̃ eẽ præſtandũ.Quod aũt ſpectat ad intercæpta pecora:cũ dubio procul in paſcuis noſtris & in Senẽſi agro præter ius fuerint depræhenſa:qđ facile ſcitu eſt:nec ignorãt.N.ipſi:& ſpõte fatent̃.Egimus cũ ꝑfectis paſcuoꝝ:ut.N.& Eccleſiaſticos hoĩes/quãta fieri põt gratia:atq; humanitate ꝓſequant̃.Quare ſi pecorũ domini illos adibunt:& oĩa cõſtabũt:nõ modo nulla afficientur iniuria:ſed experient̃ noſtros oẽs ad placẽdũ ſibi probe affectos:atq; abſit:ut a noſtris/a iuſtitia quicq̃ remotũ:uel indignũ humanitate:& alienũ ab amicitia nõ modo fiat:ſed uel cogitetur quidẽ.Tuam.R.Paternitatẽ cõfidimus pro ſuo more nihil ſcripturã Pontifici:niſi quod uerũ eẽ ꝑſpexerit.Summũ Pontificem uero nunq̃:niſi quæ iuſta ſunt:probaturum:& recte uiuendi rationi conſentanea. Vale.

SEnenſes Papæ.S.P.D.Quod fert natura:qđ iubet ratio:ciues noſtros uehementer diligimus:ſed eos præcipuo amore cõplectimur:q nõ minus ob alias cauſas chari ſunt:q̃ qđ ciues.Hoc numero uere cẽſemus Frãciſcũ Aringheriũ equeſtri dignitate uirũ:quẽ tuæ Sanctitatis ſũma benignitas/illuſtris urbis Senatorẽ ꝑfecit:cuius cũ magna ſit uirtus:& noſtra ſñia/magnis quoq; digna honoribus:hac moti rõne:ſed multo magis tuæ beatitudinis ſracti pietate:eã ſuppliciter deprecamur:ut eundẽ ipſum ciuẽ noſtrũ dignet̃ clemẽter ſuſcipere:& cũ in cæteris rebus/tum in eiuſdẽ honoris diuturniore refirmatione ita cõmẽdatũ habere:ut quæ noſtra ſpes eſt:itelligat ꝑces noſtras apud tuã clemẽtiſſimã ſanctitatẽ inanes nõ fuiſſe. Vale.

SEnenſes.N.Cardinali.S.P.D.Magnã habet hæc Reſpublica in tua.R.D.fiduciam:cũ ſit eius erga noſtram ciuitatẽ ſumma & explorata dilectio.Quocirca eum uehemẽter amemus ciuẽ noſtrũ Franciſcum Aringheriũ nõ minus ob præcipuã uirtutis laudẽ:q̃ quod ciuis eſt:cupimus illum in ſuis negociis plurimum adiuuari:& eiuſdem tum honorẽ:tum etiã cõmodum augeri.Quare cũ modo Vrbis Senatorem gerat:& in eo munere ita ſe geſſerit:ut merito gratiam ſit reportaturus & laudẽ:nõ dubitamus ſummi Põtificis perſpecta clementia/accedente tuæ.R.D.benigna interceſſione:quin ſit Pontificis Sanctitati cõmendatiſſimus futurus:ut inſup adhibitis noſtris precibus/& in iuſta expeditiõe peracti muneris:& in eiuſdem honoris & Magiſtratus diuturniore functione dignetur tua.R.D.ſuam perefficacem interceſſionem atq; opem præſtare:quod certe nobis & huic ciuitati q̃ gratiſſimum futurum eſt. Vale.

SEnenſes.N.Cardinali.S.P.D.Cum plurimũ diligamus ſpectabilẽ Equitẽ Frãciſcũ Aringherium/nõ modo quia ciuis eſt:ſed quia prudẽtia/ꝓbitate/atq; itegritate præditus:quẽ ſummi Põtificis Sanctitas Vrbis Senatorẽ præfecit:cupimus illum apud ipſius Pontificis beatitudinẽ gratioſiorẽ fieri:ut & in expeditione eius/& in refirmatione quoq; eiuſdẽ muneris cõmẽdatiſſimus ſit. Quã quidẽ ad rem

confidimus tuæ.R.Dominationis interceſſionem plurimum ualituram.Itaq; illam precamur: ut preces ſuas ad utranq; rem aſſequendam/adhibere dignetur tua.R.Dominatio:quæ bene Valeat.

SEnenſes.N.Concionatori Euangelicæ ueritatis.S.P.D.Explorata eſt in noſtra ciuitate tua ſimul uirtus atq; doctrina:quæ duo maxime congruere uidentur ei:qui populos inſtituere aptus eſt: & euangelizare uerbum Dei:& uerbo pariter & exemplo fideles populos ad rectam uiuendi diſciplinã poſſit impellere. Quare intelleximus gratum futurum ciuibus noſtris:ſi in proxima futura. Quadrageſima uentura ſit tua paternitas ad noſtram urbem: & in cœnobio/atq; conuentu tuæ ſacræ religionis prædicet Euangelium/& catholicam diſciplinam populo huic ualde cupienti.Proinde hortamur præfatã paternitatẽ tuã: ut & pp populi deuotionẽ explendam:& pp ſummam cõuẽtus ipſius utilitatẽ & cõmodum uelit acceptare hoc munus:& de ſua læta acceptatione reſpõſum dare:quod nobis & noſtræ ciuitati placebit plurimum. Vale.

SEnenſes Papæ.S.P.D.Non poſſumus nõ commoueri ſacratiſſime Pontifex:& nõ grauius angi: quod qui præ cæteris populis in Apoſtolicæ tum integritate/tum beneficientia ſpem maximam poſuerimus:nunc tam longis temporum ſpatiis uel eludi ſpem noſtram uel magna cum iactura proferri uideamus.Iampridem de finibus iter tuos & noſtram rempublicam moleſta lis uertitur: pro qua finienda nihil laboris a nobis:nihil ſtudii:nihil opere prætermiſſum eſt.Diuturnam cunctationem nõ poſſumus æquis ferre animis:præſertim cum nõ deſint:qui dicant uerba dari nobis.Opportune/importune noſtræ reipub.uerbis crebro ultro ſe noſter ingeſſit Orator. Rem tam multis allatis documentis minime iam latere arbitramur.Certo ſtatuimus tuam Sanctitatẽ iam tandẽ cupere totius controuerſiæ modum:& quæ æquitatẽ ſimul/cõcordiãq; tuetur:ſerio iuſſiſſe cauſam terminari.Delectus arbiter probe cauſam omnẽ edoctus eſt. Vale.

¶ Signatæ tabulæ/ac publica Senenſis Reipub.monumenta.

IN nomine domini noſtri Ieſu Xpi:& ab eius ſacratiſſimæ ĩcarnationis anno.M.cccc.lxviii. Die primo menſis Maii Inditione.xi.Sedẽte Sixto Põtifice Maximo.iiii.Rege Romanorum Federico Cæſare Auguſto.Liqueat uniuerſis & ſingulis:in quorum manus hæc ſcripta peruenerint: q; Magnifici/ac potentes Domini Senẽſes:quorum infra ſubiicient nomina:collegialiter in conſiſtorio conuocati: ubi reipublicæ negocia pertractantur:cunctis ſeruatis ſolemnitatibus opportunis:& ad infra ſcripta peragenda/conficienda p̃ repſentantes uniuerſam Rempublicam: ac populum Senenſis ciuitatis: & de futuri Prætoris electione habenda: qui pro tempore ſemeſtri/Præturæ Senenſis urbis præeſſe debeat:uidelicet Anno Domini:& reliqua: & Magiſtratum ingreſſurus ſit Anno ſalutis &c.Die menſis Octobris &c. Perſpecta ſorte clarorum ciuium: quos paulo poſt cõmemorauimus:qui ad nouum deligẽdum Prætorẽ cõſtituti ſunt:legitimam ad eam rem poteſtatẽ habentes/omni meliori modo/uia/iure/cauſa & forma:quibus magis & melius fieri poteſt:concordi conſenſu/ac ſolemni ritu creauerunt:inſtituerunt q; ſpectatiſſimos uiros/ac ciues Senenſes.N.&.N. legitimos Sindicos/procuratores/ac nuncios ſpeciales nominatim ad eligẽdum/uocandum/& aſſumẽdum ad gerẽdam Præturam pro tempore paulo ante declarato præſtantiſſimum Equitem.N.quemadmodum ſolemni Senatus conſulto & plebiſcito ſanctum ac decretum eſt:qui ut præmiſſum eſt:ita ab eiſdem electoribus accitus præturæ munus ſuſcipiat:& magiſtratum ingrediatur per futurum menſem:&c. Anno ſalutis &c.Inditione &c.& eius menſis die &c.duraturum menſes ſex:deſiturum uero:ut ſequitur:cum ea familia/& comitum & ſatellitum numero/equis/ſalario/pactis/modis/conuentionibus/& capitulis inferius explicandis:dantes præfati Magnifici domini conſtituentes prælibatis Sindicis & procuratoribus/ac ſpecialibus nunciis plenum/liberum/ac generale mandatum cum plẽna itidem libera/ac generali miniſtratione in huiuſmodi re atq; electione Prætoris.Laus Deo.

SEnenſes.N.Cardinali.S.P.D.Non explicabimus pluribus cum tua.R.Dominatione:quæ omnia prudenter nouit:& noſtræ reipub.antiquum morẽ nõ ignorat:quod nec per pacis:nec p bellorum tẽpora patimur fieri quicq̃ præter iuſtum/rectumq;:præter q; bonum & æquum:ſtudio aũt omni dare operam:ut nõ modo nihil fiat:iniuriarũ:ſed etiã quo officium adhibeat/& gratia. Quocirca cũ primum nobis nunciatũ eſt:in noſtrorum manus incidiſſe.N.ſeruari aũt captiuũ iure belli:dimiſſum uero uadimonio præſtito:uti cõpertũ fuerit amari a tua.R.D.& in ſuorum haberi numero:cõtinuo tum illum/tum fideiuſſores liberos fieri iuſſimus:cũ nec dum nobis redditæ tuæ fuiſſent litteræ:ĩtelligẽtibus ſane uere amãtibus ultro gratificãdũ: nec expectãdum:ut quiuis roget. Scimus tuã.R.Dominationẽ optime de noſtra repub.meritam: & certare cum illa officio cupimus. Quod ſi periculum fecerit:hanc uoluntatem facillime comprobabit. Vale.

SEnenſes Papæ.S.P.D.Rurſum p ſuas litteras tua petit Sanctitas/dimitti liberos eos.N. qui a noſtris capti ſeruabanť:& q in eccleſiaſtica pabula/pecora accepta fide ſeſe mittere profiterenť: nos qui tuã beatitudinẽ omni cultu/ac ueneratione ꝓſequimur:eius nolumus aduerſari uolũtati. Quare & homines liberari cuſtodia iuſſimus:ſi in Eccleſiæ agro capti ſunt/& retenta reſtitui. Quanquã ea noſtra ſentẽtia eſt:ut non.N.ſolum:ſed quicunq; ex eadẽ ciuitate temere/ac proterue tuæ ſanctitatis inſtituto/ac.S.obtrectant ꝓpoſito:& quos iuſtiſſimæ tuæ ſanctitatis bullæ cõplectunť:iure/ac merito hoſtes habendi eſſe uideantur. Patriam noſtram tuæ ſanctitati deuotiſſimæ commendamus. Vale.

SEnenſes Florẽtinis.S.P.D.Per ueſtras litteras nouimus:quæ dubia nihil erant:ueſtrã optimã uoluntatẽ:cui parẽ noſtrã quoq; experiemini:ut abſtineaſ proſum ab nouãdis/ac turbãdis rebus:legimus & conuectorum exẽplũ:qđ adiecitis. Quod qdẽ(niſi fallimur)haud dubie arguit nouaſſe Fuluianẽſes cõuenta trãſgreſſos:cũ illud in pactis oibus primũ extet/ne cuiuſq̃ manu:atq; opera/ĩpedimẽti quippiam afferaſ:quin ſuo aquæ fluminis alueo defluãt. Quærunť Iicinianẽſes plurimũ:lignorum cæſum a ueſtris:atq; aggeſtũ ad rectũ deturbãdũ aquarũ decurſum:qđ p facile cognitu eſt.Hinc oĩs eſt orta modo controuerſia. Pauxillulum nõnunq̃ rerũ initiũ magna cõſueuit ĩportare detrimẽta:præſertim ubi agreſtiũ duriora uerſanť ĩgenia.

Nobis certum eſt Licinianenſes ſtare cõuentis:& ſiquid forte præter illa fecerint:ad æquũ referre. Vos/ut idem efficere curetis Fuluianenſes:oramus. Alii alia loquuntur:& quiuis facile in ſuo negocio capitur. Noſtrum eſt/ueri ſequi/iuſtum agere. Iuſſimus ad id cõficiendum. Licinianẽſem Prætorem/uirum probatum/& ſectatorem recti præſto eſſe. Rogamus (ſi ita uideatur) ut deligatis & uos quempiam:qui & ipſe huic rei præfectus/rem: ut ſe habet:nõ aliunde diſcat:ſed fidelibus oculis cernat:ſi ſegnius audita:quam uiſa mouent. Sit autem utriuſq; id ſuum/ut re comperta/redigant omnia ad cõuentorum normam:& diſcant aliquando hi populi/qui tam crebro: & iſolenter/quieti/& communi noſtro propoſito aduerſantur/ non audere improba. Placebit hac de re/ueſtram noſſe ſententiam. Valete.

SEnẽſes Florẽtinis. S.P.D. Quẽadmodũ ꝑ binas litteras/diebus ſupioribus:ſcripſimus nouatis rebus cõciuerũt ueſtri Fuluianẽſes turbationẽ nõ mediocrẽ:ad noſtroꝝ detrimẽtũ:qđ ita eẽ: facile capitulo ꝝ exẽpla declarãt:& plane cõuenta ueſtros ꝑteriſſe:& ĩ culpa eſſe. Ad qđ emẽdãdũ reſpõdiſtis/uos daturos operã. Scribitis modo a Licinianẽſibus cõtra cõuenta geſtum eẽ. Id nos prorſum latet/ac propterea dedimus ad Licinianẽſem prætorẽ litteras:iuſſimuſq;/quæ ad rem/atq; æquũ ꝑtinẽt: & ſiqd deliquerint noſtri reſarciãt. Vos hortamur:ut curetis iridẽ fieri a ueſtris:& nouata tolli:& ſtare cõuẽtis. Atq; ad id celerẽ operã adhiberi. Ita.n.ii populi quieuerint:& utriq; noſtrũ recto fuerimus officio functi. Valete.

SEnenſes Papæ. S.P.D. Quã magnã moleſtiã ſuſcæpimus ob.N. iniuriã:q ad cæteras calamitates:quas iampridẽ inferre nõ deſtiterunt:eam quoq; impietatem adiecere:ut ſacræ hoſpitalis beatiſſimæ Virginis ædis ſigna ſuſtulerint:& a piis locis regendis in tota ſua ditione/legitimos Rectores auerterint: cum nuper accæpimus:quæ iuſte:quæ pie/ac perbenigne tua decreuit ſanctitas de collatione beneficiorum:quæ in noſtro territorio:& uel in.N. uel in.N. Sita dyoceſi ſunt:uſq; ad emendationem delinquẽtium in Archiepiſcorum noſtrum tranſlata:& magnam uiciſſim ſuſcæpimus uoluptatem:& tuæ beatitudini: quæ nihil prætermiſerit eorum:quæ uerum Chriſti Vicarium:atq; optimum paſtorem decent/agimus:habemuſq; imortales grates:& ad multa beneficia:quæ nobis conferre dignatur:hoc quoq; maximum accæpiſſe:& plurimum gaudemus/& nos deuinctos magis tuæ beatitudini profitemur. Vale.

SEnenſes Regi Siciliæ. S.P.D. Intelleximus:quæ paucis ante diebus ad nos ſcripſerit de illuſtri.N. Duce tua maieſtas:quæ ſi qua ægritudine afficitur:nõ poſſumus nõ ipſi quoq; ægre ferre. Sed ꝑfecto nihil prorſus eſt:qđ hac de re ægre ferẽdũ uideat. Nihil.n. nobis cũ eo præclaro Duce moleſti eſt: nihil a nobis (ut certo ſcimus) nihil ab eo (ut plane arbitramur) aut ortum/aut relictũ:qđ ullam uel differentiã/uel ſimultatẽ efficiat. Eum ualde diligimus uirtutis eius laudẽ amplectimur/ſapiẽtiã/bonitatẽ/animi magnitudinẽ admiramur ſtatuimuſq; illũ eoꝝ numero:quos charos habet noſtra reſpu. nec ĩtelligimus quicq̃ oĩno ſupereſſe:qđ cõſopiri opus ſit. Per illuſtrẽ Vrbinatẽ Ducẽ pauloante uiſus eſt poſtulare: ut pax ſecũ cõponeret: quaſi nõ amice:nõ cõiunctiſſime cũ illo uiuamus. Certiorẽ fecimus amicis nos erga illum animis eſſe: & ita affectos:ut ſolent:qui uere inter ſe amant. Ad qđ planius cõprobandum/adiecimus allaturos nos quodqđ par ſit ueri amoris documẽtum:quã qdẽ rem etiã ad eundum Vrbini Principẽ ꝑſcripſimus:ut ne ſimulacrũ quidẽ uel offenſionis cuiuſpiam uel ſuſpitionis omnino ſupſit. Tuã teſtamur maieſtatẽ:quã & unice obſeruamus:habituros nos præclarum.N. Ducem amicoꝝ numero:& ſtudium amicoꝝ/atq; officium pollicemur. Hac ipſa de re poterit tua maieſtas audire legatum noſtrũ noſtram mentem fuſius explicantem. Vale.

SEnenſes.N.S.P.D. Qui plurimum magnificam ueſtram Rempublicam diligimus:& Ioannem Perſium præclarum Equitem:& ciuem noſtrum:qui modo apud uos prætorẽ gerit:magno amore proſequimur:& utroſq; imprimis charos habemus:per has noſtras litteras pollicemur:& publicã fidem damus:nullo modo quouis tempore/uel in ueſtram ciuitatem/uel inſingulos ciues eius ullam profuſus inferre moleſtiam:aut interceptiones cõcedere:uel permittere ob aliquam cauſam:quæ a munere prætorio: & eius magiſtratus exercitatione quouis pacto ualeat proficiſci: & quauis ratione:ad præfatum Equitem: & ad præſentem eius:quam nunc exercet præturam pertinet. Atq; ad eius fidei euidẽtius teſtimoniũ/has ad ueſtram magnificentiam litteras dare decreuimus. Nos inuiolata hæc promiſſa ſeruaturos ſpondemus. Bene ualeant ueſtræ magnificentiæ:quibus cum & uetus:& arctiſſimo uinculo copulata amoris neceſſitudo uerſatur. Valete.

SEnenſes Duci Venetorum. S.P.D. Nihil eſt ex omni rerum numero: quod quidem expectamus ardentius:quam præclaris populis:& glorioſis Italis potentatibus:iſti præſertim dominio inuictiſſimo cuius præſidio:& opibus imprimis chriſtiana reſpubli. continetur:eos præeſſe:qui catholicam fidem: qui chriſtianam pietatem:qui dulce bonum pacis/omnibus anteponat humãis rebus:ſi maxime principem decet:id:quod ſapientes omnes una uoce fatentur:ſtudioſum cum iuſtitiæ/tum uel maxime pietatis eſſe cultorem/ut & diuinis:& humanis rebus ſalubriter conſulatur. Qui igitur paulo ante illuſtriſſimi Petri Mocenigi/præceſſoris tui mortem ualde defleuimus:quod eum probum:& ſumma integritate præſtantem cognouimus/audita mox tuæ excellentiſſimæ dominationis glorioſa/ac fœliciſſima aſſumptione ad tantæ faſtigium dignitatis/incredibili quodam exultauimus gaudio:& mira ſumus affecti lætitia/ut qui eum tanto principatui ſuccedere intelligamus:cui nihil prorſum deſit ad ſummæ laudis amplitudinem: qui res magnas/atq; præclaras & prouidere conſilio:& conficere uirtute facillime & poſſit/& uelit. Gratulamur igitur tuæ illuſtriſſimæ Dominatio. maiorem immodum/atq; uniuerſæ iſti celeberrimæ ciuitati/orãtes rerum omnium principem: ſine cuius numine fieri poteſt nihil/ut te & longo æuo & ſumma rerum gloria tueatur:quod eo cupimus/atq; optamus uehementius:quod ſciamus tuæ benignitati chariſſimam hanc ſemper fore Rempublicam iſtius præclariſſimi principatus filiam deuotiſſimam. Hanc tibi commendamus diligenter:& ſtatum/ac libertatem eius:tuis ſtudiis propenſam deferimus/& de benigna ſignificatione/pro noſtra uera filiatione gratias ingentes agimus. Vale.

SEnenſes Papæ.S.P.D.Crebris quum Romæ uerſaretur noſtri Oratoris. N. litteris/ac uiua poſtmodum uoce plane perſpeximus tuæ ſanctitatis paternam in hanc Rempublicam charitatem:cum cæteris in rebus/tum præcipue in finienda de finibus controuerſia. Quam pro noſtra in tuam beatitudinem fide/meminiſſe poteſt ultro a nobis eiuſdem tuæ ſanctitatis arbitrio fuiſſe cōmiſſam: ſanctum eius propoſitum/& ſingulare æquitatis ſtudium comprobantibus. Rediens nunc tandem legatus noſter retulit cauſam ipſam.R.S.Crucis Cardinalis arbitrio iudicatam.Nos quoq; & ſi de iure noſtro detractum eſſe intelligamus:iuuat tamen omnibus in rebus cum Romana eccleſia: & tua ſanctitate ſanctam ſeruare concordiam: & ut cum tuis uera permaneat uicinitatis ratio:& omnium diſcordiarum poſthac adimatur occaſio.Laudamus igitur: & iucunde amplectimur tuæ beatitudinis paternam in hanc patriam beniuolentiam: & ut eodem animo/ac pio affectu/noſtram ſemper Rempublicam proſequatur:ſedi Apoſtolicæ:ſimul & tuæ deditiſſimam ſanctitati ſupplice deuotione precamur. Fœlix eſto tua in æternum ſanctitatis: eius annuente numine: cuius uicem/ac perſonam in terris gerit. Vale.

SEnenſes Cardinalis.S.Crucis.S.P.D.Ex litteris ad nos perlatis:& quidem frequētioribus:mox copioſa oratoris noſtri relatione cognouimus:ſed multo magis operibus didicimus quanto tua.R.D. noſtram Rempublicam proſequatur amore. Quandoquidem probationem eius:operis exhibitio præſtat. Intelligimus nanq; tuam benignitatem/nunquā ſtudio:nunquā officio:& labore omni:noſtris defuiſſe negociis:ſed & nunquā plane cōquieuiſſe:dum ueterum moleſtiarum quas cauſa de finibus afferebat:turbulenta perturbatio tolleretur e medio. Nunquā fuit incognita:nec obſcura nobis uel beneficentia/uel beniuolentia iſta/& præcipua/ac paterna charitas/ac propterea iampridem ea nos plurimum res deuinxit: & tua.R.D. obnoxios fecit. Quare magnas illi grates q̄uis non ſatis dignas agimus:ſed maiores habemus/ac referre cupimus. Quæ autem tanto dudum ſtudio pertractata ſunt:& nunc tandem iudicata de finibus/tam & ſi intelligamus nō nihil derogatum iuri/ac detractum noſtro:non poſſumus non in optimā partem accipere:præſertim cum ab eius arbitrio ſint profecta:quem non ſolum ſapientia:& uirtute præſtare perſpicimus: ſed noſtram quoq; ex intimo corde amare rempub.& patrem habemus/ac benefactorem noſtræ reipublicæ:unum omnium primum. Quos nobis tua.R.D.cōmendauit:curabimus(quantum in nobis fuerit)petitorum fieri compotes. Nihil enim gratius nobis poteſt accidere/q̄ ei plurimum gratificari:qui ſumma apud nos auctoritate ualet/& gratia. Vale.

SEnenſes Cardinali Senēſi.S.P.D.Illud ſibi certo:quæſumus:perſuadeat tua.R.D. nihil nos prorſum ueteri:quin omnia magno ſemper ſtudio:uigili cura:diligenti opera proſequatur: quæ noſtræ ciuitati:& cōmuni patriæ decori:utilitati:commodo ſint futura. Nec ulla ſilentii ratio in quāpiam nos ammirationem perducit:quando nobis explorata ſunt opera: & ſumma quæq; præcipui amoris: & in patriam argumenta pietatis:ſi a fructibus corda noſcuntur:& operis exhibitio potiuſquam litteræ: & uox index animorum eſt. Cum igitur & ex legati noſtri teſtimonio:& ultro ipſi geſtorum fide didicerimus:quāto:ſtudio: & officio omnia curet ſemper noſtræ negocia reipub.tua.R.D.partium noſtrarū eſſe ſtatuimus: & ſæpe & magnas illi grates perſoluere:quas ſi non referimus/at habemus ſemper q̄ maximas. Eadem mente tuam.R.Dominationem futuram poſthac ſemper:minime dubitamus:cuius ope:& præſidio imprimis fræti ſumus. Placet diiudicatam eſſe de finibus controuerſiam:& ſi de iure noſtro detractum intelligamus. Placebit itidem: ut ad firmandam rem Clericorum. Caræ accedat aſſenſus:quorum oblata ſententia certe improbanda quætrimonia eſt:cum Apoſtolicæ cameræ ſit conſultum magis. Vale.

SEnenſes Papæ.S.P.D.Obtinet iampridem Benuccius Capacius ciuis noſter/frater:& Eques Hieroſolymitanus beneficium.S.Ioannis:quod uulgo Albareſe appellantur in noſtra maritima regione. Putamus iure/ac legitime illi collatum. Accepimus tamē nunc in ius uocari & exhiberi illi negociū: quaſi per ſurreptionem impetrauerit. Venit Contes Capacius eius frater ob eam rem ipſam. Audiat quæſumus:tua beatitudo ciuis noſtri perſpicua(ut nobis quidem uidetur)iura:& illi fauere dignetur:quum potiſſimum tuæ ſanctitatis iuſtitiæ:& benignitati confidit/nec patiatur ciuem noſtrū diuturniore uexari moleſtia. Perſuaſum eſt enim noſtræ ciuitati:& uniuerſorum ciuium eius/pariter ac ſingulorum ſummam ſemper tuam beatitudinem habere rationem. Poſtremo nos tibi plurimum hanc noſtram patriam commendamus. Vale.

SEnenſes Cardinali Neapolitano.S.P.D.Nouimus tuam benignitatem non noſtræ ſolum reipub.ſed ſingulis quoq; ciuibus eius libenter adeſſe/ac perbenignum ubiq; fauorem adhibere. Cum igitur acceſſatur in iudicium Benuccius Capacius dilectiſſimus ciuis noſter/& frater:& Eques Hieroſolymitanus ab.N.ob beneficium. S.Ioānis:quod Albareſe nuncupatur quod illi iampridem Apoſtolica auctoritate:& legitimo iure collocatū eſt/& nunc uexatur:quaſi ſurreptitia rōe impetrauerit. Venit Contes iſthuc illius frater ob eam rem ipſam:& merito cauſæ:& rei ueritate:& tuæ.R.D.patrocinio frætus: ille ipſe cauſæ ſeriem/ac ſtatum explicabit. Oramus igitur tuam.R.D.quæ noſtros omnes benigne ſemper reſpicere conſueuit: ut & benigne audire ciuem noſtrum:& illius tueri:ac fouere iura dignetur/& ſuo præſidio: atq; ope: præſertim enixius intercedentibus nobis/iuſti uoti ad nos remittere compotem factum:& claram noſtræ ciuitatis familiam ſibi deuinxerit:& rem gratiſſimam fecerit nobis tua.R.Dominatio:quæ fœliciter Valeat.

SEnenſes Cardinali Papienſi.S.P.D.Cum & noſtrorum teſtimonio: & imprimis benefactorum fide perceperimus:quāto ſtudio:& amore tua.R.D.ſeſe gerat in noſtræ reip.& cōmunis patriæ negociis: qđ iampridē oſtendit nobis eiuſdē benignitas inumeris documētis:nō ſolū in cauſa de finibus: ſed cæteris quoq; in rebus:quæ ad noſtræ ciuitatis cōmodum ac decus pertinēt:agimus illi ſummas: atq; ingentiſſimas gratias/orātes:ut pari poſthac diligētia:& cura pergat noſtris ubiq; cōſulere cōmodis: quādoquidem tuæ.R.D.quæ plurimum auctoritate ualet:& gratia:maxime præſidio/ac fauore fræti ſumus. Vale.

Senenſes Duci Calabriæ.S.P.D.Hodie miniſtri noſtræ reipu.quos pro inſtituto ciuitatis præfecimus litteris perferendis:dum tabellarius tuus quiſpiam cōplures litteras deferens:hac iter faceret cū aliis nōnullis litteris/forte fortuna/& urias:quæ ad tuam cælſitudinem ſcribebantur præter iuſſum/præterq; cōſciētiam noſtram reſignarunt:atq; aperuerunt.Id cum reſciuimus:repente accerſitos illos acrite. increpuimus:& litteras cōfeſtim reddi iuſſimus.Perſuadeat ſibi/quæſumus:id cecidiſſe maxime præter mentem noſtram:qui tuam illuſtriſſimam.D.omni obſeruantia:& deuotione proſequimur.Nequimus factum infectum reddere:quo uel ſuperi priuantur.Veritas ipſa & noſtrorum animorum moleſtia:& fides noſtra rem excuſabilem faciat.Sed qui temere deliquerunt facinus nequaquā inultum ferent. Vale.

Senenſes.N.Principibus.S.P.D.Non nihil perturbarunt nos ueſtræ litteræ : quæ nobis nuper redditæ ſunt:cum per eas nouerimus lōge ſecus ueſtris illuſtiſſimis dominationibus delatum fuiſſe : quā res habet.Ea eſt enim huiuſcemodi.Cum.N.per eos dies tabellarium noſtrum una cum noſtris litteris itercepiſſent/ac duris per dies complures uinxiſſent compedibus:forte fortuna tabellarius.N.homo:quem plures deferre litteras:rumor erat/clam nobis dum hac iter facit:a miniſtris noſtris : quibus id datum publice negocii eſt:honeſte admodum detentus eſt.Dum noſter per iniuriam aſſeruatur : quo deinde redeunte: confeſtim.N.tabellarius liber dimiſſus eſt:uno paulo amplius die retardatus:& quas deferebat litteras : integræ illi ad unam omnes:atq; prorſum intactæ reſtitutæ ſunt:neq; ulla prorſum aut iniuria:aut illata contumelia eſt. Quod ueſtris illuſtriſſimis dominationibus certum ſit : nullo modo in hac noſtra ciuitate : & agro eius nos eſſe paſſuros:præſertim ubi præclariſſimum iſtius excellentiſſimi principatus nomen uerſatur:quem natura:uoluntate/inſtituto:& uetere more plurimum obſeruamus:& colimus. Quod autem de litterarum reſignatione fertur:falſo penitus nuntiatum eſt.Amicos enim animos gerimus/ac plenos deuotionis:& fidei erga ueſtras illuſtriſſimas.D. Quod ſi non pro ueſtro iudicio/at ualde certe ſimpliciter(quantum in nobis fuerit)noſtrorum animorum patebit affectus. Valete.

Senenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Benuccius Capacius frater Hieroſolymitanus: & Rhodius Eques:locum Albareſium obtinet(ut nobis quidem uidetur)legitimo iure in noſtra Maritima ora.Extant perſpicua documēta:& non obſcura iura.Ea perturbantur ab.N . Apoſtolicis litteris in medium allatis.Rem ipſam explicandam credidimus legato noſtro.N.Putamus eam rem nō modo noſtrorum intereſſe ciuium:ſed etiam reipub. Quamobrem eo confugiendum duximus:ubi certus amor patriæ/ſinceritas fidei:& ſumma auctoritas:& ad beneſaciēdum uoluntas perſpicua cernitur.Ab eodem legato cauſa planius/ac ſuſius explicabitur.Rogamus igitur tuam.R.D.ut Oratorem ipſum ea de re loquentem/tam faciſe iuuet:quā benigne audiat/ac tandem conetur efficere pro ingenti erga communem patriam charitate/ut noſtrorum dilectiſſimorum ciuium nec infringantur/nec labeſactentur iura. Vale.

Senenſes Lucenſibus.S.P.D.N.cupit ueſtræ Magnificæ ciuitatis cuſtodiæ deſeruire:ad quā rem exercendam/tam per ætatē:q̄ per fidē uidetur idoneus.Commendamus igitur illum ueſtræ Magnificæ fraternitati: & ſi ad uigilum ueſtrorum fuerit numerum aſcitus:erit certe non iniucundum:qui itellexımus/ ueſtris magnificentiis noſtris ſemper fuiſſe chariſſimos. Valete.

Senēſes Duci Ferrariēſi.S.P.D.Cum idem ſit pro mutua noſtra neceſſitudine:& animus unus factus ex pluribus:& una pariter:eadēq; uoluntas:nihil ueremur eos a tua illuſtriſſima.D . plurimum diligi:quos ipſi plurimum diligamus/præſertim cum ad opinionē probitatis & ſapiētiæ: uirtutis exercitatio:in qua uera ſita laus eſt:& beneſactorum acceſſerit comprobatio.Vna iudicandi ratio in humanis rebus agendis præcipua uideri ſolet:quæ non ſolum ſapientiæ:doctrinæ:ſed etiam fidei:atq; integritatis documētum præbeat.Iudex.N.affuit per ſemeſtrem/magiſtratum noſtræ urbis Prætori uir ſpectatu dignus:& aliquot mēſes pro prætore geſſit:eā certe ratione:eo conſilio/eā moderatione/atq; prudentia : ut q antea uniuerſæ charus noſtræ haberetur ciuitati:mox eiuſmodi laudē comparauerit:quā referre cōſueuerunt magni/ac ſapiētes uiri:& qui p paucoꝝ numero ſint habēdi.Nam & in Forēſibus cauſis diligētius exquirēdis:& in gerēdo magiſtratu/ita iuſtitiam coluit/legibus:atq; inſtitutis paruit:& manſuetum ſeſe : atq; æquum præſtitit : ut qđ perrarū/ac difficillimū uulgo putat/grauitatē:atq; comitatē miro quodā tēperamēto pmiſcuiſſe uideatur.Auxit cōſuetudo eius uiri noſtroꝝ in ſe beniuolentiam/cumq; opinionē noſtrā:quā de eius uirtute/ac laude concepiſſemus: lōgiſſime ſuperaſſet:gerēdo præclaro magiſtratu effecit:ut ppetuo illum in charorum noſtrorum numero/habere uelimus.Optime eius:& laudabiliter geſta teſtamur:& eundē tuæ excellentiæ enixius commēdamus : profitentes nos habituros magni beneficii loco:ſi cōmēdantimus nobis/intellexerimus apud tuam illuſtriſſimam.D. gratioſiorem fore. Quæ ne opinio/aut nos:aut illum fallat/etiam:atq; etiam oramus. Vale.

Senenſes Franciſco Cardinali Senēſi.S.P.D.Scripſimus pauloante de Rectore præficiēdo:atq; confirmando:pro parrochiali eccleſia.S.Petri/& quē unum uæhemēter parrochiani unanimiter expetunt: Coſmam ſacerdotē:& uirum bonū præferēdum cōmēdauimus.In hunc ora:& animos cōuerterunt hunc arbitrantur optimum ſe habere ducem uitæ.Huius pium affectum:& ſedulam ſacrorum diligentiam:& ſpiritualis uitæ curam maxime amplectuntur.Crebro pulſantibus non aperire nō poſſumus. Inſtant orant:ſupplicant hunc dari Rectorem ſibi:ſperant concurrētibus uoto ipſorum:noſtra itercesſione:tua imprimis benignitate/ſeſe optatum aſſecuturos.Ea ne ſpes eos fallat:te quoq; uehemēter oramus. Vale.

Senenſes Cardinali Papiēſi.S.P.D.Cum proficiſcatur iſthuc dilectus fidelis noſter Andreas medicus: & incola noſtræ Saturniæ:exorauit noſtrā cōmēdationē:p quā confidit facilius ſeſe optati fore cōpotem.Explicabit ipſe:quid habeat negocii:quæ honeſta petierit/in iis quæſumus:opem ferat tua benignitas:ut tum ei/tum p eam nobis Andreas medicus gratiam ſit acturus. Vale.

SEnenſes Cardinali Papienſi. S.P.D. Multos ſæpe cõmendemus/neceſſe eſt: in his Saturnia quaſi quadam Colonia. N. fidelis noſter: quem cum cæteris eiuſdem loci accolis ualde diligimus: habet nonnulla negocia: & ad ea ex ſententia conficienda/tuæ Reuerendiſſimæ dominationis auctoritate: atq; adiumento eget. Vt noſtra gratia adeſſe uelit tua benignitas qua ſemper cõſueuimus: fiducia petimus/ac uehementer rogamus. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi. S.P.D. Cum repente proximis diebus morbo correptus eſſet: q ecclesiam regebat Sãcti Petri ĩ Caſtro uetere: pago noſtræ urbis: & adiſſent noſtrum magiſtratum nõnulli ciues/dilecti noſtri: cõmendauimus. N. ut ſi eccleſiam ipſam per rectoris mortem uacare contingeret: & Canonicatum/& eccleſiæ curam aſſequeretur. Paucis poſt diebus: cum rector ipſe ex hac uita migraſſet: pro uetere inſtituto parrochiani: quorum & frequens numerus: & honeſti ordinis dignitas eſt/conueniſſent adeſſentq;: qui ius patronatus habent/cum mature conſultaſſent oẽs tandẽ ad unũ ad Coſmã Sacerdotẽ animũ applicuerunt: cuius miniſterium diutius in ſacris miniſtrandis experti: dignũ præ cæteris iudicarũt: qui & Eccleſiæ regimini/& animaꝝ ſaluti: & ſuæ deuotioni maxime ſatiſfaceret. His præſertim adducti cauſis: quod & honeſtis ſit moribus: prouecta ætate: calleat parrochianoꝝ ingenia: ſacra ſtudioſe miniſtret: pietatis opa miraquadam exerceat charitate: boni paſtoris exẽplo/paratus pro ouium incolumitate uel aĩam ponere: qđ ſæpe aduerſa luis cõteſtata ſunt tẽpora cum cæteris contagia formidantibus: hic nunq̃ cuiuſq̃ ſaluti: & piis operibus defuit. Itaq; cognita & ſacerdotis probitate: & parrochianoꝝ ſententia: non potuimus non aſſentiri eoꝝ precibus: per q; has litteras tuã rogare clæmentiã: ut intellecta patronoꝝ electione: populariũ unanimi conſomatione/ac uoluntate: eum dignetur in hac cauſa ſuſcipere: quem enixius optant: quo rectore confidunt facile futurum: ut ambulent in lege domini: & in uiam ſalutis expeditius dirigantur. Vale.

SEnenſes Cardinali Theanẽſi. S.P.D. Nihil eſt qđ nõ fidẽter ad tuã. R.D. pſcribamus: & eius auctoritate utamur: & opa/quotiẽs acciderit uſus. Sed eo certe fidẽtius: quo pia magis occurrerit cauſa. Scit tua. R.D. cãm. N. dñi cũ. R. Cardinale Archiepiſcopo nr̃o: ad quẽ cũ pleriq; ex cõciuibus nr̃is dederint lr̃as/uel q alicui Magiſtratui præfuerũt ꝓ reip. neceſſariis negociis/uel etiam ꝓ nõnullis priuatis actionibus: & idcirco in Eccleſiaſticam cenſurã forte inciderint: cupiunt hoc acceptabili tẽpore: quẽadmodum fas eſt: & catholicos decet: eccleſiaſticis parere mandatis. Abſolutione opus eſt apoſtolicæ ſedis. Oramus tuã clementiam: ut eam pro iis oĩbus: qui hactenus ĩcurrerint: adiecta præſertim cõmẽdatione nr̃a a ſũmi Põtificis beatitudine impetrare digneť: quo eccleſiæ reſtituti explere ualeant: q̃ ſancta mandat eccleſia: & fideliũ ritibus/ac deuotioni cõueniunt. Aſſenſurũ noſtrũ. R. Archiepiſcopũ ſine dubitatione confidimus. Vale.

SEnenſes Venetis. S.P.D. Quam attulerunt nobis ueſtræ litteræ pauloante magnã uoluptatem: cumulauit exinde uehementer clariſſimoꝝ oratoꝝ benigna ſalutatio ueſtræ illuſtriſſimæ. D. nomine. Fuit nanq; eoꝝ aduentus per q̃ gratus nobis: conſpectus iucundiſſimus: ſed mandatoꝝ expoſitione: quæ plena ſummi amoris: & liberalitatis eſſet: nihil potuit nobis oĩno afferri gratius. Præ ſe tulerunt ſummi uiri præclariſſimã ueſtram illuſtriſſimam. D. atq; ampliſſimã dignitatẽ. Sed amoris uicem facile corda ſentiũt. Letati ſumus magno eximiæ charitatis indicio. Oblata tanq̃ a præcipuis noſtræ reip. fauctoribus: & optimo corde profecta: libenter accipimus: gratias ingentes habemus/& nos: noſtráq; remp. ueſtræ illuſtriſſimæ. D. obſeruantiſſimam ſemper fore deferimus: perſuadentes nobis: ſummam huius ciuitatis fidem/ac deuotionem iampridem ueſtræ amplitudini exploratiſſimam eſſe. Valete.

SEnenſes Siciliæ Regi. S.P.D. Probauimus ſemper ſapientum ſententiam: qui ſolam uirtutẽ eſſe phibebant: quæ ad ueram beniuolentiam inuitet: atq; ad mandatum alliciat. Ea effecit: ut. R. Caſtellanũ Epiſcopum: & flagranti cõplectamur amore: & in magno habeamus pretio. Conſtans: & perpetua uiri moderatio/ac ſpectata probitas chariorem illum reddidit nobis: q̃ generis ratio: & quod noſtra ſit patria genitus. Laudamus præcipuam hominis fidem: grauitatem: & in rebus gerendis acerrimum ſtudiũ: ſummamq; diligentiam. Iuuat nos plurimum tam apud tuam ſereniſſimam maieſtatẽ/q̃ apud ſummi Pontificis beatitudinẽ illum ualere gratia. Ac tam & ſi intelligamus illum apud tuam ſerenitatem pro ſua in eam deuotione: atq; obſeruantia apprime charum eſſe/non dubitamus futurum etiam gratioſiorẽ cõmendatione noſtra: quam pro ingenti tuæ maieſtatis erga noſtram rempub. pietate/cognouimus nunq̃ inanem extitiſſe: qua eadẽ mente/ac fiducia cõmoti: præfatum. R. Patrem & præſtanti uirtutis laude uirum tuæ maieſtati enixius cõmendamus: perſuadentes nobis: quos tanto amore iampridẽ filios cõplexa eſt tua ſerenitas: preces noſtras: & cõmendationẽ illi plurimum profuturam: pollicentes quoq; quicquid illi fuerit collatũ gratiæ/nobis & huic populo uniuerſo gratiſſimum fore. Is ipſe referret nonnulla noſtræ mandata reipublicæ apud tuam maieſtatẽ: cui ſupplicamus: ut ita illi credat perinde: ac loquentibus nobis. Vale.

SEnenſes Florẽtinis. S.P.D. Cum infectis rebus redierint pauloante Legati qui. N. & N. cõcordiã pertractarent: pactis ſolũ menſium indutiis ad kal. uſq; Nouẽbres: ne ad ſedandã eã cõtrouerſiã/ueſtræ/noſtræq; cogitationes uideanť inanes: in tẽpore ꝓuidẽdũ cenſemus. Tẽpus breue ẽ: & curſim labiť/ac niſi celeriter occurrať: faciliime ueteres diſcordiæ integraſcãt. Ne igiť fiant nouiſſima peiora prioribus: quod noſtrũ ẽ: & cõmune putamus deſiderium: eamus obuiã: & qđ iuſte ĩperantiũ ſuũ eſt: cõciliemus cõmuni inſtituto/ac remedio eam cõcordiã: & noſtros ad iuſte/ac pacate agendũ etiam (ſi opus ſit) cõpellamus inuitos. Nos noſtro officio: & huic ſalutari operi nullo neq; facto/nec labore deerimus. Vos/ut idẽ quoq; efficiatis: uehemẽter hortamur: atq; ut fratres decet: enixius petimus: atq; rogamus/ut conſilio noſtro & opera: q̃ primum & mali ſemen: & tam futura/q̃ præſens contentio deleatur. Veſtrum ad id expectamus reſponſum/& quidem eiuſmodi/per quod res tota proſpere conficiatur. Valete.

SEnenſes.N.Cardinali.S.P.D.Quoniam magnis uirtutibus magna quoq; debētur præmia:& illi magnis afficiendi uidentur honoribus:qui in præclara ingenuarum artium exercitatione fuerint diutius cum ſumma laude uerſati:cōmoti igitur opinione:quam firmam habemus de præſtanti ingenio:ſingulari eruditione in Philoſophiæ/ac Theologiæ ſtudiis; præcipua uitæ modeſtia.N.ciuis noſtri:& Heremitæ.S.Auguſtini:qui ſupra etatem/in reꝝ doctrina:& cognitione profecit:inſtituimus eū per noſtras litteras tuæ.R.D.diligentiſſime cōmendare:ut propter ſcientiæ laudē:uiri meritū:noſtræ teſtimoniū reip. eum iam tandem ꝓuehere:atq; honeſtare dignet̃:& bachalarius aſſummendi impartiri facultatē:cum ea honore eruditiſſimorum iudicio dignum ſeſe præſtiterit:ut ea inſignitus dignitate/cum religionis decore:ſtudentiū fructu.& patriæ ornamento habeat in noſtræ urbis cœnobio:atq; cōuentu diuinas litteras legendi.atq; docendi poteſtatem. Quod & ſi libenter tuam.R.D.conceſſuram confidimus:tamen adhibitis noſtris precibus:non dubitamus multo effecturam libentius:quæ iucunde nobis gratificari conſueuit. Vale.

SEnenſes Frāciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Quod tā crebro agamus tuæ.R.D.grās nō ſolū uolūtas efficit:ſed ēt cōpellit ratio.Nā ſtudiū:cura:ſūma in patriā charitas quotidie urget magis/ & iis diligēter inuigilat:quæ noſtræ reipu.ſalutē afferre:decus tueri:cōmodū augere poſſint.Hæc uero eiuſmodi ſunt:ut pro his nō agere ſolū:ſed habere quoq;:& quatenus facultas nr̄a ꝓgredit̃/īgētes grās referre debeamus.Cōprobamus:& mirifice laudamus Romani Pōtificis ad inſtaurādū ſalutare fœdus:conſilium:ſanctūq; ꝓpoſitū:& qd deīceps ea de re agatur/ſuccedatq;/& cupimus/& oramus plurimū:nos pro more certiores fieri.Nos interea:qui nup Magiſtratū iniuimus:quæ ad noſtrā pertinēt rēp.ut honori/atq; utilitati eius cōſulat̃:in cōſultationē adducemus:& quicqd decreuerimus nō ignorabit tua.R.D.cuius monitus & grati ſunt nobis/ & reip.ſalutares/atq; ut eodē animo pergat:uehementer rogamus.Felix eſto ſemper tua.R.D.

SEnenſes.N.Cardinali.S.P.D.Legimus:quas pauloante dederat ad noſtrū magiſtratū lr̄as tua.R.D.& quæ de Genuēſi claſſe ſcripta ſunt.Res certe tū magna/tum etiā(ut pleriq; autumant) ambigua:atq; recōdita:Sed multa tēpus aperit.Habemus tuā gratiſſimā ſignificationē/& quæ p ſuas lr̄as indicauit tua.R.D.cui magnā gratiā agimus:qđ poſtmodū adiecit ꝑclarus uir Petrus germanus tuus:per iucunde intelleximus de ſc̄o Romāi Pōtificis ꝓpoſito/ad uetus īſtaurādū fœdus.Nā id maxīe aptū ſit:& ad cōprimēdos motus:oēs & ad infringēdū Barbarū hoſtē.Vtraq; de re/qcq̄d uel īnotuerit/ uel ſucceſſerit/ cupimus/ oramuſq; nos p tuæ.R.D.lr̄as fieri certiores:cuius ſtudiū oē ī hāc patriā:& ſūma bn̄ficētia nunq̄ deeſt. Vale.

SEnenſes.N.S.P.D.Ad ornatū:atq; ſplendorē tēpli:& huiuſce cathedralis eccleſiæ decus:ſpiritualiter plurimū uidet̃ accedere:ſi per ieiunioꝝ quadrageſimalia tēpora ſit:qui doctrina/ ſanctimonia/ & auctoritate præſtans euangelizet uerbū Dei:& ad catholicæ uiuēdū/accomodare populū noſtrū cohortari poſſit.Claret fama Antonii Vercellēſis cœnobitæ Minoꝝ:deq; eoꝝ familia:q regulare diui Frāciſci uiuendi genus cōſectant̃.Erit gratiſſimū nobis:ſi p tuā interceſſionē a Romano Pōtifice iubeatur præfatus Antonius pro cōſequēti quadrageſima/in noſtra urbe:& ornatiſſimo tēplo obire prædicandi munus.Petimus fidenter:q̄ uideant̃ honeſta:quæ fruſtra nunq̄ a tua.R.D.poſcuntur. Vale.

SEnenſes Florentinis.S.P.D.Dedit proximis diebus Magiſtratus noſter ad uos litteras de re Foianēſi/ ac Lucinianēſi:expoſuitq; ex parte noſtra:noſtrorumq; decretum eſſe:ut ſit Cardinali Papienſi & uni quidem iudicandæ/ac diffiniendæ cauſæ plena poteſtas:& ut id ipſum a uobis:& ueſtris fieret:uehementiſſime hortabat̃:qđ & facturos recepiſtis.Putamus opus eſſe mature facto:ut & uſui illoꝝ proſpiciatur/& ocio:admaturq; nouaꝝ reꝝ & turbationis occaſio.Igitur petimus rurſum:atq; oramus/ut decernatis/quæ ad eam rē cōficiendam:neceſſaria ſunt:& liberum tam pro uobis:q̄ ueſtris mandatum:quo præfinire certum diem præfatus dominus:& abſoluere cauſam poſſit:ut utriq; uetere hac moleſtia liberemur. Expectamus fieri per ueſtras litteras his de rebus certiores. Valete.

SEnenſes Papæ.S.P.D.Cauſæ noſtræ in Apoſtolicam ſedem:& in tuā ſanctitatem/ſummæ deuotionis/& fidei:tam multæ ſunt: ut numerare longum/tam perſpicuæ/ut repetere ſuperuacuum tam iuſtæ:ut ſeruare ſit cōgruum. Vera eſt noſtra reſpublica:quæ Apoſtolicam ſedem:& Apoſtolici ſanctitatem Pontificis maxime ueneratur/& colit.Tuam præcipue beatitudinē:in qua ſpes noſtra maxime ſita eſt:in cuius præſidio & paterna dilectione plurimum noſtra ciuitas conquieſcit cuius una cum tua ſanctitate mens eſt:eadem uoluntas:& cōmune pacis ſtudiū/quā ſemper omni deſiderio expetendam:cunctis uiribus amplectēdam duximus.Tanq̄ uere ſummū bonum/& humani generis fœlicitatē iis adeo tributā:qui ex Deo ſunt. Cum igit̃ nuper intelleximus tuā ſanctitatē.quēadmodū Chriſti Vicarium decet:dare operā ad inſtaurandū:cōfirmandū ue uniuerſale inter Italos potentatus:& populos dudum initum fœdus:plurimum lætati ſumus:atq; ob eam cauſam laudamus tuæ ſanctitatis ſanctū/ac ſalutare inſtitutū uere dominici gregis paſtore dignū & ad Barbarū hoſtē arcendū maxime accōmodatū:Nos:qui ſummam habemus in tua ſanctitate fiduciā:humiliter fidenterq; ei ſupplicamus:ut in hac Italici fœderis/uel renouatione:uel cōfirmatione dignet̃ noſtram quoq; aſciſcere/& includere remp.quæ fidelis & ut deuotiſſima eſt tuæ beatitudinis filia:& Sanctæ Romanæ Eccleſiæ propugnaculū/ac ſeptū pacis locū obtineat:quoad honeſtius fieri poterit:noſq; cū cœteris Italiæ potentatibus Italici fœderis beneficio frui:& gaudere poſſimus.Aſcribemus id beneficiorum cumulo a tua ſanctitate:cui nos:& hanc patriam deuotiſſime cōmendamus. Vale.

SEnēſes Frāciſco Cardinali Senēſi.S.P.D.Tuis libēter paremus conſiliis/& q præ cæteris pacē expetimus:& Italoꝝ unanimitatē:ſerio gauiſi ſumus ſūmi Pōtificis īſtituto ad firmādū Italicū fœdus initū ſedēte dudū Nicolao qnto.Cupimus nos quoq; aſcribi:& nominatim noſtrā includi rēp.Eo loco:q ꝓ dignitate cōueniat.Scribimus ea de re ad ſūmū Pōtificē lr̄as:& nos ſupplicamus admitti. Potiſſimū

in tua.R.D.ſpes eſt:atq; interceſſione eius. Ac tã & ſi ad nõnullos alios.R.Cardinales perſcribamus orãtes: ut & ipſi quoq; huic cauſæ adeſſe uelint:mandatũ tamẽ in tuã.R.D.oẽ cõfertur qđ & cõſignatũ cũ his deſtinamus litteris. Vna hæc ĩprimis ciuitas/noſtra:quidẽ ſentẽtia:incluſione digna eſt:quæ fuit ſemper cũ Romana eccleſia neceſſitudine cõiunctiſſima/nec ab eius unq̃ deuotione deſciuit. Mittimus & exẽplũ litteraꝝ noſtraꝝ ad Põtificis ſanctitatẽ.Nã cupimus includi noſtrã ciuitatẽ:& eo q̃dem loco:ut ſalua eius ſit dignitas:& ita includi:ut cum cæteris Italiæ potentatibus/beneficio Italici fœderis perfruatur:& gaudeat. Liberum mandatũ: & abſolutum eſt: nec dubitamus ita effecturam tuam.R.D.ut nulla hæc reſpublica obligatione deuincatur. Vale.

SEnenſes Cardinali Theanenſi.S.P.D. Gratiſſimũ fuit nobis:qđ tuo noĩe expoſuit: & oſtẽſis lr̃is declarauit ꝑclarus uir Petrus germanus tuus de inſtauratione/ſiue cõfirmatiõe Italici fœderis: quã ſanctiſſime meditaꝰ Apoſtolica ſanctitas. Cupimus & noſtrã in illo exprimi:& nominatim includi rẽpu. Proinde uehemẽter Oramus tuã.R.D.ut ad id uotũ aſſequẽdũ/digneꝰ efficacẽ eius interceſſionem apud ſummũ Põtificẽ:& quã benigne obtulit:operã adhibere:qua de re ſcribimus ad eius beatitudinẽ lr̃as: ſupplicantes/ut digneꝰ nominatim hãc includere rẽp.ut pro nr̃æ ciuitatis dignitate cũ cæteris Italis potẽtatibus:Italici eius fœderis beneficio gaudere poſſimus. Scimus quo ſtudio faueat ſemꝑ tua.R.D.huius cõis patriæ ſaluti: & dignitati.Ea fiducia petimus:oramuſq; tuã begnitatẽ:ut ad incluſionẽ ipſam ſtudiũ:atq; operã conferre uelit. Mandatum mittimus ad.R.Cardinalem Archiepiſcopũ noſtrũ:ut libera ſit exequẽdi facultas. Vale.

SEnenſes/Cardinali.S.Sixti.S.P.D.Nihil maius/nihil ſanctius excogitare potuit: atq; efficere ſummi Pontificis ſanctitas/nec fidelium generi tantopere ſalutare:q̃ quod ſapienter/ac laudabiliter nuper inſtituit de inſtaurando Italico fœdere. Qua una certe ratione Chriſtianæ reip.incolumitas:& catholicæ fidei decus facillime conſeruari poſſit. Mirifice laudamus hoc diuini paſtoris opus: quod ille ſecũdet:cuius uicem in terris gerit. Cum uero ſit noſtra reſp.& cõmunis patria imprimis ſtudioſa pacis: Apoſtolicæ ſedis/ac ſummi Pontificis obſeruantiſſima:cum Sancta Romana Eccleſia uno ſemper uiuens ſpiritu:cũ qua merito/fide:& amore multo etiã magis:q̃ finibus iuncta eſt:optamus & noſtrã ciuitatẽ in id fœdus expreſſe/ ac nominatim includi/& ita ꝑ noſtras litteras ſupplicamus Apoſtolicæ pietati tuã.R.D.obſecramus: quæ huius cõmunis patriæ dignitatẽ nobiſcũ una & ſalutẽ/ac tranquillitatẽ tueri debet:ut ad eam incluſionẽ/dignetur ſuam perbenignã operã adhibere:ut admiſſi in eius fœderis locum pro noſtræ reipublicæ dignitate congruentem cũ cæteris Italis potentatibus/tanti boni cõmune/ac beneficio perfruamur:qđ ut fieri abſolute poſſit mittimus ad.R. Cardinalem Senenſem Archiepiſcopũ noſtrum liberum:plenumq; mandatum. Vale.

SEnenſes Florentinis.S.P.D.Antoniũ/& Iacobum:quos ueſtris nobis litteris cõmendatis: quẽadmodũ & cæteros ciues ueſtros oẽs uehemẽter diligimus.Ita enim mutua poſtulat beniuolẽtia noſtra/ ac fraternitas. Cupimus igitur eoꝝ ſemꝑ utilitati:rõnibuſq; ꝓſpicere. Cũq; partim in noſtro agro/ partim in finitimis Pitiliani paſcuis illoꝝ paſcuntur greges:ſintq; inter noſtrã remp.& Pitiliani Comitẽ magnificum Nicolaũ Vrſinum pacata/ac tuta omnia:certo ſcimus:nihil prorſus a noſtris damni illatum iri: & habitum iri gregis eoꝝ optimam rationẽ:ut merito ciues noſtri bono:atq; ocioſo animo eſſe debeant:præcipue uero pro noſtre ueteris/ac firmiſſimæ amicitiæ iure. Valete.

SEnenſes Nurſinis.S.P.D.Cum Prætorem gerat præſenti tempore Nurſinæ urbis clarus Eques:& dilectus ciuis noſter Andreoccius Cinuzius:inſtituimus:atq; ita pollicemur:& publicam fidem damus nullo modo pro eius futuro ſindicatu: & ſalario eius Præturæ & Magiſtratus quouis tempore/ aut prædictæ Magnificæ communitati/aut alicui indiuiduæ perſonæ/ciui:uel alteri ullam prorſus nos illaturos moleſtiam/nec interceptiones aliquas:aut ſequeſtrationes quaſcunq; / ſiue reales:ſeu perſonales conceſſuros/atq; ita per has noſtras litteras uobis exploratã hãc noſtrã deliberationem/ac fidem eſſe uolumus: noſtrorum ſigillorum adiecto robore. Valete.

SEnenſes Florentinis.S.P.D.N.ueſtri agri homo famulabaꝰ dilecto ciui noſtro Laurẽtio Petri filio: q̃ has nr̃as defert litteras. Fefellit eũ.N.& clã fugã arripuit:& qđ indignius facinus uideri debet:abduxit iumẽta duo/aſinos:& res nõnullas ꝓterea alias. Quæ q̃dẽ turpiter ĩprobi audẽt: & utriſq; nr̃um moleſta eẽ cõſueuerũt.Inq; his:q̃ forte acciderint:cõe ſtudiũ:atq; officiũ adhibere uiciſſim conſueuimus. Quare uenit ipſe idẽ Laurẽtius:ut auctoribus uobis/iuſſuũ aſſequaꝰ. Rogamus igiꝰ ut cui fauet iuſtitia faueat & ꝓ ſuo more ur̃a humanitas. Quod gratũ erit nobis uicẽ reddituris officii:quotiẽs acciderit uſus. Valete.

SEnenſes Cardinali Papienſi.S.P.D.Cũ ſũma iucũditate accepimus Sũmi Põtificis Sanctitatem ad inſtaurandũ Italicum fœdus/aiũ atq; operã cõuertiſſe:quo fieri nihil melius:nihil ſalubrius põt: nec uel ad tuendã religionẽ:uel ad cohibendã Barbari hoſtis imanitatẽ oĩno accõmodatius. Diuinum cõſilium:ſanctũ propoſitũ:mirandum in modum laudamus:& qui præ cæteris pacem & tranquillitatem amplectimur: Apoſtolicam ſedem colimus:& qui illi præeſt:præcipue ueneramur/cum ſancta Romana eccleſia/tam amoris uinculo/q̃ agroꝝ finibus iungimur:atq; uno cũ illa ſpiritu uiuimus:cupimus in Italicũ fœdus/ noſtram quoq; aſcribi/& includi remp.& cõmunem patriam Damus ob id ad beatitudinẽ Põtificis litteras. Oramus tuã.R.Dominationẽ:ut ad eam rem ipſam interceſſionẽ & diligens ſtudium adhibere digneꝰ:ut nos quoq; una Italici fœderis beneficio perfruamur:ad quod rite exequendũ precamur diligenter incumbat tua benignitas: Mandatum mittimus ad.R.Cardinalem/Archiepiſcopum noſtrum. Vale.

SEnenſes Cardinali Rauenati.S.P.D.Mirifice nos delectat ſanctum Summi Pontificis inſtitutum uere inſpiratum a Deo:cuius uice fungitur ad redintegrandum Italicũ fœdus:per qđ maxime religionis chriſtianæ periculo eatur obuiã:& ſalubriter fideliũ generi cõſulaꝰ. Ingenitũ eſt nobis & nr̃æ ciuitati pacis ſtudium, Sanctæ Romanæ eccleſiæ/& huius reipublicæ incolumitas uno diſcrimine agiꝰ.

Fuit hæc patria obſeruantiſſima ſemper Apoſtolicæ ſedis/ac Romani Pontificis. Qui nunc fœliciter ſedet:iuſtis de cauſis uere affectus eſt nobis. Apud eius Sanctitatem plurimum ualet auctoritas tua/ & gratia. Scimus tuam.R.Dominationem huic ciuitati/ſaluti eius/& honori nunq̃ defuiſſe. Eam igitur uehemẽter oramus: ut in hac Italici fœderis confirmatione:ita efficere/& apud apoſtolicã intercedere Sanctitatem:ut quod maxime iuſtũ putamus:noſtra quoq; pro ſuo merito includatur:ac nominatim exprimatur reſpublica: ut qui pacem imprimis amplectimur:cõmunis boni & uniuerſalis fœderis beneficio/cum cæteris Italis Dominantibus perfruamur: ad quod rite conficiendũ/facultatẽ & mandatũ in.R.Dominũ Archiepiſcopũ noſtrũ plenũ/liberumq; cõtulimus. Hanc igitur tuæ.R.D.cauſam optimo huius patriæ patri diligẽtiſſime cõmendamus. Vale.

SEnenſes Cardinali Reatino.S.P.D.Magnã cepimus uoluptatem de Sanctiſſimi Pontificis diuino cõſilio/ac ſalutari inſtituto ad Italicum inſtaurandũ fœdus. Nam ea res imprimis ſanctæ Romanæ eccleſiæ incolumitatem/& catholicæ religionis conſeruationem & ſpem certiſſimam pollicetur:ac tutiſſimum aduerſum Chriſtiani nominis hoſtes præſidium. Noſtra reſpublica pacem ſemper & unanimitatem amplectitur:& cunctis humanis rebus anteponit. Maxime ſemper Apoſtolicam ſedem/& ſummi Pontificis beatitudinẽ ueneratur. Inconcuſſam illi ſemper obedientiam/ac fidẽ præſtitit. In tuæ.R.Dominationis intercellione:quæ præcipuo hanc patriam amore proſequitur:uehementer confidimus. Eam igitur enixe oramus ut in hac Italici fœderis confirmatione efficiat:ut noſtra quoq; icludat reſpublica: & pro merito ſuo cõgruentẽ locum aſſequatur:ut cum cæteris Italiæ potentatibus/uniuerſalis fœderis beneficio gaudere poſſimus: pro qua re aſſequenda/mittimus.R.Domino Cardinali Archiepiſcopo noſtro mandatum:ut iuſtum petimus:ita & fore confidimus:tua præſertim interueniente clementia. Vale.

SEnenſes Cardinali ſancti Sixti.S.P.D.Quod fidenter ſcribamus:tuæ.R.Dominationis benignitas fiduciam præbet:& in hanc cõmunem patriam/& in noſtros omnes uera perſpecta dilectio. Ioãnes Antonii modeſtus Sacerdos/& noſtræ ditionis homo ab ordinario Suanenſis dyoceſis Telamonis parrochialem Eccleſiam impetrauit a parrochianis omnibus:quibus Sacerdotis probitas nota eſt: unanimiter delectus:& a Suanenſi deinde Epiſcopo confirmatus. Eſt Ioannes ille ipſe Sacerdos pro ſuis integris moribus charus nobis:Telamonio populo apprime dilectus:ex eo ipſo oppido oriundus. Id mari proximũ eſt:ubi & portus cunctis nautis celeber. Locus ſuſpectus/aduenis minime cõmittẽdus. Oramus tuã.R.Dominationẽ:ut intercedere dignetur apud Sũmi Pontificis ſanctitatem:quatenus Ioannes ipſe homo noſter peregrino homini præferatur:& uoto populi illius:ſupplicationi noſtræ:& firmiori: oppidi eius ſecuritati/a benignitate Põtificis planiſſime conſulatur:quod accedet ad multorũ beneficiorũ cumulum. Vale.

SEnenſes Cardinali ſancti Sixti.S.P.D.Vt ſæpe tuæ.R.Dominationi gratiã perſoluamus: efficit multorum beneficiorum benigna collatio. Itaq; cum intellexerimus Silueſtrum Montuccium/quem noſtrum benigno fauore adiutum a tua.R.Dominatione:quas per litteras agimus:animis quoq; maiores habemus gratias:& pro uetere noſtra fiducia: quam intelligimus a tua.R.Dominatione dari nobis:etiam Dominicum Montuccium Silueſtri ipſius fratrem germanum in ſuis negociis diligentiſſime commendamus. Ac placebit nobis plurimum:ſi (ut certo ſperamus) noſtram ſenſerit cõmendationem perefficacem fuiſſe. Eſt enim Dominicus/quoq; ex his:qui noſtram regunt rempubli. admodum charus nobis: qui tuæ.R.D.omnia gratificari cupimus. Vale.

SEnenſes Duci Ferrarienſi.S.P.D.Sumus fortaſſe cunctati nimis diu reſpondere iis: quæ de præclaro Equeſtris dignitatis uiro & Iuris probe conſulto.N.ſcripta ſunt. Id fuit certe cauſæ:quod cupidi/ac ſupra modum auidi gratificandi tuæ Illuſtri.Dominationi:quam præcipuo quodã amore & intima charitate cõplectimur:ſed & illum afficere honoribus:qui cum ſuis laudibus ſit tantopere tuæ illuſtriſ. Dominationi charus:non põt nobis nõ eſſe chariſſimus. Experiebamur oĩa:ſi forte daretur ulla ad Præturã aſſequendã/facultas. Verũ ita leges/atq; ciuitatis habent inſtituta:quibus nos parere neceſſe eſt:a qbus diſcedere nullo mõ eſt oblata ratio:ut præter mẽtẽ noſtrã pſenti tẽpore tabellariũ cũ his lr̃is dimiſerimus:nõ ſine maxĩa aĩoꝝ moleſtia:qđ ea nũc fieri nequaq̃ potuerint:q̃ certe cõi deſiderio optabamus. Quod uera & pbatiſſima Fraternitas poſtulat. Tua illuſtriſ.Dominatio corda ſpectabit/& ſtudiũ:nos uero obſeruabimus tẽpus:& qđ p diſciplinã ciuitatis licebit:pro uirili noſtra non obliuiſcemur eius:quem intelligimus diligentius commendari. Siquidem mens noſtra eſt:cunctis in rebus ſummam præſtare beniuolentiam. Italicum fœdus:de quo feriendo/Romæ agebatur:interpellari:ſcimus non latere tuam illuſtriſſimam Dominationem. Obſeſſi Volaterrani oppugnantur ſed nondum expugnantur:Noui eſt aliud nihil. Vale.

SEnenſes Maſſano Epiſcopo.S.P.D.Bene de patria meritis gratias libẽter perſoluimus. Plurimũ nos delectat optima iſthæc uoluntas:& habere apud Sũmi Põtificis ſanctitatẽ eiuſmodi intercesſorẽ plurimũ gaudemus. Deũ quæſumus:ut.R.tuã paternitatẽ & maiorem indies/& glorioſiorẽ efficiat. De cõtrouerſia Maſſana cũ.N.nihil qđ ſcribamus/opus eſt. Neq;.n.putamus tui Epiſcopatus intereſſe. Sed aderit in tẽpore tua.R.P.& coram poterit his de rebus haberi ſermo. Pergat:oramus:tua.R.paternitas & cõmunẽ iuuare patriam/& ueterem/ac maximam in eam beniuolentiam indicare. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Binæ litteræ eodem nobis redditæ tempore perq̃ gratæ extiterunt:duplex peractum opus: quod ſalutare admodum/ certe q̃ gratiſſimum. Nuſquam deeſt uere amantis patris officio tua benignitas:cui ut & crebras/& ingentes agamus gratias:ratio efficit:& multorum beneficiorum memor animus. T.R.D.ad proſequendum cohortari:nihil eſt aliud/q̃ incitare ſponte currentem. Iam iam iter Romam arripit Nicolaus Seuerinus Legatus noſter. Cæteris de rebus coram uerba faciet. Vale.

SEnenſes Procuratori Ciſtertienſis ordinis.S.P.D. Quoniam putamus.R.Paternitaté tuam noſtram amare rempub.quandoquidem nos tuam uirtutem ac dignitatem magnifacimus:uiciſſitudo amoris poſtulare uidetur:ut & uiciſſim cum fiducia poſtulemus:quæ ſint nobis grata futura filios/ac fideles noſtros/cõmunitaté ac populũ oppidi Abatiæ ſancti Saluatoris uehementer diligimus. Cupimus illos plurimum iuuari.Oramus igitur tuam.R.paternitatem:ut omnibus in rebus eoſdem humaniter ſuſcipere/& benigne tractare uelit/intercedentibus nobis:ut tua opera/ac fauore/ etiá a uenerabili patre Abate monaſterii ſancti Saluatoris tui ſacri Ciſtertienſis ordinis:quæ iuſta & conſueta ſunt:planiſſime conſequantur.Erit id nobis q̃ gratiſſimum:qui putamus conferri nobis:quæ in filios noſtros liberaliter conferuntur.Nos uero:ſiquid eſt: qđ agendum cenſeat tua.R.paternitas & honori/utilitati/& cõmodo eius futurum ſit:libenter efficiemus: & reperiemur ad tua beneplacita ualde propenſi. Vale.

SEnenſes Papæ.S.P.D.Alias tuæ Sanctitati cõmendauimus cauſam.N.ciuis noſtri: qué & ob generis claritudiné:& multo magis ꝑpter ſummá modeſtiá eius ac uirtuté uehemẽter diligimus.Is hẽt nonnulla iura:quæ ſibi ab Apoſtolico fiſco debent.Supplicamus tuæ Beatitudini: ut cauſa plane cognita:quá Caſtellanus Epiſcopus dilucidius explicabit:dignetur clementer exaudire iuſta petentem: qđ impetrare facillimum eſt ab eo:quo auctore ubiq; terrarum iuſta ſeruantur. Vale.

¶ Patentes Litteræ.

DOminos:Principes:fratres/& amicos noſtros rogamus:ad quos hæ noſtræ peruenerint litteræ:Subditis uero noſtris/ac municipalibus imperamus:atq; edicimus: nos: qui Senenſi præſumus reipublicæ: ut perſpecta uirtute/& maxima multarum rerum peritia.N.Aegyptii:qui per hæc tempora cum cætera uaga Aegyptioꝝ gente luſtrat Italiam:& orbé circuit:eum ipſum.N.liberaliter ſuſcipiant:humaniter tractent:& magna beniuolentia proſequantur:& tam ipſum q̃ comites eius libere quacunq; ire permittant cum perſonis/& rebus ſuis oĩbus/omni moleſtia/atq; impediméto ceſſante: & abſq; ulla ſolutione pecuniæ.Nã dici uix põt:quãta polleat induſtria:& multaꝝ/atq; incredibiliũ reꝝ tum notitia/tũ ẽt exercitatione. Erit omne in ipſum/ac ſuos collatũ beneficii/genus gratiſſimum nobis:qbus nihil põt eſſe iucundius/q̃ uirtuté & induſtriá noſtroꝝ hoĩum in lucé prodire:& premio/atq; debitis honoribus affici. Valeant:qui legerint.

SEnenſes.N.S.P.D.Copulat charitas:quos etiam longa diſiungunt ſpatia. Ac nos quidem Magnificentias ueſtras uehemẽter diligimus:& quéadmodũ ſuadét amicoꝝ leges:cũ fiducia petimus: quæ iuſta putamus.N.quidá noſter/& curá equoꝝ gerés/credidit pecuniam.xviii.auoreos.N.notario & ciui ueſtro:quemadmodum perſpicua documenta declarant:& cyrographum manu eius: cui credita pecunia eſt:abnegauit facere:quod iuſtum erat:atq; pecuniam ſoluere recuſauit. Superſunt illius hæredes.Ab his petit præfatus.N.ius ſuum.Oramus ueſtras Magnificentias ut re dilucide cognita ac ueritate perſpecta/ pro ſua Iuſtitia iubeant homini noſtro Iuſtitiam cum ueſtro fauore miniſtrari:quod quáuis honeſtum ſit:tamé gratiæ aſcribemus:parati hæc & maiora ueſtro intuitu libenter efficere. Valete.

SEnenſes Cardinali Reatino.S.P.D,Scimus tuam.R.D,maxime improbitaté/ atq; iniuſtitiá execrari & magno ſtudio tueri:qui iuſta petunt.N.cuipiam:q nuper cũ ſtrenuo Luca Reatino uiuebat.N.noſter:qui equos uectores alit.Equũ cõmodauit pretio:accepit:abiit:& nũc præter Equũ retinet.N.ipſe: atq;(ut accepimus)ad Reatiná ſeſe urbem contulit.Damnũ inops uir patitur:qui equi uectura familiam nutricatur.Oramus.T.R.D.ut dignetur efficere ſua benigna interuentione:ut Equum & ius ſuum homo noſter aſſequatur:quod & iuſtum erit & nobis etiam gratiſſimum.

SEnenſes Antonio Vercellenſi Sacri ordinis Minoꝝ Euangelicæ ueritatis egregio Cõcionatori.S.P.D. Iampridem magnifacere cœpit noſtra ciuitas/& hic populus tuam doctrinam: uitæ integritatem: & in annuntiando uerbo Dei/miram ac præclaram exercitationem. Cupimus autem ob eá cauſam nos in proxime futura Quadrageſima/in noſtra urbe affuturum / & in religioſiſſimo / atq; ornatiſſimo tẽplo eius:quo ciues pleriq; & populi turba conueniunt / euangelizare Saluatoris oracula/ & diuinæ legis mandata. Quod non niſi doctiſſimis uiris/& quorum ſpectata uirtus ac peritia ſit:tribui minus conſueuit. Credimus ad id ſummum Pontificem ad te dediſſe litteras.Hortamur igitur te:ut libenter eam prædicationis prouinciam ſuſcipias:& in tempore uelis adeſſe.Cuius rei tuum expectamus reſponſum:quod futurum putamus pro uoto: ut populi noſtri deuotioni/ac ſaluti facillime conſulatur. Vale.

SEnenſes Cardinali Papienſi.S.P.D.Qui finem ſpectamus litis:certum eſt nobis nihil prætermittere: quod expeditiorem ac faciliore uiam præbeat:præſertim uero quod ex tuæ Reuerẽdiſſimæ Dominationis uideatur ſententia.Quare ad Baldinum damus litteras:iubentes: ut quoad fuerit opus: nõ aſſiſtat ſolum:ſed tuis ubiq; pareat iuſſibus.Cauſam Iacobinoꝝ ad Senatũ retulimus: iam ſatis pro uoto affecta eſt:& mox reddemus cõfectam.Profuit illis imprimis tuæ.R.Dominationis cõmendatio: cuius quáti & iudicium & uoluntatem faciat noſtra reſpub.nemo eſt:qui neſciat. Vale.

SEnenſes Florentinis.S.P.D.Nihil difficile eſt iis:qui uere amant:& ſuopte ingenio Iuſtitiam conſectátur:perſuadere:quæ iuſta ſunt.Florius & Petrus Paulus:quippiá/ex Plegario/ueſtri agri accolæ cauſam intendunt Petro Antonio Dominici filio/Sarteanenſi municipi noſtro:& uelut creditores ſuperioribus diebus coegerunt hoiem noſtrum ad depoſitum dandum/& præter ius: præterq; æquũ & bonum:penes quem depoſitum eſt:ad perſoluendum argentum compellũt:quod reus minime ſe debere profitetur.Cupit ob eam cauſam cum actoribus rationem ponere.Quod noſtra quidé ſententia iure negari nemini poteſt.Implorat igitur ueſtrá opem:ut ueſtra humanitate pateant utrorumq; iura: ut perſpecto uero: neutris fiat iniuria.Quod tam & ſi æquum cenſeamus:nihilo tamen minus apponemus & gratiæ. Valete.

SEnenſes ſummo Pontifici.S.P.D.Cum intelligimus tuam Beatitudiné/uere noſtram amare rép ub.& ciues eius paterno ſemp amore complecti:fidenter/& qua filios decet:humili prece tuæ Sanctitati eos præcipue cõmendamus:quos in noſtroꝝ numero magnis & ingenii & doctrinæ laudibus præſtare cognouerimus.Proinde Alexádrum Aringheriũ claris natũ parentibus:Iuris Doctoré:qui ide uſq a paruulo/in præclara bonaꝝ artium exercitatione uerſatus eſt:& cũ morum grauitate ſummá permiſcuit eruditioné:cũ ad Clerum & ad ſacerdotii dignitaté tendat:cupimus iuuari noſtris precibus:qbus cõmota tua Sãctitas/& ipſius uiri inducta merito:ſi dignabitur & cõmodo/& honore:afficere plurimũ uniuerſæ huic ciuitati placebit:& accipiet dubio procul etiá magni beneficii loco.Itaq ſi quod in noſtra ditione beneficium uacare contingat:in quo ſimul & dari Alexandri ipſius uirtuti premiũ:& per eius uirtuté beneficii dignati ſatiſfieri poſſit:ſupplicamus deuotiſſime tuæ Beatitudini:ut húc ciuem noſtrũ & charũ noſtris oíbus clemẽter ſuſcipere dignet:& in beneficio cõferẽdo exaudire noſtras preces:& Alexandrũ imprimis cõmendatũ habere/de quo ea eſt ciuibus noſtris firma ſpes:ut patris reſpondeat laudibus:& honoribus dignus ciuis facile uideri poſſit. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Diligimus mirifice pp uirtutem & doctriná/ac probatiſſimos mores Alexandrũ Aringherium Doctoré pro ætate:ingenio:eruditione/& ſapiẽtiæ laude præſtantem:& eum cupimus uehementer & cõmodo & honore iuuari. Cõfidimus plurimum in tuæ.R. Dominationis benignitate:quam oramus ut apud Sũmi Põtificis Sanctitaté dignet eum ipſum Alexandrum/ciuem noſtrũ dilectum iprimis etiá facere gratioſioré:& ſi qd beneficiũ uacare cõtigerit:in quo & uirtuti eius uiri:& expectationi noſtræ ſatiſfieri poſſit/ita intercedere:ut mereat tanto adhibito patrocinio/optatũ noſtri uoti effectum ciuis noſter conſequi.Eſt enim filius certe claro dignus patre:& qui paternam laudem faciliime cumulare poſſit. Vale.

¶ Patentes Litteræ.

NOs:qui diuino numine diſponente/ſummum Senenſis reip.gerimus Magiſtratum:uniuerſos ciuitatum Rectores/ac Principes populorum etiam/atq etiam oramus/at ſubditis noſtris edicimus:ut noſtra cõmendatione clarum uirum.N. ac ſpectabilem Equitem amice/atq honorifice tractare uelint:& liberũ ſibi cũ ſuis comitibus(dũmodo nec hoſtes ſint:nec exules noſtræ reip.) acceſſum/ac receſſum præbeant:quocunq gentium iter illis agendũ ſit.Quod certe noſtro Magiſtratui & populo Senenſi gratiſſimum eſt futurum. In quarum rerum teſtimonium has patentes noſtras fieri iuſſimus:& ſigilloꝝ noſtroꝝ munimine roborari. Valeant:qui legerint.Datum in noſtro palatio/die &c.

SEnenſes Regi Neapolitano.S.In re.N.cum noſtra Republica accepimus & quæ ſæpius a tua Maieſtate ſcripta ſunt:& quæ prudentis Ioannis Trochuli Scribæ:& familiaris eius expoſita uoce. Ea uiſa eſt. Senatui/ac populo nr̃o grauior:nõ mõ:qa nulla nr̃a ciuitas obligatione teneret:nec:quæ cũ patre pacta erant:filio ſtipẽdia deberent:uerũ etiá quod ita ſe geſſerit:& nõnulla præterea.N.adiecerit:quæ a Iuſtitia/moderatione/tranquillitate aliena uiderentur:quæq tollerare/nihil eſt aliud/q̃ licentiam laxare indigna audientibus:quod putamus nequaq̃ tuæ Maieſtati probari:quæ una nouit imprimis/parcere ſubiectis:& inſolentes debellare.Neq enim æquo animo ferendum uidetur:ſiqui impares ſunt/alios iniuria laceſſunt. Noſtra uero Reſpublica quæcunq obtinet:ea belli iure/& legitimo quidem atq optimo iure obtinet:quod tuæ Maieſtatis ſapientiá nequaq̃ ignorare arbitramur.Sed non eſt ea ſcribendi locus.Nihil igit mirum uideri debet:ſi librauerit oĩa diligentius Senatus noſter:quippe multa erant:quæ cauſam perdifficilem redderent.At uicit cæteras rationes:& ſi multæ & graues erant:noſtra in tuam Maieſtaté obſeruãtia/ac fides. Pepigimus auté potiſſimũ tuæ Serenitatis intuitu cũ.N.quæ ex tuæ Maieſtatis ſnĩa eẽ cognouimus icta fœdera hæc referet:rei ſeriem/ac ſingillatim oĩa ſcitus Ioannes ipſe Trochulus:qui & mentem noſtrã/& rem oẽm rite percallet:explicabit ordine.Operam dabimus:ut non in hac re ſolum:ſed in ceteris quoq oĩbus ſummá tua Maieſtas populi noſtri deuotionem perſpiciat.Eam obſecramus:ut corda ipſa & optimam noſtram metiatur uoluntatem. Quod ſi forte uideamur cunctati longius:cauſam dedit.N.qui rebus iam tranſactis ſcrupulum iniecit. Vale.

SEnenſes Regi Neapolitano.S.Nos:qui tuam Maieſtatem colimus:conſiliis eius libenter acquieſcimus:pacem tuemur:præclarũ diligimus.N.genus.Icta fœdera/rei ſeriem mentem noſtram & ordiné omnem probe inſtructus poterit fuſius coram explicare Scitus ipſe Ioánes Trochulus/quod ſi ſerius factum uidetur:tribuet tua Maieſtas.N.qui uel iam tranſactis rebus ſcrupulum adiecerit. Nos tamé nihil ob id quoq imutati tuæ rationé Maieſtatis rebus cæteris ꝑferre iſtituimus:apud quos i illá ſincera eſt/atq explorata fides.Sed dum ea cum Ioanne Scriba aguntur:interueniens clarus Eques & tuæ Maieſtatis Legatus excellẽtiſſimus Antonius Cicinellus/eius nomine noſtrum ſalutauit Magiſtratum:& iucunda nunciauit nobis:agi præclare cum tua Maieſtate:ac toto eius ſplendidiſſimo genere:conualeſcere Illuſtriſſimum Federicum:florere Regni opes/atq fortunas:cumq his bina pacta ſponſalia:atq inter præclariſſimos Italiæ Principes arctioris uinculi glutinum necti:& nobis uere gaudemus:& uobis ex optimis animis gratulamur:exiſtimátes ea fore omnia ad ſtabiliorem pacis atq ocii firmitaté:& tuæ Maieſtatis maiorem illuſtrationem gloriæ.Atq ut ita proſpere cedant:ſint tibi fauſta & læta omnia:annuat ille/quæſumus:a quo omnis poteſtas eſt:atq manant omnium bonorum genera.Nos ob eam tantæ iucunditatis participationem agimus:& habemus q̃ maximas gratias tuæ Maieſtati:quam uelut optimum auctorem pacis/& noſtræ ciuitatis beneficentiſſimum patrem:ſummam tueri fœlicitatem uehementer optamus. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Frequentes & perbenignæ tuæ.R.Dominationis lſæ:ut eam frequenter collaudemus:& ingentes agamus gratias:nos inducunt:qd & iucunde facimus:quémadmodum grata habemus ſemper:quæ ſcribuntur ab ea:& quoniam ſtudio omni patriam iuuat:& hanc tuetur Rempublicam. Idcirco facile patietur:ut ſi eius/quotiens opus acciderit:fauore/

conſilio opera fidenter utamur. Commendauimus ſæpius tum uoce/tum litteris eũ .N. Dominũ. Nouit tua .R. Dominatio q̃ noſtræ ĩtersit Reipu. eum ipſum habere cõcordẽ:& nõ abalienari a noſtra ciuitate illius aĩum. Nouit eius ĩgenium:& quãtã habeat ille in noſtra Republica fiduciã:q̃ firmiter opinẽ ualere apud tuã .R. Dominationẽ noſtras prẽces:& totius ciuitatis ſtudioſam cõmendationẽ. Non erit tibi difficile/ad cauſam recte moderandam/accõmodatam reperire rationẽ. Quæſumus igiẽ:ut & patriæ cõmodo/& optimis ab iis adducta rationibus excogitare dignẽ tua .R. Dominatio uiam eiuſmodi:p quã in cauſa .N. utriq; parti recte & cõmode cõſultum uideatur:ſi nihil tam difficile eſt:quin quærẽdo iueſtigari poſſit:ei præſertim:qui cõſilio/ſapiẽtia/ac ratione præſtat & uſu. Placebit plurimũ uniuerſo huic populo:ſi intellexerit .N. Dominus:& ſe a nobis non uulgariter cõmendatum:& per noſtram interceſſionẽ apud .T.R. Dominationẽ gratiam aſſecutum. Vale.

SEnenſes Regi Neapolitano. S.P.D. Maieſtatem tuam æqui/ac recti ſeruantiſſimã:ſed & uere paterna charitate nobis affectã:nõ dubitamus fidenter rogare:& ei filiali fiducia cõmẽdare noſtros:quos charos habemus. Franciſcus Angeli Craſſetanus dilectus fidelis:cui has litteras dedimus: dicit ſe Magnifico atq; excellentiſſimo Domino .N. credidiſſe nõnulla:pro quibus tũc quædam ſibi pecuniarum debetur/aurei circiter .ccc. Vir bonus eſt:& inopia premitur:& ius ſuũ petit: quod reddendum ſibi a præfato .N. propter probitatem/ac uirtutem ſuam confidimus. Sed precamur tuam maieſtatem:ut auctoritatẽ quoq; ſuam ac benignum auxilium adhibere dignetur:quo redeat iuſti compos factus: qui etiam propter neceſſitatem repetendæ pecuniæ/non ſine graui incõmodo/longi itineris laborem ſuſcepit. Sed diligẽtiſſimæ tuæ ſereniſſimæ Maieſtati noſtram Rempublicam & ſtatum cõmendamus. Vale.

SEnenſes Patrimonii Gubernatori. S.P.D. Gratũ fuit nobis/ĩtellexiſſe hoiem nequã & homicidã .N. quẽdam ueſtratẽ incidiſſe in manus tuor:ut qui recenti cæde pollutus eſt in oppido noſtro Cellarii:& ulteriora facinora impudẽter ſe patraturũ minabaẽ:dignas ſuis facinoribus poenas luat:quæ qualia ſint:& q̃ multa ab eo cõmiſſa/& cõpertum eſt:& enarrare ſuperuacuũ. Quod igitur diuina diſponente iuſtitia/& tuor laudando miniſterio hactenus factũ intelligimus:cũ ſeruetur is malefactor cuſtodia & uinculis:tuo quoq; iuſſu oramus:ut mature cõficiatur:& ſubiiciatur tua iubente .R. Paternitate/paricida .N. iuſto iudicio:ne & ipſe poſthac maleſaciat:& cæteri ab improbitate & iniuria deterreantur exemplo. Erit gratiſſimũ nobis:qui tecum una iuſtitiam & rectam uiuendi rationem ſeruari cupimus. Vale.

SEnenſes Græcis extorribus. S.D. & fortunam meliorem exoptãt:ac ſedes quietes. Scitis:quæ nobiſcũ egerimus:quãq; libenter/lætiſq; animis aſſenſi fuerimus uotis/ac poſtulatis ueſtris. Probe nouiſtis ſenatus noſtri & populi huius optimam uoluntatem. Cõmuni conſenſu conuenimus: ac fœdera pepigimus. Quorum exemplum mittimus:quẽadmodum per ueſtras efflagitaſtis litteras. Nos conſtantes erimus:fidem ſumma cum beniuolentia præſtituri alacriter expectantes ueſtrum/ac ueſtrorum aduentum: quos præcipuo ſtudio/ac ſumma excipiemus lætitia:nec uſquam aut officium noſtrum:aut fides deerit:cuius ſeruantiſſima eſt noſtra Reſpublica. Experiemini nos amice in ueſtrum præclarum genus:ac benigne affectos. Supereſt:ut ipſi quanto fieri poſſit:maturius ueſtrum celeretis aduentum. Nam uniuerſo huic populo optati uenietis. Simul legare placeat ad nos quempiam cum mandatis ueſtris:qui rata habeat ueſtrorum nomine:ſolemni ritu:quæ acta uobiſcum/conuentaq; ſunt:quod merito iure uos facturos recepiſtis: quod ut iuſtum uidetur: ita erit per q̃ gratum nobis:quibus & ad nos ueſtra profectio & uitæ cõſuetudo erit ſane peruiucunda. Illuſtrem Dominum Annam & ueſtros omnes ſaluos eſſe/ac fœlices optamus. Valete.

SEnenſes Summo Pontifici. S.P.D. Cum haberent Caſtrileonenſes ſubditi noſtri ſua quædam armenta in noſtris pabulis/nõ longe ab Eccleſiæ finibus/nõnulli milites:qui caſtri & Patrimonii agro hibernant:ingreſſi noſtros fines:compluria ex eis armẽtis pecora abegerunt: partim autem ex iis cæſa ſunt ad eſum:partim inciderunt in manus Dohanerii Patrimonialis. Non poſſumus non dolere:cum intelligamus noſtris & uim & damnum inferri:nec dubitamus iniuſtum omne præter mentem tuæ Sanctitatis fieri: quæ Iuſtitiæ auctor eſt. Tria igiẽ ſupplices tuam beatitudinẽ oramus:quæ noſtra ſententia iure nos a tua iuſtiſſima Sanctitate impetrare liceat. Primum:ut pro cæſis pecoribus/ab illatoribus rependatur æquũ pretium iis: qui iacturam paſſi ſunt: Deinde/ut ea animalia:quæ penes Dohanerium ſunt recepta:confeſtim/ac libere reſtituanẽ. Neq; enim ſatis honeſte/pro ſingulis illis/ab eodem Præfecto Patrimonii ſinguli aurei repoſcũtur. Poſtremo: ut tuæ Sanctitatis iuſſu atq; edicto moneanẽ tam milites/q̃ cæteri omnes:ita demum uiuant/ut rapiẽdis rebus abſtineãt:nec tale aliquid poſthac fiat. Quæ tam & ſi iure nobis peti uideãtur:apponemus ea tamẽ gratiæ: & quæ multa quottidie conferuntur/beneficiorum cumulo. Vale.

SEnenſes Peruſinis. S.P.D. Percrebuit apud nos Magnifici Domini Fratres & amici noſtri chariſſimi/ ueſtras Dominationes nuper inſtituiſſe:ut ad Clanas nouam Turrim conſtruant/e regione eius:quæ noſtræ ditionis eſt. Ea res nobis non mediocrem admirationem peperit: Nam a ueſtræ amicitiæ iure & noſtræ mutuæ beniuolentiæ neceſſitudine aliena uiſa eſt. Nos autem id nobis iampridem perſuaſimus omnia & æquitatis & amicitiæ iura a ueſtra Dominatione illæſa ſemper/ atq; inuiolata ſeruari. Nos uero ob eam cauſam maluimus ſemper ueſtris obſequi ſtudiis/q̃ noſtris commodis inſeruire. Itaq; cum aliquando decreuiſſemus nouum pontem alio itinere ad Scitonium oppidum confabricari:qui noſtre Reipublicæ utilitati/& commodis plurimum congruebat:ueſtris tamen exhortationibus adducti/ atq; amore commoti/ eius operis inſtitutum omne reliquimus:& ueſtræ morem geſſimus uoluntati. Veſtras quoq; Magnificas Fraternitates hortamur:ac uehementer oramus:ut inſtituto deſiſtant:quas nihil omnino facturas eſſe confidimus:quod non iuſtũ atq; æquum ſit/& optimæ rationi conſentaneum. Id nanq; uera Fraternitas recta amicitia/ optima uicinitatis ratio depoſcit: quæ in maxima coniunctionis parte reponitur. Id nobis profecto q̃ gratiſſimum futurum eſt: &

summi amoris:

ſummi amoris:quem ſemper experti ſumus:opinionem plurimum augebit. Veſtras Magnificentias optamus incolumes ſemper:ac fœlices eſſe. Valete.

SEnenſes Florētinis. S.P.D. Accepimus a Magnificis fraternitatibus ueſtris binas eodem tempore litteras:& alteris quidem Montis Politianenſium expoſtulationes referuntur:quos aſſerunt Magnificentiæ ueſtræ quæri in eorum agro fieri nōnullas populationes:& pecoris nōnullam prædam agi a militibus noſtri exercitus. Id nobis graue/ac permoleſtum eſt:& prorſus acerbe ferimus:qui & cum omnibus iuſte/ac pacate uiuere cupiamus:& ueſtroꝝ omnium omni ſtudio iura inuiolata tueri:quod non modo uicinitatis ratio poſtulat:ſed & Dominationum ueſtrarū uera/ac probatiſſima erga nos beniuolentia. Siquid damni: ſiquid iniuriæ Montis Politiancſibus illatum eſt præter mētem noſtram/ac præterea/omnino factum eſſe nouerint Magnificentiæ ueſtræ. Curauimus tamē omni ſtudio/nequa poſthac oriri poſſit iuſta querēdi cauſa. Quod uero alias fecimus: multo nunc accuratius repetemus:& Prætoribus & Cōmiſſariis noſtris præcipiemus: ut noſtros milites coherceant:ne poſthac audeant uel minimam quidē ueſtris hominibus iniuriam attentare: ac ſi quid reperiri queat:curabunt iuſſi nobis(quoad fieri poterit) reſarciri. Quippe qui & noſtræ ſeruāde amicitiæ/ac perpetuo tuendæ pacis ſtudioſiſſimi ſumus. Quanquam a noſtris Prætoribus accepimus litteras:quibus certo ſignificant Montis Politianenſes a noſtris militibus recepiſſe quæcunq; ablata perhiberēt:& concorditer inter eos cauſam omnem conciliatam eſſe. Quod autem alteris litteris oſtenditis/noſtri & cōmodi & honoris magnam habere rationem:quod ueros amicos decet:id nobis dubium non erat:quibus ſumma in nos beniuolentia & charitas comperta eſt. Tuliſſe autem grauiter Sigiſmundi Clandeſtinum a nobis diſceſſum: id quoq; certo cognouimus: miſiſſe uero Oratorem:qui & cunctis periculis propulſandis intenderet:& illius exercitum a ueſtris finibus arceret:ac Flamminiam uerſus celere iter dirigeret:ſicut & factum eſt:magnam agimus ueſtris Magnificentiis ac per ingentem gratiam:feciſtis profecto beniuole/atq; amice. Quod uero ad ipſius Sigiſmūdi queſtus attinet: nō pro iis ſemper ferēda ſentētia eſt:qui conqueruntur. Nos potius in illum quam iuſte:quāq; merito quæri debeamus: aliud erit opportunius ſcribēdi tēpus. Siquidem putamus ueſtras Magnificētias pro ſumma ſapiētia plane pſpicere:utrum nos potius/an illum quæri oporteat. Sed quod humaniter ueſtram operam defertis:ſummam habemus ueſtris Dominationibus gratiam:quæ fœliciter Valeant.

SEnēſes Epiſcopo Tridētino. S.P.D. Nihil eſt:quod iure primum:& tua deinde humanitate freti/a tua paternitate non audēter petere aggrediamur:qui tuæ cunctis in rebus alacres ſumus morē gerere uoluntati. Aloyſius igitur Petri filius Comparius/ciuis noſter dilectiſſimus. Tridenti ædes quaſdā poſſidebat:de quibus cū a nōnullis orta cōtrouerſia eſſet:ſubrogatus tandē eſt a quibuſdam eius procuratoribus. N. qui Aloyſii cauſam tueretur. Is cum eius aduerſariis conuentione facta / accepit tandem ex iis:quibus cum lis ipſa uertebatur. c.xxix.aureos. Quid multa? Hanc ſibi pecuniam præter æquū & bonū. N. retinet. Eam extorquere ex eius manibus perdifficile eſt:ut hæc ſunt tempora. Proinde tuam Paternitatē hortamur: atq; oramus:ut huic ciui noſtro ius ſummarium atq; abſolutum iubeat magno fauore miniſtrari:ut uel Aloyſio ipſi/uel cuiuis:cui ille mandatum eiuſmodi dederit:tuo iuſſu atq; opera/debita pecunia perſoluatur. Id cum iuſtiſſimum ſit:erit nobis quoq; gratiſſimum:paratis tuæ paternitatis obſequi uoluntati. Vale.

SEnēſes Cardinali Vrſino. S.P.D. Redditæ ſunt nobis. T. Reuerēdiſſimæ Dominationis litteræ: quas & pergrate accepimus. Quippe qui tuam tumueterē beniuolētiam/tum præcipuā nouerimus charitatē. Ea nobis gratiſſima eſt. Nec multæ/ac totiens repetitæ. N. in nos iniuriæ:poterunt tamē a tuæ Reuerēdiſſimæ Dominationis obſeruātia & cæteræ Magnificæ & claræ Vrſinæ domus amicitia deterrere. Si ille nos crebris ꝓuocat iniuriis:nos tamē alio animo in. N. alio certe in tuā Reuerēdiſſimā Dominationem:& reliquum ſumus celebre Vrſinoꝝ genus. Sed quæ noſtræ ſentētiæ ſunt:ea apud tuam Reuerēdiſſimam Dominationē exponēda mandauimus Reuerēdo patri Alexio Epiſcopo Cluſino ciui noſtro & Oratori dilectiſſimo:cui oramus. R.D.T. ut in cunctis explicandis ab eo/plenam & credulam: ut nobis ipſis adhibeat fidem. Fœliciter ualeat tua. R. Dominatio:cui nos plurimum cōmēdamus.

SEnenſes Patrimonii Gubernatori. S.P.D. Acceptis litteris tuæ Magnificētiæ/diligēter omnē/ad ueritatē rei explorandam/operam & induſtriā adhibuimus. Comperimus tandē prædam in hoſtili agro factam extitiſſe/& actam ex. N. ſolo:quē locum cōſtat noſtroꝝ hoſtium eſſe. Itaq; patet iuſtam eē/ac legitimā prædam. Nos uero milites cogere nō poſſumus ad reſtituēda:quæ iuſte parta ſunt: cum illa etiam:quæ iniuſte rapuerint:uix ab eis extorqueri poſſint. Nouit tua Magnificētia militum mores. Cupimus inſup noſtros ciues & Cōmiſſarios cōſeruare:qui pro illo:qui Sues & pecus amiſerat:& humaniter fideiuſſerunt & cum ſuo incōmodo pecuniam perſoluere. Scimus tuam Magnificētiam nō poſtulare:niſi quæ iuſta ſunt:cuius obſequii/ac morē gerere uoluntati/omnibus ſemper in rebus paratiſſimi ſumus. Vale.

CAliſtus Papa Tertius Dilectis filiis Senēſibus Salutē & Apoſtolicam benedictionē. Sēſimus cum magnā admiratione atq; moleſtia deuotiōes ueſtras affirmari a multis nō ſolum iclinatas:ſed in totū paratas eē in cōcordiam cū Iacobo Picinino:pro cuius euerſione atq; exterminio/ſola ueſtra cauſa/nos ſuſcepimus cū tanta impēſa:alieno tēpore difficile inceptū: ac diſplicens multis ex his:qbus in cæteris rebus oībus uellemus maxime cōplacere. Veluti Neapolim dicit̃ ſcripſiſſe. N. qđ ſtatim nobis fuit ſignificatū. Cum ui talia de uobis poſſemus induci ad credēdum. Statim hac re audita/uocari ad nos fecimus dilectū filium Bindum Bindiū Doctorē egregium/nobilitatis ueſtræ Oratorē:cuius prudētiam & modum cunctis in rebus diligenter ſeruatū ualde probamus. Nam eſt homo iteger/uerax & probus:& magna cū fide ſolertiaq;/ac modeſtia ſe in iſto negocio/nobis ſemper exhibuit:in factis ueſtris iduſtrioſe ſe gerēdo. Ipſe nobis aliquātulum dempſit admirationē:aſſerēs/ſe ſcire uos omnino eē facturos ea ſola in iſto negocio:cæteriſq;: quæ nos uobis mandaremus:

rogans atq; obſecrans:ne aliter de uobis q̄ ipſe diceret:credere litteris quorumcunq; : aut uerbis moueremur. Si ita eſt:ut potius uolumus credere/de uobis remanemus contenti : præſertim uidentes parum admodum negocii reſtare ad finem uictorioſum ex hoſte reportandum. Scitis filii dilecti:ſcitis/uos ipſi/ad finē omnia negocia bona ratione ordinari:qui quidē ſi bonus eſt:laudabilia ſunt oia:ſi malus/uituperabilia. Vnde pōt uobis manifeſte concludi/oēm huius negocii uel laudem/uel ignominiam/ex iſto ultimo actu depēdere : ut ſi fiat concordia cum magno noſtro dedecore:Iacobus ipſe Picininus uideatur ſuperaſſe. Nam de iſto Comite Pitiliani/aut Antonello Forliuienſi non expedit uos moueri. Sunt enim res friuolæ:& paruo labore poteſt huiuſmodi damnis obuiari: quod nos intēdimus facere una uobiſcum. Sitis memores nos cauſa ueſtra hoc bellum ſuſcepiſſe:ſi noſtræ uoluntati contra ueneritis:fidem ueſtram & dignitatē uiolabitis. Valete.

SEnenſes Beatiſſimo Patri. S.P.D. Acceptis nuper cū ſumma ueneratione tuæ litteris Sanctitatis:primum admirātes acerbe doluimus/ſubortam eē ſuſpitionē noſtræ imutatæ ſentētiæ (ut opinamur) improboꝝ hominum præſtigiis & criminationibus. Mox uero ſponte omnē ſubſtulimus animorū moleſtiam:conſcii noſtri inconcuſſi animi:& ſinceri firmiq; propoſiti : & ſimul tuæ admirabilis prudentiæ nō ignari. An poſſit obliuiſci ullo tēpore noſtra ciuitas imortalis beneficii:quo tua clemētiſſima Beatitudo noſtram ſeruauit libertatē & ſtatum:hoſtium propulſauit iniurias:pro hac tuenda republica/difficile & graue bellum ſuſcepit:ſub umbra alarum ſuarum protexit a tantis periculis Senēſem populum? Scimus nullam poſſe pro tantis muneribus/ſatis dignam referri gratiam:ſed habebit certe:quam repēdere nō ualet hæc ciuitas : q̄ diu manebit:quoad ſtabunt eius mœnia:cuius nos memores ſummæ benignitatis/iampridē decreuimus/cum cæteris in rebus/tum in hoc maxime bello/ea uelle:ea ſectari:ea agere:quæ tua prouidētiſſima inſtituiſſet Sanctitas. Id conſtanter proſecuti ſumus:id extorquere ex cōſtantiſſimis noſtris mētibus nemo:nemo Beatiſſimæ Pater extorquere unquā poterit. Stabile noſtrum propoſitū nemo Paſtor clemētiſſime ſeu ui/ſeu fraude ulla poterit immutare. Totus potius concutiatur orbis:q̄ noſtra uertatur ſentētia. Scimus ad finē referri omnia/qui ſi bonus ſit: & quæ ad eum intēduntur:bona eſſe:mala uero:ſi ſecus. Et tua quidē Sanctitas finem ſibi propoſuit uictoriam: atq; hoſtis expugnationē. Nos uero nullum ſectamur finem alium q̄ tuæ Beatitudinis uoluntatē. Qua profecto menſura/conſilia/cogitationes/prouiſiones/opera noſtra metimur omnia. Qualis igitur tuæ Sanctitatis fuerit uoluntas:eiuſmodi erunt & conſultationes noſtræ omnes/& actiones. Atq; id ſibi:quæſumus:omni pœnitus ſuſpitione ſubmota perſuadeat tua Beatitudo. Nempe ueremur:ne improbi quidam ſerere diſcordiam uelint: & ſuis fallaciis moliri nobis aduerſi aliquid. Vera profecto Apoſtolica uox eſt:quæ ait. Quis ſcit hominū: quæ ſunt hominis:niſi ſpiritus hominis:qui in ipſo eſt? Nolimus inoteſcere nobis eiuſmodi mēdaciorum inculcatorē. Nam nimis graue noſtrum exardeſcat in illum odium. Mendaces ſunt:qui nos leuitatis accuſant:impudentes uero:cum uim ſibi diuinam uendicant:quaſi cogitationes ſciētes hominum. Opera noſtra/labores/diligētia/induſtria/indicet noſtros:quales ſint/animos. Nos memores noſtra cauſa tam benigne ſuſceptum hoc bellum/a tua uoluntate atq; inſtituto nunquam deſciſcemus:in hoc exiſtimantes/ſitam eſſe noſtræ reipub. ſalutem:cui certo ſcimus cum ſumma pietate conſulturam eſſe tuam beatitudinē:& ut id facere pergat: deuotiſſimi filii/atq; obſequentiſſimi clientes tuam Sanctitatē ſuppliciter obſecramus:& hāc tam grauiter preſſam & uexatam ciuitatē/ſummis beatitudini tuæ præcibus cōmēdamus:ſperātes illius prouidentia/has moleſtias ꝓpediē ſublatum iri. Vale.

SEnēſes. N. S.P.D. Cum noſtræ ciuitatis uetus ſit/atq; obſeruata cōſuetudo/reddere ius ſuum cuiq; & Iuſtitiæ/atq; æquitati conſulere:idcirco putamus illos reprehenſione dignos:nec poſſumus æquo perferre animo:qui ciuiles cauſas & controuerſias/ſiue ad Apoſtolicū tribunal/ſeu alio traducere conantur:præſertim cum in noſtro loco/& apud huius ciuitatis Prætores agitari cœperint. His cum ita agitur:ut proponitur noſtra ſnia:ut uel comperēdinari uelint:uel artibus quibuſdam decipere atq; irretire aduerſarios. Ioānes Vierii filius/& ornatus & dilectiſſimus ciuis noſter cū. N. conciui cām habet. Ea agebatur apud eos Magiſtratus:qui Mercaturæ apud nos præſunt. Ille:neſcimus qua ductus ratione/cauſam ad Apoſtolicum tribunal tranſtulit:& ita effecit. N. ut eius aduerſarii cōtumaciæ damnarētur. Incidit ille noſtroꝝ inſtitutoꝝ grauē pœnam:ſi uelimus agere durius. Sed tamē uolumus æque cōſulere noſtroꝝ ciuium utilitati. Oramus tuam Paternitatē dare operam:ut huc eadem cauſa referatur:ſiue illam tua Paternitas terminādam ſuſcipiat:quod nobis gratiſſimum ſit:ſiue ad alios Magiſtratus noſtros deferat :modo pateat/nō eſſe hanc ciuitatē inimicam Iuſtitiæ/ac legum:quas ſtudioſe ſectatur:atq; ut ad id ſummā & accuratiſſimam operam adhibeat : uehemēter oramus tuam paternitatē intercedētem:ne interea ad excōmunicationis notam & anathematis cenſuram aduerſum ciues noſtros procedatur:quod fore ex noſtra ſnia nō dubitamus tuæ paternitatis optima diligentia. Optamus uero deferri ad tuum iudicium cauſam ipſam:& cognoſci/ac determinari tua ſolertia. Vale.

SEnenſes Lucēſibus. S.P.D. Recepimus ueſtras litteras:quibus. N. ueſter homo:q ſub noſtro Duce militauerat:diligētius cōmēdatur. Admiſit is quidem & multa & ſupplicio graui:digna facinora. In noſtro agro uarias rapinas exercuit:& aliis ſeſe compluribus delictis obſtrinxit. Verum tam magna eſt noſtra erga ueſtras Magnificentias beniuolentia & charitas:ut malimus ueſtræ morem gerere uoluntati/q ſeueriorem iuſtitiam conſectari. Soluimus illum igitur ueſtra commēdatione ductū/& uinculis & legū/ac iudiciorum pœna. Nam pro noſtra uera ac ſingulari amicitia:nihil eſt:quod non lætiſſimis animis/ueſtris dignitatibus gratificari uelimus:ueſtris ſtudiis prompti ſemper & alacres. Valete.

SEnenſes Regi Neapolitano. S.P.D. Vere tradunt Sapiētes:nullū amorē paternū uincere:ſed nec eſſe quicq̄ homini/liberis charius. N. Sarteanēſis homo noſter/habet Frāciſcū filiū:qui puerili errore ductus/aliquādiu patre inuito/ꝑuagatus eſt. Perquirit eum pater anxius:& cū renunciatū ſit illi/uerſari in tuo Regno:uenit quæritans filiū. N. & tuæ Maieſtatis fretus præſidio/ſperat ſeſe iuentū filium

facile recuperaturum:ad quod aſſequendum & ipſi quoq;:qui cunctis in rebus tuæ Maieſtatis ſummam experimur benignitaté:adhibemus preces noſtras:atq; oramus enixius:ut in re tam honeſta/tamq; iuſto deſiderio præbeat eidem tua Maieſtas & benignas aures/& neceſſariam opem. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Seneſi.S.P.D.Acceptis quæ p plures litteras tua pſcribit.R.D.itellectis his:quæ nup ab Oratore noſtro copioſe relata ſunt nobis:elucétibus quottidie magis geſtis eius ad decus/ſaluté/quieté/ſecuritaté patriæ:ut in pauca cõferamus:ſtatuimus uere patré patriæ habédam nobis tuam.R.Dominationé:quæ nihil unquá prætermittit:quod noſtræ cõducere poſſit reipu.nulla nõ in re diligétiſſima ac uigilantiſſima eſt.Quæ ſcribit:iucunde legimus:quæ monet:libenter accepimus:quæ gerit:mirifice/laudamus.Proq; his oíbus agimus:habemuſq; ingétes atq; imortales gratias:atq; idẽ frequéter nobis officium pſtádú fatemur:quos cõſilio/auxilio/ſtudio/atq; officio omni tua.R.Dominatio iuuare nõ deſinit. Cuius potiſſimum intellecta ſnia:cum ſit apud nos Regius Mandatarius:agitur de concordia cum.N.Quæ conficerétur(ſi forte ſucceſſerint)omnia planiſſime nouerit tua.R.D.per noſtras litteras:ac Vale.

SEnenſes Regi Neapolitano.S.P.D.Accepimus plures tuæ Maieſtatis litteras:ac deinde uocem prudentis Ioánis Scribæ/ac familiaris eius in negocio Magnifici.N.cum noſtra repu. Viſa eſt Senatui/ac populo noſtro res durior.Nec iniuria.Quippe multa erát:quæ cauſam redderét perdifficilé. Pleraq; egit.N.licenter:quæ ægre & grauiter ferécda eſſent.Qui obtéderet noſtræ reipu.obligationem:quæ prorſus nulla erat.Nam ſtipédii ratio ea eſt:tanquá pſonalis actio:quæ tranſire nullo iure hæreditario ad liberos queat.Quanq̃ ipſe idem.N.adhuc uiuens/nunq̃ paſſus eſt.N.aſſentiri i fœderibus:quæ cũ.N.icta erant. Nec idcirco uel aſſenſum/uel nomé ſuũ adhibere:ut alieniore a noſtra repu.animum præ ſe ferre uideret. Prior.N.fœdera fregit:cẽſum uero:qué Principes & populi oẽs honoris gratia/magni æſtimát i primis prætermiſit afferre:quæ præuaricatio fecit:ut in pœná inciderit aureum.xx.M.quod plane noſtræ ciuitati deberetur.Sed quid hæc repetimus:quæ ſæpius & uoce & litteris tuæ Maieſtati inotuerunt.Quod uero moleſtius uideri debet:adiecit ad uetera.N.recẽtiora nõnulla:quæ utiq; talia ſunt:ut prorſus ab omnibus intolleranda putarẽtur:quæ quanquam in promptu ſunt:libentius tamé modeſtiæ cauſa conticemus.Exiſtimant uero pleriq; oẽs ſalutare eſſe importunos mores cohibere/atq; compeſcere inſolentiores motus:ne diſcant:qui longe impares ſunt/inſoleſcere:& quam imprimis tua maieſtas conſilio/labore/ſumptu tuetur:quieté perturbare. Vale.

SEnenſes Cardinali Vrſino.S.P.D.Gratiſſima & eſt:& fuit nobis ſemp tuæ.R.D. optima in hác répu.uoluntas & explorata charitas.Noſtrá uiciſſim & id omne pclarũ tuũ genus beniuolentia:& erga tuá R.Domi.fidé/atq; obſeruátiá latere minime arbitramur.Nos ducti & amoris affectu & cũ tuis amice agédi pposito:& ut itelligat tua ſapiẽtia:quátũ apud nos ſua ualeat auctoritas:cũ Magnifico Nicolao Vrſino cõcordiam tráſegimus:& in cõmendationé noſtræ reipub.libẽter ſuſcepimus.Et quanq̃ nulla ſubeſſet obligatio:& nõnullis aliquádiu aduerſaretur Magnificus Nicolaus honeſtis conditionibus:uoluimus tamé concordiam & optimum noſtrorũ animoꝝ propoſitum cæteras ſuperare rationes.Confidimus recte ſe habiturum magnificum Nicolaum:ſi reſpondebit beniuolentiæ noſtræ:& a tuis monitis non diſceſſerit. Vale.

SEnenſes Fráciſco Cardinali Seneſi.S.P.D.Expoſuerunt nobis pleriq; ciues noſtri/populares eccleſiæ diui.M.totius parochiæ noíe admirari ſe:qđ de gubernádo eo ſacro loco inouari ſenſerunt:& amouédo.M.ab eius adminiſtratione/pp nõnulla:quæ obiecta ferunt de præfati.M.moribus:& prælocuti multa in eius uiri cõmendationé & laudẽ.Duo quærunt.Alterũ:qđ itelligant in crimé uocari hominem:qué uirum bonũ exiſtimant:& doctũ in primis.Alterũ:qđ p parochianoꝝ litteras ferant:atq; pro eoꝝ expoſtulatis.T.R.D.de amouẽdo hoíe cœpiſſe cõſilium:qui diligenti facta inueſtigatione/reperiunt neminé iter contribules:qui ſuo arbitrio dederit quicquam ea de re ad.T.R.D.litterarũ:quas & prorſus a uero alienas:ac falſas affirmant.Nos auté rogant enixius:ut plane cognito eoꝝ teſtimonio:cõmẽdemus illum tuæ.R.D. non uulgariter:quod quidem facimus non inuicti:perſpecta illorum mente:qui expedire aſſeuerant:ut in eadem gubernatione præfatus perſeueret.Si ſimul & ſacris ædibus bene conſulitur & parrochianorum deuotioni ſalua docti uiri exiſtimatione:& ſacerdotis dignitate. Vale.

SEnenſes Duci Ferrariẽſi.S.P.D.Súme cũ aíoꝝ gaudio accepimus iunctá ſacro connubio illuſtriſſimá Elionorá pclará ſereniſſimi Ferdinádi Regis filiá tuæ illuſtriſſimæ.D.& clariſſimoꝝ principũ neceſſitudiné arctiore affinitatis uinculo copulatá.Læta ſit:quæſumus/imortalé Deũ:& fauſta/ac fœlix nuptiarũ celebritas:iucundiſſimũ cõſortiũ & ſancta iter ampliſſimos principes ſacri matrimonii fœdera.Nos q regiá maieſtaté colimus:tuæ illuſtriſſimæ.D.optimo ueræ fraternitatis iure afficimur:magná lætitiá ſingularé ſuſcipimus uoluptaté:exiſtimátes fore hæc oía ad firmioré totius Italiæ tranqllitaté:ſplẽdidi tui generis amplioré gloriá.Quare ex optimis aís gratulamur:& ut fortunet táti boni cumulũ:oramus ſuppliciter:q cæleſtia cuncta:& hũana moderat/Deũ:& tuá illuſtriſſimá.D.pulchra/ac iucũdiſſima faciat prole parẽté:cũ tui pclari principatus firmitate/ac ſplẽdore.Nos de benigna ſignificatione:& ſecundiſſimaꝝ participatione reꝝ gratias ingentes habemus:quibus cũ ueræ amicitiæ lege/merito omnia cõmunia eſſe conueniat. Vale.

SEnẽſes Fráciſco Cardinali Seneſi.S.P.D.Qđ p tuæ.R.D.litteras accæpiſſemus:quærit.R.D. Spoletanus:qđ tráſpiſciá in maritima ora/caſa paſtoralis exuſta eẽt:q̃ ad ſuos ptinere dicit.Explorata rei ſerie:reperimus minime a noſtris ortá iniuriá:noſtros nihil prorſus aſportauiſſe alienũ:& idcirco incendium ſubieciſſe:quod laceſſiti ſæpius iniuria/ulciſci inſidiantes:& nocentes cogerentur:nec intuliſſe uim:ſed repuliſſe:quod nulla prorſus iura negant. Mittimus quas ea de re dedit legatus noſter ex ea regione ad nos litteras Re comperta:non dubitamus tuam.R.D.falſam criminationem:quæ intenditur:facile depulſuram:& præfatum.R.D.effecturum:quæ iuſto digna ſunt/ac ſapiente uiro. Quod autem rerum gerenti eius:in eius

locis plane cognitum eſt:noſtri parati ſunt caulam reficere ipſam.   Vale.

SEnenſes Paulo Lucenſi/uniuerſali Rectori:& cōmuni gubernatori religioſorum uirorum diui Bernardini Senenſis/dogmati conſecratorum.S.P.D.Quanto amore religioné iſtam:& profeſſores eius ac ſtudio proſequamur:credimus nequaq̃ tuam paternitatem ignorare . His nos accuratiſſime fauemus:quod perſpicua quottidie argumenta declarant:& de Sarteanenſi conuentu facillime comprobatur/cui:ut uia quædam ad eius loci commoditatem reſtitueretur:operam efficacem dedimus:quod & factum eſſe conſtat. Sed cum intellexerimus:ſine conuentus detrimento ſatiſfieri poſſe etiam fidelium noſtrorum nō iniuſto deſiderio:ut uidelicet conceſſo tuis ad trāſeundi facultatem/eiuſdem uiæ ſpatio brachiorum quinq;:quod ſufficere cernitur:reliquum remaneat in Sarteanenſis populi poteſtate:hac tamen conditione:ut reficiatur ab eo murus:qui ex pacto antea quoq; conſtructus erat/nec ante muri conſumationem/poſſeſſionem adeat remanentis uiæ.Ita enim ambabus partibus rectiſſime conſuletur:& firma inter eas concordia perpetuo futura cum tuo commodo:& Sarteanenſium placito. Oramus igitur.R.tuam paternitatem:ut hanc rem conficiendam committat cuſtodi Sarteanenſis conuentus:ut omnia probe/ac rectiſſime tranſigantur. Nos accipiemus id omne gratiſſimum:qui maxime ſtudemus placere Sarteanenſibus:quos habemus in præcipuorum filiorum numero: & quos omni fauore noſtro digniſſimos iudicamus:& quando neceſſe ſit:etiam poſſet uiæ eiuſdem aliquāto relinqui ſpatium maius:& pauxillulum etiam facile cederetur.   Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senēſi.S.P.D.Reuerēdiſſimæ ꝑ ſæpe tuæ.D.ægimus gratias : & ut crebrius agamus:efficit recētium beneficiorũ cumulatio. Nam fuit gratū admodū:& ſalutare:tuā.R.D. de re.N.cū.R.N.uerba feciſſe. Nos tandem & noſtro īgenio ad quieta ꝓpenſi:& tuorũ conſiliorũ memores cū præfato.N.cōcordiam coiuimus:pcuſſa ſunt fœdera : & ſtipēdiū illi pacti ſumus annuum/ quo tum patri dedimus nō ex uetere obligatione:quæ nulla erat/nec ullo hæreditario iure pueniebat ad filium: ſed ex nouis fœderibus:quæ de integro pro ſeptēnio cū illo pepigimus:eumq; in cōmēdationē:& protectionē noſtram ſuſcepimus. Cōfidimus iam expertum noſtræ reipub.optimam uoluntatem : & paternum animum rectæ ſe habiturū:pſertim ſi a ſalutaribus præfati.R.D.cōſiliis:atq; monitis nō diſceſſerit:qua in re cum eiuſdē ualuerit apud nos cōmēdatio/damus:& quas cōgruere tāti ſumus ad eius.R.D.litteras.   Vale.

SEnenſes Cardinali Papiēſi.S.P.D.Nō erat obſcurū nobis/uel anteq̃ tuæ.R.D.litteræ nobis redderētur:quo ordine/qua diligētia/qua celeritate agantur oīa:quæ ac cauſam rectæ iudicādam cumulatiſſime nouit ſingularis tua tum ſapiētia expedire:tum uirtutis quæ cupiētibus nobis certam ſpem concordiæ pollicet̃. Credimus nō iniuria datum conciliatorē deſup:qui ſublatis cunctis turbationū ſeminariis/ita efficiat/ut ſumma pacis trāquillitate noſtri una cū finitimis pfruant̃. Opus certe magno : & ſapiēte uiro/ac principe dignum quo nihil nobis optatur uæhemētius:qui cum Florētino populo ueram tuemur fraternitatem:atq; amicitiam:quā nō tam uicinitas ſociauit:q̃ potius natura coniungit:& ratio. Tuam.R.D.ad rem conſidendam/magis precibus obſecramus:Laurētium uero Medicem uirum præſtantiſſimum:atq; amiciſſimum nobis laudamus plurimum:cuius optimum boni propoſitum ſane in promptu eſt . Iuuat tamen etiam cognouiſſe per litteras:quas remittimus:& gratias tuæ.R.D.ingentes habemus.   Vale.

SEnenſes Pōtifici Maximo.S.P.D.Regebat eccleſiam ciuitatis nr̃æ Ilciniæ.N. Sacerdos : cuius mores nō modo nō ꝓbandi erant:ſed ne tota perturbaretur ciuitas:minime tollerādi. Quos recēſere ꝓhibeat Sacerdotalis dignitas:quā(ut fas eſt)in magno ſemp habuimus pretio. Cū igitur ad euidēdā eius urbis cladē:ab eius ſit ammotus eccleſiæ gubernatione/ne qd & diuini cultus deſit honori:& animarū ſaluti:ſupplicamus tuæ beatitudini:ut eidem eccleſiæ de ſua pietate ꝓuidere dignet̃:aut œconomicum/aut nouum rectorē:q pro uera religione/uitæ itegritate:& ea ſufficiētia : quā in ſacro miſterio neceſſaria arbitremur/ac ſola īpartitur diuina bonitas:eccleſiæ ſatiſfaciat dignitati:& populi eius deuotioni/ac ſaluti. Quo maxime ſemp curare cōſueuit tuæ beatitudinis prouidētia:quæ & uerum gerit Chriſti Vicarium:& eius ſectatus ueſtigia:uelit omnes hoīes ſaluos fieri. Erit id nō modo Ilcinis ciuibus. Sed nobis quoq; gratiſſimum.   Vale.

SEnenſes Aragonorũ Regi.S.P.D.Sereniſſime Princeps lætis accepimus:atq; exultātibus animis: quæ de ꝓſpere geſtis tuæ maieſtatis:& de recuperata Barchinona urbe & Chathaloniæ principatu: ꝑ tuæ maieſtatis litteras nup ſignificata ſunt nobis. Lætamur florere tuū præclariſſimū Regnū:& q tuæ parent Maieſtati/populos cōcordia:pace & ſecundiſſimis rebus ſub Rege potētiſſimo pfrui. Nos:qui & Iuſtitiā maxīe deoſculamur:tuā colimus maieſtatē:& eius ꝓſpera cuncta optamus:æterno:& īmortali deo/ſummas: atq; īmortales grates pſoluimus:q optatā tribuit tuæ Maieſtati cū fœlicitate uictoriā:& ut oīa fortunet indies magis/ſuppliciter obſecramus. Tuæ aūt Maieſtati nos plurimū debere ꝓfitemur : quos uera noſtra pſpecta deuotione/& fide:tantæ iucunditatis p ſuas litteras uoluerit eē participes. Eidem hāc patriā ſuo nomini deditiſſimam ex optimis animis/tum cōmēdamus/tum promptam ad obſequēdum deferimus.   Vale.

SEnenſes Florētinis.S.P.D.Vir ſpectatu dignus Petrus.N.ciuis ueſter : & Volaterranus Præſes ſuperioribus diebus/cum in manus eius incidiſſet homo furax:iuſto illum affecit ſupplicio. Is ſurripuerat compluſculam ſuppellectilem ciui noſtro per egregio Andreoccio Canutio Equiti : qui Nurſiæ prætorem gerit. Cum pertinere res ablatas ad ciuem noſtrum perſpicua documenta comprobent/rogamus uos:ut ad eum ipſum Volaterranum præſidem litteras dare uelitis/ac iubere:ut noſtri ius ſuum aſſequantur:& ſua reportent:quæ ipſius uirtute præſidis recuperata ſunt. Ita enim duplex iuſtitiæ munus expletum fuerit:ut & improbus iuſta piacula exegerit:& iuſto domino ſua reſtituantur. Nos enim eadem ſemper & libēter efficimus/nec iuſta petētibus:quouis pacto iuris miniſtrationem negare ſolita eſt noſtra reſpublica quod & ſane in promptu eſt:& contra afferre:quiſquā iure poſſit nihil.   Valete.

SEnenſes Summo Pontifici.S.P.D.Tuæ ſanctitatis cõperta benignitas:noſtra erga Apoſtolicã ſedẽ/ac tuã beatitudinẽ fides fiduciã præſtãt explorata uirtus:& ſingularis doctrina Frãciſci Sãſonis chari nobis nõ ſolum/qa ciuis:& optimo in nr̃a urbe genere natus eſt:ſed multo ẽt magis pro ſuis moribus:& magnis laudibus cãm præbẽt:ut eũ tuæ ſanctitati ſuppliciter cõmẽdemus:ut q ſuo merito:& pro uetere beniuolentia tuæ beatitudini charus agnoſcit̃:fiat noſtra ĩtercesſione gratioſior apud tuã ſanctitatẽ:quæ ſibi quæſumus/pſuadeat:quicqd illi cõmodi/honoris:beneficii cõferre dignetur:id omne gratiſſimũ futurum nobis:atq; uniuerſo Senẽſi populo accipiẽdum ſummi beneficii/ac muneris loco. Vale.

SEnenſes.N.Principi.S.P.D.Alias dedimus ad tuam illuſtriſſimã.D.litteras:perq; eas cõmendauimus Dariũ Sozinũ:ciuem noſtrum:q in præclara tua urbe ætatẽ agit:q cum pro ſua pſpecta probitate:& integris moribus:noſtro ſit admodũ amore dignus:cogimur rurſum tuã rogare illuſtriſſimam.D. ut eundem cõmẽdatũ ſuſcipiat tanto libẽtius quãto nos uæhemẽtius ad ſcribẽdũ inuitat: atq; impellit nõ modo eius uirtus:ſed etiã tuæ Illuſtriſſi.dominationis cõperta:atq; explorata in noſtros ciues beniuolentia:& ſumma hũanitas. Qui tuos ĩgenti amore cõplectimur:cõfidimus & noſtros quoq; fore ſemp apud tuã illuſtriſſimam dominationẽ gratioſos:præſertim noſtra cõmẽdatione adiecta. Vale.

SEnenſes Frãciſco Cardinali Senẽſi.S.P.D.Quod honeſtũ ſit/pium:& laudandũ opus ſpõte ſua libenter ſemp effecit tua.R.D.Cui cũ cognita ſit cauſa ſanctarũ Virginũ monaſterii diuæ Mariæ Magdalenæ:de qua iampridẽ alias dedit noſter magiſtratus litteras: exiſtimamus nihil monito: nihil rogato opus eſſe. Verũ qa eædem Marianæ Virgines uiam Dei in ueritate ſectant̃/& Magdalenã imitãtes: quæ nunq̃ a Chriſti latere diſcedebat:inter prudẽtes merito annumerant̃:oramus tuam.R.D.quæ ueros dei ſeruos:& ancillas Chriſti benigno fauore pſequit̃:tanto eadem ſanctas Virgines protegat/ac foueat ſtudioſius quãto id nõ illi ſolum:ſed nobis quoq; futurum eſt gratius. Quidnam expediat:recte nouit tuæ.R.D. ſapientia: cui cauſam hanc omnem diligentiſſime cõmendamus.ac Vale.

SEnenſes.N.Epiſcopo.S.P.D.Scripſimus pauloãte ad tuã.R.paternitatẽ litteras in cauſa oppidanorũ noſtroꝝ/cũ eoꝝ plæbano:quos diſſidere moleſtum eſt nobis:cũ nihil cupiamus uæhementius:q̃ noſtroꝝ oium cõcordiã:atq; quietẽ/ac ꝓpterea oppidanoꝝ ipſoꝝ ſaluti/ac deuotioni ꝓuiden. Ita tamen: ut nulla ex parte ſacerdotis iura læderent̃.Rurſum hortamur tuã.R.paternitatẽ/ut eorundẽ fideliũ optimã rationẽ habere uelit: & rogatu noſtro eoꝝ cõſolationi ꝓſpicere:& quatenus æquitas/atq; honeſtas patiatur.Vincẽtium & qa Sacerdos eſt & ciuis noſter:cõmẽdatũ ſuſcipere:ut eo tẽperamẽto:qđ facile poterit tua excogitare prudẽtia:utrorũq; iuri cõmodiſſime cõſulatur:ac neutris fiat iniuria:qđ nihil difficile futurum eſt tuæ.R.paternitati:quæ tum iuſtitia:& ſapiẽtia/tum humanitate plurimum ualet/& gratia. Vale.

SEnenſes Generali ordinis Cartuſienſis.S.P.D.Magnifacimus ſacram iſtam religionem.R.pater: Cartuſienſis ordinis.Tria ſuburbana maiores noſtri ſtruxere monaſteria.His nunq̃ uel huius reipublicæ uel noſtrorum ciuium defuit adiumẽtum.Ac ne quid aut de Põtiniano:aut Maiano ſcribamus quorum utrunq; percõmode celebratur:id:quod ob loci amoenitatẽ pulcher proſpectus accepit cognomẽtum/& a noſtra urbi ſtadiis circiter.xiiii.abeſt.Cum quadam obſoleſcat incuria:diligẽtiore quadam eget induſtria.Rectore opus eſt:qui ſolertia:& rerum amminiſtrandarum ſtudio/conficiendarumq; celeritate ſumma ualeat.Cupimus igitur:ut is ei monaſterio præſit:qui & ſanctam anachoritarum tuorum uiuendi rationem firmiſſime tueatur:& illa curet magno ſtudio:quæ niſi ſumma adhibeatur diligẽtia:facile breui tempore perire poſſint. Quod ſi uir Senẽſis præficiatur:cõfidimus & res cæteras omnes:& monaſterium ipſum facile ſaluum fore. Nec deeſt qui ex tuo grege abunde ſuppetere poſſit. Vale.

SEnenſes Abbati generali Montis Oliueti.S.P.D. Noſtra ciuitas ſemper & diuini cultus:& religionis fuit ꝑſtudioſa.Hinc ꝓfectũ ſunt:q nõ modo ſancta multa cõdiderũt monaſteria:ſed & q celebriũ religionũ auctores extiterint.Et ut diuum taceamus Bernardinũ:q diuino cõſilio/ſingulari ſapiẽtia/mira doctrina:ĩcredibili uirtute:& diligẽti opera:ſacrã obſeruãtium minoꝝ regulã/iam pene extinctam excitauit:& auxit:Stephanũ:& Regulinũ/a qbus Canonicoꝝ Regulariũ ordo primũ exortus eſt:Ioãnẽ Colombinum:q ſanctam Ieſuatoꝝ fraternitatẽ primus iſtituit:Scrorẽ & ipſum uirum Senẽſem humilis ordinis: ſed magnæ uirtutis/a quo in toto terrarũ orbe celebris hoſpitalis ædes/& Scalæ cognomine clara: & Infulatorum ordo traxit originẽ:Montis Oliueti piiſſimo/ac ſancto Cœnobio:& illa iam ubiq; gentium ſacra heremo per uulgata: quæ inter horridas rupes:& prærupta collium poſita:ita fœliciter germinauit:ut & uiuẽdi ſanctimonia: & lætiſſima propagatione cœnobitarum(pace aliorum ſcripſerimus)uetuſtiſſimæ cuiq; religioni ſit cõparanda. Quæ ut in Senẽſi ſolo primum cõdita eſt:haud longe a Cluſuris oppido:ubi in edito colle fœlices diuæ lõgo iam æuo perpetua quadam:& pene incredibili uiriditate ſeruantur ita & Senẽſem uirum eius fecundiſſimæ prolis patrẽ & auctorẽ habuit Bernardũ Ptolomæũ:q cũ nobili floreret genere:& magnis opibus:ſpretis tamẽ ſæculi.

Reliquum huius non inuenitur epiſtolæ.

SEnenſes uniuerſis ac ſingulis:qbus hæ noſtræ lr̃æ delatæ fuerĩt:ſalutẽ/ac pſperos ad uota ſucceſſus. Mos fuit ſemp clariſſimoꝝ principũ/atq; eoꝝ:q cũ ſumma laude/ciuitatibus/ac rebus publicis præſunt:eos amplecti:& ſummis ꝓſequi honoribus:q uirtute/doctrina:& bonarũ artium laude:& ſplendore ornati:maximã ætatis partem ad cõem hoĩum utilitatẽ:atq; ſalutẽ accomodauerunt. Si non ſolum nobis:Platone teſte:nati ſumus:& pro explorata Stoicoꝝ ſn̄ia/hoĩes hoĩum cauſa naſci cenſentur. Ita Herculem illum:quẽ hoĩum fama beneficioꝝ memor:etiã collocauit in cœlo:qui totum ferme peragraſſe orbẽ fertur:ut cunctis ſua uirtute/ſapiẽtia:auctoritate ꝓdeſſet mortalibus:nulla unquã reticebit ætas: nulla obliterabit obliuio.Profuit Hercules uiribus/ꝓfuit robore:& ĩcredibili animi magnitudine.Medici quoq;:& qui uarias hu-

SEnenſes Florẽtinis.S.P.D.Cõmendauit uobis ꝑ binas litteras magiſtratus noſter cauſam Nicolai Seuerini Equitis/ ac peregregii ciuis noſtri:ut eius pecora fideiuſſore præſtito: liberarentur. Quod cũ factum ſit:& iuſte: atq; amice cõceſſum:habemus uobis gratiam.Et quod reliquum eſt:eadem fiducia petimus:ut eum ex noſtro agro: & ditione(ut teſtibus locupletibus cõſtat)abductæ ſint boues: ueſtra opera: atq; auctoritate:& fideiuſſores quoq; ſoluantur quod æquitas poſtulare uidetur.Sed nos accipemus beneficii loco:& erit(ſi fuerimus aſſecuti)q̃ gratiſſimum nobis.Quibus & periucundum eſt:q̃ maxime omnia gratificari uobis:qui bene. Valete.

SEnenſes Florẽtinis.S.P.D.Cũ ſimus uere parati(q̃tũ ĩ nobis ẽ)cãm de finibus cũ Collẽſi populo terminare/ne nimiũ repetita afferat utriſq; moleſtiã:& uere aliqñ cõcludat̃:qđ certe nr̃i deſiderii ẽ:delegimus Cõmiſſariũ noſtrũ:ad id cõficiẽdũ/ciuẽq; quẽ utiq; maxĩe iudicamus idoneũ:Chriſtophorũ Gabrielem:& illi:q ualde optat rei cõcordiã:& pacatũ exitũ/mãdatũ:& ſũmã auctoritatẽ tribuimus/ut uobis:atq; oĩbus ꝑſpicuũ ſit:nos uere cupe:delere eiuſmodi cõtrouerſiã.Petimus igit̃:oramuſq;:ut ſicuti ꝑ oratorẽ noſtrũ Leonardũ Beneuolẽtiũ/iuſte:& amice polliciti eſtis:deligatis & ipſi ciuẽ:eadẽ ꝓditũ uoluntate:& qui q̃primũ mittat̃:& ſummã habeat eius rei poteſtatẽ:& cũ noſtro ſimul nõ deſceptãtiũ ſtudia:ſed ueritatẽ/cõcordiã & uerã cõciliationẽ ſequat̃.Nos:q̃ poſcimus a uobis:certe ipſi uere præſtabimus.Erit ꝑgratũ nobis: ut imprimis acceptio ꝑſonarũ tollat̃ e medio.Expectamus igit̃:quale & ſperamus:pro uoto reſponſum. Valete.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senẽſi.S.P.D.Accedit iſthuc ſpectabilis Rhodius Eques Petronus Petronius:& cauſam habet/quã ipſe corã expoſiturus eſt.Cõfidit uæhemẽter in tuæ.R.D. benigno fauore:noſtra præſertim cõmẽdatione adhibita.Cum oĩbus ĩ rebus ꝓfuiſſe ſemꝑ noſtras litteras apud tuã.R.D.intelleximus:hoc quoq; tẽpore gratiſſimũ erit:ut præfatus Eques:& tuæ.R.dominationis & per illam nobis quoq; gratiam ſit habiturus. Vale.

SEnẽſes Frãciſco Cardinali Senẽſi.S.P.D.Quẽadmodũ ſuꝑioribus ſcripſimus litteris in iis:q̃ nobis in cauſa Petroni Petronii:Rhodii Eqtis:ꝑ Ioãnẽ Monachũ diui Anaſtaſii ſunt expoſita/ reſpõdimus:ipſum iſthic ꝓpediẽ affuturũ.En uenit:ut rẽ ſuã cũ tua cõferat:atq; expediat.R.D.Hãc oramus: ut ꝓfatũ Equitẽ clæmẽter ſuſcipiat:& cãm eius ita cõmẽdantibus nobis:tractare uelit: ut cũ ſit dilectiſſimus ciuis:ĩtelligat cõmẽdationẽ:& diligentẽ:ſtudioſamq; fuiſſe:& ſibi plurimũ ſalutarem. Vale.

SEnẽſes Lucẽſibus.S.P.D.Cũ ſit nr̃æ ciuitatis/ac ueſtræ reipu.ſũma neceſſitudo cũ ſit utriuſq; ꝓbata admodũ amicitia/ac uera fraternitas:nihil dubitamus ueſtras magnificẽtias:Senẽſiũ ciuiũ eãdẽq; Lucẽſiũ:habituras eẽ rõnẽ.Cũ igit̃ Philippus Accurſius charus ciuis nr̃/ac negociator/nõnullã uim frumẽti uenũdauerit:& iam iſthuc ĩuexerit:nõdũ tñ:qđ ſibi Cãpaneatici/ac ciuitelle pactũ erat:accepto pretio/iuſtũ:æquũq; petimus:ut pro data merce/debitã ſibi/cõuẽtãq; iubeãt ueſtræ magnificẽtiæ pecuniã ꝑſolui:& cũ iam tãdẽ expediri:q ut ꝓmiſſa exſolueret:& fidẽ tueret̃:aduerſam:& ꝑ grauẽ ualitudinẽ contraxit:& uitæ ſe obiectauit ꝑiculo.Igit̃ & ueſtra quoq; ciuitas iuſtitiæ obſeruãtiſſima fidẽ ſeruare debet:q̃ eſt dictorũ:cõuentorũq; cõſtãtia:& ueritas.Frumẽtũ aũt aduectũ/iure putãdũ ẽ:& bonũ:& ĩcorruptũ eẽ/ac merito ſuſcipiẽdũ.Nã & ſuſceptũ iam eẽ a ueſtris:huius rei ꝑſpicuũ argumẽtũ facit.Alioqn nõ erat initio ſuſcipiendũ.Sed & alii: q frumẽta mercant̃:idẽ ipſum frumẽtũ(ut accæpimus)etiã maioris emere uoluerunt qđ negãtibus ueſtris ꝑmiſſum nõ eſt.Quare petimus a ueſtra fraternitate:ut inſuꝑ adiecta intercessione noſtra:det operã celeriter ciuẽ noſtrũ: & mercatorẽ Philippum expedire:ne eius rei moleſtia longior/grauius in cõmodũ allatura ſit.Placebit uæhemẽter nobis:ſi pro ueſtra cõſuetudine cognouerimus:nõ fuiſſe inanẽ cõmẽdationẽ noſtrã:cũ ſolita ſit ueſtra fraternitas nõ modo iuſtitiã noſtris exhibere:ſed etiã humaniter gratiam conferre. Valete.

¶Patentes Litteræ.

CVm ad nõnulla Italiæ loca/ſpectabiles/ac dilectiſſimi ciues noſtri ꝓficiſcant̃:Laurẽtius Sattus:& Angelus Baldus ad noſtræ Reip.expediẽda negocia:hortamur:rogamuſq; dominos/ac Principes oẽs fratres:beniuolos:atq; amicos:nos:q Senẽſi reipub.ꝓſumus:ut eoſdẽ ciues noſtros amore/ac beniuolentia ꝓſequãtur:faueãtq; qbuſcũq; in rebus fuerit opus:ſed tam eos:q̃ comites eoꝝ oẽs cũ equis & bonis ſuis:tuto/ac libere uenire/demorari/trãſire/ac diſcedere patiant̃/moleſtia omni:atq; impedimẽto ceſſante:& abſq; alicuius ꝑſolutione cabellæ:aut cuiuſuis oneris.Prouideãtq;(ſi fuerit opus)de cohorte/ac ſaluo ductu/ut quocunq; neceſſe ſit:noſtræ reipub.gratia/libere ualeant ꝓficiſci.Quod & gratiſſimũ erit nobis:& ad uicẽ rependendam/offerimus nos/ac noſtrã ciuitatẽ libẽter oĩa gratificari paratam.Valeant qui legerint.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senẽſi.S.P.D.Cum iſthuc proficiſcat̃ uenerabilis Archidiaconus noſter: & Apoſtolicus Prothonotarius Thõmas Piccolomineus:in Romana curia affuturus: ſitq; in eorũ ciuium numero:quos magno amore:& charitate cõplectimur:tuã.R.D.oramus/ut ueniẽtẽ illum benigne/humaniterq; ſuſcipiat:& oĩbus in rebus cõmẽdatiſſimũ habere dignetur.Ac ſiquid opus acciderit:& ille opem tuam implorauerit:rogamus tuã.R.D.ut eidem præſens/ac propitia uelit eſſe.Nam ciuis noſtri præfati dignitatẽ:& cõmodum augeri uæhemẽter cupimus. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Tanta tua eſt erga nos beniuolentia:& charitas:ut etiam leuiora petere non dubitemus:ſed quæ nobis grata etiam ſint futura.Præfeceras Cellæ monaſterio .S.Saluatoris Antonium monacum eiuſdem Ciſtertienſis ordinis:& monaſterii.Hic ei officio renunciauit:& ea ſe moleſtia liberare uoluit.Proinde oramus tuam.R.Dominationem ut ipſa quoq; pro monaſterii commodo:& Monacorum omnium quiete:atq; concordia contenta eſſe uelit:atq; Abbati ipſi tradere poteſtatem:ut ad id munus exercendum deligat:quẽ ex ſuorum numero/maxime iudicabit idoneum.Quod cum ad monaſterii utilitatẽ cõferre putemus:facile futurum confidimus a tuæ.R.D.clæmentia. Vale.

SEnenſes Summo Pontifici.S.P.D.Cum ſciamus tuam beatitudinẽ ſolam amplecti cõcordiã:& pacem & quæ aduerſanť quieti/maxime deteſtari:proinde ſignificamus:quod nobis ualde moleſtum eſt. N. quoſdã collecta peditũ manu Fichinũ uerſus in noſtrũ agrum hoſtiliter irruiſſe/& ide pecoꝝ abægiſſe prædã. Quod qdem credimus aduerſus tuæ ſanctitatis factũ eſſe uoluntatẽ:quæ pacis eſt:& iuſtitiæ caput:& auctor. Miramur in tanta reꝝ trãquillitate excitari maloꝝ ſemina:&.N.grauiter dolemus iniurias: quas diffuſius noſter declarabit Orator/quẽ digneť/quæſumus tua ſanctitas audire clæmẽter/cui ſupplicamus: ut iubeat.N.qete agere nobiſcũ/atq; abſtinere iniuria:& p̃dã ablatã reſtituere. Ac monere ſiqd de finibus agẽdũ putant/ut amice:& cõcorditer oĩa cõponanť:omni turbatiõe ſublata. Nã alias obtulit nr̃a Reſp.paratã ſe p Legatos miſſos/utrinq; cõtrouerſiã oẽm de finibus terminare:& cũ Fichinẽſes p incẽdium amiſerint ſcripta iura/ſicut alias factũ eſt:rurſum offerimus noſtros acqeturos libris publicis/q de finibus ipſis apud.N.extant. Ita agẽdũ putamus/nõ diſcordiã:& cõtentionẽ ineundã. Ac ſiquid a noſtris reſtituẽdũ ſit/id ſpõte:& libẽter offerimus/ut itelligat tua ſanctitas uere nos eſſe ſtudioſos pacis/& tuæ beatitudinis obſeruantiſſimos. Sed N.excurſionibus/& iniuriis obſtare debet tua ſanctitas/& ita illi deuotiſſime ſupplicamus. Vale.

SEnẽſes.N.S.P.D.Nõ poſſumus nõ ãmirari:& dolere uæhemẽter/magnifici uiri:q a ueſtris nup contra Fichinẽſes nr̃os geſta ſunt cõtra amicitiæ legẽ/cõtra uicinitatis cõiunctionẽ/cõtra rõnẽ recte & qete uiuẽdi. Hoſtilẽ i noſtrũ agrũ excurſionẽ/& p̃dã illatã grauiter cõquerimur/pſuadentes nobis iniuriã/& uiolẽtiã in tãta reꝝ qete:ſũmi Põtificis ſanctitati plurimũ fore moleſtã. Cui pax:& italiæ ociũ maxie cordi ẽ. Quæ cũ iniuſte a ueſtris facta ſint/petimus:ac reqrimus ablatæ p̃dæ ĩtegrã nr̃is reſtitutionẽ fieri:& cohærceri a ueſtris magnificẽtiis:q adeo temere qetẽ ſimul:iuſtitiãq; pturbãt/ut amice/hõeſte/& pacate uiuať/ac tollãtur maloꝝ oĩum ſeminaria. Et nos quoq; ſiqd a nr̃is reſtituẽdũ ſit/curabimus:ut nr̃æ pareãt uolũtati. De finibus aũt nõ ignoratis mẽtẽ noſtrã:q alias Cõmiſſariũ miſimus:q cõcorditer una cũ ueſtro diſceptationẽ eiuſmodi terminaret. Cũq; ĩcẽdio pierint:q habebãt Fichinẽſes in fauorẽ ſuæ cauſæ/ſcripta iura/obtulimus ſtare eos cõtẽtos fide:q in ueſtris monumẽtis:& cẽſitoꝝ extãt libris. Qđ qd poterat offerri maius? Ruſũ tamẽ/ut ĩtelligatis nos cõcordiã affectare/offerimus Cõmiſſariũ denuo/ad fines terminãdos/mittere:ſi uos quoq; ueſtrũ miſeritis:& ad rem cõponẽdã dabimus efficacẽ operã:acqeturi rationibus/& fidelibus documẽtis. Expectamus ueſtrum reſpõſum/qui noſtroꝝ damna/& iniuriã fieri noſtris/nec pati debemus/nec uolumus. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Non putamus ſcripto opus eſſe/q̃ gratũ nobis ſit:Plumbinẽſi Domino/q cũ ſumma eſt huic reip.neceſſitudo:oĩbus in rebus morẽ gerere:& eidem pſuaderi nos ſua oĩa negocia ita curare/ut amici aſſolẽt:quoꝝ ſunt cõmunia oĩa. Meminit tua.R.D.quænã benigne promiſerit ob patriæ utilitatẽ:& illius principis gratiã. Cum igiť æadem de cauſa ueniãt iſthuc quibus ea ipſa mãdata res ẽ/petimus magna cũ fiducia/oramus:tuã.R.D.obſecramus:ut nunc tandem pro ſua erga patriã charitate:re præſtare dignetur:qđ humaniter ſe facturã recæpit:ut intelligat præfatus Magnificus Dominus:& ualere noſtras preces:& ſibi ueſtras interuẽtionẽ perefficacẽ/ac ſalutarẽ extitiſſe. Quod nos iuſtis:optimiſq; de cauſis uæhemẽter optamus:exiſtimantes.T.R.D.quæ pie dulcem patriam reſpicit:eas rationes facile ſecuturam:quæ nos ad hoc poſcẽdum tantopere compulerunt. Vale.

SEnenſes Frãciſco Cardinali Senẽſi.S.P.D.Perſpecta quottidianis argumẽtis tuæ.R.D.erga patriã charitas:tantæ eſt nobis uoluptati/& gaudio:ut ſit & litteris/& uerbis explicare difficile. Ac uerũ illud cõprobať:qđ dici ſolet:abſquiuis hoĩe:cũ eſt opus accipere beneficiũ/gaudeas. Verũ enimuero id demum iuuat:ſi is:quẽ æquũ ẽ benefacere:is benefacit/Benefacit p̃riæ:q p̃riæ ẽ:magnũ decus/& firmũ præſidiũ. Ac tam & ſi nolit tua benignitas id gratiæ apponi ſibi:cũ tamẽ indies de hac repu.mereatur:& ex ĩtimis animis gratias q̃ maximas agimus/habemus:& cũ Deus annuerit:plurimum quoq; referre cupimus. Suppliciter aurẽ deprecamur/ut in oĩbus:quæ patriã reſpiciunt:idẽ poſthac ſemp facere pgat. Illud affirmare audemus/tuas litteras & fuiſſe/& futuras ad modũ ſalutares. Nos uero:quod bonos rectores:quod patriæ amatores/quod deuotiſſimos filios decet:officium ſemper tuebimur. Vale.

SEnenſes Florẽtinis.S.P.D.Si ſæpius ſcribimus:& frequentibus uos oneramus litteris uel reꝝ hortať euentus/uel quorundã cõpellit iniuria.N.ueſter:& nõnulli eius oppidi incolæ:qbus Montichiellum finitimũ eſt:ſæpe cũ ſuis armẽtis/noſtroꝝ paſcuis incubant:& de paſto illoꝝ gramine:& frequentius eorundẽ:quæ in pximo eſt:cæſa ſilua præter æquũ/& iuſtum:poſtq̃ damnũ intulere:etiam grauem:& nefariã nup iniuriã adiecerunt. Nam pximis diebus:cum iumẽtum Policianẽſis incolæ erraret ĩ noſtroꝝ agro. Prætoris miniſter:ut æquũ uidebať:cũ arcere aliter nõ poſſet:nactus occaſionẽ:iumẽtum abduxit:pro damno repetẽdo. Venit iumẽti Dominus:& oppidũ noſtrũ ingreſſus:& telo armatus:ad iumẽtum repetẽdũ ĩuaſit Prætoris miniſtrũ:& ſeptẽ uulneribus cõfoſſum:intra oppidi muros ĩterfecit. Sed & oppidanũ alium:q ad uim propulſandã accurrerat:eodẽ telo trãſuerberare tentauit:ſed fruſtra conatus:fugã inde arripuit:&.N.repetiuit/qđ nos audax:& indignũ ſcelus nimiũ grauiter ſubſtinemus/ac tãto certe grauius:qđ reminiſci cogit/& aliarũ:quas paucis ante mẽſibus patrarunt cædes. Hæc pfecto nimiũ ĩtollerãda uideri debet. Et nos credimus uobis maxime inuitis fieri. Petimus igitur duo:fræti iuſtitia ueſtra. Alterũ:ut.N.moneãtur abſtinere alienis paſcuis/ac ne pergant noſtros lædere. Alterum:ut qui tam atrox crimen:& homicidium admiſerunt:ueſtra æquitate iubente:pœnam ſuo dignã ſcelere ſuſcipiant/ne impunita improbitas nouam quoq; pariat iniuriam. Agite:ſeruate antiquum morem:& præclaram ueſtræ reipub.laudem:& cõmuni quieti nobiſcum conſulite. Arcete facinoroſos:& inſolẽtem audaciam comprimite. Speramus a uobis recte conſultum iri:ut uideamini:& quæ noſtra ſunt:uere diligere/& quod ſemper cõſueuiſtis:unam præcipue colere:atq; amare iuſtitiam. Et quoniam debemus noſtrorum hominũ curare indemnitatem/ac ſalutem:hoc uæhementius a uobis poſcimus. Valete.

SEnenſes.N.S.P.D.Gratiſſimæ extiterunt nobis ueſtrarum magnificentiaꝶ litteræ:quæ illá redolent/ ueteré/ac probatiſſimam amicitiá noſtram:& mutui amoris neceſſitudiné.Nam ueſtra ciuitas:& hæc reſp.arctiſſimo ſummæ beniuolentiæ uinculo copulantur.Nos ad diligendá grauiſſimæ compellunt cauſæ: præſertim uero : quod explorata nobis eſt optima iſtius erga nos ciuitatis uolútas/tum quod præclaram in gubernatione reip.diſciplinà/atq; optimá amminiſtrandi rõné:& præficiédoꝶ magiſtratuũ ordiné uehemẽter probamus. Quibus ex rebus maximá ueſtræ magnificẽtiæ laudé adipiſcunẽ .Cũ igiẽ intellexerimus quæ ueſtris nobis de ciue noſtro/ueſtræ urbis prætore eligẽdo:ſignificata ſunt lr̃is: ut humanis poſtulatis aſſentiremur:deliberatione/at decreto noſtroꝶ cõſilioꝶ/eũ ciuem delegimus:qué fide/ integritate/ amore/diligẽtia: & iuſtitiæ tuẽdæ ſtudio pollere ĩtelligimus:Andreá Scottũ nr̃æ gratiſſimũ reip.& Comité Palatinũ:q & in aliis ciuitatibus præturá cũ laude geſſit:& gratiá reportauit.Is ĩ tpe p̃ſto aderit:& ad ſatiſfaciẽdũ ueſtræ urbis decori/ oẽm operá:atq; ĩduſtriá accõmodabit. Speramus igiẽ a ſua illũ cõſuetudine minime diſceſſurũ : & obtẽperaturũ nobis:q nihil tãtopere cupimus:q̃ quieté/cõmodũ/ac decus ueſtri ornatiſſimi populi . Et tũ in hac re:tũ in cæteris oĩbus reperiemur uere:& ex intimo corde ueſtris Magnificẽtiis/ac præclaræ ciuitati affecti. Valete.

SEnẽſes Regi Neapolitano.S.P.D.Vetus/ac multis argumẽtis perſpecta nobis tuæ Maieſtatis in hãc remp.charitas/ac paterna dilectio/recentibus indies illuſtraẽ documẽtis. Venit nuper ad nos excellẽtiſſimus tuæ ſerenitatis orator uir clarus Marinus Tomacellus:qui tuæ ſacratiſſimæ maieſtatis noĩe ſacrũ diuæ Virginis ſolẽne:qđ noſtra ciuitas p ſextilẽ mẽſem quot annis religioſiſſime colit : nobiſcũ celebraturus erat. Ac tam & ſi aduerſa ualitudine ĩpeditus:in tẽpore adeſſe nequaq̃ potuerit ; fuit tamen nobis: & huic uniuerſæ ciuitati tam grata ea uel uolũtas/uel inſtitutio:ut ad ſummá populi huius iucunditaté/ poſſet accedere ꝓrſus nihil. Ná:qbus nihil iucũdius eſt/q̃ a tua diligi maieſtate:lætamur:ac mirifice gaudemus oĩbus argumẽtis eá roborari/& firmari tuæ ſerenitatis beniuolẽtiá:quá habemus ipſi exploratiſſimá:q̃ ꝑfecta a glorioſa ſereniſſimi quõdá genitoris tui recordatione:uere indies magis:magiſq; cõprobata radices ægit altiſſimos: & cõferendis beneficiis quottidie ꝓpagatur. Agimus:habemuſq; pro tãta benignitate:quas nec cuiuſq̃ oratio: nec lr̃æ ualeant explicare:p ingentes gratias:atq; ut pro tãta:tamq; multa beneficẽtia:nõnullas quoq; grates referre poſſimus:tribuat is:q pro imenſa pietate dedit ampliſſimos/ac florẽtiſſimo Regno eiuſmodi Regẽ: q iuſtitiæ cultu: & præclara reꝶ maximarũ amminiſtratione:& noſtræ inſup defenſione libertatis/uel ueterũ oĩum ſũmoꝶ principum uel æquet gloriá/uel antecellat. Pergat igiẽ /quæſumus:tua Maieſtas:ſe beneficentiſſimũ huic ciuitati exhibere patrẽ:quandoquidẽ nos deuotiſſimoꝶ filioꝶ ſemper fungemur officio. Vale.

SEnenſes.N.S.P.D.Nihil eſt:quod cupiamus magis:q̃ ſopiri cõtrouerſiam omnem de finibus. Qua in re placuerunt nobis plurimum ueſtræ litteræ. Aberat ciuis noſter : qué pridem ad id negocium conſtituimus . Iubemus accerſi : & cum primum aderit:ueniet ad fines determinandos : & ſui aduentus diem nunciabit. Intelligetis nos rei componendæ uere per cupidos:& ut idem efficiant ueſtræ magnificentiæ uehementer hortamur. Vale.

SEnenſes.N.S.P.D.Quẽadmodũ ſupioribus diebus cõſtituimus uobiſcũ:dilectũ Cõmiſſariũ mittimus Spinellũ Spinelliũ/ciuẽ noſtrũ dilectiſſimũ:& ꝑſtudioſum cõponẽdæ eius cõtrouerſiæ : q̃ de finibus Lantaneti eſt. Is mõ Mõtẽ Rotũdũ ꝓficiſciẽ :& die Mercurii affuturus ẽ: & ut ueſter quoq; eodẽ tpe adſit:& plenũ mãdatũ habeat ad rẽ ꝑficiendá:hortamur plurimũ: ut omni diſceptatione ſublata:utrinq; amice:iuſte:& quiete uiuatur:quæ noſtra & certa eſt:& firma ſententia. Vale.

SEnenſes uniuerſali Vicario religioſoꝶ diui Bernardini Senenſis dogmati cõſecratoꝶ.S.P.D.Cum intellexerimus nuper cauſam Sarteanenſis conuentus: & ſimul ea : quæ ſcribit ad id propoſitũ ſummi Pontificis ſanctitas:quæ ita cõuentualibus:quos appellant:relinquẽdũ cõuentũ ſignificat: ſi ita cõtenti ſunt hi de obſeruãtia qui dicunẽ :q eum ipm cõuentũ detinent:cũ ſimus facti certiores:eos ipſos/locum ipſum:& incolere:& retinere libẽter:& id quoq; eiſdẽ Sarteanenſibus gratũ ſit: & ſalutare ſibi arbitrentur. Hortamur tuá paternitatẽ:ut & ipſa huic propoſito acquieſcat: & aliud innouare nõ aggrediatur . Scimus.n.tuá paternitatẽ:nec uelle:nec tẽtare libenter:qđ uel aduerſeẽ hominũ ſaluti:uel ſcandali q̃quá parere poſſit. Quare placebit nobis:ut fratres ipſos de obſeruantia nuncupatos/ad cõuentum ipſum retinendum confirmare uelit: & illius populi deuotioni proſpiciat:quod gratum erit nobis:paratis ſemper tuis placitis. Vale.

SEnenſes.N.S.P.D.Magnifici Domini fratres:& amici noſtri chariſſimi alteras dedit ad ueſtram Magnificam fraternitatem magiſtratus noſter litteras:perq; eas cõmendauit Americum Franci filium ciuem noſtrũ:& ueſtræ urbis iampridẽ incolam:qué rurſum ex intimis animis ueſtris magnificẽtiis cõmendamus:cum uir bonus ſit:atq; honeſti miniſterii/nec magná rẽ familiaré habeat / & alat cõplures liberos/cumq; adhuc ſibi nõnulla iſthic reliqua pecũia debeatur ob iuſtam artis ſuæ exercitationẽ:petimus a uobis/atq; rogamus:ut debitam illi ac iuſtá mercedẽ ueſtra magnifica fraternitas perſolui iubeat: & opportuno fauore eius negociũ expediri:ut & ipſe ſocio ſatiſfacere poſſit:& rebus ſuis proſpicere:& accõmodatũ conſiliũ capere. Equum petimus:& ut efficiant:ueſtras oramus magnificentias:quæ bene/ac fœliciter Valeant.

¶ Patentes Litteræ.

CVm uir ſpectabilis:& ciuis noſter dilectiſſimus:Leonardus Beneuolentius noſter Orator Florentiá petat:ad noſtræ Reipublicæ obeunda negocia/oramus:atq; uehementer hortamur nos Rectores : & Gubernatores Senenſis regiminis:principes omnes:amicos: atq; beniuolos: noſtris uero imperamus: ut illum grate ſuſcipiant:& libere:& abſq; ulla perſolutione: cum omnibus comitibus: & bonis eius uenire demorari:ac diſcedere permittant:ut tutum:atq; expeditum ualeat iter conficere . Quod erit nobis certe gratiſſimum. Valeant omnes.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senéſi.S.P.D.Quanti faciamus amicitiam.N.Domini: nouit tua.R.D. ſed & iuſtas cauſas nõ ignorat.Ea res facit:ut quæ illi grata ſunt:& tuæ.R.D.facilia factu poſtulemus enixius/cum.T.R.D.& noſtræ reip.una ſit mens:eademq; uoluntas.Fuit pridé apud nos.N.Orator/ ac iuſſu domini eius nõ poteſt iam diutius demorari.Cõfidit noſtrá interceſſioné non poſſe inané eé. Et ne illum huiuſmodi ſpes:& opinio fallat:uehementer oramus.Ille nobiſcum princeps adeo amice:adeo coniuncte uiuit:ut ſua negocia oĩa putemus nõ iniuria nr̃æ reip.intereſſe.Igiẽ fræti uetere fiducia: oramus primum excõmunicationis céſuram tolli:deinde noſtra gratia ad ꝓſoluẽdos ſumptus:eum magnificũ Dominum nõ grauari:poſtremo ſex menſes cauſam differri:quoad miteſcẽte coelo:& peſtiléntiæ ſublato diſcrimine.N.redire poſſit præfatus dominus:& ad iura ſua perquiréda/atq; aperiéda operá cõferre.Hæc:quæſumus:gratificetur nobis tua benignitas:& his poſtulatis noſtris nullo modo deſit.Et beneficium maximũ accepiſſe putabimus: quod uel plurimum cumulabit:ſi nobis:& præſtolanti Oratori celeriter tribuetur.Nec.n.ſolet benignus pater/ quod iure poſtulari poſſit:abnuere quicquam deuotiſſimis filiis. Vale.

SEnenſes.N.Epiſcopo.S.P.D.Quæ continét humaniſſimæ litteræ:redditæ nobis a tua.R.D.quæ copioſe:& abunde retulerunt nobis uiri clariſſimi Scipio Cicinellus/ac Ioannes Antonius Siculus de ſũma tuæ.R.D.erga noſtrá remp.beniuolentia:& charitate/ea tam fuerunt grata:& iucunda nobis: q̃ q̃ gratiſſima:& periucunda.Accipimus optimá iſtam/ac beneficam uoluntaté lætis aĩs: & cõſpectũ iucundiſſimum tuæ.R.D.uehemẽter optamus/Gratias uero ingẽtes habemus:qđ noſtrá ciuitaté:& Senenſem populum tam præcipua beniuoléntia cõplectaẽ.Hunc locũ/ac noſtrã urbé:ſi ſtudiorum gratia petere inſtituerit tua .R.D.reperiet ciuiũ oĩum corda:& aĩos ita alacriter excipere paratos/ut eũ oportet:qui i magno habẽdus ſit honore:ac pretio.Veniet certe tua.R.D.plurimũ deſiderata cunctis ciuibus.Intelliget lætari plurimũ ciuitaté uniuerſam eius aduentu.Repiet incolumen urbé.Mite coelũ:reꝝ neceſſariarũ copiá:in omni ſtudioꝝ genere/uiros doctrina:atq; auctoritate probatos.Fuit enim ſemp noſtra ciuitas bonaꝝ artiũ ꝑ ſtudioſa. Splẽdidiſſimũ tuũ genus iampridé obſeruamus:& colimus.Sed:quod maximũ iudicari ſolet:mutuus amor:& ſummæ charitatis affectus non deerit.Noſtrá accademiá ꝑcipue florere putabimus: ſi ad cæteras laudes/tuæ.R.D.acceſſerit præſentia: tanq̃ ſingulare ſtudioꝝ noſtroꝝ ornamentũ/ac decus.Itaq; rurſum tuam.R.D.inuitamus:& ut uenire dignetur: amice hortamur/rogamuſq;:& ciuitaté omnem iterum:atq; iterum offerimus tuæ.R.D.promptam: ac paratiſſimam placitis:& plurimum in cunctis rebus gratificari cupienté.Quod idem teſtificari poterunt præfati nobiles uiri:qui & uoluntatem noſtram:& ciuium animos probe nouerunt:& recte callent. Benignas oblationes iucunde accipimus:& plurimam gratiam agimus. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D. Cum hinc proficiſcereẽ tua.R.Dominatio: benigne annuit ſeſe apud Summũ Pontificé daturá operá/pro dilatione aliquot dieꝝ impetranda:ne fiat in cauſa Gabrielis ciuis noſtri:qué ualde diligimus:ob morulá tẽporis præiudiciũ : quoad ob eam ré noſter iſthuc q̃primũ accedat Orator:qui cõfeſtim affuturus é.Itaq; enixe/atq; ſuppliciter petimus : ut ad id in fauoré ipſius Gabrielis & cauſæ eius aſſequẽdũ:agat cũ Sũmi Pontificis Sanctitate:quod nobis quoq; erit procul dubio uehemẽter gratũ:ut per interceſſioné tuæ.R.D.præiudicium temporis euitetur. Vale.

SEnenſes Generali ordinis Minoꝝ.S.P.D.Cũ uere.R.tua paternitas noſtrá diligat:ametq; rẽp.idq; ſit nobis perſpicuis experimẽtis exploratiſſimũ:cõfidimus petitiones noſtras/ ſeruata ueræ amicitiæ lege:nunq̃ futuras inanes.Dolent plurimũ Ilcinẽſes noſtri deuotiſſimi filii diſceſſum uenerabilis ſacræ Theologiæ ꝓfeſſoris noſtri Ioannis ciuis ſui:& ſacratiſſimæ religionis tuæ ꝓfeſſoris.Cuius præſentiá ciuitati illi & uniuerſo populo maxime ſalutaré eſſe perſpiciunt.Ob magná prædicádi peritiá:ob uirtutis præcipuæ documenta:ac propter recte uiuendi præclara exempla:putant ſe magnis priuatos commodis : præcipue ad ſalutem animarum:ac ſpiritualem deuotioné:ſi ille abſit.Cupiunt:& uehemẽter optãt hoiem ipſum frugi & cõuentui/atq; uniuerſæ ciuitati utilé ſimul/ac gratiſſimũ in ea ipſa urbe ſeruari:nec íde dimitti. Quod nos quoq;: qui uirtutes & doctriná eius uiri cognouimus:ualde ꝓbamus. Igitur tuá oramus.R.P.ut optimis adducta rõnibus:charitaté Ilcinenſiũ & cõmẽdatione noſtra cõmota:hoc ualde cupiẽtibus gratificeẽ nobis:ut ſinat præfatum Theologiæ magiſtrũ & uirũ illi populo tantopere dilectũ/Ilcinenſi demorari conuentu:& in ea urbe ſacros moritus:& annunciationé diuini uerbi exercere:& ſimul conciuibus ſuis/& cõuentui prodeſſe. Quod cũ honeſtũ/ ſalutare:& nobis gratiſſimũ ſit futurũ:rogamus tuá.R.P.ut libẽter aſſentiaẽ:& faciat Ilcinenſes huius uoti compotes.Nos noſtram remp.offerimus tuæ.R.Paternitatis promptiſſimá uoluntatibus. Vale.

SEnenſes Florẽtinis.S.P.D.Scimus uos facinoroſos & odiſſe ſemp:& cohercere libẽter. Quidá cognomento.N.ueſtri agri incola:qué planius explicabit ille ipſe:cui has dedimus litteras: ꝑ uim Mulũ eripuit.N.qui tamẽ ad.N.dilectiſſimũ ciué noſtrũ ꝑtinet.Vẽit fretus ueſtra iuſtitia: ut ſuũ repetat.Oramus uos:ut ius reddi iubeatis homini noſtro:& ipſum redire iumentum aſſecutum ueſtro præſidio. Quod futurum confidimus:& nobis erit certe gratiſſimum. Valete.

SEnenſes Florentinis.S.P.D.Detinuerunt ueſtri:qui ad pontem Valianũ obuerſantur: tabellariũ noſtrum:qui ad nos litteras perferebat:credimus tamẽ inſcius uobis:& certe ꝑter noſtræ amicitiæ & mutui cõmertii cõſuetudiné.Noſtis nihil/neq; impedimẽti:neq; remorationis inferri a nobis ueſtris: q ſæpe hac iter ad uos faciunt.Liber ꝑ noſtrá urbé:perq; agrũ illis tranſitus patet.Quod ſiqui pro cõmuni inſtituto noſtro in eoꝝ manus inciderunt:quibus publice eiuſcemodi cura credita eſt: cõtinuo ueſtris/ aut ueſtroꝝ perſpectis litteris/re integra & libere ſunt:& celeriter abire permiſſi . Id uero in promptu eſt oĩbus . Nihil quippe intercedit cauſæ iter ueſtrá/noſtráq; rẽp.Quapropter ullo pacto liceat aut nouari quicq̃:aut tabellarios/ litteras ue intercipi.Per noſtrá igitur amicitiá:perq; rectá uitæ rationé petimus : ut qué præſcripſimus/ litterarũ noſtrarum

noſtrarum delatorem ſoluī: ac liberum dimitti iubeatis ab iis:qui Valianum pontem obtinent:ut pateat omnibus & amice utroſq;:& honeſte agere. Bene Valete.

SEnenſes.N.S.P.D.Norunt ueſtrae Magnificentiae nihil eſſe tam magnū: tamq; arduū : quin libenter efficiamus petentibus illis:ſi in noſtro ſitum arbitrio ſit.N.Sacerdos:qđ Aquilanus ē:foret nobis cōmendatiſſimus:quādo a Praetoribus noſtris uinctus eēt. Omnis eius cauſa ab eccleſiaſtico foro & tribunali pendet. Quare acceptis ueſtris litteris:uiſum fuit pro noſtra uetere ac firma amicitia/ rē: quo pacto ſe habeat:explicare:cum nihil ad noſtram dictionem pertineat. Alioquin nihil gratius nobis poſſit accidere: q̄ ueſtris Magnificentiis gratiſſima quaeq; libenter efficere. Valete.

SEnenſes.N.S.P.D.Quod uos p ueſtras litteras ſignificatis de coactis ſuperioribus diebus in Peruſino agro ad panicarolā copiis:nobis quoq; nunciatū eſt:& cōpertū indies maiorem conflari exercitū. Verū quid nā cōſilii ac mētis eēt:id nos prorſum latebat. Quo reſpectaret:nihil cognitū nobis eſt: quos uarius rumor incertos ageret. Nos uero Eccleſiaſticum militem & Regias copias eſſe perſpicientes:perſpecta noſtra cū Pōtifice Maximo & Rege ipſo Ferdinādo:optima filiatione atq; amicitia adduci nō poſſumus: ut ab iis/nobis qcq̄ metuendū eē uideať. Grata tamē admodū nobis eſt optima iſthaec ueſtra uolūtas : & qđ ueſtrū exercitū amice defertis:ac liberaliter pollicemini. Magnā uobis & agimus:& habemus gratiā. Valete.

SEnēſes Florētinis.S.P.D.Cū aliquot dies Pōtificalis/ac Regius partim in ueſtro:partim ī nr̄o agro cōſediſſet exercitus:motis idē caſtris/e ueſtigio ueſtri p̄ſertim Politianēſes ī nr̄os fines irruerūt:meſſem & cūcta uaſtātes:& qđ ſaeuiētes hoſtes cōſueuerūt:nequaq̄ parcētes incēdio. Id nos uehemēter mirati ſumus:& cū recta id uiuēdi rōne ac uicinitate lōgius abhorreat:uiſum nobis eſt:ut uos iis de rebus : q̄ certe moleſtiſſimae eſſe debent:certiores faciamus:ut iubentibus uobis/ueſtri abſtineant ab iniuria. Valete.

¶ Publica Fides.

IVſtis cōmoti cauſis/atq; optimis adducti rōnibus/publicā fidē damus:& liberum nos Senēſes cōcedimus Saluū cōductum ſtrenuis armoꝝ ductoribus Sforziae Oddio & Petro Iacobo ciuibus Peruſinis: ut liberi atq; incolumes ubiq; in nr̄a ditione & agro Senēſi uerſari poſſint:uenire:demorari: trāſire:& libere cōmeare tā ipſi q̄ eoꝝ comites uidelicet:equites decē:& pedites qndecim: mō nō ſint nr̄ae exules dānati ue reip.& cū oībus rebus ſuis:omni prorſus moleſtia:& tā pſonali q̄ reali īpedimēto ceſſante:idq; p reſiduū mēſis huius:& p uniuerſum Auguſtū mēſem cōſequērē:& ita oībus nr̄is Praetoribus : Cōmunitatibus/ac Stipēdiariis:& oībus:q nr̄ae militāt reip.& ſubiectis inſuper nr̄is:ſingulis /atq; uniuerſis edicimus:atq; īperamus: ut hāc fidē noſtrā inuiolabiliter ſeruēt:ſub noſtrae indignationis incurſum:nō obſtātibus quibuſcūq; interceptionibus & cauſis quibuſlibet:atq; decretis in cōtrarium. Datum in noſtro palatio:& reliqua.

SEnēſes Regi Neapolitāo.S.P.D.Quod optimos/atq; obſeruātiſſimos decet filios:officio fungimur: qui tuae Maieſtatis foelicitati gratulamur:cuius ꝓſpere geſta oīa/& res ſecūdiſſimae quaeq; noſtram quoq; beatā rēp.faciūt. Cumulatius reddidit animoꝝ noſtroꝝ gaudiū/tū benignū tuae Maieſtatis allatū reſpōſum:tū etiā qđ indies accipimus:rē Genuēſem ex ſnīa cedere. Quae faciliorē : atq; expeditiorem Hetruſci incepti propitio numine:& cunctis(ut ſperamus)fauentibus ſuperis:& iuſti belli uictoriā cōparabit:ad quā adipiſcendam nihil:quod in nobis fuerit neq; curae atq; ſtudii:neq; induſtriae atq; operae praetermittemus:ut īproboꝝ cōpreſſa audacia/refloreſcat aliquādo ea trāquillitas tēpoꝝ:quā quorūdā temeritas iampridē perturbare nō deſtitit:ſed tuae Maieſtatis recuperabit diuinum cōſilium:& ſumma animi magnitudo/ac uirtus. Nos ſi uidemur paulo ad ſcribēdū ſegniores:nō negligētiae dandū putamus:ſed minus idcirco neceſſarium ducimus:qđ adeſt tuae Maieſtatis Legatus Antonius Tricius:cuius fidē/probitatē/rectū/ ac ſalutare cōſilium/ & accuratiſſimā quandā diligētiā:& utiliter experimur:& oēs uno cōſenſu mirifice cōprobamus. Qui cū omnia: quae quidē ſpectare ad rem arbitramur:impartimur:conferimuſq;. Vale.

SEnenſes Regi Neapolitano.S.P.D.Si perraro ſcribimus:ſuperioribus noſtris litteris ſatis(ut arbitramur)attulimus cauſae. Nā cū praeſto ſint illuſtriſſimi tuae Maieſtatis filii & praecipui belli Duces/eos ipſos:quae geruntur:ſtatuimus tuae Maieſtati cuncta exploratiſſima reddere. Illud minime reticendū putamus:nos plurimū proſpere geſtis laetari:& tum tuae Maieſtatis ꝓuidētia:tum clariſſimoꝝ Imperatoꝝ uirtute/diligētia/& oium maximaꝝ reꝝ laude optatam & abſolutā uictoriam propediem futurā confidimus. Iuſtis nāq; coeptis Praefectos intelligimus:quibus ad uirtutis cumulū deeſt nihil : & qui cūcta moderať humana:Deum nihil prorſum affuturū ueremur. Spes noſtraꝝ reꝝ in tua Maieſtate potiſſimū ſita eſt: cuius & paterno ſtudio:& uiribus opibuſq; maxime freti ſumus:cuius cū ſit incredibilis ī nos cōperta benignitas: qua filios decet fiducia ſupplicamus:ut cū aliae de integro copiae ad caſtra profecturae ſint:mandare digneť:ut turmae nonnullae ex eis/rebus noſtris tuendis praeſint. Neq; enim ſatis habent praeſidii equeſtres noſtrae ac pedeſtres copiae aduerſum acriores hoſtes/& tuoꝝ Ducum probatā cauſam accipimus:qui ut ualidiorē aduerſum hoſtes exercitum foueant:nō ſatis ex re arbitrantur extenuare conflatū militem. Sed ſi ex iis:quae nouae aduentarint: praeſtentur nobis:fore nō dubitamus:ut hoſtium ſuperetur inſidia:& expeditior ſit noſtroꝝ uictoria . Hac ipſa de re etiā nōnulla Laurentius Lantius Iuriſconſultus/ac ciuis noſter:qui tuae eſt deuotiſſimus Maieſtatis:& Regnū petit/ ac praeclaram Neapolim urbem:uerba faciet:& fuſius mentē noſtram potuerit explicare:eum tuae Maieſtati diligentius cōmendamus:qui pro uirtute & doctrina & patriae ratione/ualde charus & dilectus eſt nobis . Placebit igitur(niſi moleſtū eſt)auxiliares quaſdam praeberi nobis copias:eas uidelicet:quae & nos tutos praeſtent:& muniti ſſimo tuo exercitui iacturam nullam faciant. Ita enim & tuae Maieſtatis decori/& noſtrae reip.firmo praeſidio conſultū fuerit. Poſtremo:qui paulo ante ob illuſtriſſimi Calabriae Ducis nōnullam ualitudinis uarietatē ſollicti ſuimus:cū recte confirmatum intelligamus:plurimum capimus uoluptatis & gaudi. Vale.

SEnenſes.N.Cardinali.S.P.D.Quo ſtudio:qua dilectione/nõ modo hanc patriam:ſed & ciues eius ſingulos tua proſequatur.R.Dominatio:repetere nullo pacto uidetur neceſſarium eẽ.Quo fit:ut nſos nunq̃ cõmendare dubitemus:eos præſertim:qui nobis & uniuerſæ ciuitati/ob uirtutis/ ac probitatis laudem chariſſimi ſunt.Itaq̃ Antonius Cæſarinus ſcriptor Apoſtolicus:&.R.Domini Cardinalis noſtri perfamiliaris/cauſam habet:quam ille ipſe planius explicabit.Cupimus nullam fieri ciui noſtro iniuriam:& liberari moleſtia omni.In tuæ.R.D.fauore præcipue/atq̃ ope cõfidimus:& ille cum tota eius domo ſpem in tua cleméria firmiſſimá habet.Erit igitur nobis ualde gratum/acceptumq̃: ut & ſpem ſuam intelligat haud inanem eſſe:& noſtram cõmendationẽ ſibi plurimũ profuiſſe:quod pro ingenti tuæ.R.D.in nos & noſtros omnes charitate/dubio procul ex ſententia & uoto futurum confidimus. Vale.

SEnenſes.N.Cardinali.S.P.D.Præbet tua ſumma/ atq̃ cunctis quottidie experimentis probata benignitas/eam fiduciam:ut nihil prorſus accidere poſſit:quod gratum nobis:iucundumq̃ futurũ ſit:quin id fidentibus animis poſtulare auſimus.Nam Antonius Cæſarinus ciuis noſter/ Apoſtolicus ſcriptor ac Reuerendiſſimi Domini Senenſis familiaris:nõnulla afficiẽ moleſtia:& illi negociũ exhibeẽ: quod ipſe coram & planius & fuſius explicabit. Scimus illũ tuæ.R.Dominationis patrocinio atq̃ auxilio fretũ nullá omnino iniuriam perpeſſurum:præcipue uero cũ & ipſe pro ſuis uirtutibus charus nobis exiſtat:& ex ea certe familia:quá ſumma beniuolentia noſtra reſpublica & amore complectitur.Quemadmodum igiẽ cæteris in rebus ſpes noſtra in tua collocata clementia nunq̃ fuit inanis:ita in hoc quoq̃ negocio / eodem fauore atq̃ auctoritate fore ſine ulla dubitatione confidimus:atq̃ ut ita dignetur efficere tua clementia/ſummis precibus deprecamur, Poſtremo tuæ.R.D.cauſam hanc diligentiſſimæ cõmendamus. Vale.

SEnenſes Florentinis.S.P.D.Cũ accepimus nup ueſtras litteras Magnifici Domini/ fratres chariſſimi: & ex eis cauſam cognouimus Boninſignæ Machiauelli/nobilis ciuis ueſtri:cõfeſtim operam dedimus ut deprehenderetur:qui pecus eius abduxerat: ac tandem expediri pro uoto iuſſimus . Ac rebus ipſe ex ſententia compoſitis remeauit. Verum non in hac re ſolum:ſed in cæteris quoq̃ omnibus pari reperiemur uoluntate/ſtudioq̃ affecti. Valete.

SEnenſes Florentinis.S.P.D.Putamus noſtrá decere amicitiá:ut fidenter cõmẽdemus eos uobis: quos pro ſuis laudibus: & quia ciues noſtri ſunt:charos habemus.N.iampridẽ & ab.N.quopiá pecuniá repetit:quæ ſibi iure debetur.Hunc cũ alias cõmẽdauerimus:ope atq̃ benigno fauore iuuit ueſtra Magnifica fraternitas.Is iſthuc ob eá ipſam cauſam ꝓficiſcitur:rẽ ipſam corá explicaturus uberius . Oramus igitur ueſtras Magnificentias:ut illi opitulari/ita etiá tractare uelint:præſertim optantibus & cõmendantibus nobis:ut & ius ſuũ facile aſſequatur:& idem facturus ſit: quod aliis quoq̃ tẽporibus cõſueuit:ut per ueſtrá efficacem operam atq̃ oportunũ auxilium gratias nobis agere debeat.Quod cũ in ueſtris efficere parati ſimus: idem proculdubio de Magnifica ueſtra fraternitate confidimus. Valete.

SEnenſes Florentinis.S.P.D.N.ex.N.agro:& qui nunc ad ſanctam Firmenam incolit:cũ pridem Aloyſio Compatri ciui noſtro/ ac præſtanti uiro famularetur: aureos circiter unum & uiginti clam ſurripuit:atq̃ ab eo ꝓfugit:cui & aliam quoq̃ pecuniá debebat:æri alieno furtũ adiecit:& damnum intulit ei:qui de illo plurimũ benemeritus erat . Latuit hic quidem iamdudum: nec uſpiam repertus eſt. At nunc recepit ſe in Arretinũ agrum:& in uico.S.Firmenæ:quẽ præſcripſimus:ſedẽ locauit. Cum pecuniá retineat aliená:cũ furti ſimul atq̃ ingratitudinis reus ſit:petimus a uobis Magnifici Domini:ut ad Arretinũ Prætorem iubeant dari litteras:per quas ciui noſtro omni fauore Iuſtitia miniſtreẽ:& recuperet:quod turpiter ſibi ab iniuſto hoĩe ablatũ eſt.Ná & furto eſt obnoxius:& in Arretino agro domicilium habet . Speramus certe futurum: quod in eiuſmodi negociis/noſtra reſpub.præſtat ſemper alacriter. Valete.

SEnẽſes.N.S.P.D.N.Quidá tui ordinis/cũ in cõuentu.N.nr̃æ urbis uitá ageret:ꝑter dignitatẽ ſuá curare auſus ſæcularia:ægit nõnulla aduerſus nr̃æ reip.ſtatũ:ab.N.tũc tpis cognita hoĩs audacia: & minus modeſto/atq̃ impudẽtiore auſu:caſtigatus/alio ablegatus ẽ: tanq̃ curioſus in aliena rep.& turbulentus/ac pernitioſus hõ:ea uidelicet conditione:ut hinc perpetuo abeſſet: At nõnullo poſtea labẽte tẽpore/temere ille inſciis atq̃ inuitis nobis edicto aduerſatus:clá mutata ueſte cõſpirátibus quibuſdá eiuſdẽ cõuentus fratribus/reuerſus eſt.Qui in eo conuentu fratres ſunt pacati & quieti uiri:uenti moleſtiá noſtram: nos adierunt:illũ ueniſſe nunciátes.In qbus ꝓcipue.N.ciuis noſter & tui ſacri ordinis Theologus ĩſignis/ uir clarus/ & pro ſuis laudibus nr̃æ ciuitati gratiſſimus: quẽ nõ ſine ſũma moleſtia accepimus exinde ab.N.q nũc præeſt:fuiſſe mulctatũ:& religiõis & ꝓuinciæ priuatũ honoribus.Credimus quẽpiá fortaſſe falſum de illo ſuggeſſiſſe gcq̃. Nos igiẽ q illũ uehemẽter amamus:& ſtatuimus boni uiri & ciuis officio functũ:tuæ.R.P.ipſum diligentiſſime cõmẽdamus:orantes:ut(ſicut iuſtũ uidetur)in priſtiná reſtituat dignitatẽ:nec innocentẽ damnatũ eſſe patiaẽ:q̃d præcipue præfati.N.audacius ingeniũ fouere uidereẽ:nec abſq̃ nr̃æ reip.iniuria cederet.Rurſum itaq̃ oramus: ut noſtræ ciuitatis & etiá innocentis uiri/potiuſq̃ criminátiũ calũniatoꝝ tua.R.D.rõnem habere uelit.Cũ certo perſuadeamus nobis/amari a te plurimũ noſtrá ciuitatẽ:quæ uiciſſim amat:& magnifacit tuá dignitatẽ:& uirtutem/ac doctrinam colit:ac deniq̃ tanq̃ ciuem dilectiſſimũ ſingulari amore complectitur. Valete.

SEnenſes.N.S.P.D.Accepimus non ſine magna moleſtia.N.ciuẽ noſtrum dilectiſſimũ/ & tuæ religionis clarum & philoſophum ac Theologum a tua.R.P.fuiſſe mulctatum:ut careat debitis ſuæ uirtutis honoribus.Mulctatio ipſa moleſta nobis eſt:cá certe moleſtior . Nec poteſt quápiam ſubire notá/ abſq̃ noſtræ ciuitatis iniuria.Contra cuius ſtatũ auſus quædá.N.pridẽ/ab.N.qui tunc præerat iuſte caſtigatus: & tandem noſtra urbe & ditione eiectus eſt . Qui cum ſpreta noſtræ ciuitatis ratione: & iuſta damnatione contempta / redire eſt auſus: qui non niſi inuitis nobis tanquam turbulentus homo in noſtra ditione

obſeruari

obſeruari poteſt. Si.N.ut ciuem bonũ & ſtudioſum quietis & patriæ decet: temerarium illius acceſſum indicauit:noſtra quidē ſentētia laude potius q̄ pœna dignus uidebat̃. Cum ſit tua.R.P.noſtræ amātiſſima ciuitatis: & perſtudioſa iuſti & æqui:credimus falſis ſuggeſtiōibus aliqd fortaſſe delatũ:quapropter in.N.animaduertit. Sed nos illius innocentiā teſtamur & ſimul eē uniuerſæ huic gratiſſimũ reip. Reſtituat igit̃: oramus:illũ tua.R.P.ut ſimul nr̄æ reip.honori/& boni uiri inocētiæ cōſultũ uideat̃.N.honeſte egerit:ſi quieſcere ꝓpoſuerit. Cōfidimus tuā.R.P.gratificaturā nobis/iuſta petentibus:& nō patefacturā turbulentis hominibus aures. Vale.

SEnenſes.N.S.P.D.Cum ſit capitulũ celebrandũ fratrũ Heremitaꝝ de obſeruātia pp conuentũ Illiceti/ac locoꝝ eius:orauimus.R.Patrē.N.Vicarium tuũ:ut rogatu noſtro in.viii.diē differat: qd̕ cũ & facile ſit:& ad utilitatē atq; honorē ſpectet eorundē locoꝝ: & nobis gratũ ſit futuꝝ:tuā quoq;.R.P. oramus:ut eam dilationē dieꝝ octo cōcedat:& cōcedendā iniungat præfato.R.Vicario. Placebit nobis.T.R.Paternitati amice:ac uehementer affectis. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Magna cũ uoluptate litteras tuæ.R.D.accepimus: & hilare intelleximus acceſſum eius ad nos:& aduentũ ad Auinionia balnea. Et ſi moleſta cā eſt. Quod inſuper tuo nōie corā expoſuit ſpectabilis uir Andreas Secretarius ſimul & iucundũ fuit: & ultro erat perſuaſum/atq; exploratũ nobis. Nā uetera & recētia tuæ.R.Dominatiōis opa ad nr̄æ reip. & huius patriæ commoda/eius admirabilē charitatē oſtēdunt:ut a fructibus perſpiciamus quottidie habere beneficētiſſimum patrē:& tum in diui Anaſtaſii cauſa/tum in cæteris negociis apud ſummũ Pontificem & in ſancta Eccleſia Dei aduocatum & defenſorem præcipuũ/ac firmũ columen. Pro his omnibus & agimus:& habemus ſempiternas gratias:ſperantes tanto fretos patrocinio fore nos ſemper incolumes. Vale.

SEnēſes Patrimonii Gubernatori.S.P.D.Quātā ſit nr̄æ reip.q̄ firma uolũtas: ut ita quiete uiuat̃:ut nullũ ſupſit nr̄is hoībus cũ Eccleſiaſticis/turbatiōis ſeminariũ: nō ignorat tua.R.P.q̄ nouit noſtrā erga Apoſtolicā ſedē/& ſummi Pontificis Sāctitatē:tum fidē:tũ etiā obſeruantiā. Idcirco iāpridē delegeramus Cōmiſſariũ ad fines agroꝝ:& ad diſceptationē oēm de finibus dirimēdā: qd̕ & ſignificauimus noſtris litteris: Sed nũc Capalbii/& in ea regione exorta peſtilētia eſt. Cũ ſit igit̃ in eis rebus pertractandis/ & illo ueniendũ:& accolis loci agendũ:uidet̃ cōmodius eſſe/ac rectius cōſiliũ/cām differre:dũ cœlũ miteſcat:ne & tuũ Legatũ/& noſtrũ ſimul periculo obiiciamus:& in tēpore res prorſus cōponēda erit. Hæc nr̄a ſnia eſt:quā ſequemur:ſi illā tua.R.paternitas cōprobarit. Oramus igitur:ut ſuā nobis mentē aperiat: & oībus de rebus nos faciat per ſuas litteras certiores. Fœlix eſto ſemper tua.R.paternitas:quæ bene Valeat.

SEnenſes Florētinis.S.P.D.Cũ ſupioribus añ epdomadibus de Collēſi negocio ueſtrũ Magiſtratũ nr̄ adiſſet Orator:& Collēſiũ queſtus eēt iniurias:quas de integro in trāſgrediēdis finibus intuliſſent: & dignũ nr̄a cōiunctiōe reſpōſum:& benignas inſup lr̄as dedit ueſtra fraternitas:quoꝝ utrunq; gratum admodũ fuit nobis:& qd̕ ꝑterea ad Collēſes ſcriptũ eſt:acceptũ habuimus uehemēter: atq; iis oibus de rebus etiā/atq; etiā gr̄as uobis ingētes agimus. Nā mirifice nos delectat optima iſta & mutua nobiſcũ in cunctis negociis pertractādis uolũtas/diligēs ſtudiũ/par officiũ. Quod amice polliciti eſtis: ad delēdā cōtrouerſiam oēm/cām cōcorditer finiēdā/libēter accepimus:qppe q accuratius ſtudeamus oino nihil/ q̄ turbas oēs auferre de medio:& ad quietē referre oia:quo tota nr̄æ reip.cura cōtēdit. Quod ſi uidemur cũctari fortaſſe diutius: id cāæ eſt:id fuit īpedimēto:qd̕ ad hũc diē ciues noſtri:qbus mādata res erat:in cēſu nr̄æ ciuitatis cōſtituēdo fuerint occupati. Sed nos reꝝ cōponēdaꝝ/ & terminandaꝝ finiũ percupidi:nũc Legatũ inſtituimus Santem ciuē noſtrũ uirum grauē ad id cōficiēdũ:ſi uos quoq; ita ꝓbaueritis/& ueſtrũ paraueritis:q ambo in finibus agroꝝ cōgreſſi celeriter pacate/cōcorditer negociũ oē cōficiant/ac noſter quidē cōteſtim præſto erit:ubi quādoq; ueſtræ fraternitati uiſum fuerit. Itaq; & ad Legatũ deligēdũ:& ad rē maturādā ueſtrā Magnificentiā uehemēter oramus: ne quid aut oriat̃:aut ſuperſit oino:quod inter eos uicinos uel minimũ quidē contentionis fomētũ excitare poſſit. Erit igitur gratiſſimum nobis ea de re/ueſtram quoq; noſſe ſententiam. Valete.

SEnenſes.N.Cardinali.S.P.D.Scripſit ad te noſter Orator Burgeſes Burgeſius: qd nam nobis agendũ uideatur in cauſa Malleanenſium noſtroꝝ:quos acceſiuit Romā Sũmus Pontifex: &.N.ad tegendā nequitiam:nec detegendum abhominandum ſcelus:quapropter.N.filius ueneno fuerit enectus:tam indigne fuerit criminatus. Non poſſumus nō dolere impudentiorem hominis audaciam:qui non ceſſat grauibus iniuriis/ & contumeliis noſtrā onerare remp.uere ab eius alienā ingenio. Nam nihil nobis iuſtitia & pace antiquius eſt:illũ nouaꝝ reꝝ & artium ſtudioſum eē cōſtat. Sed nō poſſumus nō cōfidere Apoſtolicæ æquitati/& benignæ interceſſioni tuæ.R.Dominationis:in qua cũ ſpes noſtra firmiter cōſtituta ſit:tuo iudicio atq; arbitrio relinquimus:quid nā circa examen trium noſtroꝝ hominũ/noſter proſequat̃ Orator:pro noſtræ reipublicæ ſalute/cōmodo/dignitate. Speramus igitur innocentia freti/& Pontificis Iuſtitia/tuæ.R.Dominationis protectione/atq; fauore rem omnem non niſi proſpere/ac fœliciter ſucceſſuram:ut nec nobis ulterior fiat iniuria/ & malignantis aduerſarii & pateat ſimul:& coherceatur improbitas. Vale.

SEnenſes Papæ.S.P.D.Niſi prohibeat ea reuerentia:quam erga Apoſtolicā Sedē & tuam Beatitudinē maximam gerimus:& qua nemo poteſt Senenſem populũ ſuperare: certe.N.graues iniurias/ calumnias/contumelias/maledicta nullo modo pateremur. Nā uere a Sapientibus dicitur. Veterem ferēdo iniuriam/nouam inuitari. Qualis ſit homo iſte:ipſe perſpicuum documentum præbet. Deum contēnit:pacē & Iuſtitiā aſpernatur:noua quottidie:& pernitioſa molitur:in ſumma uniuerſali pace ſcandalũ cogitat: Apoſtolicā ſedem/atq; tuam Sanctitatē nō ueretur. Noſtra reſpublica certũ perhibet teſtimoniũ: cũ qua fœdus initum eſt:firmata concordia:auctore Chriſti Vicario tua Sanctitate:quam nos uenerantes: obliti iniuſtas criminationes ob enectum ueneno illius filium:tuæ Beatitudinis uoluntati paruimus: criminoſo aduerſario pecu-

niam perſoluimus:ut pacem pareremus:ut obedientiam & obſeruantiam præſtaremus tuæ Sanctitati nihil omiſimus. Quemadmodum capitulis ſanctum eſt/in tempore pecuniam attulimus: tres uiros noſtros integros/probatos Romam miſimus:periculo obiectauimus:noſtræ ciuitatis innocentiá & decus pueri:& uilis homunciónis criminationi:uel potius aduerſarii artibus & fallaciis expoſuimus. Simulat ille cupere ſe:ut ueritas exquiratur:innocentes inſtat aduocari:cum illi ſe ad tuam conferunt Sanctitatem callide ille tam diu inſtructum puerú mittere cunctatur:dum tépus elabitur:nos eludit:initam concordiam ſpernit: tuæ Beatitudinis ſniam irritam facit. Vere nõ ita uiuit:ut quietú hominé decet:& ei paſtori:qui pacis eſt auctor:facit iniuriá: ſed tanq̃ uniuerſa in ſua habeat poteſtate:pro ſuo uult oĩa arbitrio gerere. Pro noſtræ honore & dignitate reip. non poſſumus Pater ſanctiſſime nõ dolere. Quare tuæ prouidentiæ ſupplicamus:ut dignetur eiuſmodi mores diutius nõ perferre: & fauere Iuſtitiæ noſtræ ciuitatis:& malignantis aduerſarii repellere inſidias:audaciam cohibere:iniurias propulſare:ut illú decet:quẽ diuina prouidentia gubernaculis mundi præfecit:& fidelium populis moderatorem eſſe in terris uoluit:cuius proprium munus é: parcere ſubiectis:& debellare ſuperbos. Iuſtum atq; æquum petimus: & ut impetremus a tuæ Sanctitatis clementia:deuotiſſimis precibus ſupplicamus. Vale.

SEnenſes.N.Cardinali.S.P.D.Ex litteris tuæ.R.D.operú uera/atq; indubia atteſtatione cognouimus ea:quæ pro patriæ noſtræ dignitate tuenda tam ſtudioſe/tam benefice tam celeriter a tua benignitate ſunt geſta:ut ueritas eluceſceret:iniuſta criminatio tolleretur:probitas:& innocentia bonorum palam innoteſceret:ſeruaretur iuſtiſſimæ reip.decus:improboꝝ/ac falſo criminantium malignitas proferretur in lucem. Vere æternus mundi Princeps:qui uere lux & ueritas eſt:nocentium patefacit inſidias: & ueritatem minime patitur latere diutius. Illi igitur agimus grates:& tuæ.R.D.quam dedit ille huic patriæ firmiſſimú præſidium:& cunctis in rebus ſingulare profugium. Plus nos debere profitemur:q̃ per litteras explicare ſit opus. Gratias habemus:quaſcunq; noſtra reſpub.ualet pro tantis muneribus:atq; ut eodem ſtudio in hanc ciuitatem & beniuolentia & charitate eſſe pergat:precibus & diligentia tuá.R.D.obſecramus:cui patriæ huius fidé ſpem/& optimam uoluntatem exploratiſſimam eſſe putamus. Vale.

SEnenſes.N.Cardinali.S.P.D.Nunq̃ tuæ.R.D.erga hác remp. fuit obſcura benignitas: quæ tá crebro ſalutaribus illuſtrat̃ operibus:ut ſi ſpectemus aium:beniuoléntia pateat:ſi officia/atq; uberes fructus beneficẽtia comprobet̃. Cumq; multa antehac præcipuæ charitatis allata ſint documenta:hoc quoq; quod nuperrime in Malleanenſiú noſtroꝝ cauſa actú eſt:ꝑſpicuú argumétú præbuit: & ſummá nobis uoluptaté attulit. Expeditos eſſe nr̃os hoĩes:quos tá iniuſte in diſcrimen uocabat inſidiantium iniquitas:patere ueritaté cõprobatá eſſe noſtrá/& noſtrorúq; innocentiá:cú huius patriæ honore/& innocẽtiú hoĩum ſalute/diuina Iuſtitia factú eẽ putemus miniſterio/cura/diligẽtia/patrocinio tuæ.R.D.cui tú ob hác cáam/tum aliis quoq; de rebus peringẽtes agimus gratias:& habemus certe multo maiores:ſperantes nunq̃ tuæ.R.D.tutelá/ac diligentiſſimam curam/atq; operá:quouis tẽpore defuturá:atq; ut eodé animo adſit perpetuo nobis:tuá clementiá deuotiſſime comprecamur:& patriæ decus mirum in modum cõmendamus. Vale.

SEnẽſes Papæ.S.P.D.Intelleximus declarationem tuæ Sanctitatis ſecundum conditionem capitulorum:quæ inter noſtram rempubli.&.N.te auctore firmata ſunt cognouimus id factum eſſe:quod & certe futurum ſperabamus ueritate duce:innocentia uires ſuas nunq̃ deſerente. Scimus nanq; iuſtú Dominum/ſecundum propheticæ uocis oraculum ſemper diligere Iuſtitiam:& iuſtum in terris conſtituiſſe Vicarium: quo in Apoſtolatu ſedente:confidimus in orbe terrarum nunq̃ Iuſtitiam defuturam. Igitur ob iuſtum iudicium:ob illuſtratam probatamq; iuſtæ reipub.innocentiam glorificamus Deum omnipotentem: & tuam Sanctitatem plurimum laudamus. Scripto aút/& perpetuo monuméto ſuá aperuiſſe ſniam etiá gratias q̃ maximas agimus. Quæ uero ad paſtoralis curæ ꝓuidẽtiá ſpectát:ut iuſte degentibus:pacé amplexátibus: Apoſtolicam ſedem uenerantibus populis faueat̃:ut uiciſſim coherceantur: qui uniuerſali aduerſant̃ ſancto fœderi: & paci:qui cogitantes iniquitatem Chriſti nomen/ne aduerſum ĩmanem infidelium nationem defendatur:impediunt:qui noua ſemper conſabricantur ad labem quietis:qui latent in inſidiis:ut interficiant innocẽtes:ſperamus a tuæ Sanctitatis prouidẽtia abunde proſpectum iri:& ut ita digneẽ efficere:tuam Sanctitaté ſuppliciter deprecamur:eidemq; Apoſtolicæ ſedis/& tuæ Beatitudinis longe omnium obſeruantiſſimam commédamus Senenſem Rempub.Romanæ ſeptem Eccleſiæ. Vale.

SEnenſes Regi Francorum.S.P.D.Cum ſumma reuerẽtia tuæ ſacræ Maieſtatis accepimus litteras: quæ de obitu illuſtriſſimi quondam Mediolanẽſium Ducis repetunt:& cõmemorant: renouant certe ingẽté & graué animorú mœroréq; qué ob tanti & clariſſimi Principis amiſſioné ſuſcepimus. Quæ uero de glorioſa & fœlice illuſtiſſimi Ducis Galeaz & aſſumptione & ſucceſſione referunt̃: ea præbuerunt nobis:& inſtaurarunt etiam ipſa repetitione lætitiam:cum & patrem mirifice coluerimus:& filium patris ſimillimum amore ſimul & reuerẽtia complectamur. Quod aút tua ſacra maieſtas de firmo eius propoſito/ac laudabili inſtituto ad tuendam illius præclariſſimi Principatus firmitatem/benigna ſua ſignificatione demonſtrat:id laudamus plurimú:& auxit maximam noſtroꝝ animoꝝ iucunditaté. Nam ſperamus tanto patrocinio & auxilio Chriſtianiſſimi/ac uictorioſiſſimi Principis/non ſolum Mediolani ſedem: Sed uniuerſam Italiam/ & totá Chriſtianorum ac fidelium congregationem futuram ſemper incolumem:ut tuæ Maieſtatis dextera & potenti gladio Chriſtianoꝝ ſeruetur dignitas:catholicæ fidei augeatur amplitudo:feritas ĩmanú Barbaroꝝ/ac ſæuiẽtiſſimi Turchoꝝ Tyranni rabies cõpeſcatur. Nos ſemper pro uiribus noſtris pacem tueri:ſanctum fœdus uniuerſale conſeruare:tuæ ſacræ Maieſtatis aſſentiri/atq; adhærere propoſito/omni ſemper ſtudio ac diligenti induſtria curabimus. Poſtremo cú ſemper hæc ciuitas præcipue uenerata ſit tuam ſacratiſſimam Maieſtatem: eidem noſtram rempub.& ſtatum eius deuotiſſimis precibus cõmendamus. Vale.

SEnenſes Regi Neapolitano.S.P.D.Incuſauerat anno ſuperiore noſtram rempu.N.& cuius filius eius quondam.N.iuuenis præſtans/& noſtræ charus admodum ciuitati/ ueneno fuiſſet enectus : ſuſpicatus eſt(ut ipſe aſſerebat illius pater)noſtros quoſdam ueneni fuiſſe miniſtros. Et quanq̃ latere ueritas nõ poſſit:& innocentia ſe ui ſua tueatur:tamen cũ ꝑ conditionem capitulorũ placuerit ſummi Põtificis ſanctitati declarationem & ſuam afferre ſententiam:rem ipſam & declarationem factã : uiſum eſt nobis cũ tua Maieſtate conferre:& eam ſicut noſtra poſtulat fides/deuotio/filiatio/reꝝ noſtraꝝ participẽ facere:ut intelligant oẽs/nunq̃ noſtrã remp.malis artibus certauiſſe:& ab omnibus inſidiis & dolo penitus alienam. En alligatũ exemplum allatæ declarationis a ſanctitate Pontificis. Vale.

SEnenſes Papæ.S.P.D.Valde iampridẽ diligebamus opinione uirtutis præclarũ Iacobũ Com.unum ex iis:qui inuictiſſimo claret exercitu.Sed ꝑ hæc belloꝝ tẽpora ſummã uiri experti militarẽ laudem: præcipuã cũ bellica peritia fidẽ ac ſingularẽ animi magnitudinem/cæpimus etiã uehemẽter amare:& ſtudio quodã maiore cõplecti.Nouimus q̃ alacri animo iuſta tuæ Beatitudinis ꝓſequat̃ incœpta:noſtris rebus adſit:acrem ſeſe hoſtis inſectatorẽ præbeat:quẽ quidẽ magnanimũ uirũ tam & ſi ſua ipſius uirtus clarum atq; illuſtrẽ efficiat:noſtra tamẽ laude & teſtimonio carere nolumus.Spes erat de uiri ꝓbitate:uel ante Heruſcũ bellũ nõ mediocris nobis:ſpem ille oẽm/atq; expectationẽ ſuperauit.Igit̃ etiã/atq; etiã laudandum ducimus:cõmendare uero tuæ Beatitudini minime neceſſariũ arbitramur : quæ ſuopte ingenio nouit cũ alias ſemp, tum in ſacro Apoſtolatu cõſtituta & odiſſe malos/& bonoꝝ nunq̃ deeſſe p̃mio.Illud tamẽ ſibi perſuadeat: quæſumus:tua Sãctitas:gratũ admodũ fore nobis:ſi cũ dignitate aſciſcere poſſimus nobis eũ uirũ.Habet.n.filiũ ingenue educatũ:erudiri cupit in noſtris Gymnaſiis litteraꝝ/ſtudiis/& ſcientiæ laude:qđ in nr̃o territorio beneficiũ uacare cõtingat:dignũ hoĩs præſtãtia:placebit nobis uehemẽter pro tuæ Sanctitatis lenitate & gr̃a fieri illũ uoti & optati cõpotem.Nos quoq; magni accipiemus muneris loco/acturi tuæ beatitudini peringẽtes gratias. Deum optimum/maximum oramus:ut ſit tua in dies fœlicior/ac glorioſior Sanctitas. Vale.

SEnenſes Ferariæ Duci.S.P.D.Scimus tuam illuſtriſſi.Dominationẽ fieri nunq̃ diſſimilem ſui : ſed & nunq̃ a bene inſtituto diſcedere ingenio:ſeruare autem boni Imperatoris morem: ut quod de Cæſare magna cum laude prædicatur:non minus benignitati & clementiæ q̃ robori & fortitudini ſemper intendat. Captiuos tui abduxerunt noſtros Petrarienſes : cum alios/ tum Alexandrum quempiam: qui caſtelli eius præerat præſidio.Paſſi ſunt miſeri homines iacturam omnem:familiam/ ſubſtantiamq; amiſere. Nihil præter ſpiritum ſupereſt illis.Piget cõmemorare/q̃ ſint omni incõmodorum genere affecti.Miſerandã illorum ſortẽ non ignorat tua excellẽtia.Quãto illi ſe poſſint redimere:qui ſpoliati ſunt fortunis oĩbus:Poſt cæterã cladẽ:quã belli iura ferre uident̃:nõ obliuiſcat̃ tua amplitudo ueteris maſuetudinis/ac lenitatis : & memor mutui amoris & ſtudii cõmendantibus nobis condonet pretium:oramus:captiuis illis:& liberos dimittat tua clemẽtia:cui non aurum:ſed uirtus conſueuit cordi eſſe.Magnum pietatis genus erit parentes liberis : liberos parentibus reddere:& libertatem donare coniugibus:Capacciis ciuibus noſt. is honeſtiſſimis Alexandrum rerum ſuaꝝ gerentem dono mittere.Accedet ad tuam laudem/& uirtutis cumulum. Vale.

SEnenſes Regi Siciliæ.S.P.D.Indies noſtra fit lætitia cumulatior:quum ea nunciãtur : per quæ magis/magiſq; indies & tuæ Maieſtatis & florentiſſimi iſtius Regni ſplendeſcit gloria.Hoc nos ſerio gaudemus:hoc nos mirifice/incredibiliterq; delectat.Qui noſtri ſæculi ſolidã aliquãdo tranquillitatẽ optamus:eam nos demum ſperamus aſſecuturos:quum perdomita malorum improbitate:tua Sacratiſſima Maieſtas glorioſa parta uictoria:iuſtitiæ integritatem & rectam uiuendi rationem reduxerit. Bene tum in Liguria/tũ in hac quoq; regione tanti futuri boni iacta ſunt fundamẽta.Mirum in modum ſpem auget : quod nuper diuino fœlici numine:de ſacri connubii fœdere factum cognouimus:& inter duo ſplendida orbis lumina initam affinitatem.Chriſtianiſſimũ Francorum Regem:& eum in Italis oris:qui nemini uel pietate/ uel iuſtitia/ uel denique rerum omnium gloria cedit:ſponſam ſcilicet Illuſtriſſimi Sabaudiæ Ducis filiam opibus magnis/& præclara dote Illuſtriſſimo tuæ maieſtatis filio:ut ad fœlicitatis cumulũ nil prorſum deſit. Lætum/ fœlix/ fauſtũq; ſit tuæ Maieſtati/ſplendidiſſimo Federico/& tuo uniuerſo Regio generi:ſed & amicis quoq;/ac ſociis/ & iis omnibus:qui tuam Maieſtatem fide/amore/obſeruantia proſequuntur:in quis quo ſint inprimis Senenſes animo: grata omnium tua nõ ignorat Maieſtas.Ad uictoriam & perfectiorem reꝝ ſtabilitatem ſpectare arbitramur : iã tandẽ pacatos Reges ampliſſimos:& tum Francos/tũ Hiſpanos/atq; Aragonenſes ſumma quiete lætari. Deum quæſumus:ut proſpera cuncta fortunet:& ad beãdam tuam Maieſtatem adſit ſemper propitius. Nos fidei/ atq; obſeruantiæ ſtudio/officioq; ex optimis animis gratulamur:& quod optimos/atq; obſeruãtiſſimos decet filios: dies noctesq; tuæ Maieſtatis uoluntati propenſos alacreſq; deferimus. Vale.

SEnenſes Federico Regiæ ꝓgeniei/& ab alto Aragonẽſis generis ſanguine ꝓfectæ.S.P.D.Nobis gaudemus mirũ in modũ:tuæ gratulamur fœlicitati.Omnia ꝓſpere cedere: illuſtrari in dies tui generis decus:nimirũ incredibilem ſuſcipimus uoluptatẽ.Quod altiſſimo placuit ſpõdere ſplẽdidiſſimo ſpõſo ſplendidã/ac præclaram ſponſam:& ab alto Francoꝝ Regis ſanguine profectam:magis certe lætamur/q̃ per litteras ualeat explicari.Fortunet:quæſumus:optimus/maximus Deus gloriã iſtã & augeat: atq; amplificet magis fortunas tuas.Splendidiſſime Federice fœlix ſemp eſto : & macte iucunditate & gloria una cum ſponſa lepidiſſima:eſtoteq; ambo macti beatitudine/& gratiæ plenitudine. Vale.

SEnenſes Papæ.S.P.D.Qui ſummã tuæ beatitudinis clementiã & largitatẽ multis/ac perſpicuis experimentis cognouimus:fidenter poſtulare nõ ueremur:ſi quid forte contingat:in quo tua Sanctitas benignã ſeſe in noſtros præbeat.Nup mortali uita deceſſit Petronius Petronius ciuis noſter/frater hieroſolymitanus/& Eques Rhodius.Hic regebat beneficium itra nr̃æ urbis mœnia:qđ Sancti Leonardi

nomini inſcriptum eſt. Perſuademus nobis tuā Sanctitatē: quæ ingēti amore hāc patriā ſemper cōplexa eſt: noſtri territorii & ciuitatis beneficia nr̄is libēter ciuibus cōferre. Occurrit nobis ciuis ex iis: qui reip. præſunt: uirtute & optimis ornatus moribus: & ob eam cām gratus admodū. N. claro genere natus: & patre ortus præſtātiſſimo: qui modo in collegio nr̄o ampliſſimū Magiſtratū/& Capitaneū populi gerit. Eius. N. filius cōpoſitis moribus maxime ad eā religionē uidet᷑ idoneus. Proinde tuā Beatitudinē deuotiſſime ſupplicamus: ut tā pro ſua ſingulari beneficētia: q̄ pro ciūis nr̄i merito dignet᷑ intercedētibus nobis: & dignitatē & beneficiū in præfatū. N. cōferre. Confidimus apud uirū bonū libēter tua Sanctitas beneficiū collocabit: & nobis rē gratiſſimā fecerit: atq; auxerit ueterū officioꝝ cumulū. Ea ipſa de re noſter quoq; ciuis dilectiſſimus: & pater uenerandus Ioannes Maſſanus Epiſcopus cū tua Beatitudine colloquet᷑. Audire: queſumus: dignet᷑: atq; exaudire ſupplicantem. Vale.

SEnéſes Duci Ferranéſi. S.P.D. Scimus tuá Illuſtriſ. D. q uirtute / pbitate & ĩgeniis excellát moribus / ĩ ſuoꝝ numerũ libéter aſciſcere. Dediderat ſe illuſtriſſimæ memoriæ Borſio paulo ante / q̄ uita deceſſerat Magnificus Petrus Bretruldus ex pclara Farneſioꝝ familia: Iuuenis qdé: ſi anni cõputent̃: ac potius adoleſcés: ſed uirtute & modeſtia ſupra ætaté clarus: & q ad res magnas natus eſſe uideat̃. Perſeuerat eadé mẽte erga Illuſtriſſimá. D. tuá: & ad illá animũ oém / cogitationéq̃ cõuertit. Cupit aſcribi ſeſe eũdé in locũ: quo ab illuſtriſſimo quõdá fratre tuo fuiſſet exceptus. Nos: q ĩgénii pſtátiá & uirtuté eius admiramur: dignũ

exiſtimamus cõmendatione noſtra & praeclarae ſuae laudis teſtimonio. Quare & ſumma expectatione: quã de illo caepimus: & uetere adducti beniuolentia: quae fuit cum eius praeſtantiſſimis progenitoribus: ipſum cõmendamus tuae Illuſtriſſi. Dominationi nõ uulgariter: exiſtimantes / reſponſurum illum ſuorum laudibus: & fore deuotionem eius tuae illuſtriſſimae Dominationi gratiſſimam. Vale.

SEnenſes Regi Siciliae. S.P.D. Quod ſcribit tua Maieſtas de claro Equite. N. q̃q̃ uirtutẽ eius & laudẽ magnifacimus: tamẽ quod ad Praeturam noſtrae urbis ptinet: legum & inſtitutorum noſtrae reipu. habenda nobis ratio eſt. Haec propoſito aduerſantur: nec datur ab eis diſcedẽdi facultas. Quatenus fieri potuit tuae Maieſtati intuitu: nihil praetermiſſum a nobis eſt: &. N. domum / cum pro eius merito / tum praeſertim tuae contẽplatione Maieſtatis amore ſemp / & beniuolentia proſequemur. Vale.

SEnẽſes Sũmo Põtifici. S.P.D. Fuit quõdã eccleſia in titulo Virginis glorioſae dicata ſecus oppidũ noſtrae ditionis Piretũ in nr̃a maritima regione: nũc prorſus deſtituta / ac neglecta. Eius bõa trãſlata ſũt in nouã plebẽ (ut appellãt) itra eius oppidi moenia: ſed & cura oĩs aiaꝝ rõſimiliter trãſlata ẽ. Vetus illa abſq; omni cura remãſit. Cũ oppidani peſtilẽtia laborarẽt: uouerunt ſe dirutã praefatã eccleſiam reaedificare: & ad eã (quatenus ad ſe ptinebat) aduocare fratres heremitas ſancti Auguſtini. Cupimus nos quoq; ſatiſfieri noſtroꝝ fideliũ deuotioni. Quare ſupplicamus tuae beatiſſimae Sãctitati: ut digneť Apoſtolicã ĩpartiri licẽtiã: p quã pfeſſores ſacri pſati ordinis / dictã poſſint eccleſiã acceptare: & eã illis noſtri hoĩes cõferre: cũ ſit abſq; cura: & ueterũ bonoꝝ poſſidet nihil. Quod ſi factũ fuerit (ut ſperamus) & eccleſia diuinis laudibus celebrabit: & oppidani ipſi dotes libẽter adiciẽt: illis proderit ad ſalutem: nobis gratiſſimum cedet. Vale.

SEnẽſes Card. Rhotomagẽſi. S.P.D. Venit iſthuc Paulus Guidonis Maſſanus ſacri ordinis heremitaꝝ pfeſſor / pro aſſecutione cuiuſdã eccleſiae iuxta oppidũ noſtrũ Pireti in maritima ora. Ea quõdã parrochialis fuit. Corruit ex inde: & eius bona in nouã plebẽ: quã uulgo appellãt: trãſlata ſunt ita: ut uetus oĩ careat & aiaꝝ cura: & ueterũ poſſeſſiõe bonoꝝ. Vouerũt oppidani eccleſiã quodã aduerſo tpe reparare: & ſi Apoſtolica acceſſerit auctoritas: aduocare fratres Heremitas: & dotes ĩſup adicere: ut poſſit ĩ diuinis laudibus frequẽtari. Imprimis cupiũt fratres pſibati facere oĩa tuae. R.D. uoluntate / patrocinio / atq; fauore. Itaq; eã oramus: ut ad id aſſequẽdũ etiã hortãtibus nobis / auxiliũ pſtare uelit: qđ plurimũ cedet ad diuini cultus & glorioſae Virginis: ĩ cuius titulo Eccleſia dicata ẽ: honorẽ populi illius deuotionẽ: & nobis quoq; ad gratiã. Vale.

SEnẽſes Frãciſco Cardinali Senẽſi. S.P.D. Placuit nobis uehemẽter: qđ ad reformationẽ monaſterii. S. N. itra urbẽ noſtrã pridẽ iſtituit tua. R.D. & ſe pie atq; ſtudioſe factură recepit. Nã certa ſpes eſt: ſi in unũ corpus cũ. N. ſacris uirginibus cohaereſcat: q uere ſunt mãcipatae Deo: & in ueritate regularẽ uitã cõſectanť: fore: ut utriſq; ſalubriter cõſulať. Credimus nulla inſup cõmẽdatione opus nr̃a eſſe apud tuã. R.D. quae cũ oĩa pbe: tum quae religionis ſunt: rectiſſime curat. Erit tamẽ pgratũ nobis: ſi ad eã rem trãſigendam tãto etiã celerius operã / atq; auctoritatẽ ſuã adhibuerit orãtibus nobis: pſertim cũ ea res & diuini cultus honori: & ſacratũ Virginũ ſaluti: & iis uoluptati futura ſit: q bene / iuſte / ac pie uolunt uiuere. Vale.

SEnẽſes Frãciſco Cardinali Senẽſi. S.P.D. In curatis eccleſiis nr̃ae urbis / una caeteraꝝ habetur pcipua: q̃ ſub diui Martini titulo dedicata & cõſecrata ẽ: & a Canonicis Regularibus gubernať. In eius eccleſiae eligẽdo Priore: poſtq̃ Canonica electio facta eſt cõfirmať auctoritate Prioris ſancti Frigiani eiuſdẽ ordinis ĩ. N. urbe cupiũt parrochiani pſibatae eccleſiae id: qđ nos quoq; una ſecũ decere putamus eius ipſius electionis: quotiẽs fieri cõtingat: in nr̃a potius ciuitate cõfirmationẽ fieri. Et ſi ita Sũmi Põtificis Sanctitati uidereť: a parrochianis & popularibus eiuſdẽ eccleſiae: q & frequẽtiſſimi ſunt: & pleriq; ciues clari & praeſtãtes uiri. Oramus igiť tuã. R.D. ut ad id priuilegiũ ĩpetrandũ: & pro noſtrae ciuitatis & cõmunis patriae honore: & pro ciuium noſtroꝝ gratia intercedere digneť efficaci ſtudio apud Sũmi Põtificis beatitudinẽ. Quod ſi fuerint noſtri ciues aſſecuti: etiam nos cum illis magnã gratiam ſumus habituri. Vale.

SEnẽſes Frãciſco Cardinali Senẽſi. S.P.D. Eccleſiam & religioſum ſancti Martini tẽplum noſtrae urbis quẽadmodũ foelicis recordationis Pius Põtifex maximus ornamẽtis decorauit: ita ſemp tua. R.D. auxit: atq; cõfouit. Cũ fieri cõtingit Prioris electionẽ: cõfirmatur poſtmodum auctoritate Prioris Sancti Frigiani in. N. urbe. Decorũ putãt parrochiani eius cõfirmationẽ ipſam in noſtra fieri ciuitate: quorũ certe pbamus ſniam. Itaq; tuã benignitatẽ rogamus: ut adhibita eius ĩterceſſione apud Sãctitatẽ Sũmi Põtificis / transferať ad noſtros: & ſi ita par uidebiť: ad parrochianos & populares eiuſdẽ eccleſiae: cũ & numero & dignitate eiuſmodi uideanť: ut facile in ea re / illoꝝ iudicio ſtandum ſit. Augebiť p hũc modũ & patriae ſimul & templi decus: & nos: ſi ita fuerit impetratũ confectumq;: noſtrae reipub. honeſtũ putabimus. Vale.

SEnẽſes. N. Cardinali. S.P.D. Duo maxime optabamus: quae his tpibus curae eẽ debẽt iis: q reipu. praeſunt: & alterũ qdẽ: ut firmi aliqd de ingẽtis claſſis apparatu afferreť nobis. Alterũ uero: ut tuae ſapientiae explicareť ſnia. Vtrunq; abunde ſuppeditatũ eſt: ac iuuit plurimũ uarias accepiſſe opinãtiũ cõiecturas. Prompte uero ac libẽter tuis paremus cõſiliis: quae ut ab amãtiſſimo aĩo pficiſcunť: ita ſalutaria eſſe intelligimus. Vtriq; fuit gratiſſimũ: & magni muneris accepimus loco. Agimus ob id magnã gratiam tuae Dominationi: & eo maiorẽ: quo etiã cumulatius recẽtibus litteris rem ipſam pſecuta eſt. Pergat / quaeſumus / tua benignitas: & quod ſine moleſtia fiat: ſiqd certius hiſdẽ de rebus ſuboleat: peroptatis litteris nobiſcum cõferat: & quae noſtra ſcire interſit: eoꝝ oĩum nos participes digneť efficere. Multoꝝ nobis gratae ſunt litterae: ſed tuae. R. D. non abſq; optimis cauſis certe omnium gratiſſimae. Vale.

SEnenſes Cardinali ſancti Sixti. S.P.D. Non ſumus neſcii a tua. R.D. fieri libẽter & accurate: quae & iuſta ſint: & noſtroꝝ ciuium iura tueanť: atq; eoꝝ utilitati cedant. Nam pſpicue nouimus tuã benignitatem fauere iis magno amore: atq; ſtudio: quos libenter commẽdauerimus. Exponet Antonius celeberrimus cauſidicus / dilectus ciuis noſter iura / nõnulla: & pecuniarum actionẽ q ptinent ad haeredes

Cionis quondá fratris eius.Pupilloꝝ cauſa eſt:& tuæ.R.D.patrocinio atq; adiumēto eget. Cōfidunt plurimū ſe ius ſuū aſſecuturos tua fauente elemētia.Nobis quoq; erit magnæ iucunditati:ſi intellexerint noſtri apud tuam .R.D.ualuiſſe plurimū noſtrá cōmendationē:quá ſperamus illis maxime profuturam. Vale.

SEnenſes Florétinis.S.P.D.Quod uos facturos recepiſtis:ut tam ueſtræ Reipublicæ noīe/q̄ ueſtroꝝ: qui cū Lucianenſibus nr̄is diſceptāt de finibus cá tota demandetur Cardinali Papiēſi:ſoliq; plena iudicandi detur poteſtas:ſi iá data opa ē:ſcite uehemēter cupimus:& ſignificari nobis ueſtris lr̄is:ut ſublata cōtrouerſia: tranquillatis rebus:qđ utriq; oī curamus ſtudio/iuſte & pacate uiuat̃.Ná ſi decreueritis:quod a nobis noſtriſq; factum intellexiſtis/& præſcribere diem certum/& definire cauſam facillime poterit præfatus dominus Papienſis:atq; ita(ut ſperamus)cōmuni uoto fiet ſatis. Valete.

SEnéſes Florétinis.S.P.D.Nobis ipſis pmoleſtū ē:qđ uobis eadē de re tá crebro cogimur fortaſſe moleſti eē.Laudamus:quæ a uobis hactenus acta ītelleximus datis ad.N.lr̄is.At dolemus : q̄ de illis frequēter nūciant̃ nobis.Præſertimq; hodie īnotuerūt.Ná q aſſentiri optimo īſtituto debēt de cōcordia cōficiēda p dominū.N.& lite cōponēda:ſuæ uident̃ parere libidini potius/q̄ iuſto obtēperare impio. Accepimus náq; ſæpius his ꝓximis diebus.N.ueſtros inſidias diſpoſuiſſe:ut in noſtros irruerēt:& nouū iteꝝ cōflarēt īcēdiū.N.noſtri nr̄æ ſe uolūtati totos pmiſerūt:q ita cōparati ſunt:ut nihil:qđ poſſit aduerſari cōcordiæ tentare auſint.Miramur.N.ꝓgreſſus:& uos etiá/atq; etiá hortamur:rogamuſq;:ne cūctent̃ illi diutius dare præfato.N.plená totius cauſæ facultaté/atq; arbitriū nobiſcū una:ut diſſoluamur utriq; his curis.Agite date ad rē pficiendam/neceſſariá operá.Compeſcite agreſtes animos:mollite duriora īgenia:ne laceſſendo diſſidiū pariant: & noſtri utrinq; tranquillitaté aſſequant̃:quá utriq; noſtrū cunctis rebus præferimus:qua & ueſtra præclara ciuitas & noſtra reſpub.ſumma cū beniuolentia & charitate mirifice fruit̃:ac lætatur. Valete.

SEnéſes.N.S.P.D.Dedit Magiſtratus noſter alteras ad ueſtras Magnificētias lr̄as:pq; eas cōmēdauit oppidanos Radicōdoli noſtrates hoīes/& fideles dilectos:ut interuētione ueſtra cōducerēt a uenerabili Priore.S.Frigiani fundū:quē poſſidet in eoꝝ agro:Intelleximus ueſtrá Magnificá fraternitaté/ac curatá opam p̄ſtitiſſe:ſed idcirco nō ſatiſfactū eē noſtroꝝ uoto:qđ alijs p̄ſenti tpe fundus locatus eēt. Habemus ueſtris Magnificētiis gratiá:& acceptá ferimus optimá uoluntaté.Sed cum ea conductio tam eccleſiæ canonicæ utilis/q̄ noſtris fidelibus ſit grata futura:ruſum oramus ueſtras Magnificētias:ut pro futuro tpe/priore locatione peracta adhibeant ſuá interuentioné cū præfato uenerabili Priore:ut(quoad fieri poſſit)redeat is: q ob eam cauſam uenit: poſtulati:& uoti ſui compos:quod & nobis quoq; noſtroꝝ cauſa gratum erit. Valete.

SEnenſes Venetis.S.P.D.Si ſunt oīa amicoꝝ cōmunia:merito iure conferunt̃ ſecū oīa. Quod ſi quid quiſq̄ perperá cogitet:& indigne moliat̃:uobiſcū ægre accipimus: q pacé & iuſtitiá inſeparabiles comites & ueſtrá Illuſtriſſi.amplitudiné plurimū ueneramur:& colimus. Optamus mentē iis meliorē dari:& cogitationes quoq; ad meliora cōuerti.Siquidē nihil eſt aliud:Italiam perturbare: q̄ cōtere perfiduro Chriſti aduerſarium/& infidelibus hoſtibus pacare uictoriam. Valete.

SEnéſes Florétinis.S.P.D.Venit iſthuc Philippus Accurſius noſter dilectus filius/ac clarus ciuis Senēſis.Hic cū oleariá hēt cū Thoma quodá Politianēſi:eá ipſe corá explicabit:quá cū ꝓtrahi lōgius moleſte ferat:cupit accedēte ueſtra auctoritate:q̄ ius ſuū reddit cuiq;:nō iá diutius ſuſpēdi:ſed iuſte/ac celeriter iudicari.Sperat ſe fore cōpoté ſui uoti:p̄ſertim nr̄a cōmēdatione adhibita.Ea ne ſpes eū fallat: uos uehemēter oramus:q ueſtris ſemper nō mō iuſtitiá:ſed gratiá quoq; exhibere parati ſumus. Valete.

SEnenſes Duci Ferrarienſi.S.P.D. Quæ reſpondit tua illuſtriſſi. Dominatio p ſuas nuper lr̄as : ut ab optimo & amantiſſimo aīo ſunt ꝓfecta:ut ſcite/ac prudēter ſcripta ſunt:ita i uere grata/ ac piucunda nobis:& ueri/ac ſūmi amoris/atq; ſpectatæ beniuolētiæ teſtimoniū phibuerūt.Magna afficimur uoluptate:cū mutuū cernimus ſtudiū/atq; officiū a tua Illuſtriſſi. Dn̄atione p̄ſtari nobis/ & q̄ uetus ad ꝓauitum iter p̄clará Eſtenſem domū/& noſtrá ſemp uiguit rēp.neceſſitudiné libēter/cōſtáterq; ſeruari. Perſpicua amoris ſignificatio:optima iſthæc uoluntas:ſolertiſſima maximaꝝ reꝝ ratiocinatio fuit plane gratiſſima nobis:atq; habemus tas ob res ingētes gr̄as.Nos quoq; ſiquid aliunde certi innotuerit nobis noſtro officio nō deerimus. Vſq; mō cōiectura agēdū cēſemus.Latent nanq; eoꝝ conſilia:q magna moliunt̃.Cōprecamur eū: q etiá res curat humanas:ut Chriſtianoꝝ Pricipū animos/ac fideliū populoꝝ uolūtates ita moderet̃:& regat/ut uniuerſorum tráquillitati/atq; ocio cōſulát:& ad ſtabiliēdá cōem quieté : & ad catholicá īprimis fidé tuendá/ cogitationē oēm atq; operá conferát:q̄ mente tuá illuſtriſſi.Dn̄ationē & eſſe & fore ſemp cōpertū/atq; exploratū habemus. Quod idē plane inſtitutū & fuit ſemp noſtræ reip.& futuꝝ certo ſcimus.Quod ſi eadē ſtudia firmiſſimá amicitiam pariunt:quæ poterit noſtra uel maior eē:uel certior:cū ſit in pacis amore utrorumq; noſtri cum beniuolentia & charitate ſumma conſenſio.Poſtremo id ſibi perſuadeat tua Illuſtriſſi.Dominatio de noſtra republi. quod de optimis amicis & uere amantibus expectari licet. Vale.

SEnenſes Regi Siciliæ.S.P.D.Qui ſummá tuæ Maieſtatis/ac paternam in nos charitatē multis pſpeximus argumētis:q nouimus optimū pacis & tranqllitatis uniuerſoꝝ auctorem beneficentiſſimum huius reip.patrē:& nr̄æ ꝓpugnatorē libertatis/optimo iure i tuæ Maieſtatis p̄ſidio cōquieſcēdū putamus.Nota iampridē ē:& explorata nobis optima iſta uoluntas:& certis cōprobata documētis. Cōfidimus & ſūmi Pontificis/& tuæ Maieſtatis auctoritate/atq; optima reliquoꝝ oīum/cū imprimis Italoꝝ Principū mēte pacata oīa/& tráquilla fore. At ſi qd forte:ut ſunt humana:q̄ iſtabilitati & mutationi patēt quouis tpe noui accidat ut libēter accipimus:qđ nobis tá benigne/tá crebro patrociniū defert:ac pollicet̃ nobis tua Maieſtas ita eo nobis filiali iure utēdū ītelligimus. Atq; ea qdē oblatio:ut munificētiſſima ē:& Regia Maieſtate digna:ita noſtræ eſt gratiſſima reipu.agimuſq; ob eá:& habemus q̄ maximam tuæ Serenitati gratiam:& nos ei plurimum debere profitemur.Ac de cætero quoq;:ſiquid noui & certi innotuerit:qđ ſcire nr̄a interſit:precamur:dignet̃ tua

Maieſtas ipartiri nobis. Quòd át ad N. ſpectat & ré ipſam nřis reliq̃ cõſiliis: nihil niſi qđ iuſtũ ac decoꝝ ſit: & iure laudádũ / efficere nos ſemp intelliget tua Maieſtas: cui nos & noſtrã ciuitaté deuotiſſime cõmẽdamus. Vale.

SEnéſes Duci Mediolanẽſi. S.P.D. Gratũ & pq̃ iucũdũ fuit nobis tuæ illuſtriſſimæ Dñationis reſpõſum: p qđ & idicata nobis ẽ paterni affectus charitas / & planc uoto atq; expectationi nřæ factũ ſatis. Plurimũ nãq; tuo cõſilio / atq; adiumẽto nitimur. Ac tã etſi Romãi Põtificis & Regiæ Maieſtatis / ac tuæ Illuſtriſſi. Dñationis ſtudio: atq; p̃ſidio: cæterorũ q; Italoꝝ Pricipũ: q trãquillitaté affectãt ac dies nocteſq; cogitát: q̃ pacis ſunt: ſperemus firmũ fore Italiæ ociũ: accepimus tñ lætis aĩs: q̃ nobis in oẽm reꝝ euentũ benigne pollicet̃ tua inclyta Dñatio: q̃ agit nobiſcũ amãtiſſimi Patris ingenio / atq; more. Inſidet ea ſpes penitus nřis fixa pectoribus. Mirifice nos delectat paterna iſta uolũtas: eſtq; iucũdiſſima nobis tuæ munificẽtiæ p benigna oblatio: q̃ utẽdũ nobis fidẽter / & quodã ueluti filiali iure ĩtelligimus ad tuẽdã noſtræ reip. libertaté. Agimus tuæ illuſt. Dñationi q̃ maximas gr̃as: parati p tãto ſtudio atq; officio / eã ſemp ſũmã exhibere reuerẽtiã: fideq; p̃ſtare: q̃ obſeruãtiſſimos decet filios. Et q̃q̃ cõfidimus diuino iſpirãte numie / potẽtatus oẽs: qui opibus ac uiribus pollẽt: ad fideliũ unanimitaté / atq; cõcordiã firmádã: & ad Barbaꝝ / atq; imané hoſté repellẽdũ / arcendũq; curam oẽm & induſtriã collaturos. Siqđ tñ noui ac certi intellexerit tua Illuſtriſ. Dñatio / uel de. N. claſſe: uel alia quauis de re: quá ſcire noſtra interſit: rurſum oramus ſupplices: ut nos dignetur / reddere certiores / & libenter impartiri nobiſcum: quæ res & tuæ Illuſtriſſi. Dominationis meritum & noſtram obligationem augebit. Vale.

ℭ Finis Tertii & ultimi Libri Epiſtolarum.

ℭ Quid Reipublicæ Scribam: quid ue eius Amanuenſes deceat: hoc Nicholai Dathi carmine declaratur. Ad Hieronymum Dathum celeberrimum Adoleſcentem / ac Nepotem chariſſimum.

ONitor atq; nouum ſpecimen fiduſq; tuoꝝ
Ac ſplendor noſtræ: delitiæq; domus.
Deſignatus eris ſacro cum ſcriba ſenatu
Si ſapis: hæc moneo: dogmata pauca legas
Quale ſit hoc pondus: quantũ quoq; uiribus ipſe
Orandi ualeas: prouidus ante uide:
Quantus uocis honos / & gratia quanta legentis:
Quæ doctrina ſimul / ſtilus / & ingenium.
Eſt opus hoc etiam fuerit tibi longior uſus
Scribendi: ſine quo prorſus ineptus eris.
Nec fuerit Scribæ ſatis experientia: nanq;
Quamuis longa: tamen nil ualet / arte carens.
Adſit præterea grandis prudentia: ſolers
Ingenium / atq; ſagax / & memor / atq; tenax.
Quumq; Senatorum petitur ſententia quæ ſit
Ambiguum ſi quid forte refertur ad hos.
Illorum ſtudeas diſcordia uerba tenere
Et uelut ad numerum ſcribere quæq; ſuum.
Vt uarias uoces concinnat Muſicus arte:
Sic mentes Scribam conciliare decet.
Sæpe licet ciues non conſona uerba loquantur:
Publica ſed cunctis cernitur una ſalus.
Huc tendunt omnes: huc diſſona dicta feruntur.
Omnibus & finis ultimus unus hic eſt:
Ac uelut in uitã longe diuerſa ſequuntur
Mortales: fœlix quilibet eſſe cupit.
Nil refert illis uox ſit contraria: dum ſit
Mens eadem: & quiſq; ſentiat intus idem.
Immo ſolet potius uariis ſententia uerbis:
Ac reſoluta modis lucidior fieri.
Conſule quæſo prius: caſuſq; expende futuros
Ciuis: qui ſaluam rem cupis eſſe tuam.
Inſuper hæc moneo / memori ſub pectore condas:
Peruoluaſq; animo: continueq; legas.
Publica ſolicita ſeruentur ſcrinia cura:
Ne quis furetur: ſurripiatq; tibi.
Sis fidus / patiens / promptus: ſi quando uoceris
A dominis: ſemper nocte / dieq; uigil.
Nulla tibi (heu caueas) mittatur epiſtola quoq̃
Ni fuerit Dominis iſta probata prius.
Ante tamen q̃ des: iterumq; / iterum legatur:
Paruus in hac error maximus eſſe ſolet.
Publicus is quoniam cunctis ſpectandus / & extra
Conſpiciendus abit: dedecus inde parit.
Non tantum auctori / ſed qui præfecerit ipſum
Tam magno imprudens officioq; graui:
Et ſcriptam inuoluas alta de more papyro
Seruari quoniam ſic ſolet ipſa magis.
Prædico / caueas: ne quis te blandus iniq;
Fallat: & inſidias tendere forte queat.
Hic tacite dicet: ſi nunc tibi littera detur
Hæc mihi: non unq̃ qui ſciat ullus erit.
Quo tamen excuſes te: ſiquis ſciret / habebis
Littera quum fuit hæc tradita / non aderam.
Quis uolet ulterius rimari / & querere cauſam?
Obſequere. hinc & enim gratia magna ueniet.
Hinc tibi perpetui (credas) quærentur amici.
Quod licet: ingratum eſt: qđ minus / illud amo.
Sic tibi molliculis tenduntur retia uerbis.
Subriſit: factam rem ſibi fraude putat.
Sacra tibi iurata fides / & ſancta colatur
Vult: hanc quam uiolet: uir bonus ante mori.
Abnue magnanimus: conſtanſq; obſiſte precanti
Nec flectant animum ſubdola uerba tuum
Iſta tamen pauci poſcent: poſcentq; proterui:
Expertus nemo / nec petet iſta bonus.
Nullus erit forſan ciuis: qui talia tentet:
Noſce tamen / ſiquis talia forte roget.
Nam decet ad cunctos cautos aduertere caſus.
Si minus euenient: nil tibi noſſe nocet.
Auguſtum caueas ſolium: uenerandaq; tecta
Viſere: ni dominis iuſſus adire prius.
Si tamen hi iubeant tete in ſecreta uocari
Atria: parendum eſt: mox reuerenter adi.
Inſtrue præterea dominos: ſi forte laterent:
Quæ ſint officii / muneris atq; tui.
Accidit interdum quoſdam non eſſe peritos
Quæ deceant: hæc ſunt præcipienda tibi.
Adque uoluptatem nunq̃ tibi ſermo feratur:
Vtile quod fuerit / dixeris: atq; decens.
Et fremat uſq; licet ciuis quicunq; loquaris
Quod ratio dictat: qua duce tutus eris.
Interpres uerax hominis mihi lingua latentis
Sola placet / mentis nuncia fida ſuæ
Ocius expedias / quæ demandata fuere
Ad nutum domini ſcripſeris omne tui.
Qui licet ingenuis percurreret ocia ludis
Abſtineas: auctor ne uideare iocis

Nam decet

Nam decet æquales ſemper iocus:hercule ſerio
Turpe eſt cum dominis ludere uelle ſuis.
His quæcunq; tibi fuerint cõmiſſa:taceto
Labra uelut Lethes flumine prolueris.
Parua licet/tu magna putes/infandaq; rere
Parua quidem culpa eſt ad grauiora uia
Culpatos defende tuos dominos:& ab omni
Crimine dic longe ſemper abeſſe uiros.
Cuncta uelis tu noſſe prius:ne crederis ulli
Scribere quod ſit opus:ſit licet uſq; leue.
Aſcribenda quidem tibi ſunt quæcunq; memento
Et decus omne tuum:dedecus omne tuum.
Inſuper exortor:ne quod non pertinet ad te
Anxius exquiras:ſollicituſq; petas.
Quæ tua ſunt tantum cures: nam ſegnis/ & amens
Cui nihil eſt quod agat:ſcire aliena cupit.
Hæc loca præterea/ueluti penetrale tuentor.
Improbus hinc abeat:nec male notus eat.
Abſit ab hoc omnis pluteo:nec ſcribat in iſto
Quiſquis erit propius non adeatq; gradus.
Ruſticus imprimis/& qui ſamoſus habetur
Et quiſquis demum non bene notus erit.
Nulla ſuper ſcanno pateant monumenta legenda:
Et ſileas:tacito gloria magna uiro.
Vtere uoce parum:ſit magna modeſtia linguæ
Turpe nihil dicas:id faciaſq; minus.
Cuſtodi uigilans:cautuſq; reconde ſigillum:
Obſignata tibi littera quum fuerit.
Ordine cuncta loces:atq; ordine ſingula ſerues:
Omnibus & rebus ſit locus & proprius:
Inq; diem conſcripta tibi referantur in acta
Publica:quæ cunctis ſint monumenta diu.
Summatim:ſeneæ fuerint quæ miſſa per agrum
Ad uerbum quicquid mittitur inde foras.
Diſcedens tu claude fores:tunc ianua nunquam
Hæc pateat:quamuis non procul ire uelis.
Hoſtia claudantur ſenſim:ne ſtridor acerbum
Dentibus incutiat:uim faciatq; ſonus.
Conſilia impediunt ſtridentes cardine portæ:
Mutua ne domini dicere uerba queant.
Terq;/quaterq; prius diſcedens cum pede clauſa
Hoſtia pertentes:percutiaſq; manu.
Et tibi nõ ulli credantur aperta:monemus
Hæc loca:ſed iubeas:hinc eat ille prius.
Si uir erit prudens:liquido te nolle uidebit
Linquere ſola loca hæc:te ſine tuta minus.
Si tamen ille rudis nequaquam aduerterit iſtud:
Tunc fingens cauſam/dicere uade:potes.
Si ſibi des clauem:petat a te quiſq; negabis
Hoc ſine te nollem quemq; manere loco.
Excipio dominos:& qui grauiora gerentes
Forte frequentarent hæc loca clara/uiros.
Ire uolet prætor leges:ac iura daturus
Senæ ſubiectis urbibus:atq; locis.
Quas omnis Quæſtor gemma ſignauerit uda
Oſtendat cæras:porrigat atq; tibi.
Hoc magis/atq; magis facias cuſtodibus arcis:
Quos deceat fortes eſſe/proboſq; uiros:
Et iurare iube cunctos ſe uelle tueri
Aequum:e iura:fidem:fas:decus:atq; modum.
Sis frugi:& parce cæra utere:licia ſerua:
Et folia:ac nulli des:licet illa petat.

Sæpius hoc ſpatium iubeas tergatur:& omnis
Angulus:& ſcamnum:ſcrinia cum loculis.
Ne cui:ſi ſedeat:ſpargantur puluere ueſtes
Et putet immundos hic habitare uiros.
Ne ue etiam innixi fauceſq;/& tempora dextra
Forte ſuper ſcannis/menda ſit in cubito.
Angulus excipiat quicquid uerratur:& inde
Puluere rimeris:chartula ſiqua latet.
Nec turbata uolet paſſis emiſſa feneſtris
Pagina:ſiqua tibi eſt forte notata prius.
Nam ſecreta quidem iactis extantia chartis
Si pateant:rapidus quas male uentus agat.
Quilibet e populo poſſit delapſa uidere
Mox folia:& rapiet forte inimica manus.
Vt tibi tollatur tantorum cauſa malorum:
Collige:collecta mox dabis iſta focis.
Tu quoq; ab igne caue:multum candela tapetis
Sæpe nocere ſolet:ſi ſuper illa cadat:
Atq; ruens nigro macularet bombice chartas.
Flagrarent multo ſcripta labore tibi.
Extinguas abiens ardentia lumina.totum
Vrere nanq; locum parua fauilla poteſt.
Hinc ulli nunq̃ iubeas:res ulla trahatur:
Pro licet exiguo tempore quiſq; petat.
Non ego de nummis uolui meminiſſe:docebit
Quem ſeruare decet ſcripta tabella modum.
Vrbe mane ſemper.hinc longius ire negato
Scriba & enim debet ſemper adeſſe domi.
Nuncius ecce uenit:uel nuncius ire iubetur
Feſtinans. nulla eſt forte opus ire mora.
Littera miſſa foris ueniet conſcripta latine
Illico reſponſum qui feret:ille petet.
Dedecus eſt ingens:ſi tunc non ullus adeſſet:
Scribere qui norit uerba latina citus:
Si tamen extiterit caſus:quo forte neceſſe
Ire foras fuerit:iſta teneto prius.
Subroget egregium ciuem pro tempore toto:
Quo uelit eſſe foris:nec ſit is inferior.
Quanq; manere diu putet:aut ubi ſiſtere:quo ſe
Contulerit dominis edito cuncta prius:
Vt ſi tunc placeat diſtantem forte uocare:
Noſcant quo mittant:unde uocatus eat.
Sit tibi præterea:ualeat qui rite tabellis
Dictantis celeri uerba notare manu.
Ac celer obſequio dextræ perſcripta citatæ
Corrigat arbitrio/iudicioq; tuo.
Et ſcribat rapida tenui meditata papiro
Dicta manu:mentem concipiatq; tuam.
Et caueas torto ſcribatur littera uerſu
Iungantur paribus quæq; elementa notis.
Sit bonus & doctus/fidus/raruſq; loquendi:
Et cupidus famæ/ſollicituſq; tuæ.
Sit iuuenis:lector uelox/uociſq; ſonoræ:
Sit ciuis natus nobiliore loco:
Arcanum ignoto quoniam male creditur:ipſe
Corrigitur iuuenis:indociliſq; ſenex.
Plura quidem dixi pingens modo carmine/ qualem
Eſſe uelim:nobis qui placeat/iuuenem.
Hic dat enim multum damni:multũ ue decoris
Affectus ſi ſic:aut aliter fuerit.
Nuncius & fidus curſor mandata ferentes
Sint curæ/& magnæ precipueq; tibi.

Nocte/die miſeri patientes frigus/& æſtum
 Hi curſim carpunt abſq; quiete uiam.
Et licet extrium minitetur fluminis unda:
 Et careant rupis flumina cuncta uadis.
Et licet innumero loca ſint obſeſſa latrone:
 Vt nulli poſſit tranſitus eſſe uiæ.
Et ruat aſſidue quamuis cum fulmine nimbus:
 Attamen ire opus eſt:atq; redire cito.

Hos tu præcipuo ſtudio tuearis:& iſtis
 Patronum præſtes te uelut/immo patrem.
Hæc ſi contigerint:ſcito tibi grande paratum
 Iri Scriba ſophos:perpetuumq; decus.
Si ſecus accident:ſtultus ridebens:& ſic
 Vrbe nihil gratus:ridiculuſq; foris.

FINIS.

❡ Nobilis Hiſtorici Auguſtini Dathi Senenſis prologuium in Senenſem hiſtoriam fœliciter incipit.

SEnenſis ciuitas q̃ multis:q̃ magnis/ac præclaris iamprīdē excelleat laudibus:cernere facilius eſt/q̃ litteris ꝓſequi:qppe q̃ una iter uetuſtas/ac nobiliſſimas Italiæ ciuitates: eaꝝ reꝝ ſplendeſcit tū uarietate & copia/tū magnitudie & præſtātia:q̃ ad magnū ciuitatis/ac reip.decus pertinere iudicanť.Nā opportunitate loci/ubertate agroꝝ/terræ ac maris ditiōe/ueteris originis/ac parētū nobilitate/ cœli clemētia/diuini cultus religione:diſciplina uirtutis:legū atq; īſtitutoꝝ ſanctimōia:multaꝝ reꝝ laude:ſtudioꝝ denicq;/ac lr̄aꝝ gloria:cū pleriſq; ēt clariſſimis Italiæ ciuitatibus haud dubie cōferri poſſit.Sed qđ oium primum/ maximūq; putādū ē:libertate lōgo iā æuo fruiť:nō plane ullis aut hoſtiū īſidiis:aut belloꝝ caſibus īternuſſa : ſed defenſa potius ſapientie armis/ac magno ſemp ſtudio & cōſilio ſeruata:firmiterq; retēta:Nec id qdē mirū. Fuit.n.illa cœleſtis ſemp numinis cultrix/atq; obſeruātiſſima:cuius(ut opinor)ꝑſidio atq; ope freta:īduſtriæ uigilando:bene cōſulēdo:mature agēdo:oium tandē hoſtiū:quos & multos & uarios ꝑ diuerſa belloꝝ tēpora ꝑpeſſa eſt : & inſidias repulit:& ꝓpulſauit iniurias. Veꝝ ubi nemo foris circumuenit:nemo intus īſidiať:ſuis ſe qſq; finibus cōtinet:pacate & trāquille uiuere fœlicitatis potius eſt:q̃ humani cuiuſpiā ſtudii/ac laboris.At cōtra aduerſis bellorum tēpeſtatibus ac ꝑiculis:& nō mō externo ſeuiēte hoſte:ſed īteſtino quoq; urgēte malo/libertatē ita tueri: ut eā nec pollui:nec occidere patianť:id demū ꝓcipuæ laudis/ſūmæq; ſapiētiæ munus exiſtimare debemus. Quod ſi qs ſupiora tēpora cogitare uoluerit:& uetera memoria repetere:is plane intelliget plures hāc rēp. ſubſtinuiſſe calamitates:grauiora ꝑpeſſam fuiſſe detrimenta:aſperioribus exagitatā ꝑiculis:q̃ quæ illoꝝ capere fides poſſit:q̃ præter auditū nihil acceperint.Id aūt pleroq; eo ſolet accidere:qđ uariæ ſunt reꝝ uices/humana oīa mutabilitati ſubiacēt:neq; quicq̃ diutius inter mortales fixū/ac ſtabile ꝑſeuerat:Fitq; interdū : ut nōnulli uel malo ingenio nati:uel cōſuetudine quadā ac prauitate corrupti:uel deniq; ſecundis rebus elati/imoderatius exultēt: ſuæ libidini ſeruiant:īſidienť bonis:malos euehant:ꝓ ſuo oīa arbitrio gerāt:nullū relinquāt prudētiæ/ac uirtuti locū : qua peſte nulla ī ciuitate/ac rep.aut cogitari maior:aut capitalior eē pōt.Nā cōcordibus ciuiū aīs:atq; unum ſpectantibus ciuitatis bonū:tuta oia ſunt:& nulli ꝓrſum diſcrimini patēt.At ubi ambitio ſæuit:īſurgit inuidia: luxuria diffluit:creſcit auaritia:primū aīoꝝ diſſenſiones : ſimultates: priuatoꝝ cōmodoꝝ ſtudia:publicæ ſalutis deſpectus:mox clandeſtina colloqa:factioſoꝝ conſpirationes:turbulēti motus:nouaꝝ reꝝ cupiditates:poſtremo reipu.clades atq; interitus ſequať:neceſſe ē niſi ſorte diuini numinis obſtiterit ꝓuidētia/ bonoꝝ & ſapiētū ciuiū uigiliæ/labores/aī magnitudo:& quædā nō uulgaris uirtutis acceſſerit.Fit āt neſcio quo facto:ut quo maior:quo ue fuerit quæpiā reſp.clarior:eo magis hiſce malis/atq; infortuniis uideať obnoxia. Teſtis ꝓdeat magna Lacædemō bellicæ gloriæ Princeps:Teſtimoniū Athenæ ꝑhibeāt diſciplinaꝝ pene oium inuētrices:quæq; legū cōſtitutione & auctoritate maxime floruerūt.Sed qd externas & ueteris memoriæ ciuitates cōmemoramus:Ipſa quoq; Roma gentiū oium decus:totius caput orbis:ac Senēſis populi mater eiuſcemodi īfortunia uitare uel neſciuit: uel non potuit:patrū & plebis cōcertatione diſſenſit:Tribuniciis crebro preſſa eſt tēpeſtatibus:Grachoꝝ ſeditionibus agitata/ciuiliū certaminū facibus incenſa:domeſticis cōiurationibus ꝑturbata:& qđ oium pene ſceleꝝ imanitatem ſuperat:plus q̃ ciuilis pugnæ labē/ac decus nō effugit.Quid finitimæ ciuitates:qd tota ipſa Italia nō ne ciuilibus cōtentionibus/inteſtinis diſcordiis/atq; execrādis illis Gebellinoꝝ & Guelfoꝝ factionibus īfecta & polluta eſt:Hinc diuturna & atrocia bella:hinc iniuſtæ alienaꝝ reꝝ occupationes:hinc ſancti fœderis:& iuſiurandi temerata ac uiolata religio:hinc direptiones ciuitatū:ſacraꝝ ædiū incēdia:tēploꝝ euerſiones:cōpreſſiones Virginū:ſtupra/adulteria:bonoꝝ uiroꝝ cædes/captiuitates:inumerabilia dāna:poſtremo Iuſtitiæ/pacis/ ac totius uitæ ſūma interdū ꝑturbatio/atq; cōfuſio.Ac Senēſis qdē ciuitas imprimis ſilētio prætereunda non eſt:q̃ cū diutiſſime præcipuam tranquillitatem/atq; ocium tenuiſſet:& eo ſtatu eſſe uidereť:qui nullis neq; fortunæ caſibus : neq; hoſtiū dolis labefactari poſſet/quorundam tamen perditiſſimoꝝ ciuium īprobitate/ac ſcelere:potius q̃ externi hoſtis inſectatiōe pene factū eſt:ut in mediū ſalutis & libertatis diſcrimē uocareť.Atq; ita turbulētis fluctibus multos iā ꝑ annos uexata eſt:ut adhuc uix tādē reſpirare cœperit:cū de manibus ſeditioſoꝝ ciuiū ꝓlapſa arma ceciderūt:& ad iuſtos/ac pacatos uiros trāſlata res ē.Quaꝝ qdē reꝝ:quæ fuere ꝑfecto maxiæ/ac memoratu dignæ:tū cauſas/tū ſeriē explicare cōſiliū ē:ut quo ꝓgreſſu:quo ue ordie geſtæ ſint:ꝑ quos afflicta/ac pene ꝓfligata Senēſis reſp.ꝑ quos porro reſtituta/ſeruataq; ſit/facilius nr̄a lucubratiōe īnoteſcat:tātarūq; reꝝ cognitio trāſfundať ī poſteros:ſitq; oībus argumēto ſimul/atq; exēplo:q̃ peſtifera ſint occulta domeſtici hoſtis iacula:q̃ ꝑiculoſum exiſtimari debeat īproboꝝ temeritate amminiſtrari repu.q̃ ſecuꝝ cōtra uel tutū potius/& ſalutare:bonoꝝ ciuiū auctoritate geri/atq; cōſilio.Indecoꝝ nāq; ē:mea ſnīa:ea ī tenebris & cōſequētis ſæculi ignoratiōe uerſari: q̃ & uerboꝝ lucē/& lr̄aꝝ claritatē deſiderāt.Igiť ſcribere aggrediemur:nō aut īgenio: aut eloquētia freti : ſed ſola reꝝ ueritate : ac narrandi fide:nequaq̃ ultra:q̃ quod uere factum ſit/uſpiam progreſſi.Quin etiam proludētibus nobis/alioꝝ forſan excitabunť ingenia:qui maiore facultate Senenſis populi geſta memoriæ:prodant:illa præſertimq; quæ proximo decennio ſummis maximaꝝ reꝝ difficultatibus cōtingūt: ex eo inquam:tempore:quo & magnus exercitus/& Regis aduentus totam pene Hetruriam cōmouit.

Explicit prologus.

❡ Incipiunt

¶ Incipiunt Fragmenta Senenſium Hiſtoriarum:ac primum Libri Primi.

REX Igitur Alphonſus nõ mõ Aragonũ : ſed multaꝝ quoq; gẽtiũ Princeps potẽtiſſimus:quiq; ad paterni Imperii amplitudinẽ Neapoletani Regni adiecit gloriã magnis fortũis/atq; opibus/florebat. Regis nomẽ/atq; ampliſſimi regni decus p oẽm Italiã celebre erat. Annus agebat᷑ poſt. M.cccc. Sextus & q̃dragesimus. Veneti p id tẽpus i Gallia ciſalpina:& Philippus Mediolanẽſiũ Priceps/graue qđ & poſtremo fuit:inter ſe bellũ gerũt. Diu æquo utrinq; Marte/uario euẽtu certat᷑. Cũq; bellũ protraheret᷑:atq; exardeſcere uideret᷑ indies:Dux Philippus ab Alphõſo rege auxiliũ petiit. Rex:q ab eo quõdã in ſũmo reꝝ diſcrimine magnis bñficiis affectus erat: & ferre auxiliũ:& pſens exercitũ ductare ad id bellũ parat. Magnũ pinde militẽ cõflat:equeſtres/ ac pedeſtres copias ornat. Erat exercitus.xv.M.circiter armatoꝝ: in qs & nobiliſſimi et nõnulli Pricipes:pmulti clari bello Duces:pleriq; ex Alphõſi regno iſignes uirtute/atq; armis uiri. Rex pfectus i caſtra/media fere hyeme: ualidiſſimo munitus exercitu:Romam uerſus in Tyburtẽ agrũ iter intẽdit. Põtifex Eugenius q̃rtus:q tũ Apoſtolicæ ſedi præerat:Regẽ/ut accedat ppius hortat᷑:cupiebat nãq; cũ illo ſimul : & Mediolanẽſiũ Philippo Ducẽ ſocietatẽ coire qppe q ſibi & eccleſiæ/a Venetis & Florẽtinis periculũ metuebat. Ad eãdẽ ineundã ſocietatẽ Senẽſes quoq; Ludouico Patriarcha & Cardinale Aquilegiẽſi ad id dãte operã:inuitant᷑. Senẽſes aſſentiri nolle: uereri nãq; belli motũ:cũ eẽnt tuẽdæ pacis auidiſſimi:morbo interea corripit᷑ Eugenius Põtifex: dũ hæc agebant᷑ : ac ui Tybur Rex cũ exercitu ueniſſet:morit᷑ tãdẽ Sũmus Põtifex prio uere.vii.kal. Martias. Ea res noui conſilii capiẽdi argumẽtũ pbuit. Rex:q munitiſſimũ hñet exercitũ:cũ de creãdo nouo Põtifice agẽdũ eẽt:Legatos Romã miſit ad ſacrũ patrũ & Cardinaliũ coetũ:q optimũ eius erga ſe aĩum & uolũtatẽ indicarẽt: ſimul copias & militem oẽm/pecunias/ac facultates ad tuẽdã eccleſiæ firmitatẽ ſtatũq; deferrẽt:monerẽt iſup: ne oino quicq̃ de ſua fide atq; amicitia ſuſpicaret᷑. Paucis poſt diebus Cardinalis Bononiẽſis Thomas Serezanas ad Sũmi Põtifici dignitatẽ & culmẽ puehit᷑. Is fuit Nicolaus. V. q obſcuro genere/atq; ignobilibus parẽtibus ortus/uirtute/doctrĩa/ac ſapiẽtia/mirabile dictu:ſũmos quos in eccleſia gradus/paucoꝝ annoꝝ curriculo icredibili oĩum fauore aſſecutus ẽ. Rex Alphõſus:q Tybure ſeſe cũ ſuis Legionibus cõtineret:ſex Oratores ad Põtificẽ Maximũ uenerãdũ/atq; ei gratulãdũ/ob põtificatus aſſumptionẽ miſit uiros ex oi numero uirtute/ac dignitate pſtantes : & ad trecẽtoꝝ ſimul equitũ comitatũ. Quo tpe/& oẽs pene Chriſtiãi nois natiões/ ac pricipes p uetere more põtificẽ ſalutarũt. At uero ſũmi põtificis creatio & nouaꝝ reꝝ euẽtus aliquãdiu retardauit ab iſtituto itinere Alphonſum regẽ:cũ tñ Philippi partes & urgeri grauius/& inclinare uiderent᷑. Põtifex Nicolaus:q ſopire/ac ſedare Ciſalpinũ bellum cuperet:& miſit ſũma prudẽtia/atq; auctoritate patrẽ Ioannẽ Cardinalẽ Morineſem Ferrariã:q una cũ Leonello Eſtenſi eius urbis pricipe/inter Venetos & Philippũ de cõcordia ageret. Venerũt eodẽ & a Rege Legati: q eã ipſam cõcordiã tũ ſuaderẽt:tũ ẽt adiuuarẽt. Pleriq; & populi eius regionis & pricipes:ne in deterius bellũ ſerperet eã rẽ ipſam affectare uidebant᷑. Nec multo poſt tpe p mediã fere æſtatẽ Angelus Maurocenus & Raimũdus Ortoſa a Regis caſtris pfecti cũ pauculis eqtibus:quos tñ & nõnulla peditũ manus haud palã ſequebat᷑:i Hetruriã ẽũt. Hi deide Senẽſe ſolũ amice ac libere igreſſi initio Auguſti mẽſis Florẽtinoꝝ fines iuadũt:oppidulũ Cennin qđ ad Ambrã ſitũ ẽ:inſidiis occupãt:cũ oppidani ad ruſticũ opus egreſſi eẽnt. Id primũ a regis militibus oppidũ in Tuſcia captũ ẽ:qđ tñ Florẽtini haud multo poſt tẽpore/miſſis illuc nõnullis ſuaꝝ Legionũ militibus recuperarũt:& pditiõis reos affecerũt laqueo. Angelus ãt & Raimũdus ante Florẽtinaꝝ copiaꝝ aduẽtũ ſeceſſerãt ſuis militibus/eius oppidi relicta cuſtodia. Sed hi cũ in Senẽſiũ agrũ paſſim uagarẽt᷑:finitimoꝝ ſolo iſultarẽt:atq; infeſtã eoꝝ regionẽ habituri uiderẽt᷑:interdũ facta excurſiõe atq; acta præda:idignati Senẽſes mittũt cũ Impio:q illos ſuis finibus pellãt:qđ ſi alio pacto nequeãt primũ terreãt minis:deide ẽt ad arma cõfugiãt. Quippe erãt Senẽſes ſtudioſi pacis:ac uerebãt᷑:ne parua ſcintilla(ut plerũq; fit)magnũ aliqđ ſuſcitaret incẽdiũ: & cõuenaꝝ graſſatiões fierẽt futuri belli ſeminaria. Grauis tũ ea res Angelo & Raimũdo fuit/ac pmoleſta: At cũ ſibi parẽdũ eẽ Senẽſiũ uolũtati aiaduertiſſent:cedũt illoꝝ finibus:ac demũ in caſtra Regis ſe recipiũt. Atq; hæc qdẽ in Tuſcia. Cũ iterea ægrotãs Philippus Mediolanẽſis obrutus obeſiore corpe/ diẽ ſuum obiit:funere & ſepultura affectus/nequaq̃ pricipe digna. Varia de ultima illius uolũtate i uulgus iactabant᷑. Ob huius mortẽ:q̃ Ferrariæ de cõcordia tractabãt᷑:pſertim cũ Laudẽſes & Placẽtini ad Venetos deſciuiſſent:irrita facta ſunt oĩa. Legati uero:q ob eã cãm eo cõuenerãt:alius alio diſceſſere. Mediolanẽſes:q graue ſeruitutis iugũ ſe ppeſſos fuiſſe phiberẽt:rati melius eẽ ut ſe i libertatẽ uẽdicarẽt/ſolo æquata arce:ad libertatẽ cõi totius populi cõſenſu/& clamoribus aĩos cõuerterũt q̃q̃ illã qdẽ nõ minus ſeruare difficile ẽq̃ poſſidere iucũdũ. Veꝝ ut facilius poſſũt Mediolanẽſes libertatẽ tueri: aſciuerũt & Frãciſcũ Sforziã clariſſimũ p eã tẽpeſtatẽ Ducẽ:& tũ Cremonæ Principẽ:q audita paulo ante Philippi Ducis aduerſa ualitudine ex flãminia in Galliã cõtẽdebat: ſed prius ille mortẽ oppetiit:q̃ hic Mediolanũ peruenit. Erat is nãq; ipſius Philippi gener:& Blancã Mariã pſtanti laude uirginẽ uxorẽ duxerat/Cremona urbe in partẽ dotis accepta. Senẽſes aũt i tota Hetruria Philippi interitũ maxie doluerũt:cuius amicitia & fauore potiſſimũ freti erãt:& in Mediolanẽſi pricipatu ſpem ſũmã ſemp habuerãt:ut mutua utrinq; exiſteret fides/ ac pcipua charitas. Rex Alphõſus cũ de Philippi Ducis morte/atq; oibus de rebus eſſet factus certior ſimulq;(ut ipſe aiebat) Mediolani Impio teſtamẽto ſuccederet/iceptũ pridẽ iter pſequit᷑ : & p Hetruſcos trãſiturus Mediolanũ uerſus (ut ferebat᷑)exercitũ traducit. Senẽſes uero cũ p Põtificẽ Nicolaũ:quẽ regis cõſiliũ haud oino fugiebat : rẽ oẽm intellexiſſent:metuẽtes ſibi ac finitimis populis:nõ ignari tẽpeſtatẽ in tranqllo optare demẽtis eſſe:mittunt cõfeſtim Oratores ad Regẽ:qui poſt exhibitam ſalutationẽ:ac prima illa Legatoꝝ cõſueta/Senenſium nuncient eam

menté eſſe/ac firmiſſimũ inſtitutũ:ut & cũ aliis oĩbus/& cũ finitimis ĩprimis nihil/q̃ pacẽ malint:cũ his certũ eẽ
ut tũ iuſte:tũ ẽt pacate uiuant:ſimul hortenẽ:atq̃ obſecrẽt Regẽ:ut & uniuerſæ Italiæ:& Tuſcoꝝ pſertim paci/
atq̃ ocio cõſulere uelit:affectũ paci Senẽſem populũ:ab oĩ aũt bello lõge alienũ eẽ.Retulerunt Legati pgratũ a
Rege reſpõſum:ac uere tãto Principe dignũ:ſe magno ſemp Senẽſem ciuitatẽ amore fuiſſe cõplexũ: optare eius
libertatẽ:eãq̃ nõ minus/ac ſuũ ipſius regnũ tueri uelle:patere eã uoluntatẽ multis ultro/citroq̃ collatis benefi
cus:Italicã pterea & Hetruſcã quietẽ affectare:eam ſiqs uel infringere/uel pturbare auſit:ſe ultro armis occur
rere/ac reſiſtere paratũ.Illud quoq̃ ſubiecit.Si qd de pgrediẽdo cõſilii cœperit/factuꝝ ſe cũctis de rebus Senen
ſem populũ certiorẽ:quẽ ad ſeruãdã pacẽ ẽt plurimũ hortaref.Hæc cũ p ſuos Legatos Senẽſis cognouiſſet Sena
tus:lætatus plurimũ/& hẽc Regi grãm:ut q pacis trãquillitatẽ/nõ mõ nihil lædereq/ ſed ſtudioſe ẽt tueri uideref.
Inter redeundũ uero moniti ſunt Senẽſiũ Legati a Põtifice Nicolao:ut neutrã in partẽ flecterenẽ: ex re ſua fore
ut medios quoſdã utrinq̃ ſe pſtarẽt.Eſſe nãq̃ ſapientis/amici dupliciã:qđ dici ſolet.Et prĩo qdẽ autũno Legati
redeũt:extremo deinde/Rex nõnullis cohortibus recto itinere p Montẽ Faliſcũ pmiſſis/ ipſe cũ reliquo exerci
tu per Nequinatẽ/Spoletinũ/ac Tudertinũ agrũ in Hetruriã uenit:ponte:quẽ dicunt/ Sancti Ioãnis/ Tyberi am
ne trãſmiſſo:nec lõge ab urbe Vetere caſtramẽtatus quattuor circiter dies deſedit:ibi tũ cõmeatu pabulo/ cæte
riſq̃ rebus caſtra muniit.Inde in Senẽſe ſolũ pgredif.Hoc rurſum/cũ accepiſſent Senẽſes:alios q̃primũ ad Regẽ
Oratores mittũt:q nihil cũctati:ſe ad Regẽ cõtulerũt.Ipſo quoq̃ curſu multas iã Regias cohortes in Sꝯtonẽſem
agrũ aduentaſſe cõperiũt:celeriter ad Regẽ pfecti exponũt gratiſſimũ fuiſſe Senẽſibus id qđ pridẽ reſponſum
dederat:atq̃ eius tũ pbauiſſe aiũm:& excepiſſe iucunde.Nup aũt ſubuoluiſſe aliqd de inferẽdo Florẽtinis bel
lo:id aduertiſſe & Senẽſiũ quieti:& totius Hetruriæ ocio ſeſe ita cõparatos eẽ:ut cũ finitimis pſum pacate/atq̃
amice ſe gerãt.Proinde ẽt/atq̃ ẽt conſideret:ſi qd forte noui moliri decreuerit: poſtremo maximi futurã apud ſe
præ cæteris rebus pacis rõnẽ.Cũ benigne Legatos accepiſſet/nihil tũ qdẽ aliud:ad ſolũ egit/ miſſurũ ſe ppediem
Senã Oratores:illinc plane & cumulate ſuã ipſius cognitũ iri ſniam:atq̃ ita Senẽſium Legatos ab ſe dimiſit.Sub
idẽ tẽpus Dux Militiæ clariſſimus Simonettus Comes cũ octigẽtis circiter militibus paucis pedeſtribus/pleriſq̃
equeſtribus caſtris ſe Regiis iunxit.Ea res Tuſcoꝝ ſuſpitionẽ plurimũ auxit.Erat q̃ppe Simonettus & calliditate
Impatoria/& militaris diſciplinæ laude iſignis.Cogunẽ interea oẽs regis copiæ i Senẽſiũ agrũ ad Aſtronẽ fluuiũ:
q itet Sarteanũ/Cluſiũ ac Sꝯtoniũ pterfluit/caſtramẽtatæ.Indies augeſcebat exercitus:ac prĩo ſtatim aduẽtu/cũ
ctam late regionẽ populari:nõ tamẽ hoſtiliter excurrere:ſed uictũ & neceſſaria/ac ſtramẽtũ cõparare.Recipiebãt
ſe oẽs intra pſidia.atq̃ oppida/ſuas p ſe qſq̃ opes in tuta loca cõgerebãt.Vbiq̃ trepidabaẽ terrore tanti/tãq̃ in
ſperato aduentantis exercitus.Oẽs qui pximas Sꝯtonio oras incolerẽt:cõmouebanẽ. Veniunt interea tres a rege
Oratores Senã magno equitatu/atq̃ oĩs generis ſplẽdore ornati:q magnifice/honorificeq̃ excepti:Magnũ Magi
ſtratũ adeũt:&.xviii.uiros qbus prouidẽdũ erat:ut & cõſuleret ſeruandæ paci:& ſimul ne qd detrimẽti reſp.pa
teref regis mandata hæc fuere:pfectũ ſe iampridẽ regno Tybur petiſſe ea mẽte ſolũ:ut q a Philippo Duce acci
tus erat:eidẽ auxilio eẽt.Dignũ eẽ illũ:q ab ſe cũctis fauoribus iuuaref/eã idcirco ſibi dediſſe fidẽ:a quo uiciſſim
magna beneficia recepiſſet.Standũ eſſe pmiſſis nemině dubitare ſe ĩprimis pro fide ſeruãda: & militẽ oẽm & ſe
ipſum oppoſituꝝ cũctis periculis:ueꝝ Ducis morte/mutatã eẽ & reꝝ cõditionẽ/& pfectionis cãm. Relictum ſe
nãq̃ Mediolanẽſis Principatus ſucceſſorẽ:atq̃ illuc ſibi ob eã cãm ueniẽdũ:ſeq̃ a Mediolanẽſibus recognoſcẽdũ
Principẽ/ad id perficiẽdũ:& libero trãſitu ſibi & cõmeatu opus eẽ:ea ſe popoſciſſe Florẽtinos: negauiſſe illos &
iuſta poſtulantẽ ſe ab illis fuiſſe cõtẽptũ:inſtituiſſe uero:ut ea ſe Florentinoꝝ moleſtia liberet:ac ſibi ita caueat:
ut peractis Galliẽis negociis/liber ſibi in regnũ pateat reditus:perſpexiſſe iſenſum Florẽtinoꝝ erga ſe aium: ide
uſq̃ a regni obſidiõe:fauiſſe q̃ppe illos ſuis hoſtibus:nullo officii genere defuiſſe:nũc quoq̃ eandẽ mentẽ præſta
re:ſed qui illoꝝ hactenus tollerarit iniurias:diutius pati nolle:accingi igitur ut tum ueterũ tũ ẽt præſentiũ iniu
riarũ inuat pœnas.Quare cum antea Senenſi ciuitati pacẽ tantope ſuaſiſſet:nunc cõtra ad belli remedia: atq̃ ad
hoſtiũ ulciſcẽdas iniurias inflãmare.Nã ſacro quoq̃ Oraculo prodi/diſtingui tẽpora opportere: atq̃ ita quadi are
oĩa:certam fore de hoſte uictoriã:quã ipſam cũ Senẽſibus cõem fore uelit:quoꝝ & cões hoſtes Florentini eſſent:
proinde alacres aggrederenẽ rem Senẽſi populo maxime ſalutarẽ:pro cuius libertate:dignitateq̃ non modo tuẽ
da:ſed ẽt amplificãda totius regni:& ponere diuitias:& uires intẽdere inſtituiſſet:alia quoq̃ in eadẽ ſnia permul
ta:letandũ uero ĩprimis Senẽſibus:q imminere ſuis hoſtibus:cladẽ cernerẽt haud dubie erratoꝝ oĩum pœnã datu
ris.Hæc ferme a regiis legatis Senẽſibus referunẽ:ad demũ poſtulantibus:ut Regius a Senẽſibus reciperef: atq̃
aleref exercitus.At Senẽſes re maturius cõſultata:Regiũ ſtatuerũt tantiſper alendũ exercitũ:dum Senẽſiũ fini
bus excederet/ac finitimos populos nõ læderet:qđ ſi quid iis aduerſi Rex intulerit:nihil frumẽti/nihil alimẽto
rum:præberef.Hæc ita iuſte:ita moderate/ac benigne reſponderunt Senẽſes/ut & Regis conſulerẽt amicitiæ &
ab honeſtate:& a bene cũ finitimis uiuẽdo nõ:diſcederẽt:quæ q̃q̃ itellexit Rex Alphõſus copias tñ oẽs cõtraxit/
& pprius Politianũ caſtra admouit: uñ rurſum recreari:atq̃ ali exercitũ poſtulauit:Aretinũ agrũ petiturus: & ſi
mul qui uiam ſternant:atq̃ Arretium uerſus iter aperiant.Annuere & his Senẽſes/ac poſtulata fecerunt. Simul
mittũt cũ Imperio:q his rebus exequẽdis præeſſent:mõ nihil hoſtile finitimis iferref:id ſi accideret phiberẽt Re
giũ exercitũ alimẽtis.Id Ludouicus Petrõius Eques/quẽ eis rebus Senẽſes pfecerãt:itrepide cũ Rege/& magno
aĩo dicere auſus ẽ.Mouit deide Rex caſtra/& ad Aſinã lõgã/& Lycinianũ uenit/ pgreſſus cũ oĩ exercitu/ quate
nus biuiũ ſcindif/ac pars eius altera Arretiũ/altera Senã ſpectat.Hic retardato regi magnis ĩbribus aliquot dies:
nõ ẽ data ulterius pcedẽdi facultas.Ac priuſq̃ ide pficiſcereẽ:tertiũ a Senẽſibus p legatos ſalutatus:& mũeribus
large affectus ẽ/patefacta/uel cõfirmata potius uolũtate de pace cũ Florẽtinis nullo mõ uiolãda.Itaq̃ & Senẽſis
ſtatus:tranquillitas Regi:& tutela pacis diligenter commẽdata ẽ.Ille ad hæc:Nihil tam ſibi propoſitũ eẽ inquit:q̃
Senenſium ociũ/ac libertatẽ: ſed adiecit:operepretiũ eẽ pro his rebus tuẽdis:ut Florẽtinos bello laceſſat: atq̃ id
ſeſe firmiter

ſeſe firmiter facturũ inſtituiſſe:ſimul relicto Arretii itinere:quo ſe antea exercitũ traductuꝝ oſtendiſſet Rapola
no Senã uerſus iter iflexit:ubi fertilis terra:copia reꝝ/atq; oĩ cõmeatu abũdãs:milites ad ſe muniendũ:& recreã/
dũ pellexit:q q̃q̃ hoſtiliter nõ irruerẽt:multiplicia tñ dãna eius regionis accolis ĩtulere:pleriſq; diſiectis:atq; euer
ſis piſtrinis.Audito ĩ ea loca Regis aduentu:Senenſes ſupra modũ ammirati ſunt : multas ſecũ/ac uarias cogita/
tiones aĩo uolutãtes:illũ regẽ eſſe potentiſſimũ:natura dominãdi cupidine affectũ:ſeptũ ĩgenti/ac numeroſo ex
ercitu ĩminere ciuitati latere pricipũ cõſilia.Subitus aũt in ea loca acceſſus ſuſpitiõi fauebat.Proĩde Senenſes Ioã
ne Bicho:Chriſtoforo Gabriello:cæteriſq;:q pauloante memorati ſunt maxĩe ſuadentibus ad tutelã urbis: & ad
cõſeruationẽ libertatis cõuerſi frequẽti Senatu aduocato:rẽ oẽm:ut ſeſe hẽet:ad illũ deferũt : mira tñ fuit ciuiũ
cõcordia:ita ut nulli ꝑter paucos admodũ a cõi ſñia diſſiderent:ut libertati tuendæ: ſtudioſe ꝓſpiceref :& a cun/
ctis ciuibus diligens ageref cuſtodia:cõceſſis regio exercitui alimẽtis:quoad Senẽſiũ finibus exceſſiſſet : ſi mõ diu
tius nõ ĩmoraref :ꝓhibitis adeunti Florentinoꝝ fines.Mittunf ad Regem Legati Petrus Beringuccius Eques/ac
Frãciſcus Aringherius:uterq; magna laude ciues:q una cũ Ludouico Petronio amice illũ ſalutãtes/orarẽt: ne diu
tius in eis locis ſubſiſteret:officere nãq; eã morã ſuburbiis tenus cũctæ late regiõi:ubi ſi eſſet cõmeatus haberi nõ
poſſe.Proinde ẽt ex re ſua fore/ut caſtra alio traducerenf :qppe ea cũctatio neq; priori cõſilio:neq; iſtituto itineri
ſatis cõgruere uidebaf .Rege aũt appropinquãte magis ciuitati:& trans Arbiã/ac Malenã fluuios iuxta uicos : &
tẽplũ .S.Anſani nõ lõge ab urbe late caſtramentãte:qn ad Bozonẽ uſq; fluuiũ:q paulo amplius miliario/ Sena di/
ſtat:effundentibus ſeſe regiis copiis:maximopere ĩtra ciuitatẽ trepidabaf .Itaq; ciues centuriatim excubabãt : ar/
matoꝝ agmina decreto Senatus:& Centurionũ ſimul cohortes urbẽ ꝑluſtrãtes/cuſtodiæ:& ſaluti ciuitatis/mire
omnes ĩtenti erãt:uigiliarũ uices totã noctẽ ſeruãtes.Rex cũ Panos collẽ locũ panis Lycei noĩe memorabilẽ aſcẽ/
diſſet:cui e regiõe urbs Sena reſpõdet:ſubſtitit diutius:cõtẽplatus ingentia ꝑclaræ urbis ædificia incõniuentibus
oculis:aperiente ĩterea Petro Biringuccio ibidẽ quõdã Manfredũ Regẽ fixiſſe tentoria:cũ Senẽſi populo celebrẽ
Arbiẽſem uictoriã aſſecutus eſt.Ibi tũ iuxta tabernaculũ agitatus lepus/ac pemptus/ammirationẽ Regi nequaq̃
mediocrẽ peperit.Hic Frãciſcus Aringherius unus ex tribus Senenſiũ Legatis:oblata ultro a rege ĩpẽſiore ſtudio
militaria ornamẽta:diutius tãdẽ reluctatus/accipere recuſauit.Rex uero cũ ꝑ crebros nũcios eadẽ ſæpius ĩtelle/
xiſſet:ſimul cõperta ciuitatis trepidatione:& tã ſollicita ciuiũ Senenſiũ cura illis obſecutus fine octobris mẽſis: ꝓ
miſſis ĩpedimẽtis ad regionũ oppidũ caſtra mouit:quẽ locũ ſtagia ĩterfluit Senẽſem: & Florẽtinũ agrũ diſtermi/
nantẽ.Inſtabãt kalen.Nouẽbres:quo die/cũ pp magnũ oĩum ſanctoꝝ ſolẽne/ſplendido quodã appatu:& purpu/
ratoꝝ nitore regia caſtra fulgerẽt:pleriq; ex his ĩprimis nobiles duces:& magni ad uiſendã Senã urbẽ cõtendebãt
uiciſſim Sena p multi uiri clari:& magna ciuiũ turba egreſſi cateruatim ĩ regis caſtra cõfluebãt fauebat cœli p eã
diem ſũma ſerenitas.Euntiũ/ac redeũtiũ ĩcredibilis q̃dã multitudo cõſpiciebaf utrinq; deſiderio flagrãtes:hi Re
gem:illi urbẽ aſpectare ꝓſentẽ.Benignũ ſe Rex & affabilẽ cũctis adeũtibus ꝓſtitit/neminẽ ab ſe diſcedere paſſus:
quẽ nõ humanitate:letitiaq; excepit:cuius nõ dextræ dextrã iunxerit. Quoſdã ẽt:quos ꝓſtare cæteris arbitraba/
tur:ſtola alba:& regio ĩſigni donauit.Poſtridie uero priuſq̃ ĩde diſcederet:ĩdixit Florẽtinis bellũ:mox illoꝝ fines
inuaſit:& in Volaterranũ ſolũ irruptiõe facta/ꝑdã:& captiuos ægit:uicos nõnullos diripuit/ & agros paſſim po/
pulatus eſt.Hinc primũ aduerſum Florẽtinos belli gerẽdi ſumpſit initiũ:Cõtraxere Florẽtini ſuas copias Gemi/
nianũ/ac Bontiũ uerſus:in quoꝝ exercitu Federicus Vrbinatũ priceps militabat.Rex ad caſtella:atq; oppida op/
pugnãda cõuerſus obſedit primũ Pomarãtiã:qđ in Volaterrano oppidũ ſitũ eſt: id q̃ primũ debellatũ ui cæpit:
uerſumq; ĩ prædã ditionis ſuæ fecit.Huic Raimũdus ortoſa ꝑpoſitus ẽ:nõnullo ĩtra id oppidũ collocato ꝓſidio.
Inde ad Caſtrũ Nouũ caſtra admouit.Hoc tertio tãdẽ die/crebrius cõmiſſo ꝓlio in deditionẽ accæpit:& Antoniũ
Petrucciũ equeſtris dignitatis hoiem clarũ qdẽ & diſciplinæ militaris peritũ:q Regis tũ ſtipẽdus merebat : eius
oppidi cuſtodiæ ꝓficiẽdũ cõſtituit:qđ tã diu regi ſeruauit incolume dũ ille Hetruriã tenuit.Obſedit deĩde Mon
tẽ Caſtellũ ſitu ipſo:& loci ĩgenio munitiſſimũ:ꝓliũ cõſertũ ẽ cũ nõnulloꝝ oppidanoꝝ cæde:ſed oppugnãtiũ lõ
ge maiore.Id uero nequaq̃ obtinuit Rex obſeſſum dies cõplures:atq; ĩde & aſpitate tẽpoꝝ:& equoꝝ dãno/ atq;
ĩgenti eluuiõe depulſus ẽ.Cui ulteriora petẽti ultro ſeſe dediderũt nõnulli q nõ ſatis munita circũ eã regionẽ ca
ſtella ĩcolerẽt. Incrudeſcente aũt hieme/nec minus tñ Senẽſibus alimẽta ſuppeditãtibus : p agrũ Piſanũ iter rex
faciẽs:q̃ſi Cãpiliã obſeſſurus:cõſpecto ĩ expugnabili eius oppidi ſitu/ac nimbis deterritus:ea obſidiõe ſup ſedit:
atq; ĩde ad Portũ Barattũ quõdã nõ ignobilẽ urbẽ Populoniã:& ad Ouẽ ueterẽ:quã ĩdigenæ uocãt : ꝓgreſſus ẽ.
Quo loco cũ deſideret:agebat hic Simonettus:illinc Angelus Maurocenus de Caſtro Leonis Piſcario p ꝓditio/
nẽ occupãdo.Maturabat Simonettus/ac ſignũ dederat cãdidũ uelũ haſtæ ſupponẽdũ. Veꝝ anteuertit Angelus
cupiẽs eã ſibi laudẽ:& gratiã adipiſci.Signũ dũ ĩgnaro Angelo oſtẽtaf:cõfuſis utrinq; rebus/cãm ꝓbuit : ut oppi/
dũ diriperef :atq; ita regiæ ditionis fieret p Ianuariũ paulo poſt mẽſem:arce quoq; receptã.Id & nũc oppidũ regi
paret:quo poſtmodũ ex Hetruria abeũte/ Sãtes Matelõas eius oppidi tutelæ primũ ꝓfectus ẽ.Rex uero ĩ mari/
Nouimus ingenii flumina magna tui
Ingens fama uiget: ſupera facundia famam:
Scribis enim priſcos inter habenda uiros.
Qualia facundo dictabat Tullius ore
Talia quem legi uerba libellus habet.
Paſſim Cecropiam ſapiunt tua dicta Mineruam:
Inq; tuo regnat Atthicus ore lepos.
Immortale tuum facies per ſæcula nomen:
Et facies cineri te ſupereſſe ſuo.

¶ Diſertiſſimi

¶ Diſertiſſimi Rhetoris: Auguſtini Dathi/Senenſis Iſagogicus libellus pro conficiendis & epiſtolis: & orationibus ad Andream Capaccium/conciuem per egregium/ac diſcipulũ dilectiſſimum fœliciter incipit.

CRedimus iamdudũ a pleriſq; uiris & diſertiſſimis pſuaſi: tũ demũ artẽ/ quẽpiã in dicẽdo nõnullã adipiſci/ſi ueterũ: atq; eruditoꝝ ſectatus ueſtigia optima/ſibi qſq; ſemp ad imitãdũ ꝓpoſuerit. Neq; .n. q diutius in Ciceronis lectiõe uerſatus fuerit: nõ ẽẽ in dicẽdo & ornatus: & copioſus poterit. Nã & andiora crebrius cõſectati: ipſi quoq; andi aciuni/& iculti fiãt/neceſſe ẽ. Lectitãti igiƚ mihi Ciceronis uolumina: quẽ eloquẽtiæ parẽtẽ merito appellauerim: pauca annotatiõe digna uiſa ſunt: qbus ſi utamur: uulgariũ ſermonẽ aſpnati ad eloquẽtiũ orõnẽ ꝓximius accedemus. Sed tñ id ĩprimis qſq; admonẽdus ſit: qđ Rhetor diligẽtiſſimus/& inſignis orator Fabius Quintilianus de orõnis ptibus dicere cõſueuit. Neq; .n. leges ſunt Oratorũ quadã ueluti ĩmutabili neceſſitate cõſtitutæ: nec rogatiõibus (ut idẽ dicebat) plebiſue ſcitis ſancta ſunt iſta præcepta: ſed uti in ſtatuis: picturis: poematibus: cæteriſq;: ita ĩ exornãda quoq; eloquẽtis uiri orõne/plurimũ ſemp decoris/ac uenuſtatis habuit uarietas: Atq; qđ dici ſolet cauẽdũ: tenẽdũq; illud ẽ añ oĩa ne ars ulla dicẽdi (ſi fieri põt) ẽẽ uideaƚ. Hæc igiƚ lex pria ſit cõmutatiõis uarietatiſq;: quã eruditoꝝ aures nõ difficile iudicẽt. Hoc igiƚ iacto fundamẽto/p pauca deinceps ſcribã amice ſuauiſſime: q & ſi nõ ſemp ut plurimũ tñ his rõnibus tibi ſeruãda erũt. Sed iã nr̃i ĩſtituti ita naſcaƚ exordiũ. Plærũq;. n. qui orõne artis floribus/ac faleratis (ut aiunt) ſtudẽt uerbis: cõtra tritã uulgatãq; Grãmaticoꝝ cõſuetudinẽ: qđ ĩ calce abſolutæ orõnis locari cõſueuit: id illi potius coactãt initio. Qđ oẽ tibi fiet exẽplo manifeſtius. Scis plenã orõnẽ cõſtare tribus ptibus: qđ ſuppoſitũ (ut eoꝝ ipſoꝝ uocabulis utar) qđ uerbũ: qđ appoſitũ uocãt. Dicũt igiƚ Grãmatici Scipio Aphricanus deleuit Carthaginẽ/orationis uero eloqi hoĩes cõuerſo potius utunƚ ordine. Carthaginẽ Scipio Aphricanus deleuit. Illi .M. Cicero familiariter utiƚ. Publio Lẽtulo. Nos uero .P. Lẽtulo .M. Cicero familiariter utiƚ. Quibus plane exẽplis patere arbitror: appoſitũ primũ in orõne: ſuppoſitũ mediũ: nouiſſimũ uero locũ uerbũ tenere. Sed & ſi qđ ꝑ grammaticoꝝ more poſt appoſitũ ſitum erit: ad initio orationis poni ſolet. Cuius rei exempla ſubnectam. Scipio Emilianus euertit. Numantiã urbẽ opulẽtiſſimã Hiſpaniæ. Hiſpaniæ opulentiſſimã urbẽ Numantiã Scipio Emilianus euertit. Nõ ignoras ẽẽ multa genera epiſtolaꝝ. Epiſtolaꝝ genera multa ẽẽ nõ ignoras. Lycurgus cõdidit ſanctiſſimas leges Lacædemoniis. Lacedæmoniis leges ſanctiſſimas Lycurgus cõdidit. Multaq; cõſimili rõne. Appoſitũ igiƚ pleriq; principio poniƚ/ſuppoſitũ medio: fine uerbũ. Vt Areopagũ Solon Salamius primus cõſtituit: Cæterũ diuerſis & ordinibus: & locis locandæ partes ſunt pro aurium iudicio: quod quidem ſolo uſu comparatur.

Iã uero de aduerbiis: q ſunt ueluti adiectiua uerboꝝ: dici põt: paſſim ubi uis loci ponẽda ẽẽ: ubi demũ aptius cõgruere uiſa fuerit: mõ ĩ pricipio: mõ ĩ fine: mõ ĩteriecta ĩter utrũq;. Qua ĩ re diligẽti eſt utẽdũ cõſilio: Sed ꝓpe uerbũ frequẽtius ꝑuenuſtã reddũt orõnẽ: Vt Fabius Maxius añ alios fortiter: atq; aĩoſe pugnabat. C. Lælius Scipione familiariſſime utebaƚ. Clementiſſimus Cæſar humaniter ignoſcebat. Nunc uero ad reliqua.

Præpoſitiones ꝑpulchre ĩter ſubſtantiua: atq; adiectiua noĩa inferenƚ. Vt ferace ĩ agro: ornatiſſimo ĩ loco: maximas ad res: hãc ob cãm: iuſtis de cauſis: aliaq; hmõi cõplura. Nec præpoſitiones ſolũ: ſed & alia q̃ plura/ eiuſmodi: Nũc ſummemus exẽpla. Magna in rẽp. diligẽtia: maxima in parentes pietas: incredibilis in oẽs ciues obſeruantia: ſumma in hoſpites liberalitas. Atq; ẽt ꝑ pulchrũ ĩter duos caſus pura nominatiuos duos genitiui cõcinne ponunƚ: ut oĩa reip. iura cõſtãtes militũ animi: imania ſceleratoꝝ hoĩum flagitia. Et ecõuerſo & conſtituta/ac tranſpoſita oratio plurimum exornat: ut huius claritudo uiri: huius quirites auctoritas loci.

Venuſte ẽt pletũq; præcedit adiectiuũ nomẽ ſubſtãtiuũ: ut tua dignitas: optima uirtus: diuinũ ingeniũ: exqſita doctrina. Magni etenim refert quo loco quæq; dictio ſita ſit: qđ teſtaƚ Boetius in iis cõmẽtariis: quos in Ariſtotelis libros cõſcripſit: ubi & Ciceronis. & Virgilii ponit exẽplũ. Boetii aũt ipſius hæc uerba ſunt. Et. n. qtũ ad cõpoſitionẽ orõnis ſpectat: maximũ differt: quo uerba: & noĩa ꝑdicationis ſuæ ordine ꝓferanƚ. Multũ. n. intereſt in eo: qđ ait Cicero. Ad hãc te amentiã natura peperit uolũtas exercuit: fortũa ſeruauit: ita dixiſſet ut dictũ eſt: an ita ad hãc te amẽtiã pepit natura: exercuit uolũtas: ſeruauit fortũa. Sic. n. minor eſt ſñiæ magnitudo: minuſq; in ea lucet: id qđ ſi ſic cõponaƚ: eminet: & ſeſe uel nolẽtibus hominum auribus animiſq; patefacit.

Rurſum quoq; dicit Virgilius: Paciq; imponere morem: potuiſſet ſeruare metrum: ſi ita dixiſſet. Moremq; imponere paci. Sed eſſet debilior ſonus: nec eo ictu uerſus tã præclare ut nunc compoſitus diceretur: quod idem nõ eſt apud Dialecticos. Hæc Boetius. Nunc uero ad reliqua.

Negatiua dictio apte in calce orõnis poniƚ: ut ꝑſtantiorẽ te uidi neminẽ. Scipione clariorẽ in bellicis laudibus ĩuenies neminẽ. Tua erga me beniuolẽtia: & tuo in me aĩo gratius eſt nihil. Qui te ardentius amet: habes neminẽ.

Sed & poſſeſſor anteq̃ poſſeſſio. Optimi uiri diuitiæ. Præſtantis uiri uirtus: prudẽtiſſimi hominis conſilium.

Quid uero pulchrius: q̃ ſi pro gerundiis: quæ appellant: uteremur gerundiuis nominibus? Vt tritum eſt illud Priſciani exemplum. Veni cauſa amandi uirtutem. Veni amandæ uirtutis cauſa. Gratia gerendi bella. Gerendoꝝ bellorum gratia. Ad amplexandã uirtutẽ: magis q̃ ad amplexandũ uirtutẽ dicimus: quæ una præceptio optima eſt: crebraq; eius apud .M. Tullium: alioſq; eloquentes uiros fuit ſemper obſeruatio.

Nũc aũt multa cõficiã: quæ ſi diligẽter aduerteris: haud parũ latino: ornatoq; cõducẽt eloqo. Sed id mihi ĩprimis animaduertẽdũ uideƚ: ut cũ tria fuerint/antecedẽs/cõſeqnẽs: & eoꝝ mediũ relatiuũ nomẽ. Si id cõſequens ſit uel hoĩs/uel rei cuiuſpiã ꝓpriũ nomẽ/tũ relatiuũ cõſequẽti ſemp cõgruat. Alioqn nõ latina ſit orõ: ſed a doctiſſimoꝝ hoĩum cõſuetudine aliẽa. Alias põt cũ alterutro cõuenire: ſi nõ cõſequaƚ ꝓpriũ nomẽ. Quã rẽ facile exempla declarant: & priſcoꝝ auctoritates cõplures. M. Cicero primo Tuſculanaꝝ quæſtionũ Studio Sapiẽtiæ: q̃ Philoſophia dr̃. Et ſexto de rep. Cõcilia: cœtuſq; hoĩum iure ſocietati: q̃ ciuitates appellãƚ. Atq; itẽꝝ.

Ex illis ſempiternis ignibus:q̄ uos ſidera:& ſtellas nūcupatis. Saluſtii quoq; illud tritū. Eſt locus in carcere: qd̓ Tullianū appellat̄. Innumerabilia ī uetuſtis codicibus id genus īuenies. Nec id ē Grāmaticæ artis uitiū:qd̓ qdā ignari lr̄aꝝ arbitrant̄. Sed & nos aliqd exēploꝝ afferamus. Præclaꝝ ē Cicerōis opus:q Cato maior dr̄. Nā quod Cato Maior dr̄ nō latine ꝓfert̄. Cōſimiliq; mō urbis uiſceribus cōſulēdū ē:q ſūt ciues. Perditi uiri ex urbibus pellēdi ſūt q̄ & ē ciuitatū ꝑnities:& ſentina dedecoris. Plerunq; igit̄ relatiuū nomē cū eo cōſors ē: qd̓ ſequitur.

Illud quoq; īſpectādū ē. Nā cū tria exiſtāt:quoꝝ unū relatiuū nomē ſit frequētiſſime eoꝝ duo ī eiuſdē caſ⁹ exitu cōueniūt. Nā ut exēpli cauſa dicā aliqd:ſiqs hūc ſermonē ꝓtulerit:liber:ī quo de uirtute agit̄:ꝑclarus ē. Rectius:atq; ornatius dixerit. In quo libro de uirtute agit̄:ꝑclarus ē. Cōcordāt nāq; eodē caſu ex tribus duo illa:quæ maiore uicinitate iūcta ſūt. Aliud itē exēplū huic ſermōi ſit. Quas miſiſti ad me lr̄as:iucūdæ mihi fuerūt ſermonē:quē audiſtis:nō ē meus. Quā exiſtimas Demoſtenis orōnē:Aeſchinis ē. Atq; huius ſermōis crebrū inuenire poteris apud ueteres uſum. M. T. de Officiis prīo. Quoꝝ aūt officioꝝ ꝑcepta tradunt̄: ea q̄q̄ ꝑtinēt ad finē bonoꝝ. Virg. Maro ī Aeneide. Vrbē:quā ſtatuo:uſa ē. Terē. ī Andria. Poſthac q̄s faciet de integro cōmœdias:ſpectādæ/an exigēdæ ſint uobis prius. Idē. Populo ut placerēt:quas feciſſet fabulas. Idē quas credis eſſe has:nō ſunt ueræ nuptiæ. Atq; hmōi ſermo plurimū exornat. Id quoq; annotatu digniſſimū eſt:quū poſitiua uelimus augere nomina/ut his ꝑ præpoſitio accedat. Cicero in epiſtola ad Curionē. Charus æque ſis/ac periucundus. Idem de Oratore primo. Perbeati. Quinte frater illi uideri ſolent. Terentius in Eunucho. Perpulchra credo dona:haud noſtris ſimilia. Nam pergratum ualde gratum ſignificat:& in oratione lepide perſonat.

At ſuperlatiuus multo:longe:& q̄ aduerbia præponimus. Idq; ſæpe numero perpulchrum uideri ſolet: ut longe amantiſſimus noſtri:multo omnium fortunatiſſimus:& ago tibi q̄ maximas gratias.

Comparatiuis uero uel multo/uel longe præponi ſolet: Vt Iuſtitia multo præclarior eſt cæteris uirtutibus. Et Socrates lōge aliis Philoſophis præſtantior. ¶ Illud nequaq̄ ommiſerimus. Quū.n.noīa quæpiā ſunt profecta a Græcis tertiæ flexionis:& obliquos caſum habētia:q rectū ſupent:Latini Oratores frequētiſſime lr̄is illorū qbuſdā īmutatis:fingūt aliaꝝ declinationū noīa:& gēus ſeruāt:qualia poematū:enthimematū: delphinus: elephantus:& lampada ex iis ſunt:quæ a pleriſq; tertia flexione proferuntur:poema:poematis:enthimema enthimematis:delphin elephas:lampas. Hanc tu obſeruationem diligenter cōmenda memoriæ.

Quum aūt uolumus oſtendere aliquid nobis iucundū:honeſtū: utile eſſe: tum datiuis cum uerbo utimur ſum es eſt ſubſtantiuoꝝ:quoꝝ illa adiectiua ſunt. Nam ne ab exemplis diſcedam:quid aliud ſignificat. Hæc res mihi iucunditati eſt:q̄ hæc mihi res eſt iucunda. Idemq; ipſum. Tuæ mihi litteræ fuere gaudio: quod eſt ad gaudium/uel gaudium mihi attulerunt. Eodemq; pacto. Leges dignati ſunt reipu. Præclara urbis ædificia ciuibus decori ſunt. Vitia dedecori ſunt uiris:id eſt dedecus pariūt hoibus:deq; cæteris ſimili rōne. Verbum afficio & pulchrū ē:& late patet. Nā afficio te uoluptate:ē:tibi uoluptatē affero. Afficio te honore:ē te honoro & tibi facio honorē. Afficio te laudibus:ē:te laudo. Afficio te ꝓbro:ē:te uitupero. Afficio te cōmodis:eſt:tibi cōmoda facio. Afficio cadauera ſepultura:ē:cadauera ſepelio. Afficio inimicos iniuria:ē:facio inimicis iniuriā. Atq; ſimiliter afficior dolore:id ē:doleo. Afficior gaudio:idē ē q gaudeo. Afficior uerecūdia:uerecūdor. Latiſſimaq; ē huius uerbi uſurpatio. Nec tn̄ te lateat afficere:ſignificare diſponere. Hinc eſt illud Plinii. Viua uox magis afficit. Neq;.n.ſine optimis cauſis tam lata:tamq; diffuſa ſit huius uerbi ſignificatio. Sed de hoc ſatis.

Nō eſt aūt ignorādū:qd̓ ſi duo:aut plura duobus:qd̓ ꝑraro uſu uenit: ſi illa pariter ſe habuerit: utriq; tū dictionē ꝑponimus:qd̓ liqueat exēplo. Par ē in. C. Lelio doctrinæ uirtus:q̄ra q̄ ſit eius uiri ꝓbitas:tāta quoq; eſt eius ſciētia. Tūc ſplēdide/ac recte dixerim. C. Lælius uir tū doctus ē/tū ꝓbus. Itidēq;. Magna ineſt. C. Lælio/tū uirtus/tū ēt doctrīa. C. Lælius plurimū tū laude/tū reꝝ ſciētia ualet. Aliud itē exēplū. Themiſtocles/tū Cōſilio pollet ī urbanis rebus/tū ī bellicis negociis uiribus atq; animi magnitudine floret. Sic tantū oſtendi eē in rebus urbanis cōſiliū:quātā in bellicis magnitudinē animi:quod tum geminatum poſitum eſt.

Sed eandem quoq; uim habet geminata & coniunctiua. Aeneas eſt & terris iactatus & alto. Idem profecto ſignificat. Aeneas tum pelagi/tū terrarum labores perpeſſus eſt. Aphricanus item ſingularis eſt & uir: & Imperator. Idem ſibi uult. Aphricanus magnus extitit tum uir/tum etiam imperator.

Quod ſi duo quoq; q̄ nequaq̄ paria ſint:ſed alteꝝ minus cōplectit̄:alteꝝ uero magis:ita faciēdū ē: ut qd̓ leuius exiſtat:locemus prius:atq; ei cū dictionē ꝑponamus. Qd̓ āt grauius:ualidiuſq;:id poſterius poſitū/tū dictio ꝑcedat:qd̓ patefaciemus exēplis. C. L. amat Scipionē:ꝑpca qd̓ eū doctū cognouit hoiem:& inſup uiꝝ optimū: qd̓ poſtremū uehemētius ad amorē īpellit. Quare ē ita orō īſtituēda. C. Lælius amat Scipionē cū ob doctrinā eius/tū ꝑꝑ uirtutē. Ita uirtus ī hac beniuolētia plus momēti hēt. Atq; idē ſi ita dixerī. Cū oēs fortunati ſunt: q bene uiuūt/tū ꝑbeati:q oīa deſerūt:ut uirtutē ſolā cōplectant̄. Hos nāq; poſteriores multo beatiores eē conſtat:ſiqs ſupius mō allatā ꝑceptionē ītellexerit. Hoc. M. Ci. īprimis frequēter uſurpat. Ex quo illud. Cū oībus cōſulēdū ē/tū his:q armis poſitis:ad Imperatoꝝ fidē cōſugiūt. Significat.n.cōſugientibus ad Imꝑatores:& ſeſe dedētibus:multo magis conſulendū eſſe. Atq; in Catone maiore. Mirari ſeſe aiebat Scæuola Marci Catonis cum cæterarum reꝝ perfectam ſapientiam tum quod nunq̄ fuerit illi ſenectus grauis. Sed hac de re ſatis.

Iā uero explicandū eſt:qua rōne quāpiā perſonā/aut laudari/aut uituperari oporteat: qd̓ ad decorē ſermonis ptineat. Nā id trifariā poſſe fieri cōperimus ex monumētis lr̄aꝝ: ut ſi uelim oſtendere. M. Catonē habere magnā uirtutē:cū uerbo ſum es eſt ita cōmodiſſime fiet. M. Cato uir ē magnus uirtute. M. Cato uir ē magnæ uirtutis. M. Cato uir ē magna uirtute. Plato Philoſophus ꝑſtās fuit īgenio:uel ꝑſtātis īgenii:uel ꝑſtāti ingenio. Mulier ē clara moribus:claroꝝ moꝝ:claris moribus. Vir egregius laude:egregiæ laudis:egregia laude. Sed illud prius magis Poetaꝝ eſt:poſtremū uero & ſplēdidiſſimū:& perpolitū. Ariſtoteles ſciētiæ copia:Philoſophus exquiſita doctrīa:uir acerrimo ingenio. Quod qdē ut diſertiſſimus Priſcianus inqt:ſignificat Ariſtotelē habērē ſciētiæ

copiam

copiam:& q hẽt exqſitã doctrinã. Cæteraq; cõſimili rõne. Quod qdé A. G. in Noctibus Acticis ſentire uidet̃. Eſt eni͂ uelut defectio quædã: ſed ea trita: uſurparaq; ab eloquẽtiſſimis uiris:& clariſſimis Oratoribus: qua & nobis utẽdum eſt. Atqui participioꝶ tum accuſatiui caſus ſæpe: tum ablatiui: locũ tenẽt infinitiui uerbi. Hinc Saluſtianũ illud. Nã & priuſq̃ icipias conſulto: ubi cõſulueris: mature facto opus eſt. Et Terentiana. Miſſis Glicerium alloquẽs amicã Pãphili. Iamiam: inquit inuentũ tibi curabo: atq; adductũ tuũ Pamphilũ. Omnia nãq; illa conſulto: facto/inuentũ/adductũ/conſulere/facere/inuenire/adducere deſignant. Veꝶ Oratores frequenter his orationibus ablatiuorum caſuum utuntur: accuſatiuorum perraro.

Et quoniam de noĩe: quod eſt opus: attulimus mentionẽ: intelligendũ eſt: opus eſt mihi hac re. ſignificare me egere hac re. Sed id uariis caſibus iungi ſolet. Nã & opus eſt mihi tua opera nominatiui caſus:& tuæ operæ: & tuã operã:& tua opa dicimus. Sed hoc poſtremũ ornatius eſt:& totũ Oratoꝶ. Cæteris orationibus Poetæ potius: Hiſtoriciq; utunt̃. Nos aũt quædã præcipimus: ut & cognoſcamus a ueteribus uſurpata: eiſdẽq; utamur: quædam uero ut cognoſcamus ſolum. Nam opus eſt mihi hanc rem: nunquam Orator dicat.

Quid illud nõne pulcherrimũ ẽ: ut quũ duo noĩa: alteꝶ adiectiuũ: ſubſtãtiuũ alteꝶ: eodẽ caſus exitu ꝓferri debeant: ſæpe creberrimeq; quodãmodo tertiã adiectiui noĩs uocẽ: q̃ eſt neutra: in uim ſubſtãtiuã trãſferamus:& ſubſtãtiuũ id prius genitiuo Caſu locemus. Qđ ut frequẽs ẽ eruditis/ac diſertis uiris: ita quoq; erit exẽplo manifeſtũ. Nã quũ multã uirtutẽ dicturus ſũ: ſi multũ uirtutis loco eius orõnis poſuero: multo ꝓtuleri͂ uenuſtius. Multũ .n. pecũiæ ſignãt multã pecuniã. Plurimũ uiriũ: plurimas uires. Quid al̃: qs aĩus. Quid rei: quæ res. Quid cauſæ: q̃ cauſa. Aliaq; itẽ p multa. Sed id iam animaduertẽdũ ẽ. Nã ſi genitiuus ille caſus fuerit ſingularis: totã itẽ orõnẽ ſingulariter exponere debemus. Sin pluralis: pluraliter. Nã exẽpli cauſa. Multũ pecuniæ: multã pecuniã ſingulari numero ſignificat. Ac cõtra: multũ pecuniaꝶ: multas pecunias. Similiſq; eſt & alioꝶ ratio: ut multũ roboris: ſingularẽ: plurimũ uiriũ aũt: pluralẽ hẽt ſignificationẽ. Et aduerbia quoq; nõnulla uim eãdẽ retinẽt: præſertim uero duo hæc: parũ:& ſatis. Nã parũ ſapiẽtiæ: eſt parua ſapiẽtia: ſatis uiriũ: ſufficiẽtes uires. Et nihil quoq; ſiue nomen: ſeu aduerbiũ ſit: in eandem ſæpe obſeruantiam cadit. Hæc igitur hactenus.

Quoniã aũt ſingula hæc fere inueſtigamus: id quoq; dignũ cognitiõe ẽ: ut quũ duo iuenerimus ſubſtãtiua noĩa: quoꝶ utriq; idẽ epithetõ adiiciẽdũ ſit: ut adiectiuũ ipm pricipio collocemus/tũ cõſequẽtibus ſubſtãtiuis/ uel tũ geminatũ: uel duplicatũ & ꝑponamus. Exẽpli uero cã: afferãt Cicerõis uerba. Aphricãus ſingularis & uir & iperator: qđ eſt Aphricanus ſingularis uir: & ſingularis ipator. Propter magnã & doctoris auctoritatẽ:& urbis: qđ ẽ pp magnã auctoritatẽ doctoris:& ꝓpter magnã auctoritatẽ urbis: Præclarus & miles:& ciuis. Illuſtris tũ uir/tum Philoſophus. Optimus tũ patriæ defenſor/tum gubernator. Iuſtus & Rex:& iudex. Conſimiliaq; eodẽ mõ ſe habent. Sed & ſæpe numero cõtra eodẽ ordine/uni ſubſtantiuo præpoſito: duo adiectiua/ aut plura deſeruiunt. Exẽpla ſunt quæ nunc conſtituã. Vir tum bonus: tum etiã temperans. Imperator & callidus & fortis. Iudex & integer:& ſolers. Ornamẽta ciuitatis tum multa/tum præclara. Alia tu ipſe coniecta.

Nõnunq̃ & duo ſubſtãtiua ita ſe habẽt: ut alterũ uim ſuã ubiq; cõſeruet: ac tueat̃: alterũ q̃ſi quẽdã obtineat adiectiui noĩs locũ:& eius fungat̃ officio. Quale eſt Virgilianũ illud in prĩo Aeneidos. Moleq; & mõtes inſup altos: Impoſuit: ac ſi dicat: moleſtos mõtes ipoſuit. Cauendũ eſt: ne ab honeſtate/naturaq; diſcedamus. Perĩde ac ſi dixerit. Cauendũ eſt: ne a naturali honeſtate diſcedamus. Sed tibi nota hæc ſunt. Sed ne quaſi hiſtoriã texens dicẽdorum ſeriem nectam. Ita quæq; patefecero: ut ſeſe mihi ſorte quadam obtulerint.

Cæterũ nõ ignoras (ut ipſe arbitror) extrema ſupina plerũq; ornate/ac peruenuſte ſignificare gerũdia accuſatiui caſus/ad dictiõe ꝑpoſita: ut res difficilis creditu. i. ad credẽdũ: Suauis guſtu: ad guſtãdũ: ꝑmultaq; cõſimili/ac pari mõ ſe habẽt. Nec id te amice lateat: cũ fuerit ſuperlatiuũ quodpiã durius/aſperiuſq;:& ſuperlatiue ſignificãdum ſit: ut pro ſuperlatiuo poſitiuum afferamus:& ei ſuperlatiuũ aptumq; apponamus aduerbium. Nã maxime memorabile facinus: eſt memorabiliſſimũ facinus: Maxime rarum genus hoĩum eſt rariſſimũ genus hominum. Sed & admodum / & imprimis poſitiuis adiunẽta: uim ferme eandem retinent.

Id aũt nequaquã ſilentio præterierim: ut ſiquẽ: quod uirtutẽ habeat: uelim mediocriter laudare: dicã exẽpli gratia. Pericles uirtute præſtans/Princeps erat Athenis: uel quod multa ꝑclara geſſerit: Themiſtocles rebus geſtis floruit. Sin uelim uehementer/ac plurimũ laudare audaciã/gloriã: ſiue laudẽ & cãm laudationis genitiuo caſu cõſtituam. Pericles (ut eiſdẽ exemplis utar) uirtutis gloria præſtans: Athenis claruit Themiſtocles geſtaꝶ reꝶ laude emicuit. Sicq; M. Antonius præſtabat eloquẽtia: mediocriter laudatur: ac fere exiliter. Lutius Craſſus eloquentiæ gloria excelluit: uehementiſſime laudatur. Sed tu cætera pro tui bonitate deducito.

Quotiẽſcũq; noĩa qđ ipſe quoq; teſtat̃ Grãmaticus Seruius: pluralis & ſingularis numeri cõnectunt̃: reſpondemus uiciniori. Virg. i. Aeneidos: Hic illius arma: Hic currus fuit: Nõ aũt fuerũt. Terẽ. in Andria. Amãtiũ iræ rẽintegratio amoris ẽ. Liber de rep. Xenophõtis delitiæ meæ ſũt: hoſtes eorũq; exercitus ꝑperabat: atq; ita frequẽtius obſeruat̃. Qđ idẽ fit i diuerſis generibus. Nã ſiue maſculinũ: ſiue fœmininũ ẽ: uiciniori rñdeamus: ut uir/ac mulier optia uenit: itelligit̃ nãq; optimũ eẽ uiꝶ:& optimã mulierẽ/q̃ uenit. Veꝶ ſi plurali nũero uelimus uti: ad maſculinũ trãſiꝛ neceſſe ẽ: ut uir:& mulier læti ꝑperãt. Alexãder & Olympias clariſſimi extiterũt.

Operepretium eſt: quod peruenuſtum eſt: ſignificat modo utile eſſe: modo neceſſarium: modo iucundum: modo laudabile. Atq; his ſignificationibus id nominis ueteres uſurbabant.

Frui quapiam re: eſt fructum ſiue utilitatem: ſiue uoluptatem percipere ex ea: ut cum quis dixerit: ocio fruor.

Præſeferre aliquid eſt uerbis uel indiciis quibuſdam id oſtendere:& quodãmodo confiteri: ut. M. Cicero præſeſert grauitatem: hilaritatem præſefert Lælius.

Rationem habere eſt reſpectum habere: ſed ut planius exponam: habere rationem alicuius rei: eſt rem conſiderare: ut habeo rationem temporis/loci/perſonarum: eſt ea omnia ratione complecti:& conſiderare.

Hanc rem mente/animo ue complector:eſt hanc rem conſidero:ac uoluto in animo:& ſignificat in animo habeo. Eſt animus mihi.i.uolo facere. Certum eſt mihi:deliberaui:& decreui.

Proſequor te honore:eſt te honoro. Proſequor te laude:idē eſt:quod te laudo. Proſequor te probro.i.te uitupero. Proſequor te amore:amo te. Proſequor te odio.i.odio te habeo.

Benemeritus ſum de republica:eſt beneficium in illam contuli:Benemerentes de amicis.i.conferentes in amicos beneficia. ¶ Atq; pro ita: ac uel atq; pro ut: uel q̃ ornatiſſime ponuntur:exemplum eſt:æque te laudo/atq; Ciceronem.i.te ſicut & Ciceronem.

Haud pro non:ſecus pro aliter in eadem oratione/uenuſte & concinne ſe habent: ut haud ſecus ſentio: atq; tu.i. ita ſentio ſicut tu.

Nonnunq̃ etiā perpulchre cōparatiua pro poſitiuis ponunť:ut Alexander Macedo corpus habebat imbecillius: quod imbecillum ſignificat. Satyri in ſcelera uehementius inuehunť:quod eſt uehementer.

Do tibi hanc rem uicio:ſi uitupero te de hac re. Do crimini.i.criminor:do laudi.i.laudo.

Sed nec illud qdē negligēdū ē. Nā ſubiūctiuus modus ꝓ indicatiuo/& illius tēpora: ꝓ huius tꝑibus īterdū haud illepide ponūť:ut uelim ꝓ uolo:gererē ꝓ gerebā:dilexerim ꝓ dilexi: feciſſem ꝓ fecerā: gratū fuerit/ꝓ gratum erit:feceris/pro facies. Demū id oīum multo ornatiſſimū ē:ſi opportunis locis agať:qđ ubi ſactitādū ſit/peritiorū aures facile cenſebūt. Quāobrē exercitatio adhibēda ē nō mediocris:q̃ oīum magiſtrorū exuperat præcepta. Quod ſiquis nouerit græcas litteras:ei:quod modo explicatum eſt nō difficile perſuadetur.

Partim hoīum uenerūt:perſæpe dť. A. Gelio teſte:& eſt idē quod pars hoīum.i.quidā hoīes. Nā partim hoc in loco aduerbiū eſt:neq; inclinať in caſus. Sicut & cū partim hoīum dici pōt.i.cū qbuſdā hoībus/& q̄ſi quadā parte hoīum. Sed hoc totū ē ſplēdidius: cū i orōne iterū fuerit additū:ut ē illud. M. Tullii in epiſtolis. Nā q iſthinc ueniūt/partim te ſupbū eē dicūt:qđ nihil reſpōdeas:partim cōtumelioſum:qđ male reſpōdeas. Et qui ciuitatibus præſunt:partim nobiles ſunt:partim populares:quod eſt:aliqui nobiles ſunt:aliqui populares.

Id eſt etiam optimum cognitu:quod dicimus quiſq; eſt unus ex numero denario:ſicut milleſimus quiſq; eſt unus ex numero millenario. Hinc eſt illud Cæſaris in Cōmentariis, Cognoſcit non decimum quiſq; eſſe reliquum militem ſine uulnere. Quo exemplo uti perpulchrum eſt.

Quotus quiſq; homo/idem eſt/quod quot homines. Quotus quiſq; miles.i.quot milites.

Perq̃ duntaxat una dictio pulcherrime poſitiuis iungiť noībus:ut perq̃ doctus Philoſophus: perq̃ comis amicus.

Quid illud nunquid non lepidiſſime uſurpamus:ut in oratione eadem/iterum alias uſurpatū locum obtineat/modo aduerbii:quale eſſet:ſiquis dicat. Omnes homines eodem ferme ſunt nati ingenio:alias quidem rident: alias uero lachrymant. Omnes item ciues alias boni:alias mali:nunquam iiſdem ſunt moribus.

M. Antonius iuit in caſtra/multiphariam dicitur. M. Antonius caſtra petiuit:in caſtra profectus eſt:ſe ad caſtra cōtulit:ſe in caſtra recepit:ſe ad caſtra perduxit.

Hic hēt uiginti annos:qđ ueterū cōſuetudine diciť:cōtra pedagogicā opinionē/aliis quoq; rōnibus dť Hic uigeſimum annum agit:degit uigeſimū annum:eſt uiginti annos natus. Sed hoc poſtremum magis Oratori cōgruit.

Cicero laborat i eloquētia. Cicero operā i eloquētia cōfert. Cicero i eloquētia operā ponit: dat eloquētiæ operā: ætatē in eloquētia cōſumit:tēpus i eloquētia cōterit:in ſtudiū incūbit eloquētiæ. Et alia deduc ꝓ tuo iudicio.

Habeo hanc rem in memoria:non nimis uſitate dicitur:ſed habeo:ſiue teneo hanc rem memoria. Teneo hāc rem memoria:huius rei memoriam habeo.

Obliuiſcor uoluptatis/uel cuiuſcūq; rei. Voluptatis me cœpit obliuio. Amicorū me cœpit obliuio. Et ſic idē uerbū cū cæteris noībus iūctū/diuerſa ſignāt cōſimili ordine:ut capit me ſacietas ciuitatis: capit me hoīum odiū.

Virgilius rus incolit:ciuitatem habitat:perpulchre dicitur cum teneo:ſiue etiam contineo uerbo:ut Virgilius ruri ſe continet:tenet ſe in urbe.

Siquis uellet oſtēdere aliquam rem/aliam antecellere/& ultra illam ualere:uenuſte dicitur uel per accuſatiuum præpoſita præter:uel cum præ ablatiuo præpoſita:ut Cæſar ultra alios pollebat rebus bellicis, pulcherrime dicitur. Cæſar præter cæteros rebus bellicis pollebat:uel præ cæteris pollebat.

Lælius habet faciles mores/uel facilem naturā:ornate dicitur. Lælius eſt leni ingenio natus:facili natus: ingenio: uel facillimis moribus. Scipio natus eſt triſti ingenio:& de reliquis conſimiliter.

Valeo & polleo/uerba ſplēdida ſunt:& latiſſime patent:& ablatiuo caſui cōiunguť hoc pacto. Aurelius Auguſtinus plurimū īgenio ualuit. Milo corporis uiribus plurimū ualuit. Ipocrates igenii bonitate. Mitridates memoria. M. Cato i ciuitate plurimū auctoritate pollebat. Clareo & floreo uerba/eadē ferme rōne ſe habent.

Ego apud diuum Cæſarem multum ſiue poſſum:ſiue ualeo/ornate & ſplendide dicitur. Apud diuum Cæſarē plurimum mea ualet auctoritas. Hortenſius multum poteſt in Senatu:Ornatius dicitur:Multum Hortēſii in Senatu auctoritas ualet:quæ potiſſimum ſignificat eam opinionē:quæ eſt apud homines de alicuius uiri præſtantia:quæ uulgo/ac trita conſuetudine reputatio nuncupatur.

Cæterum id per bellum eſt. Eſt mihi apud te fides:tu mihi adhibes fidem:quod eſt accuratius aduertendum. Nā plerunq; ſolet uerbum Sum es eſt datiuo iunctū/ſignificate habere/& quodāmodo poſſidere: ut eſt mihi pecunia:eſt Cæſari magna poteſtas. Illud deſignat me habere pecuniam:Cæſarem poteſtatem habere. Cuius cōſtructionis crebra apud priſcos diſertos uiros obſeruatio eſt.

Ego recordor hāc rē potius q̃ huius rei diciť. Idem diciť:huius rei ſubiit me recordatio. Hæc res mihi in mentē uenit:ſed magis ꝓprie/in mentem uenit:eſt mihi occurrit:uel ſuccurrit:qđ poſtremum minus uſitate dicitur.

Præſto & antecello/quæ uenuſte perſonant uerba:alias datiuo:alias accuſatiuo pulcherrime iunguntur cum acceſſione ablatiuorum eius rei:cuius eſt præſtantia:ut antecello tibi ingenii acumine.

Sæpenumero quoq; frequētatiua uerba q̄ appellanť primorū uerborū a q̄bus originē traxerūt: ſignificationē retinēt: pſertim ſi prīa illa aſpiora fuerit: ut cōiecto ꝓ conicio: māſito ꝓ maneo: ipito ꝓ ipo: amplexor ꝓ amplector: & alia itē pene innumerabilia: ſi q̄n uerbi aſperitas illa cōtingat: qđ eruditorū iudicio derelinquimus. ¶ De uerbis adiecta ꝓpoſitio/plærūq; cōtrariā mutát ſignificationē: ut ꝓcor & deprecor cōtraria ſunt: hortor itē & dehortor. Nōnunq̄ dis idē efficit ꝓpoſita: ut ſuadeo: diſſuadeo: q̄uis i uſdē uerbis nōnunq̄ auget ꝑ potius/q̄ uim cōmutet.

Ex: & de cōpoſitæ uehemēter amplificant: ut exoro: qđ ab ex & oro deductū eſt: & ſignificat impetro: Terent. in Andria Gnatā gnato ut det: oro: uixq; id exoro. Sic & ſuadeo: & etiā pſuadeo: & ſuadeo ſignificat Oratoris officium: qđ eſt bene dico: atq; pſuadeo bene dixiſſe deſignat: qđ eſt Oratoris finis. i. impetro: atq; obtineo. Vnde & crebro nō ſolum ſuadeo: ſed etiam perſuadeo: ſed & facio & perficio explorata ſunt.

Plurimū etiā orationē ac ſermonē exornat aduerſario modo q̄q̄ aduerſatiua idicatiuo cōiūgať: qđ ubiq; M. Cic. ſeruauit: aliiq; doctiſſimi. Sed huius exēplū ſit. Quāq̄ te ante hac diligebā: nūc tn̄ ob ſingularē uirtutē uehemēter admiror. Nā tria ſunt: q̄ quodā ſibi iuicē ordine cōiungunť quorū prius ac leuius ē diligere: poſtremū admiror: qđ uehemēs/atq; ꝓcipuū ē: & eorū mediū obſeruo: qđ ē ueneror: & colo: ex quo obſeruātia ēt reuerētiā ſignificat. Sed itē aliud exēplū. Quanq̄ mihi ſūt amicorū oium iucūdæ litteræ: tuæ tn̄ iucundiſſimæ fuere. Sed ante hac & quāuis raro collocamus: ut quanq̄ mihi ante hac charus eras: ſed nunc es profecto chariſſimus.

Ad hæc illa duo orationē puenuſtā ſibi reddunt inuicē reſpōdētia: quorū alterū eſt nō ſolū ſiue modo/ſeu nō tantum: alterū eſt ſed etiā/uel uerum etiā/uel loco etiā præpoſita quoq;: & aliquibus interiectis: quorū oium exēpla ſubiiciam. Hæc mihi res nō ſolum grata: ſed etiā iucunda eſt. M. Antonius nō modo erat Ciceronis inimicus: uerū etiā hoſtis patriæ. M. Cato nō tantū ingenio ualebat: ſed uirtute quoq; florebat plurimū. Alexander nō ſolum reliquū orbē ſubegit: uerū etiā quoq; ipſum Romanū Imperiū cogitabat attingere. Et ſic tam & q̄: cum ſibi reſpōdeant: ut tam chara mihi patria eſt q̄ iucunda uita: ſed facile tu hæc intelliges.

Pro eo autem quod cæteri exprimere cōſueuerunt pronominibus addentes uel te uel met ſyllabicas adiectiones Cicero potius idem efficit hoc ꝓnomine ipſe ipſa ipſum: & illarum fere adiectionum locum obtinet: ut ego ipſe/magis q̄ ego met; tu ipſe; nos ipſi: uos ipſi: illi ipſi: ut nunq̄ ſecus dicendum ſit.

Tu mihi familiaris es: ego te utor familiariter. Tu mihi amicus es: ego te amico utor. Tu mihi magiſter es: ego te magiſtro utor. Ego tecum frequēter uerſor: frequens mihi tecum eſt cōſuetudo: quæ ſæpe cōuerſationē ſignificat. Habeo tecum magnā amicitiam: magna tecum mihi eſt amicitia. Et item alia permulta: ut ſunt mihi cum omnibus malis uiris inimicitiæ. Nam rectius inimicitias dixerimus plurali numero q̄ ſingulari.

Sed neutra uox potiſſimum in comparatiuis nominibus tum fœmininam reddit/tum maſculinā: ut nihil eſt hoc homine melius/fere eſt idem: quod nullus eſt hoc homine melior. Nihil eſt hac Virgine formoſius: quaſi idem nulla uirgo eſt hac uirgine formoſior: & in cæteris aliquando conſimiliter.

Munus pro officio ornatiſſime dicitur: ut hoc eſt amici munus: idem & amici officium. Fungor boni uiri munere ferme idem & facio boni uiri officium. Sed & partes plurali numero cōſimilem habent ſignificationē: ut meæ partes ſunt: uel officium meum eſt: uel ad me pertinet.

Atqui & memini rectius/atq; uſitatius accuſatiuo iungiť q̄ genitiuo: ut memini Platonis ſniam. Virgi. in Buccolicis. Numeros memini: ſi uerba tenerē. Nec mirū: ſi in his quæ ſunt potius ſolutæ orationis: Virgilii Maronis teſtimoniū afferā: quē nō ſolū Poetā egregie eruditū: ſed & Rhetoricæ artis ubiq; obſeruātiſſimū fuiſſe conſtat.

Pœnitet me: q̄d ſignificet: notiſſimū eſt: ſed & pro parū uideť uſurpāt Oratores/& pſtantes doctrina uiri.

Sed idem perſæpe uerbum uariis conſtructionibus poſitū: haud eandem retinet conſtructionis uim: ut uaco huic rei: ideſt attendo huic rei: uaco hac re: ideſt hac re ſum uacuus: & id quidem ornatiſſimum eſt: ut boni uiri danť operam: ut perturbationibus uacent: ideſt liberi/& uacui ſint.

Caueo uerbum & ſi ſæpe pro uideo ſignificat: ut cautum ita eſt lege: perornate tamē accuſatiuo iunctum pro uito & fugio uſurpant eloquentes uiri: ut turpes ingenui uiri cauent mores.

Animaduerto idem eſt fere quod uideo: & quodammodo intelligo: & animaduerto cum accuſatiuo cōſtructum in præpoſita/idem ſibi uult quod punio: ut Speuſippus animaduertit in ſeruum Platonis: ideſt puniuit Platonis ſeruum: ex quo animaduerſio punitionem ſignificat quandam nōnunquam.

Atq; item refero tibi hāc rem. i. tibi narro hāc rem. Sed refero ad Senatū: refero ad populū hāc rem: eſt pono hanc rem in cōſultatione uel populi/uel Senatus: q uſus uerbi eius apud hyſtoriarū ſcriptores frequētiſſimus eſt.

Quid uarii quoq; caſus eidē uerbo ſæpe iuncti/nō ne magnā ac lōge diuerſam uim habēt? Quale ſit. Do bibaculo ad Cæſarē lr̄as. Nā danť bibaculo deferēti: ut Cæſari reddat: ad quē mittunť lr̄æ. Eas igiť leget Cæſar. Bibaculus uelut tabellarius cōſueuit appellari. Verū ne qđ hꝰ ignores: dare lr̄as ſignificat ſcribere/ſiue mittere illas.

Nec te fugiat: qđ pro epiſtola dicimus litteras plurali numero. Nec obſtat Poetarū cōſuetudo. Et pro una epiſtola dicius unas lr̄as. Nā id nomē cū his: q̄ pluraliter ſolū declinanť: pluralē quoq; retinet numerū: ut unæ nuptiæ: unæ bigæ: una mœnia. Sed ut ad ꝓpoſitū redeam: pro duabus epiſtolis dicimus binas litteras: nō aūt duas: pro tribus epiſtolis ternas litteras: pro quattuor quaternas: & quæ deinceps reliqua ſunt conſimili ratione.

Infinitiua oratio pro cōiunctiua perq̄ pulchra eſt: ut uolo te ad me ſcribere. Cupio te Athenas pficiſci. Et illud Terētiani. Quid ego te in hac re facere uelim. Significat. n. qđ uelim: qđ tu in hac re facias. Velim ciues oēs unanimes eſſe. i. q̄ unanimes ſint/& cōcordes. Sed hoc tibi ſit cōcinnius: ubi nullum ſit ambigui ſermonis diſcrimen. Neq;. n. oīno rectū ſit: ſiquis dicat. Volo te me amare. Quāuis plerūq; id ſuppoſitionis locū habeat: qđ infinitiuum uerbū imediatius præceſſerit: ut puto Pyrrhū Romanos uincere poſſe. i. credo q̄ Romani poſſint Pyrrhum uincere. Sed id pro uiribus caueat Orator: qđ modo præceptū erat/de coniunctiua atq; infinitiua oratione præcipue in abſolutis uerbis: uel ubi alteri caſui fuerit adiecta præpoſitio: ſeruandum ſit.

Ex:uel e:præpoſitiones pro a uel ab:& ſæpe/& ornate ponunť : ut audiui ex maioribus noſtris pro a maioribus. Accepi e tuo patre:uel etiā de tuo patre:q̄ro ex te.i.a te:qđ ē:te cōſulo:& te īterrogo:qđ aduerte:& uſui trade.

Pro/ornate poniť loco in/& ſecūdū:ut pro roſtris.i.in roſtris.Pro tribunali.i.in tribunali:& alia.Pro uiribus tuis.i. ſecūdū tuas uires.Pro tui ingenii bonitate.i.pro uirili tua:alias pro uiribus animi tui:& ſimilia.

Sub compoſita/aut clam/aut diminutiue ſignificat:ut ſubmouit me/pro mouit me clam/atq; occulte aut parum ut ſubiraſcor tibi:quod eſt paululum iraſcor.

Morem gerere per ornatum uerbum complacere ſignificat/atq; obſequi:inde Moriger morigera morigerum:qđ a moroſo:quod difficile ſignificat/a morato:quod inſtitutum plurimum differt.

Conſequor pro exprimo pulcherrimum eſt.Non poſſum igitur his uerbis conſequi:id eſt:uerbis exprimere . Litteris conſequi.i.per litteras explicare.

Metuo ac timeo uerba aliquando multis caſibus coniunguntur:ut metuit Cicero a.P.Clodio ſibi extremum periculum.Timeo abs te mihi mortem.Nonnunquam abſolute ponuntur datiuo ſoli iuncta:ut metuo Pamphilo.Pamphili uitæ timeo.Sed hic eſt potius Poeticus uſus.

Euado pro fio & efficior/ornatum uſitatumq; eſt:ut Cicero euaſit eloquentiſſimus . Ariſtoteles euaſit ſummus Philoſophus.Cæſar uero inclytus Imperator:& de aliis quoq; conſimiliter.

Fore futuram ſemper habet ſignificationem:& eſt idem quod futurum eſſe.M.Cicero de Oratore libro ſecūdo loquens de Hortenſio:quem quidem ego confido omnibus iſtis laudibus:quas tua oratione complexus es: excellentiorem fore.Et Craſſus fore dicis inquit.Ego uero eſſe iam iudico.

Quid iter dimidiū/ac dimidiatū iterſit:noſſe putile eſt.Cū.n.dimidiatū ſit q̄ſi ī duas ptes diuiſum:niſi aliqđ diuiſum ſit:dimidiatū dici nō pōt.Dimidiū uero appellať non qđ ipſum diuiſum ſit dimidiatū: ſed q̄ ex dimidiato pars altera eſt.Non igiť recte quis dixerit pro ſnia.M.Varronis:ut.A.G.in noctibus acticis.Dimidiū librū legi: dimidiā fabulā audiui:ſed dimidiatū librū:& dimidiatā fabulā recte quis dixerit:& dimidiatū digitū qđē exempli gratia appellamus:ſed alterutram partem dimidium:quod eſt accurate diligenterq; inſpiciendum.

Plurimum autem conducit nobis intelligere:quæ ſint nominum differentiæ/ac uerborū diſcrimina.Nā ea quoq; res mirum in modum orationem exornabit : ut ſiquis nouerit : quid differant præſum & interſum/inter ſeſe uerba.Pulcherrima quis dicat.M.Cato publicis negociis non interfuit ſolum:ſed præfuit:quorum illud ſignificat comitem eſſe alicuius rei:hoc uero Ducem.

Ego uero non ſolum confiteor:quod eſt per uim:ſed etiam profiteor:quod quidem eſt ſponte.

Et apud.M.Tullium perſæpe legitur.Tibi gratulor:mihi gaudeo.Nam gaudemus nobis:gratulamur aliis . Et tibi ago gratiam:quod quidem eſt uerbis.Refero gratiam:quod eſt re/ac factis. Habeo gratiam :quod eſt in animo.Debeo gratiam:ubi aliqua obligationis uis cernitur.

Item optimum eſt non ignorare nominū differentias:ut uberior & ornatior noſtra reddatur oratio.

Hæc res mihi conducit:eſt idem quod mihi hæc res eſt utilis.

Et quod cæteri plerunq; dicunt.Dono tibi hanc rem:pulchrius dicitur/ac ſplendidius:dono te hac re:ut miles nauali corona donatus eſt.Sabinos Romani ciuitate donarunt:quod eſt/ciues fecerunt : quod idem dicunt Sabinos Romani in ciuitatem acceperunt.

Interdum uero & p̄poſitio:quæ nomini/ac caſui præponiť :pulchrius uenuſtiuſq; uerbum præceſſerit in q̄buſdā uerbis.Quale eſt:ſiquis dicat.Eo ad te:ac potius dicat:adeo te:& loquor ad te:potius te alloquor. Cedit de uita:decedit uita.Cedit ex humanis rebus.Rebus excedit humanis:& in aliis quibuſdam conſimili pacto.

Minus aduerbium q̄q̄ ſæpe ſignificat non:nōnunq̄ tamen cum poſitiuo coniunctum/ contrariæ ſignificationis cōparatiuum demonſtrat:ut Terentianum illud.Phedria nemo fuit minus ineptus:pro prudentior . Et ſic nemo te fuit minus formoſus.i.formoſior.Et ita de reliquis.

Quotiēs multos aut dies dicimus/aut annos p accuſatiuū caſum:ītelligemus iungere tēporis curriculum/& fere cōtinuū.Sed p datiuum ſignificať annoꝝ/ſiue aliquot dierum iteriectio/ītermiſſioq; . Quare(ut ait Marcellus)optantes rectius accuſatiuo uti debent:ſiquid ad ſecundā fortunā attineat.Intereſt igitur ſiquis dixerit ita. Decem annos re militari uerſatus ſum:decem annis dedi rebus bellicis operam.

Cordi hō:iſlexibiliter cordi hois:cordi hoi(ut Priſcianus inqt)ſignificat iocūdus iocūdi iocūdo:ſicut & frugi. Sed ſatius mea ſnia Marcellus opinatus eſt.Dicit.n.cordi eſt:alo ſedet.Nā hæc res mihi cordi eſt.i.placet.Terentius in Andria.Tibi hæ nuptiæ ſunt cordi.M.Cicero de pfecto Oratore. Flumen aliis uolubilitaſq; uerboꝝ cordi eſt.Et Lucilius probe declarat:cū inquit.Et qđ tibi magnopere cordi eſt:mihi uehementer diſplicet.

Tātiſp/qđ q̄ſi eſt tam diu:ornate poſt ſe poſcit dum:qđ ferme eſt donec:ut illud Terentii in Heautontimorumenon.Tantiſp te dici meū uolo:dū qđ te dignū eſt:facies.Ego tātiſp magna uoluptate afficior : dū apud te uiuo.

Tu mihi charus es:ego te amo.Tu mihi iocundus es:ego te delector.Sed oblecto & delecto non ſimiliter conſtruuntur.Nam dicimus:delectat me hæc res:ſed oblecto me hac re:ut delectat Socratem uitæ integritas.Pythagoras ſeſe uirtute oblectabat.Ego me oblecto ruri.

Fero hanc rem patienter:ſeu patienti animo:Splendidius dicitur.Ego rem facile patior:modeſte fero/& moderate:& æquo animo.Et e contrario ſignificantia aduerbia:grauiter/acerbe/ægre : moleſte & iniquo animo. Hæc mihi iocunda res eſt:& hæc res placet:& quæ moleſta eſt diſplicet.

Affero cōmuniſſimū uerbū eſt:& quo multis locis uti poſſumus:ut ſecunda fortuna affert mihi uoluptatē.i.me delectat.Aduerſa fortuna affert mihi dolorem.i.dolet mihi.Dicimus hæc res mihi dolet:& doleo hāc rem.Sed redeo unde digreſſus ſum.Litteræ tuæ afferūt mihi admirationē.i.efficiunt : ut admirer . Affers teſtimoniū.i. teſtificaris.Et item diſperſa/ac uaria eſt huius uerbi ſignificatio:ſeu etiam obſeruatio.

Perinde ornatiſſime poſtulat poſt ſe acuel atq;:& totũ ſimul:perinde acuel atq; habet eandẽ uim & rancq̃:ut Camillus p̄inde atq; oĩum ſapiẽtiſſimus. Et Cherea perinde ac foret eunuchus. Et de hac re ſatis dicta ſint.

Coeo nõ ſolũ abſolutũ:ſed nõnunq̃ p̄ uenuſte caſum habet accuſatiuum abſq; præpoſitiõe: ut coeo ſocietatẽ tecum. Et hinc illud Gelii in Noctibus Acticis de Pythagora/de q; eius cohorte:q̃d quiſq; pecuniæ familiæq; habebat in medium dabat:& cohibatur ſocietas inſeparabilis. Sed & Cicero eo pacto alibi eſt eo uerbo uſus.

Mille hoĩum:numero ſingulari/ſignificat mille hoĩes:ut mille hoĩum interiit:hoc eſt:mille homines interierunt. Mille militũ uulneratũ eſt:id eſt:mille ſunt uulnerati milites. Idq; ornatum/uſitatum eſt.

Primus ſignificat ordinẽ:q̃d cõſequit̃ ſecũdus tertius:& deinceps alia eius ordinis noĩa:tñ multotiẽs ſignificat principalẽ:ut hic ẽ nr̃æ ciuitatis unus oĩum primus. Sæpe ſignificat optimũ:ſed id poſtremũ ĩ raro ẽ Oratoꝝ uſu.

Interdico tibi hac re:non hanc rem:ut interdico tibi aqua & igni. Et Plinius ſecundus in epiſtolis. Carent togæ iure quibus aqua/& igni interdictum eſt.

Nunc uero ad reliqua. Neq; enim niſi inuitus ommiſerim/quod quæ nomina ad numerum ſpectant:in eorũ pluralibus genitiuis ſyncopen efficiemus. Idq; uſitatum eſt:cum ad exornandam pertinet orationem:ut mille nummum/potius q̃ mille nummorum:mille denarium:mille aureum:tot milia argenteum:& ita de reliquis:quod in genitiuis omnium nominum ſecundæ declinationis frequenter efficiunt. Sed proſam ſcribentes & ſolutã orationem in nominibus ſolum numeros & menſuras ſignificantibus.

Atq; in numeroꝝ noĩbus eã plerũq; ſeruamus cõſuetudinẽ:ut & citra centenariũ numeꝝ: ſi q̃ñ poſt uiceſimum duo numeri cõmemorãdi:ponẽdiq; ſunt:ut eoꝝ minor præcedat/maior ſequat̃:ut hic eſt unum & uiginti annos natus:duos & uiginti annos uiximus:tres & quadraginta dies nauigaui:quattuor & quadraginta annorum cõſumpſi ætatem. Sed ultra centenarium & citra uigenarium tritum ac uulgatem ſeruamus ſermonem.

Quod autem ſicut duo de uiginti nõnunq̃ dicimus & duo de triginta:ita & duo de uiceſimo die:& duo de triceſimo:manifeſtum eſt:ſed non id quidem frequenti eſt Oratorum uſu.

Quid indies:nõ ne pulcherrimum eſt? ac ſignificat per ſingulos dies/& quottidie:ſed cum quodam incremẽto:ut tua indies accreſcat uirtus. Indies hoĩes ſapiunt. Stultorum hoĩum indies augeſcit inſania.

In uerbis tam actionem q̃ paſſionem ſignificantibus conſiderare debemus uarias uocum inflexiones atq; exitus:& modo his modo illis uti pro aurium iudicio:ut fuere pro fuerunt:amarunt pro amauerunt: uidere pro uideris:ita norim pro nouerim:triumpharat pro triumphauerat:& de aliis quoq; eodem modo. Sed ne quid cõtra Grammaticæ artis præceptiones/ac iura fiat:prouidendum eſt.

Quin particula quomodo uel increpet/uel exhortetur:quomodo item confirmet:& quomodo interroget/ſatis exploratũ eſt. Sed nos ea pulcherrime utimur:quum dicimus. Non poſſum quin geſtiam:non poſſum quin doleam:non poſſum quin admirer. Significat enim/fere non poſſum me continere/ut non geſtiam:nõ poſſum me continere/ut non doleam:non poſſum me cõtinere/ut nõ admirer. Et ita de cæteris cõſimiliter.

Quid illud nõ ne præclarũ eſt uſu? Locus eſt huic rei:multũ loci eſt gaudio:plurimũ loci eſt trãquillitati. Et Terentianus Dauus. Nihil loci eſt ſegnitiæ. Significat enim hæc cĩa/uel oportere nos lætari uel trãquillos eẽ/uel uoluptate affici/uel negligẽtes ac ſegnes eſſe:& ſic in aliis eiuſmodi conſimiliter.

Nõnunq̃ uero duo noĩa ſiue p̄poſitione addita/ſiue nõ/unius aduerbii uim retinẽt:ut magno opere/uel magnopere pro ualde:maximo ope/uel maximopere pro plurimũ:maiorẽ in modũ pro maxĩe:mirũ in modũ pro mirabiliter:& item mirãdum in modũ. Sed ablatiui caſus ſiue cũ cõmertio p̄poſitionis/ſiue eo ſine:uim habet aduerbii:ut imprimis:ſignificat enim p̄cipue/ac p̄ſertim:& id Græci dicunt. Atq; aduerbiũ ipſum ſi ita appellandum eſt:pornate noĩbus iungitur:ut ĩprimis ſapiens:imprimis eruditus. Sed ne a p̄ſito digrediar paucis interdum p̄ro paulum:multis pro multum. Verũ hæc alio loco opportunius.

Ille etiam modus optimus eſt:ut ſiquis dicturus ſit quempiam habere aliquem magiſtratum/ſeu honorẽ/ſeu Imperium:ut ex nomine honoris eiuſmodi/& gero geris uerbum/pulcherrimã conſtituat orationem hoc pacto. Hic eſt Romæ Conſul. Romæ Cõſulem gerit. Imperatorẽ gerit. Principem gerit. Prætorem gerit: & alia item conſimiliter. Ad hoſce enim uiros rerum cura/atq; adminiſtratio pertinet.

Vſitata eſt & p̄pulchra ſermõis rõ:ut gerũdioꝝ actiuoꝝ p̄poſita iter/ſignificet tẽpus ĩpfectũ ĩdicatiui/uel ſubiunctiui modi/uel alterius/& dum particula:ut iter ambulandũ hoſtes offendi:hoc eſt/dum ambularẽ:iter legendum ridebas:id eſt:dum legeres:& ſic pro uarietate pſonaꝝ ita exponẽdũ ẽ/uti modo explicauimus. Hinc Seruius in Bucolica Virgilii. Inter agẽdũ.i.dũ agis:& honeſta locutio ẽ:ſi dicamus:inter cenãdũ hæc ſum locutus.

In pro erga:& etiam pro contra/pulcherrima locutio eſt/accuſatiuo præpoſita:ut meus in te animus:mea in te beniuolentia:ubiq; enim ſignificat erga. Iuuenalis inuehitur in Domitianum. Cicero habuit orationem in Catilinam:ubi in/contra ſignificat.

Apprime pro ualde recte apponitur nominibus:quemadmodum & imprimis dictum eſt ſuperius: ut uir apprime utilis:& ſic de aliis.

Res nomen latum diffuſumq; eſt:ſed eo pulcherrime utimur adiectis poſſeſſiuis nominibus: ſed præſertim huiuſcemodi:ut cum dicitur Res publica:res uxoria:res familiaris:res militaris:res domeſtica:& de ſimilibus pariter:ubi aliqua ũeluti ſignificatur inſtitutio.

Præſtolor uerbum/quod plerunq; Poetæ accuſatiuo iungunt:Cicero cõnectit datiuo. Multa ſunt uerba: quibus pro eadem ſignificantia & paſſiua utimur uoce/& actiua:& ut ommittam pene innumerabilia:Cicero frequẽter in his duobus modo actiuam/modo paſſiuam uocem uſurpat. Aſſentior & aſſentio ubiq; eadem conſtructionis forma:& impartior & impartio. In cæteris aliis id fit multo uarius.

Vſu uenit/ornatiſſimum pro contingit:uſurpatio & uſurpare non ita intelligi debent:ſicut Iuriſcõſulti utuntur.

Sed uſurpationem frequentem uſum Oratores uocant:& uſurpare eſt in frequenti uſu habere.

Hæc res me deficit:id eſt:deeſt mihi hæc res:& deficit me dies. Vita q̄ primum mortales deficit. Sed deficit hac re/ magis Poetarum eſt. Deficeret quoq; pro rebellare/ut ita dicam/non abſurdum eſt.

Nunc autem ne ea:quæ perutilia & ornatiſſima ſunt/ommittam:intelligendum eſt:quod nomina tertiæ declinationis/quæ tam nominatiuum q̄ genitiuum ſingularem habēt ſimilem:præſertim ſi genitiuus pluralis in ium exierit:eorum frequenter pluralis accuſatiuus in is terminari ſolet: raro in es:ut omnis pro oēs: mortalis pro mortales:immanis pro immanes. Similiter & ipſe quoq; teſtatur Priſcianus:ut in ns:uel in rs terminātia:ut fontis & fontes:partis & partes. In reliquis rarius id fit:quæ eſt Poetarum uenia.

Quædā aduerbia ſunt:q in epiſtolis q̄ maxime cōgruunt:ſicut ꝓpediem:q̄ primū pro cito/confeſtim:& item poſtridie:qđ multi ignari litteraꝝ & Grāmaticæ artis expertes exponunt poſt tres dies. Sed ne tu eodem ducaris errore:crede poſtridie ſignificare poſtero die:ut eo pacto. M. Cicero accipit: & alii eruditiſſimi uiri.

Et ſiqs multa referre uelit:pro priore ponat primū/uel primo:utrūq; n. in uſu ē:pro ſecūdo deīde/uel ſecūdo loco:pro tertio tū/uel p̄terea:uel tertio loco/tū pro quarto:qđ raro accidit:ad hæc uel p̄terea: uel quarto loco:in calce poſtremū:uel poſtremo/& demū. Sit igit̄ huiuſmodi exēplū. Tria ſunt/q̄ afferūt mihi magnā uoluptatē: primū eſt enim qđ optimū amicum nactus ſum:deinde aūt/qđ ſingularem tuam in me teſtificaris beniuolentiam:poſtremū uero/qđ intellexi te incolumē eſſe. Qua in re id quoq; aduertendum eſt:quod tres inuenimus coniunctiones recto atq; uſitato ordine:quæ ſunt enim/autem/uero. Sed tu ipſe hæc omnia/ac multo etiā plura facile cognoris:ſi Ciceronis ſcripta & imprimis eius epiſtolas lectitabis.

Memoriæ proditum eſt/ſignificat ſcriptum eſt. Multa enim talia ornatiſſime uſurpantur:tamen uariis ſignificantiis:ut memoriæ tradere/mandare litteris/mandare ſcriptis/mandare litterarum monumētis: quorum ferme eadem uis eſt. Sed mandare memoriæ aliud ſibi uidetur uelle.

Fallo uerbū tritum eſt apud Ciceronē:ut fallit me hæc res dicimus:fallit te hæc ſpes:qđ eſt fruſtrat̄/& decipit.

Miſſum facere dimittere ſignificat:& uenuſtū/& oratoriū ē. Nā miſſam hāc rem facio/ſignificat dimittere illam.

Ad hæc aūt in eadē oratione duæ hæ particulæ ne/& qdem/pulcherrimæ ſunt:ſiquis fuerit recte illis uſus. Nam cū ponunt̄/ſemp aut aliud dictū eſt:aut id mēte cōcipitur:ut ne audiui qdē:ſignificat enim exēpli cauſa non ſolum nō uidi:ſed neq; etiā audiui. Item aliud exēplum. Philoſophiæ ſtudium Democritus nō modo non intermiſit:ſed ne remittit quidem. Remittere nanq; Philoſophiam eſt remiſſius philoſophari.

Sed ea quoq; diligētia adhibēda eſt:qđ ſi qn̄ plura ponimus p̄ſertim ſine copulatione:q articulus eſt: ut ſi idem uideatur ſignificare/qđ uehementius ſemper magis collocet̄ in calce:ut tua uirtus laudanda/ꝓbandaq; eſt. Nam probare eſt maius/qđ fit animi iudicio. Magiſtratus diligere/amare/colere debemus. Probatiſſimos uiros omnes homines uerentur/obſeruant/admirantur. Quæ turpia/obſcæna ſeda/teterrima ſunt:ea fugere/aſpernari debemus. Virtutis/officii ſumma laus eſt. Nam habet officium acceſſionem actionis.

Sed in his quoq; ordo qdam iſpectādus eſt:qđ ſi tria ſunt:quoꝝ duo partē aliquā ſignificent: tertiū fit cōmunius: id ꝓfecto debet plerūq; in fine collocari:niſi ſe habuerit quodā generis modo:tūc enim cōtra fit:qđ nunc liquido/ac perſpicue patefecero. Ac prioris qdē exēplum eſt. Omnis in adipiſcēda uirtute cura opera/diligētia ponēda eſt. Eſt enim cura ſolius animi/opera corporis diligētia utrūq; cōplectit̄. Et item plurimū in rēpu. īduſtriæ/laboris/tēporis ponēdū eſt. Amicos cōſilio/uiribus/opera adiuuare debemus. Alterius uero exēpla ſunt. Non ſunt p ſe res cōmodæ expetēdæ/diuitiæ/uoluptates/honores. Cōmodum enim generis locum obtinet: cuius ſpecies ſunt multæ:puta quas modo memorauimus: atq; itē animalia quæq; hoīes/leones/equi bonū uident̄ appetere. Sed utcūq; ſeſe res habet/ſi multa ſunt:qđ pluris eſt:poni debet in fine. Iam uero ad alia.

Multotiens geminatio quibuſdam tam uerbis infinitiuis q̄ aduerbiis:tanti ualet:quanti id nomē ſemel: & cūq; ut quiſquis pro quicunq;:quotquot pro quotcunq;:quantus quantus pro quantuſcunq;:qualis qualis pro qualiſcunq;:ut ut pro utcunq;:ubi ubi pro ubicunq;:& id aduerte diligentius.

Accedit pro additur:q̄ uſitatum:tam pulchrum uideri debet. Vnde & acceſſio additionē ſignificat. Igitur accedit mihi ad meas miſerias dolor:id eſt:additur.

Cōfido:nō ſicut qdā arbitrant̄:neſcio quo pacto cōſtruit̄:ſed iungit̄ alias datiuo:alias ablatiuo caſui. In his potiſſimum uerſat̄:q ad aīum ſpectāt:ut cōfido tua uirtute:tua humanitate:tuo cōſilio:& item de aliis huiuſmodi.

Credo quoq; pro cōmitto ornatiſſimū eſt:ut credo tibi grādē pecuniā. Nam grāde adiectiuū nomē ꝓbe uel ætati cōuenit/uel pecuniæ. Pecuniæ exēplū ſupra poſuimus. Sed hic grādior Neſtore uidet̄:id eſt:qđ Neſtorē anteeat ætate. Et hic eſt grandis natu:grandiſſimus natu:ſignificat longeuū hoīem:atq; admodū ſenem. Et quia de natu mentio facta eſt:maior natu ornatiſſime ſignificat ſeniorem:ſicut minor natu minorem.

Inſuper haud illepida ſit interpoſita nonnunquam in oratione:atq; interiecta parenteſis: ut dediſti ad me (quæ mea eſt ſumma uoluntas) ſuauiſſimas litteras. Omens amicos (niſi fallor) plurimum admiraris. Scire uellem ex te (ea nāq; eſt amicorum conſuetudo) quid tn. M. Antonii cauſa ægeris:ut ita demum repoſtulāre noſtram orationem eiuſmodi interpoſitionibus aſpergamus.

Hæc res apud me increbuit:id eſt:ad aures peruenit:& notitiam rei ſignificat.

Neſcio hāc rē:ignoro. p̄terit me:fugit me:latet me:huius rei neſcius ſum:ignarus ſum:hæc res ſciētiā meam fugit.

Hoc reliquum eſt:& hoc reſtat:perpulchre & magno cum ornatu idem ſignificant:exemplum eſt. Omnia tibi & fortuna & natura tribuit:reliquum eſt:ut bene & laudabiliter uiuas.

Rumor eſt:id eſt:uulgo & communiter dicitur:& ornatus ſermo eſt.

Accipere pro audire & cognoſcere peruenuſte dicitur:ut accepi rumoribus:quorum eſt incertus auctor:accepi hominum fama:quæ certo auctore continetur:accepi nunciis:quos nuncius/& qui mittitur/affert:accepi litteris:

quas ab amicis plerunq; accipimus:& in aliis item conſimilibus locis.

Pro nominibus articularibus demonſtratiuis conſueuerunt Oratores addere ce adiectionem in his caſibus:qui in s:deſinunt euphoniæ cauſa:ut hiſce:hoſce:haſce:pro his hos has.

Sæpe ꝓpoſitio q̄ ꝓponi ſolet:poſtponiť:& ſignificãtia eadẽ manet:& in qbuſdã qdẽ ſemp q̃ ſunt mecũ/tecũ/ſecũ/nobiſcũ/uobiſcũ.In qbuſdã aũt nõ ſemp:ut qbuſcũ/quocũ/quiſcum.Te pp/& pp te idem ſignificat:& ſic quibuſcum/& cum quibus:& in his potiſſimũ ea ꝓpoſitionũ tranſlatio fit:quæ modo enumerauimus.

Clam plerũq; ꝓpoſitio eſt:nõnunq̃ aduerbiũ.Sed oratores potius ꝓpoſitionẽ accipiũt:ſiue cõiungať ablatiuo:ut Priſcianus ſentit:ſiue accuſatiuo:quod opinatur Donatus:ut clam me ꝓfectus eſt:ideſt:me neſciente.

Coram cum accentu in prima ſyllaba præpoſitio eſt:& quid ſignificet:nemo eſt:qui neſciat:cum accentu uero in ultima ſyllaba/aduerbium pulcherrimum eſt:ſignificans(ut ita dicam)præſentialiter quo frequentiſſime docti uiri utuntur:ut apud.M.Ciceronem.Cupio tecum coram locari:& coram tecum loquar.

Præſto ſum ſignificat ad ſum:& fere appareo:& ſic idem aduerbiũ eiuſdẽ uerbi modis oĩbus & tꝑibus ꝓuenuſte cõnectitur in eandem/quã modo poſuimus/ſignificantiã:ut præſto mihi fuit ſeruus tuus/urbem ingredienti.

Licet mihi eſſe bonum uirum:& licet mihi bono uiro eſſe:utrunq; latinæ diciť.Sed poſterius magis Oratorũ eſt.

Perpetuo & in perpetuum aduerbialiter pro eodem modo:& eis frequenter utimur.

Deuincio uerbũ cũ pulcherrimũ eſt:tũ ꝓcipue Epiſtolis cõgruit.Significat aũt deuincio:obligo:ut deuinctus eſt:id eſt:obligatus eſt:ſicut ut ſæpe obnoxius:quod nõ ſolum trito modo ſignificat qđ notũ eſt:ſed etiã deuinctũ.

Collocare apud aliquem beneficium:eſt alicui benefacere:ut apud gratos uiros beneficium collocaſti.

Multa aduerbia in i exeuntia:etiã in ipſis epiſtolis pulcherrima ſunt.Sed hæc imprimis ruri/ueſperi/domi.Multa item in o:ut ſero/ſerio/cõſulto/poſtremo/modo/falſo/merito/præcario.Cætera uero in eodem exitu deſinentia:haud in frequẽti ſunt Oratoꝝ uſu.In u uero crebra ſunt/diu:cuius manifeſta ſignificãtia/& ĩterdiu:qđ quaſi eſt infra medii diei tempus:& noctu pro nocte:qđ magis nomen eſt:unde die/noctuq; dicimus.

Nullus nulla nullum nonnunq̃ pro non:præſertim ſum es eſt uerbo adiuncto:ut nullus ſum:interii.Reſpublica nulla eſt:quaſi non eſt:& extincta eſt.Idq; etiam ornatiſſimum eſt.

Gratificor tibi hanc rem:præclare uſurpatur.

Et indulgeo ſane eſt uerbum uſitatiſſimum:& ſplendidi ornatus:quod & datiuo iungitur:& ferme ſignificat:do operam:atq; ita exponitur:ut hic nimio ſomno indulget:ideſt:nimis dormit.Nimio cibo indulget:id eſt:nimis comedit.Nimio uino indulget:id eſt:nimis bibit:& de aliis conſimili pacto.

Indulgere aũt quaſi cõcedere:& eſt uerbũ luxurioſam quãdã deſignãs clemẽtiã:& ĩdulgẽtẽ parẽtem appellamus leniore in liberos ingenio:quod ab ignoſco plurimũ differt.Liuius primo ab urbe cõdita.Eſt enim ignoſco/parco:do ueniam:excuſatum habeo.Ignoſco tibi igitur:ſi quid exempli gratia admiſeris ſceleris:Indulgeo uero:ut multa agere impune queas.Quorum uerborum diſcrimen diligentiſſime conſiderandum eſt.

Tantus tanta tantũ & quãtus quãta quãtũ eodẽ modo ita ſe habẽt in aliqua oratione:ut raro alterum abſq; altero ponať:ut concio hæc tanta eſt:quanta antehac nunq̃ fuit.Tribuis mihi tantum:quãtum nec agnoſco:nec poſtulo.Tantum in te eſt doctrinæ:quantum in doctiſſimo ſolet eſſe uiro:& ita de reliquis.

Talis & qualis alterutrũ creberrime ponitur:raro utrũq;:ut talem ſolemus ſentire bonũ uirum:& ſubintelligimus/qualem diximus.E cõtra.Orator eſt illuſtris:qualis alter nullus reperiatur.Verum de his ſatis.

Vel pro etiam particula multis locis rectiſſime cõgruit:ut Hãnibal fuit Imperator uel omnium primus.Tua eximia uirtus ut te amem:uel maxime impellit.

Verſor uerbũ in frequẽtiſſimo uſu ẽ ueteꝝ/ac diſertoꝝ hoĩum:ꝑdiffuſa ẽ eius uerbi ſignificantia:& uariis deniq; pŏt rõnibus exponi:ut ego uerſor in litteraꝝ ſtudio.i.ſtudio litteraꝝ do operã.Virtus circa difficile uerſať:id ẽ:uirtus in difficili cõſtat.Verſamur ĩ tenebris:ẽ fere ſumus:ac uiuimus:& q̄ſi ſtamus ĩ tenebris.Et qđ ẽ exẽplis ſuꝑioribus declaratũ:duos ſibi plerũq;/atq; frequẽtius caſus poſtulat.Nã aut accuſatiuo cõiungiť ꝓpoſita circa:aut ablatiuo in/præcedẽte.Quoniã ante fundum uerſari:ad portam uerſabatur:ꝑraro dicta ſunt.Sed quẽadmodum cæteris rebus oĩbus:ita huic quoq; ſumma adhibenda eſt diligentia:& mandandæ ſunt memoriæ.

Nõnunq̃ & duæ particulæ ornatiſſime cõiunguntur:quaꝝ eadem ſit utriuſq; ſignificatio:ut enimuero.Nã pro explẽda ſentẽtia/altera duntaxat ſufficere poterat.Et ſimiliter:ſin autẽ ſæpe dicimus explendæ ſententiæ gratia.Eo in loco autem particula nullam oĩno uim habet.Sin enim per ſe ſignificat ſed ſi.

Quoad pro quouſq;/& pro quando non minus ornate ponitur/q̃ latinæ:ut uolo eſſe in urbe quoad tu redeas.ita in plurimis locis conſimiliter.

Suſcipere nõ ſolũ qđ tritum uulgatũq; eſt:ſupra ſe accipere ſignificat:& quodãmodo adducere aliquid:ſed etiam perornate in epiſtolis cõmendatum habere:ut ſuſcepit Ciceronẽ Cæſar in ſuis rebus aduerſis.Quæ utiq; poſtrema ſignificatio haud quaq̃ ſiquis inſpiciat accuratius:a priore illa aliena eſt.

Optima quoq; illa ratio eſt:ut poſitiuo cuipiam adiuncta negatio:contrarii poſitiui uim/aut ſignificationem teneat:ſed nõ ita plane tantũ:& cumulare illam expleat:cuius rei exempla ſubiiciamus.Hic eſt uir haud improbus:ſignificat.n.fere hunc hoĩem probum potius q̃ improbũ eſſe habendũ.Et ſic Philoſophus haud ignobilis:hiſtrio nõ illepidus:miles nõ inſtrenuus:ciuis haud quaq̃ malus.Nam in his eorũq; ſimilibus rectius atq; uſitatius dicitur quæuis laudis cuiuſdam eſt:ſed quaſi diminutæ:atq; defraudatæ laudis.

Quod Grammatici frequentius dicunt:peto te hanc rem:ornatius:nec minus latinæ dici queat.Peto hanc rem a te:& id plurimum Cicero in epiſtolis conſueuit.

Cõficior paſſiua uoce crebro uſitatũ ẽ:pro eo qđ ẽ fere pereo:& cõfectus q̄ſi cõſũptus:ut uir ĩops:& miſer fame/frigore/dolore/cõficiť:& ſic amicus ætate/æſtu/cõficiť:atq; mœrore/labore/ſenio cõfectus:& de aliis itidem.

Ablatiui caſus nõ participioꝝ ſolũ:uerũ etiã noĩum alioꝝ in oratione ꝓcinne ponunt̃ : ꝓſertim ſiqua fuerit ſignificatio tpis:& participiis qdẽ manifeſtũ eſt:ut regnãte Octauiano Cæſare parta eſt uniuerſo orbi pax.i.qua tẽpeſtate regnabat Octauianus Cæſar. Dionyſio Siracuſis tyrãnidẽ gerẽte in Sicilia:grauiſſima bella geſta ſũt:id ẽ quo tpe Siracuſanoꝝ Dionyſius tyrãnus erat. Sed eodẽ quoq; modo alia qdã ſe habẽt noĩa: maxime uero ſi dignitatũ atq; honoꝝ extiterint:ut Cornelio & Lælio Curulibus actæ theatro ſabulæ ſunt. Quidã addũt participiũ/exiſtẽtibus. Sed nos ꝓhibemus:qd nõ ad uenuſtatẽ orationis ptinet:addi oportere. Et itẽ Scipione Conſule Pœni deuicti ſunt:Scipione Imperatore uerſa eſt Numantia:& reliqua huiuſcemodi pariter.

Licet tam Grãmaticæ:q̃ Oratione genitiuos quorũcũq; caſualiũ cũ poſſeſſiuis quocũq; caſu prolatis cõiungere. Quod uel Priſcianus tradidit:ut mea cauſa uenit:& ceteroꝝ amicorum:& meum agrum:& M. Antonii hoſtes populati ſunt. Tuo amico/ac fratris gratificare. Tuum Imperatorem ſectare/& cõmilitonum. Noſter & fratris amicus. Sua ille confidit/& ciuium prudentia. Atq; ita figuratur conſtructio in omnibus poſſeſſiuis. Hinc Terentianum illud. Meo præſidio/atq; hoſpitis.

Idq; peritus iſpiciẽdũ ſit:q̃n ẽt diſcretionis/ſeu abũdãtiæ cuiuſdã grã ſolet addi cũ genitiuo poſſeſſoris noĩatiuus poſſeſſiuus:ut ſuus eſt Cæſaris mos.i.eius mos:& nõ alterius. Suus Titi filius hæres teſtamẽto conſtitutus eſt. Suus:ut ipſe quoq; Priſcianus exponit:ad diſcretionẽ eius:q ſecundũ leges ſuus nõ eſt.i.ſub ptãte patris legitimi nõ eſt. Suus aũt pro uniuſcuiuſq; ꝓprio accipit̃:qd ipſum apud uiros etiã eloquẽtiſſimos frequens eſt.

Die quarta:ut Nonius Marcellus etiam teſtis eſt:& die quarto nõ idem ſignificant:ſed maſculino genere præteritum deſignatur tempus:ut ſit die quarto pro eo:quod aliter Nudius quartus dicitur. Nudius tertius/& ſic de aliis. Fœminino futurum:quod uetuſtiſſimi tamen aliter protulerunt.

Tua cauſa feci/& tui cauſa feci/ne præter ueterum:& doctoꝝ cõſuetudinẽ aliquid efficiamus:inter ſeſe haud mediocriter diſcernunt̃. Nam tui cauſa tunc dicimus:ſiquid ei:ad quẽ ſermonẽ uertimus:præſtiterimus:ut tui cauſa ad Antonii caſtra profectus ſum:quod eſt tuendi tui gratia. Sed tua cauſa cum tua(ut ita dicam)contemplatione aliquid alteri præſtiterimus:ut tua cauſa/fratris tui cauſam egi.

Et quia aliqd de his: quæ ad poſſeſſionẽ ſpectãt:locuti ſumus:haud abi e fuerit:differentiã eam ꝓferre in mediũ: quæ eſt inter genitiuos primitiui:& poſſeſſiui/mei/tui/ſui/noſtri/ueſtri:quã eandẽ pulcherrime Priſcianus attingit. Vox nãq; eſt eadẽ/at uis ipſa lõge diuerſa:cũ genitiuus primitiui ſimplicẽ ſignificat poſſeſſionẽ: poſſeſſiui uero duplicem:ut mei amicus eſt meus amicus. Sed mei filii amicus duplicem poſſeſſionẽ continet: alteram meam in filio:alteram filii in amico. Quod eo ſubiecimus:ne cum ornatum inquirimus:uerborum uim ignoremus ipſam:atq; in errorem quẽpiam imprudentes incidamus. Sed inſtituta proſequamur.

Hæc res mihi in mẽtem uenit dicit̃:& cũ genitiuo:huius mihi rei in mẽtem uenit. Hæc mihi curæ eſt/an pro nominatiuo genitiuus poſitus ſit:utrũq; nõ ſolum Poetæ:ſed etiam M. Cice. uſurpauit.

Oratores ſicut & Poetæ pſæpe ꝓſentibus tpibus:pro tpibus ꝓteritis nõnunq̃ & pro futuris utunt̃. Verũ id qdẽ multo rarius. Sed ecõtra haud crebro fit:niſi forte inquã uerbum:qd futuri tẽporis eſt:præteriti loco/uel præſentis accipiamus. Sed multa quæ ſupet his dici poſſunt:in aliud potius tempus ſeruamus.

Similis:& plenus noĩa:quoꝝ prius ẽt datiuo iũgit̃:poſterius ẽt ablatiuo oratores ut plurimũ ac fere ſp genitiuo cõiungũt/ut ſimilis tuoꝝ maioꝝ/dignitatis:officii plenus. Nõnunq̃ uero:p raro ꝓferũt̃ cũ ſupioribus caſibus.

Sæpenumero maioris ſignificãtiæ cauſa/uel ornatiſſime impatiuus:& ſubiunctiuus iungit̃:qd Cice. perſæpe efficere ſolebat:quale eſt illud. Cura/ut uir ſis. Et alio in loco ſcribẽs ad filium. Effice/& labora/ut excellas.

Decurritur ſpatiũ:cenat̃ Rombus:prandet̃ turtur:cõſimiliaq; pulcherrime dicunt̃:atq; ſicut abſoluta interdum uerba obliquis caſibus adiunguntur. Ita trãſitiua quoq; licet nõnunq̃ nõ ſolũ pro Grãmaticoꝝ more : ſed etiã pro oratoꝝ cõſuetudine abſolute ꝓferunt̃:præſertim uero/ſi qua ſui paſſio cum actione ipſa ſignificatur: qualia illa ſunt:amo lugeo/rideo/metuo:quæ tantum tranſitiua ſunt:nunc abſolute proferuntur.

Quæ in bundus exeunt noĩa/nõ tam ſimilitudinẽ ſignificãt:qd plæriq; arbitrant̃:q̃ habundãtiã q̃dã potius/ac uehemẽtiã:ut gloriabundus/nõ tam gloriãti ſimilis:q̃ habunde ſeſe/uehemẽterq; efferẽs. Quã opinionẽ eloquẽtium/ac eruditiſſimoꝝ hoium ubiq; teſtimoniis cõprobatã/tu quoq; firmiter amplectere. Nã ut ommittam alios:Gelius autor ꝓbatiſſimus ex ſnĩa quoq; doctiſſimi Apolinaris:letabundus dicit̃:inquit : q habũde lætus eſt/errabundus/qui longo/atq; habundanti errore ductus eſt/& tu quoq; iiſdem utere nominibus.

Fræctus fræcta fræctum incertæ originis/ablatiuo iunctum pulcherrimũ eſt:& ſignificat fere confiſum/ac munitũ: ut ueſtra humanitate fræctus:ueſtra fræctus ſapientia:non mea uirtute fræctus.

Certiorem facere uſitate/ac frequenter in epiſtolis uſurpatur. Nam facio te certiorem de hac re:id eſt ſignifico tibi hanc rem:ut ſæpiſſime uelim de tua ualitudine me facias certiorem per litteras.

Habeo uaria conſtructione figuratum/plurimum ornatus habet:ut bene hæc res ſe habet:quod eſt fere: ut ita dicam:ſtat bene hæc res:& ita bene me habeo & cum participiis:bene me habens:redeo rure : & contrarium aduerbium ſimiliter ei uerbo iungitur quod eſt male.

Participia ſæpenumero futuri tpis ornatiſſime uſurpant̃:ut ſcripturus ſum ad Scipionẽ lr̃as:qd ẽ fere: debeo ſcribere:& alia. Tu ad ædes Craſſi iturus es:q̃ſi ite debes. Cicero ẽ Athenas ꝓfecturus:id ẽ ꝓficiſci debet. Plautus ĩ Cyprũ traiecturus ẽ:qd ẽ fere nauigare debet ĩ Cyprũ. Qđ idcirco ita expoſuimus:quoniã is ꝓprie nauigare:is trãſmittere:is ſoluere:cũ locũ ſignificat:unde ꝓ fi ciſcunt̃. Is demũ traicere dicitur:quod calcem ſignat:qui rate uehitur:ut Cicero ſoluit Athenis:& in Aſiam traiecit. Verum ad propoſitum redeundum eſt.

Illa igitur participia:quæ a uerbis manant paſſiuis:& paſſiue quoq; exponuntur/uel exponi debent : ut cuius inſons animus eſt/mulctandus non eſt:id eſt mulctari:& puniri non debet. Sontes accuſandi ſunt : ideſt accuſari debent. Vir flagitioſus trudendus eſt in carcerem:coniciendus eſt in uincula:& alia reliqua exponantur: ut ſu-

pra diximus. Nec tamen negauerim quin eorũdem participiorum alia quoq; ratio ſit: ſed ea nos proſequimur modo in præſentiarum quæ uenuſtius eloquium reddant.

Quid repeto: nõne pulchre ponitur: ſi quid ei acceſſerit: neq; accuſatiuus ſolum caſus: ſed & ablatiuus? ut repeto hanc rem memoria: quod non teneo memoria ſignificat: ut per multi exiſtimant: ſed potius memoria uoluto. Reminiſcor eſt quaſi obliuioni traditam rem rurſum inueſtigo memoria. Hoc nos uti uerbo ornatiſſime poterimus: quando eodem & ueteres eloquentiſſimi frequenter uſi ſunt. Hinc illud Ciceronis in libro de Oratore. Cogitanti mihi: & memoria uetera repetenti. Et Aphricanus a Neuio accuſatus Tribuno plæbis: quod ab Antiocho pecuniam accepiſſet: commodiſſime eo uerbo uſus: memoria: inquit. Quirites repeto hunc diem hodiernum eſſe: quo Hannibalem pœnum inimiciſſimum huic Imperio uici in terra Aphrica: & pacem uobis/ac uictoriam peperi inſeparabilem: uerum captus ingenti uoluptate: longius in Aphricam uerbis referendis progreſſus ſum. Quam ob rem ad noſtrum inſtitutum ſe referat oratio.

Optimum factu fuerit: ne eiſdem aut modis orationis/aut uerbis utamur: & q̃d initio diximus: uaria plurimum probatur oratio: & ſi ueluti quibuſdã floſculis aſpergitur: ut pro mori: diem obire: mortem oppetere: animam expirare: uita decedere/uel excedere ex uita: animam efflare: uita defungi/rebus humanis excedere: ex uita migrare: res deſerere humanas: exire de uita: mortem obire/interire/occidere/conſimiliaq;. Et item pro uiuere: uitam agere: uiuere uitam: degere ætatem. Et ne ſigillatim cuncta complectar: illud quoq; hoc loco animaduertendum ſit: quod ſicut dicimus ſæpe ludo ludum/pugno pugnam/ſeruio ſeruitutem/doleo dolorem: & ſimilia. Ita & interdum uiuo uitam/uiuo fœlicem/ſeu miſeram uitam: ut ſi quis dixerit. Qui expeditam uirtutem fuerint conſectati: hi uiuent beatam atq; immortalem uitam: & qui præclarum certamen certauerit: ampliſſimis donabitur muneribus. Et quod de uariis dicimus orationis modis: idem ipſum de ſingulis partibus intelligendum ſit: ut pro oro/rogo/precor/obteſtor/& obſecro.

Pro quaſi pene: & ferme: & fere. Reliqua tu ipſe coniecta.

Id genus: pro id generis: q̃d fere ſimile nomẽ exprimit/& pulchre: & uſitate dicit̃. Multa ſunt id genus mõſtrãda: q̃d eſt fere ſimilia: uel eiuſdẽ generis mõſtrãda. De multis id genus rebus locutus ẽ: q̃d ẽ ſimilibus: & ita ĩ aliis.

Ex ſententia/quaſi ſecundum uoluntatem/& proſpere: ut geſta res eſt ex ſententia: quod eſt: pro ut optabam. Et id tibi euenit ex ſententia/& multis in locis conſimiliter.

In ferre iniuriam: quaſi iniuriam facere. Manus in ferre alicui/eſt aliquem pulſare: impetum in quempiam facere: eſt fere cum impetu quempiam/& quaſi in adoriri/& inuere.

Dare ueniam pulcherrime eſt ignoſcere: & licentiam dare.

Ab initio ætatis habui te amicum/a teneris annis/a paruulo/a primis ætatis tẽporibus/a teneris: ut Græci dicũt/unguiculis/a cunabulis ipſis amicitia mihi tecũ eſt/& huiuſmodi: iniens ætas pulcherrime adoleſcentiã ſignificat.

Ferre fœdus optime/atq; optimis cauſis: & fecialiũ conſuetudine ſignificat fœdus cõponere: ut perſæpe ictum/uel percuſſum fœdus eſt/conſtitutum/compoſitum.

Eſt mihi nomen Scipioni: cognomen Aphricanus ſuit: cui Pagotroiano nomen erat: & ſic de reliquis datiuo caſu peruſitate dicitur: ac pulcherrime. Et quæ eadem & in aliis quoq; modis dicuntur: ſed frequentius modos ſuperiores apud eloquentes: & doctos uiros inuenies.

Cum tritum uerbum uolumus oſtendere: & quod in ore populi eſt: utimur uerbo impersonali fertur/uel perſonali uerbo aiunt: & nõnunq̃ dicitur; & eis ſingulis ut præponimus: & raro ita: & interdum? Quod exempla huiuſmodi ſunt. Nam Sirenas: ut aiunt: ſurda debemus aure tranſire. Et item. Nam ita fertur: ut nuſq̃ tuta ſit fides. Item. Turpe eſt: quod dicitur: tumultuantem de gradu deiici.

Nõnunquã & ita dicimus: noctem ſuper mediam uigilauimus: quod eſt ultra mediam noctem. Idq; & Seruius ipſe teſtatur: & quorundam ueterum comprobat auctoritas.

Contra ſermonem tuum tendo: eſt reſpondeo tibi ſicut & tendo contra iter: eſt occurro: ſed hoc haud infrequenti uſu oratorum inuenies.

Macte magis aucte: & eſt gloriæ/ac laudis ſermo: & plætuq; ablatiuo iungitur: ut macte uirtute eſto. Idq; & Poetæ uſurpant: & ſcriptores hiſtoriarum: & demum Oratores ipſi. Qui ſermo: ut multi erudiſſimi tradunt/a ſacris deductus eſt.

Quotiens alicuius explicaturi ſumus ſiue genus/ſiue locum gentile: ac patrium nomen effingimus: quod qui ſecus effecerit: fortaſſe non Latinæ locutus ſit: ſed illepide penitus: atq; indecore: ut qui fuerit Syracuſis oriundus: non de Syracuſis oriundus dicẽdus eſt: ſed Syracuſanus eſt: non de Athenis: ſed Athenienſis: non de Cluſio: ſed Cluſinus: non de Senis: ſed Senenſis: atq; in generibus: & familiis non de cum ablatiuo utimur: ut multi: ſed inde nomen effiximus ut non de Scauris: ſed Scaurus: non de Græcis: ſed Græcus: non de Catulis: ſed Catulus: non de Dathis: ſed Dathus. Quam quidem ad rem id merito afferendum ſit: quod Plinius ipſe aiebat: quod deriuationes firmas regulas non habent: ſed exeunt: terminãturq; uti ipſis auctoribus placet: ſicut a Tauro Taureum: & Taurinum dicimus: & quos nos Romanos dicimus: dicunt Græci Romeos: quos nos Carthaginenſes/illi Carchidones.

Sed in enſis: in us/atq; in as quæ ad loca pertinẽt: frequẽtiores terminationes ſunt: ut Alabandenſis: Heydelburgenſis. Crachonicis/Cluſinus Maguntinus/Tarentinus/Lacedemonius/Salaminus: Mitileneus/Corintheus/Chius/Syracuſanus/Thebanus/Arpinas/Sarſinas. Alii quoq; ſunt eorundem nominũ exitus: ſed hi frequentiori uſu celebrãtur: q̃d idem: & in quibuſdam aliis fit: quæ neq; a generis noibus fluxerunt: deq; loci ullius/ut Terentianus/Chremes/Prodicius Hercules/Platonicus Gyges/Socraticus Gorgias: quæ oĩa a propriis profecta ſunt: atq; originem traxere: ſed quæ alia hac de re dici poſſunt: tu ipſe cogitatione complectere.

Conor hanc rem optime/ac uenuſte dicimus: præſertim ſi difficilior ſit:& ardua: quo pacto Cicero ſæpe utebatur/ut de perfecto Oratore:magnum opus/& arduum Brute conamur.

Et ſtudeo ſiquid ſtudioſius effecturi ſumus:etiam accuſatiuo pulcherrime iungitur.

Deſidero uerbum pulcherrime poſitum.Nam cum deſiderium ſit abſentium rerum perſæpe dicimus Deſidero amorem tuum/tu non amas me:deſidero tuam prudentiam:quaſi ſis inſipiens:& ita de aliis.

Complector p diffuſum eſt:atq; ornatũ uerbum:præſertim uero aliquibus adiectis hac rõe/ut amo te/atq; beniuolentia cõplector/pro amo/cogitatiõe cõplector pro cogito:&.i.animi. Sicut facultate cõſequor eſt rei ipſius.

Illud ignorandum non eſt:quod gerundiuus modus ab omni uerbo ſimpliciter procreatur ſi quando nobis foret eo opus:ut cantando rumpitur Anguis(ut ait Seruius)dum ei cantatur.Et alio in loco actiue dictum: ut cantando tu illum?Id efficere oratores/atq; uſurpare queunt.

Putant nõnulli nihil itereſſe:ſiquis dixerit/quarto prætor:& quartum prætor:& ſic de cæteris:ſed magna eſt inq; differentia:ut.M.Var.teſtis eſt.Nam quarto prætor locum ſignificat:& tres ante factos/quartum prætor uero deſignat tempus.Caue igitur diligenter/ne perperam his utaris rationibus/ne quid cõtra ueterum: atq; eloquentium morem/conſuetudinemq; faciamus:quia tertium Conſul: & tertio Conſul nõ idem ſignificat.Sed ne plura iam ſequar:nam infinita pene huiuſmodi percipi poſſunt.

Id tene memoria:quod non rure eſſe:ſed ruri dicimus:qđ tum Pompeius Feſtus affirmat:tum.P.Ter. probat:ait enim Ruri ſe cõtinebat.Quáobrẽ ſiqua iam reliqua ſunt:paucis expediamus. Nam cum pro conficiendis epiſtolis/hæc potiſſimum attigerimus:ſi ſalutationis formulam:& regulam:& kalendarum.Iduum. Nonarumq; obſeruationem patefecerim iure huic paruo inſtituto finem/ac modum ſtatuamus.

Vale igitur/ac ſalue uerba:pro.M.Var.ſententia: & omnium doctiſſimorum idem ſignificare uidentur: quibus nos alias in ſalutando:alias in execrando utamur.Exquo & Terentianum illud eſt. Valeant:qui inter nos diſſidium uolunt. Ac mortuis quoq;:& qui mortalium uita deceſſerũt:quibus nullam huius lucis optare ſalutem poſſumus:nõnunq̃ uale dicimus:& ueteres ipſi quondam eiſdem id uerbum pro morere dicebãt: quaſi nil amplius ſibi cum mortuis futurum eſſet:& imperpetuum ab eorum iam aſpectu diſcederent. Nam neq; ualent illi/neq; ſalui eſſe poſſunt:ob eamq; rem addunt nonnulli bene aduerbium: fœliciter ue:aut ſi qua alia ſunt/ eiuſmodi ſignificantiæ. Verum tamen in epiſtolis:quas plærũq; ad amicos mittimus/uale in fine dicere conſueuimus abſq; ulla aduerbii acceſſione perinde atq; amicis uitæ ſalutem/ac fœlicitatem optemus.Quod igitur uale ſibi quærat:quoue pacto illo utendum ſit:noſti.

Pro ſaluto aũt:nos dicimus ſalutẽ dico:& quem ſalutare cupimus:datiuo caſui aptiſſime poſuerimus:ut Vale:& Cæſari dic ſalutem.Alia quoq; erit ſalutandi ratio:ut iubeo Scipionem ſaluere:quod eſt Scipionem ſaluta.Nã is modus uim quandam deſiderii continet:& pro antiquorum conſuetudine infinitus modus in aliũn tranſumitur:ut iubeo te ſaluere.i.ſaluere:iubeo te gaudere:pro gaude.

Quod uero alii ex mea parte dicunt:multo quidem ornatius dicitur:uel meo nomine/uel meis uerbis.

Quotum aũt cuiuſq; mẽſis diem uelimus itelligi:kalẽ.Nonẽ.Idi.ue notamus. Neq; qđ illæ ſibi uelint explicare nunc cõſiliũ eſt:ſed quo pacto oẽs ſingulos; mẽſium dies ab eis ad nominationẽ accipiãt. Quáobrẽ intelligendum iprimis eſt:primos oẽs dies cuiuſq; mẽſis kalen.appellatione notari:ſecundũ quas Nonarum dies conſtituitur:& in aliis qdem mẽſibus ſeptima luce Martio.Ma.Iulio.Oct.In aliis autem quinta Ianuar.Feb. Ap.Iun. Aug.Sep.Nou.& Dec.atq; oẽs xi dies:qui inter kal.& No.interceſſerint.Nonarum cognominatione cẽſentur: ubi & numerũ meminerimus/ac Nonas ipſas & illum ablatiuo caſu conſtituemus:& has accuſatiuo. Sed iternumerãdum:& præpoſtero utemur ordine:& Nonarum diem cõnumerabimus.At Nonis exactis/ proximos octo dies:idq; in quoquo menſe:ſimiliter & Iduum cognominatione ſignificabimus:pari ratione tum ordinis:tum adnumerationis.Reliquos uero eius mẽſis quotquot ſuperfuerint dies.kalendarum appellatione notabimus:quæ futuri/ac proximi ſint menſis:neq; ordinis/neq; adnumerationis ratione imutata:atq; id omne exẽplo illuſtrãdũ eſt. Sitq; Martius exemplo:cuius curriculũ uno/ac trigeſimo die conficitur.Prima itaq; dies kalendæ erunt Martii.Secunda:ſexta Nonas Martii.Tertia:quinto nonas.Quarta.Quarto nonas.Quinta:Tertio nonas.Sexta nõ ſecundo nonas dicitur:ſed Pridie nonas.Et ita in Idibus:atq; Kalẽ.Septima die: Nonæ erũt Martii.viii.dies.viii.Idus Martii:nona:Septimo Idus.x.vi.Idus.xi.Quinto Idus.xii. Quarto Idus. xiii. Tertio Idus.xiiii.Pridie Idus.xv.Idus erunt Martii.xvi.dies.xvii.kalen.Aprilis.Quoniã is mẽſis ꝓximus cõſequit̃. Decima ſeptima:decimo ſexto kalend.eiuſdem menſis.xviii.xv.kalend.xix.xiiii.Kalend. Viceſima.xiii.kalen. Vigeſima prima.xii.kalen. Vigeſima ſecunda.xi.kalen. Vigeſima tertia.x.kalẽ. Vigeſima quarta.ix.kalen. Vigeſima quinta.viii.kalend. Vigeſima ſexta.vii.kalend. Vigeſima ſeptima.vi.Kalend. Vigeſima octaua.v.kalend. Vigeſima nona.iiii.kalend. Trigeſima.iii.kalen. Trigeſima prima:& nouiſſima Pridie Kalen.Aprilis:cũ fuerint kalendæ.Aprilis.In quo menſe & in cæteris omnibus eadem obſeruanda ratio eſt.

Dierum autem numerus haud te latet:qui in promptu eſt omnibus:Pridie autem kalẽ.Pridie nonas.Pridie Idus dicitur:& ſignificat quod uetuſtiſſimi dicebant:& die priſtini pro aduerbio:quod ſignificat die priſtino: ſicut & pro uetuſto more die craſtini:& die quinti: & die quinte ſimiliter pro aduerbio. Verum nos priſcam nimis & horridiorem uetuſtatem ubiq; fugere/ac uitare debemus/ac bene & præclare Cæſar præcipere ſolebat: tanq̃ ſcopulum/ſic fugiendum eſſe inauditum atq; inſolens uerbum.

Progenitiuis aũt mẽſium:rectius poſſeſſiua nomina finxerimus kalẽ.Martias:& ita Apriles.Maias.Iunias.Iulias: aut Quintiles:Auguſtas:aut Sextiles: Septẽbres:& ita Ianuarias:& Februarias.

Quod autẽ i kalẽdis:Nonis:Idibuſq;: ablatiuo caſui iungimus:idem poſſumus in accuſatiuum transferre: & ad præponere:ſed id ſignificat tempus fere diuturnius:ut octauo kalend.Ianuarias dediſti ad me litteras. Ego ue-

ro ad octauas Idus Ianuarias ad te ſcripſeram. Habet enim uim temporis uehementiorem hoc poſterius. Ne igitur plura conſcribam: hæc mihi impræſentiarum ſeſe obtulerunt/quæ annotatu digniora uiſa ſunt: quæq; tibi multo plus fortaſſe conducent: q̃ illorum præceptiones: qui eaſdem & epiſtolis: & orationibus partes tribuunt: quorum penitus eripiendus eſt error. Atq; ita ſentiendum: ut in litteris ipſis/apte: concinneq; ſcribamus/ac noſtram ſententiam/ atq; mentem q̃ commodiſſime aperiamus. Quod ſi hæc diligenter tenueris: ex infinito pene hax rex numero/alia quædã nõ minus fortaſſe utilia: ſed multo grauiora ſubnectam. Quãobrẽ (ut facis) cupidiſſime ſtudia litterax cõplectere. Et quæ in dies aſſequere: ad exercitationẽ accõmoda. Vale.

Sex nonas Maius: October: Iulius: & mars
Quattuor & reliqui: tenet idus quilibet octo
Inde dies reliquos omnis dic eſſe kalendas
Nomen ſortiri debent a menſe ſequenti
Iunius: Aprilis ſeptemq; nouemq; tricenos
Vnum addis reliquis. Viginti Februus octo.

¶ Auguſtini Dathi Senenſis Elegantiæ fœliciter expliciunt.

¶ Clariſſimi/& Oratoris: & Philoſophi/Auguſtini Dathi Senẽſis/Stromatum ad Dominicum Biliocttum: Liber Primus fœliciter Incipit.

¶ Capitulum primum/de duplice exercitationum genere.

DVO CONSTAT Fuiſſe apud ueteres Romanos genera exercitationis ĩprimis in quibus uerſabanẽ: q actiuã: & negocioſam uitã degerẽt. Nã aut amicos defendebant: aut adminiſtrabant rẽ p. Ex his nãq; duabus exercitationibus/ præcipuã gloriã conſequebanẽ: atq; in his maxime ob eam cãm uerſatus ẽ Cicero. Idq; eſt apud eum ſæpe defenſionũ labores: & ſenatoria munera. Id forenſiũ rex labor: & ambitionis occupatio. Id in nõnullis locis forenſes litteræ: & ſenatoriæ. Id amicorum negocia/ac reipublicæ procuratio. Id nonnunq̃ forum & curia. Quorum omnium alterũ ſemper ad amicox defenſionẽ refertur: alterum uero ad reipublicæ curam. Itaq; & in oratione de Imperio. CN. Pompeii Magni oſtendit ſuũ tempus: ante illa amicox tẽporibus fuiſſe tranſmiſſum: & tunc primum ſeſe ad remp. contuliſſe. Nam ſicut reſpu. omnis/duobus conſtat: publico: & priuato: ita aut homines defendunt ut aut ciuitates.

¶ Capitulum. II. De philoſophia/ac nominis eius diffinitione/deq; philoſophiæ ſapientiæq; diſcrimine.

PHiloſophia res q̃dã eſt: multo oĩum p̃clariſſima. Cuius ſi dignitatẽ quærimus: ſola philoſophia eſt: q̃ rationẽ/ac diſciplinã recte uiuẽdi cõtinet: ſin noĩs diffinitionẽ philoſophia ſapiẽtiæ ſtudiũ appellata ẽ. Hinc Cicero. Et cũ oĩum artiũ: q̃ ad rectã uiuẽdi uiã pertineret: rõ: & diſciplina ſtudio ſapiẽtiæ: q̃ philoſophia dr: cõtineref. Hoc mihi Latinis litteris illuſtrandũ putaui. Et quod oĩum artium: quæ bene uiuendi uiam ſpectant: dicif cõtinere rationẽ: ad rem pertinet Philoſophiæ. Quod uero ſtudiũ ſapientiæ interpretaf: ad noĩs diffinitionẽ/ſignificationẽq; referf. Quocirca & Lactantius Firmianus in tertio ſacrarũ inſtitutionum libro/his uerbis uſus eſt Philoſophia eſt ut nomen indicat: ipſiq; diffiniunt: ſtudiũ ſapiẽtiæ. Græci quoq; nõnunq̃ ita diffiniũt: ut Ioannes Damaſcenus oſtendit. φιλοσοφια ἐςι φιλια σοφιας. Quid eſt φιλια niſi ſtudiũ q̃d deinde Sophia: niſi ſapiẽtia apud Græcos? Seneca aũt Stoicus acerrimus in epiſtola ad Lucillũ: Philoſophia inquit: ſapiẽtiæ amor eſt: & affectio. Nec Philoſophia: & Sophia ſunt idẽ: q̃d q̃dã falſo arbitranf. Non eſt. n. philoſophia ſapientia: ſed potius ſtudiũ ſapiẽtiæ: Atq; id circo idẽ Seneca ait. Aliq̃d inter ſapientiã: & philoſophiã intereſt: neq; fieri poteſt: ut idẽ ſit quod affectatur: & quod affectat. Quomõ multũ: inter auaritiam: & pecuniã intereſt: cum illa cupiat: hæc cõcupiſcatur: ſic inter philoſophiam: & ſapientiam. Hæc. n. illius affectus/atq; præmiũ eſt. Illa uenit: ad hanc itur. Lactantius quoq; eandẽ confirmat ſententiã dicens. Si ergo philoſophia ſapiẽtiam quærit/nec ipſa ſapientia eſt: quia neceſſe eſt: aliud eſſe quod querit: aliud quod quæritur.

¶ Capitulum. III. De tribus actiuæ Philoſophiæ partibus.

ACtiua philoſophia: quæ practica appellatur a Græcis: trifariam diuiditur. In moralem partem: quam Græci Ethicam uocant/in domeſticam: quam appellant ipſi Oeconomicam: & in ciuilem: quæ Græce Politica dicitur. Harum prima circa inſtitutionem ſui ipſius uerſatur: & id circo de rebus bonis: & malis quærit: ſecunda familiam gubernat/& rem curat familiarem: tertia rempublicam adminiſtrat. Hãc uero triplicem partitionẽ in plæriſq; locis. M. Tullius ſignificare uidef. Hinc eſt illud in Tuſculanis diſputationibus contra Græcorum arrogantiam: qui ſe inſolenter laudum omnium principes: atq; auctores prædicarent. Mores: & inſtituta uitæ: propter Ethicam ſapientiã: reſq; domeſticas: & familiares: propter Oeconomicam partẽ. Nos profecto melius tuemur: & lautius. Deinde Politicam diſciplinã addit. Rem uero publicã noſtri maiores certe melioribus tẽperauerunt: & inſtitutis & legibus: Sed & eodẽ. In libro multo poſt: hæc dicit de Socrate: qui primus fertur meliorem ſapientiam inuexiſſe. Socrates primus philoſophiã deuocauit a coelo propter totã actiuæ philoſophiæ rationẽ: & in urbibus collocauit: q̃d eſt politicæ: in domos introduxit: quod eſt familiaris: & domeſticæ: & coegit de uita: & moribus: rebuſq; bonis: & malis quærere: q̃d moralis: atq; Ethicæ partis eſt. Nec nos moueat: ſi in eiuſmodi partibus enumerãdis ordo ĩmutatus eſt. Illic. n. Cicero tẽporis rationẽ ſpectauit: hic dignitatis ordinẽ. Nam & ſi primo debemus nos ipſos inſtituere/deinde rẽpublicam capeſſere: tamen quia ciuile bonũ præſtantius eſt/merito reliquis partibus præferebatur. Si ciuilis ſocietas (ut in Politicis libris Ariſtoteles argumentatur) principaliſſima eſt omnium: principaliſſimum quoq; bonum complexa eſt.

¶ Capitulum. IIII. De legis: moris: atq; instituti diffinitionibus: & quid hæc inter ſe differunt.

OMnis bene inſtituta: ciuitas: moribus temperatur/ & legibus. Quibus Ex rebus/ rectiſſime ciuilis ratio/ atq; uſus abſoluitur. Nā apud Romanos/ quemadmodum/ & apud Græcos: aut ex ſcripto: aut ex non ſcripto ius cōſtare perhibetur. Et ſcriptū quidem ius eſt: quod in uarias partes diſtribuunt: leges: plæbiſcita: ſenatus conſulta: Principum placita. Magiſtratuū edicta: reſponſa prudentū. Nō ſcriptum autē/ ius uocant: qđ uſus cōprobauit. Et. n. ut ciuilia iura ꝑdiderunt diuturni mores/ cōſenſu utentiū cōprobati legē imitantur. Verū. M. Cicero/ quū de republica ſæpe infert mentionē/ aut leges: & mores cōmemorat: aut inſtituta/ & leges: aut mores diſciplinas/ & leges complectit̄: quæ oīa quo facilius intelligi poſſint/ diffinitionibus illuſtranda ſunt. Ac diſciplina quidē quaſi generis locū obtinet: & uniuerſam reip. inſtitutionē amplexatur: qua maxime Athenienſes/ ac Lacedæmonii floruerunt. Ea uero & inſtituta continet & leges/ & mores deniq; ipſos. Inſtitutum aūt diffiniūt: qđ tam legibus: q̄ moribus ad honeſtatem ducit. Nec ſola honeſtatis cognitione cernitur: ſed actionē potius ſpectat: & opus: quādoqdē uirtutis laus potiſſimū in actione cōſiſtit. Ita ēt A præcepto differt: qđ præceptū quid agendū: aut non agēdū ſit: docet: inſtitutū uero legibus: & moribus ad uirtutis exercitationē ꝑducit. At uero lex qđ ſit: multifariam finiri ſolet. Sed hæc uidentur de legis diffinitione tradita eruditius. Et primum qdem Ariſtoteles. Lex eſt: inqt: cōis ciuitatis cōſenſus: qui ſcriptis præcipit: quomō unū quodq; agendū ſit. Hic tria potiſſimū ſpectāda ſunt: dr̄. n. lex cōis ciuitatis cōſenſus qm̄ populū uniuerſum/ hoc ē/ Senatores: & plæbē cōuenire: & cōſenſum adhibere neceſſe ē. Deinde adiicit̄ q ſcriptis præcipit qđ ad moꝝ differentiā adiungit̄: q ſcripto nō cōſtant poſtremo ſubnectit̄: quō unūquodq; agendū ſit. Quibus uerbis legū officiū atq; munus exprimit̄. Quid. n. intendūt leges: qđ ſequent̄: quid ſpectāt aliud: niſi id qđ in libro de legibus cōplexus eſt Cicero? Vim. n. leges habent: ad recte facta uocandi: & a peccatis auocandi: ad recte faciendū impellendi & a delicto repellendi. Itaq; (ut idem Cicero tradit) & ſupplicio improbos afficiunt & defendunt/ ac tuentur bonos. Iſidorus autem uir apprime eruditus/ ita legem diffinit. Lex eſt conſtitutio populi: qua maiores natu: ſimul cum plæbibus aliquid ſanxerunt. Hæc diffinitio cum Ariſtotelis ſententia nequaquam diſſentit. Nam communis ciuitatis conſenſus: & conſtitutio populi: idem ſignificare uidentur. Populi enim appellatione (ut iuriſconſulti precipiunt) uniuerſi ciues continentur. Sancire uero aliquid: nihil eſt aliud/ q̄ ea cōſtituere in ciuitate: quibus ad beneuiuēdū homines impellant̄: a delinquendo aūt abuocent̄. Papinianus iure conſultus: & ipſe quoq; legē finit in hunc modum. Lex eſt cōe præceptū: uiroꝝ prudētū conſultū: delictoꝝ: quæ ſponte/ uel ignorantia contrahunt̄: cohertio: cōis reip. ſponſio. Quū dicit̄ cōe præceptū: legis declaratur cōmunitas: cui oēs parere neceſſe ē. Quum dr̄ uiroꝝ prudentum conſultū: legis oſtendit̄ perfectio: qm̄ legū cōditores/ uiros prudētes: & eximia præſtātes uirtute ēē cōuenit: quales Draconē: & Solonē apud Athenięſes. Lycurgū apud Lacedæmonios fuiſſe accepimus. Quū adit̄ porro delictoꝝ cohertio: affert̄ legis officiū: qđ delictoꝝ oium turpitudinē cohibet/ ac fœditatē cōpeſcit. Poſtremo quū adducit̄ cōis reip. ſponſio: legis exprimitur auctoritas: in quā tota ciuitas: populus uniuerſus conſentit. Nec idē ſunt: cōe præceptum: quod initio proditur: & cōis reip. ſponſio: quod in calce adiectum eſt. Illud. n. ſpectat cōem quandā (ut ita dixerim) obligationē: hoc uero cōem approbantium conſenſum. Illæ quoq; legis finitiones probari ſolent: & a uiris tradi nequaq̄ indoctis. lex eſt ſcripta conſtitutio. lex eſt ius ſcriptū/ aſciſcens honeſtum: & prohibens cōtrariū: In qua diffinitione tria non abſurde cōſyderant̄. Ius tanq̄ genus ponit̄: quod legē cōplectitur: & morē. Scriptū quū additur: legē ſeparat a more. Aſciſcens honeſtum: prohibens cōtrarium: uim legis exprimit: quæ (ut ſæpe iam diximus) iubet: & coli honeſtatem: & turpitudinē deuitari. Sed & aliter diffiniunt legem. Lex eſt quod populus Romanus/ Senatore Magiſtratu interrogante ueluti Conſule cōſtituebat. Ad ſanciendā enim legem quondam apud Romanos: aut rogante Senatore/ Magiſtratu aliquid a populo conſtituebatur: & id legem appellabant: aut uice populi Senatus conſulebat̄: & id iuſſum Senatus conſultū uocabat̄. Quod ſi qđ plæbs plæbeio interrogante Magiſtratu conſtituiſſent: id dicere plæbiſcitum ſolebant. Secundum uero Ateium Capitonē Lex eſt generale iuſſum populi: aut plæbis rogante Magiſtratu. Nec ſolū generalia populi: aut plæbis iuſſa eruditi ueteres: ſed etiam priuilegia tranſlato noīe leges appellauerunt: adq; copioſe oſtendit. Au. Gelius in libro de Noctibus Acticis. Ac de lege quidem ſatis. Mos uero: quod ad huius loci inueſtigationem pertinet uel non ſcripta lex eſt/ uel uetuſtate probata conſuetudo. Et conſuetudo quidem genus eſt in hac diffinitione Vetuſtate probata: differentia eſt. Neq; enim omnis conſuetudo mos eſt: ſed ea ſolum: quam diuturnitas temporis/ ac uetuſtas combrobauit. Liquet igitur quid inſtitutum ſit: quid lex quid mos: quæ omnia cū apud alios ueteres: tum apud. M. Tullium Latini eloquii parentē/ ac principem frequenter liceat inuenire. Sed is cum plærunq; inſtituta: & leges commemorat: alterum ad ea iura refert/ quæ cōmunia ſunt ciuitatum omniū: alterū ad eas ſanctiones: quas ſibi ſingulæ ciuitates conſtituunt: quæ uulgo municipalia iura uocāt. Hinc eſt in Tuſculanis diſputationibus illud. Rem uero publicam noſtri maiores certe melioribus temperauerunt & inſtitutis: & legibus.

¶ Capitulum. V. de quadruplice prudentia: de re militari/ atq; eius partibus.

QVam magna: quamq; præclara uirtus ſit prudentia: id magno argumento eſſe poſſit: quod Socrates ipſe a quo de moribus inuenta Philoſophia eſt/ uel omnes uirtutes prudentias appellabat. Quem tamen repræhendit in Ethicis Ariſtoteles: propterea quod non omnes uirtutes: prudentiæ ſunt: ſed omnes potius prudentia dirigunt̄. Sed qui hæc diſſerūt accuratius quatruplicē prudētia diſtribuūt. Vnā ſinguloꝝ hoīum: qua ſe quiſq; tuetur: ac regit: ſecundā domeſticā: qua domus: & familiæ gubernant̄. Tertiam ciuilem quæ ad reipublicæ inſtitutionē: utilitatemq; refertur. Quartam quā militarem uocant/ ac bellicam: quæ ipſa ad ciuitatis conſeruationē: & ſalutē ꝑtinet. Sicut. n. in quoq; hoie duplex uirtus cernit̄: & altera: q̄ bonū proſequit̄ malū: declinat altera: q̄ aggredit̄ repugnātia/ ac reſiſtit ꝓhibētibus: ita & ciuitatē ipſam & legibus: & armis inſtructam eſſe oportet: ut legibus bonum commune ſeruetur: deuitetur malum: armis uero inuadentium hoſtium/ &

ſtium/& cōe bonū īpedientiū furor:atq; audacia cōprimaƭ. Bñ cōcionator ſapiētiſſimus uarietatem oſtēdens reꝝ humanaꝝ ait: Tēpus belli eē:& tps pacis. Ad repellēdas aduerſarioꝝ īſidias:ad ꝓpulſandas hoſtiū iniurias / belli tpibus res militaris inuēta ē. Sed ea diuidiƭ ī duas ptes:diſciplinā:& uirtutē. Diſciplina Gerēdoꝝ belloꝝ cognitionē ſciētiāq; cōplectiƭ:uirtus uero exercitationē potius:& operoſam quādā in ſuſcipiēdis:& cōficiēdis bellis fortitudinē. Hinc illud eximii Oratoris in ꝓfatiōe Tuſculanaꝝ diſputationū. Quid loquar de re militari:in qua tū uirtute nři multū ualuerūt/tū plus ēt diſciplina. Virtutē aūt/ob eā cām ꝓpoſuit:qa rōnē hēt finis:& dignitate præcedit. At obiciaƭ qſpiā nō duas ptes eē rei militaris tm̄:ſed quattuor:qđ ī Impatore/q gerēdis bellis ꝓficiēdus ſit:etiā quattuor eē cōueniat:teſtimonio Ciceronis:q in oñone de Imperio. CN. Pōpeii hæc dicit. Ego.n.ſic exiſtimo in ſūmo Impatore quattuor has res ineſſe oportere:ſciētiā rei militaris uirtutē/auctoritatē/fœlicitatē. Sed hāc dubitationē ſoluere pfacile ē. Nā quū dicimus rē militarē partiri in diſciplinā:& uirtutē/ea itelligimus:quæ rei militaris proprie inſunt:nō quæ extrinſecus adueniāt:ſi auctoritas Imperatori apud alios eſt:ſi fœlicitas in diuini numinis poteſtate cōſiſtit. Sed diſciplina atq; uirtus ut induſtriæ:ſic etiam noſtri arbitrii eſt.

℄ Capitulum. VI. Quod alia nobis natura inſunt:alia doctrina/& litteris comparantur quodq; uirtus neq; natura:neq; præter naturam nobis inſit.

M Vlta ſunt:qbus hoīum genus maxie excællit:& ꝑclara qđā humani ingenii ornamēta:ſed ea oīa bifariā diſtinguntƭ/alia q natura nobis inſunt/alia q lr̄is/doctrina:atq; uſu cōparanƭ. Secūdū quā diuiſionē illa ſunt Ciceronis uerba:qbus in diſputationibus Tuſculanis Romanoꝝ laudē/ac nomē ꝑdicat. Iā illa:inqt:q natura/nō lr̄is aſſecuti ſumus/nec cū Græcia/nec cū ulla gēte ſunt cōferēda. Sed illud mirādū uideri poſſit:qđ cū multa dicat:natura īgenita eē multaꝝ uirtutū ſubnectit exēpla:qſi illas naturales eē:& a natura nobis īgenerari cōcedat. Hæc.n.cōtinuo ſubicit. Quæ.n.tāta grauitas:q tāta cōſtātia:aī magnitudo/& alia q nos dicere uirtutes nō dubitamus. Teſtis eſt aūt Ariſtoteles Secūdo Ethicoꝝ/moralē nullā nobis natura ineſſe uirtutē. Atq noſſe debemus:nō id ſentire. M. Tul. ut uirtutes ipſæ aut Romanis/aut quibuſuis aliis natura īſint:ſed id ſcilicet natura nobis ſemina eē īnata uirtutū:earūq; a natura paruulos datos igniculos: q res aptitudinem quādā/ac ueluti inclinationē ſignificat:quā ꝓpēſam hēt ad uirtutē hoīum genus. Quo circa dicit Ariſtoteles:neq; natura/neq; ꝑter naturā inſunt nobis uirtutes:ſed ſumus nos ad illas qdē recipiēdas natura apti:pficimurq; p cōſuetudinē. Ac deīde ſtatim īfert. Præterea quot natura nobis in ſunt:eoꝝ potētias prius ſentimus. Nō igiƭ de actu uirtutis cōiectāda ſunt Ciceronis uerba:ſed de aptitudine ipſa potius/ac naturali ad uirtutē prāte. Hoc pacto uero nō iniuſta ſit illa Romanoꝝ laus. Quæ.n.tāta grauitas:pp prudētiā:q tāta cōſtātia: pp tēperātiā/ac modeſtiā/aī magnitudo/pp fortitudinē/ꝓbitas/pp iuſtitiā. Fides aūt idcirco addit: qm̄ grauitati maxie cōuenit: q ꝓpria ē Latini generis/ſicut ecōtra pfidia ab icōſtātia:& læuitate potiſſimū ꝓfecta eſt. Græcos aūt læuitatis accuſant:a qbus:& fidē abhorrere teſtis ē Cicero in oñone pro. L. Flacco dicēs. Tribuo illis lr̄as:do multaꝝ artiū diſciplinā/nō a dimo ſermonis leporē:ingenioꝝ acumen:dicēdi copiam. Et infra ſubnectit. Teſtimonioꝝ religionem:& fidem nunq iſta natio coluit:totiuſq; huiuſce rei quæ ſit uis:quæ auctoritas:quod pondus ignorant. Ex qbus uerbis patere poteſt:quamobrem quattuor uirtutum generibus:fides eo loco adiecta ſit.

℄ Capitulum Septimum/de uetuſtiore Græcorum laude:& maiore Romanorum gloria.

G Ræci ut uetuſtate tēpoꝝ Romanos præceſſerūt/ita & multo añ q Roma cōdita ē/doctrina/atq; oī ſtudioꝝ genere floruerūt. Itaq; & ab his hiſdē Philoſophiā ſumpſiſſe principia pleriq; autumāt: præſertim uero Laertius Diogenes ī eo libro quem de uita philoſophoꝝ præclare/elegāterq; cōſcripſit:aſſerēs nō mō philoſophiæ ſtudia:ſed & ipm quoq; hoīum genus a Græcis fuiſſe ꝓfectū. Sed extitiſſe Græcos diſciplinaꝝ liberaliū auctores:ne ipſe qdē īficiatus eſt Cice.q & libris de Oratore ad. Q. fratrē hæc dicit. Omittā Græciā:q ſemꝑ eloquētiæ pīceps eē uoluit: atq; illas oīum doctrinaꝝ inuentrices Athenas. Perdiu igiƭ Græcoꝝ natio/& armis:& gubernatiōe reꝝ publicaꝝ:& domeſticis īſtitutis:& īprimis doctrinæ atq; eloquentiæ gloria præter cæteras gētes claruit. Sed has oēs laudes exorti Romani/eripuerūt Græcis:atq; in latiū trāſtulerūt:qđ deplorauit aliqñ Apollonius Molonis:cū ī Rhodo aliqñ declamātē Ciceronē audiſſet:dolēs plurimum auferri Græciæ tot tantarūq; reꝝ gloriā:& ad Romanos trāſferri. Quocirca nō incōgrue in Tuſculanis qōnibus ꝓditum eſt:Doctrina Græcia nos/& oī genere litteraꝝ ſuperabat:in quo erat facile uincere nō repugnātes. At poſt labente ætate a paruis initiis Roma ꝓfecta:paulatim ad ſummū laudū oīum culmen faſtigiūq; euaſit/ut non ſit mentitus Cicero:qui dixerit. Meū iudiciū ſemꝑ fuit oīa noſtros/aut inueniſſe perſe ſapiētius:q Græcos/aut accepta ab illis/feciſſe meliora. Quamq. F. Quintilianus in. xii. Inſtitutionis Oratoriæ libro/aliā laudē Græcis:aliam Romanis tribuit dicēs. Quātū Græci præceptis ualēt:tm̄ Romani:qđ eſt maius exēplis: ut præcepta ad artem/ac diſciplinā exēpla ad exercitationē/atq; uſum referanƭ:tamen quū accuratius cōſyderamus: utranq; palmam audemus dare Latinis/qui bonarum artium oīum rationem iampridem ſibi pro ſuo iure uendicarunt.

℄ Capitulum octauum/de Poetarum uetuſtate:quod iidem etiam ſapientum nomine appellati ſunt.

C Vm multiplex ſit doctrinæ laus/ac lr̄aꝝ gloria:ut ob eā cām/alios pħos:alios Oratores:alios Hiſtoricos/atq; alios itē Sophiſtas:alios poetas eē dicamus. Poetaꝝ tñ genus e doctis antiqſſimū eē oīum ꝓhibeƭ:qđ & primū ſeſe extulit:& apud Græcos uetuſtiſſimis tpibus floruiſſe teſtis ē Ci. nobis in Tuſculāis qōnibus ita īquiēs. Nā cū apđ Græcos antiqſſimū e doctis ſit genus poetaꝝ:& alia:Græcos āt diſciplinaꝝ oīum/ac totius philoſophiæ:& inctores:& pīcipes extitiſſe paulo añ mōſtratū ē. Sed itelligere debemus Poetas ipſos ēt Sophos hoc ē ſapiētes quōdā fuiſſe appellatos. Itaq; & Sophiſtaꝝ ſæpe apud Græcoꝝ uetuſtiſſimos noīa/atq; appellatiōe cōmemoranƭ. Eoſdē.n. Græci & σοφουσ & σοφιςασ uocare cōſueuerūt. Et qdē Laertii Diogenis in hanc ſententiā hæc uerba ſunt. Veꝝ Poetæ quoq; Sophiſtaꝝ appellatione honoranƭ. Deniq; Cratinus in Archiloco Homerum:& Heſiodum admirans:ita illos uocat. Hæc Diogenes/Iſocratesq;.

¶ Capitulum.IX.de Homeri/atq; Heſiodi temporibus.

HOmerus:& Heſiodus clari/ac nobiles ĩprimis Poetæ apud Græcos celebrãt̃. Sed de eoꝝ ætate/apud reꝝ ſcriptores magna cõtrouerſia ẽ.Sed de his ita tradit.A.G.lib.xvii.Noctiũ Acticaꝝ. De Homero & Heſiodo ĩter oẽs fere ſcriptores conſtitit: ætatẽ eos ægiſſe/ uel hiſdẽ fere tẽpibus/ uel Homerũ aliquãto antiquiorẽ:utrũq; tñ añ Romã cõditã uixiſſe Siluiis Albæ regnãtibus: annis poſt bellũ Troianũ ut Saſius ĩ prĩo Cronicoꝝ annaliũ de Homero dixit:ãnis circiter.c.&.lx.M.Ci.ĩ Tuſculanis q̃ônibus Homeꝝ quoq;:& Heſiodũ teſtat̃ fuiſſe añ Romã cõditã:ſed uter antiqor extiterit:certe nõ explicat.De Homeri uero tẽporibus/q̃ magna ambiguitas ſit:nõ obſcure declarat Euſebius Cæſarieñſis in libro de Tẽporibus dicẽs. Q uãta de eo apud ueteres diſſonãtia fuerit:manifeſtũ eẽ poterit ex ſequẽtibus:qdã eũ ex qbus Socrates añ deſcẽſum Heraclidarũ ponũt:Ariſtoteles poſt cẽteſimũ annũ Troianæ captiuitatis. Ariſtarchus Ionica emigratiõe:ſiue poſt: ãnis cẽtũ Philocorus emigratiõis Ionicæ tp̃e:ſub Archippo Athenieſiũ magĩatu:& poſt captã Troiã:ãnis.clxxx. Apollodorus Athenieñſis poſt.ccxl.annos euerſiõis ilii.Extiterũt aliĩ:q̃ modico tp̃e añ q̃ Olympiades ĩciperẽt.cccc.retro annis Troianæ captiuitatis eum fuiſſe putent.Licet Archilogus.xxiii.Olympiade: & quinto Troianæ euerſionis anno ſupputet.Hic etiã idem Euſebius Homeꝝ:& Heſiodũ hiſdem ſignificat floruiſſe temporibus:non multo ante cõditã Carthaginẽ.Eutropius aũt Agrippa/Siluio Albe regnante Homerum in Græcia fuiſſe prodit.

¶ Capitulum.X.de Archilochi Poetæ ætate/deq; eius uiri ſumma præſtantia.

ARchilocũ Poetã.M.Tul.in p̃fatione primi libri Tuſculanarũ diſputationũ:fuiſſe oſtẽdit:regnãte Romulo.Ab eo tñ diſſentit Cornelius Nepos:quẽ:&.A.Gellius p̃bare uidet̃: q libro.xvii.de Noctibus Acticis dicit hæc uerba.Archilocũ aũt Nepos Cornelius tradit Tullio Hoſtilio Romæ regnãte: iã tũc fuiſſe clarũ:& nobilẽ.Sed cũ ſolus Numa Põpilius inter Romuli Regnũ: & Tulli Hoſtilii interceſſerit:potuit uel triũ regũ Archilocus tp̃ibus floruiſſe:p̃ſertim cũ Numa ipſe uno: & quadrageſimo ĩpleti anno deceſſerit. Atq merito Archilocus ĩter uiros clariſſimos:& celebres Poetas annumerãdus ẽ:cuius ẽt p̃cuſſores Apollo p̃didit:ut in collectaneis Solinus ait:& latronũ facinus Deo coarguẽte detectũ eſt:qđ tñ ip̃m & Plinius in.vii. Naturalis Hiſtoriæ libro/ his uerbis antea tradiderat.Archilochi Poetæ ĩterfectores Apollo arguit Delphis. Sed &.M.Cicero ĩ Oratore hũc cum Homero/Sophocle:& Pindaro enumerat:quos cõſtat oĩs clariſſimos extitiſſe.

¶ Capitulũ.XI.Q uod ſero apud Romanos:& cogniti Poetæ & recæpti ſunt: Deq; ea re tẽporum ſupputatio.

SEro apud Romanos/uel cogniti/uel recæpti ſunt Poetæ.Et ſero qdẽ cogniti ſunt: qđ Liuius primus apud Romanos fabulã docuit:qđ &.M.Cicero:&.A.G.tradiderũt multo poſt Romã cõditã. Sed ea de re ĩter hiſtoriaꝝ ſcriptores diſceptatio ẽ.Ex Tuſculanis diſputationibus Ciceronis hæc uerba ſunt. Annis fere.cccc.x.poſt Romã cõditã Liuius fabulã dedit Claudio cæci.F.M.Tuditano. Coſſ.anno añ natũ Enniũ q fuit maior natu q̃ Plautus:& Neuius.His cõſentit & Gelii teſtimoniũ libro.xvii.de Noctibus Acticis ĩ hũc modũ dicẽtis.Prius oĩum.L.Liuius Poeta fabulas docere Romæ cæpit:poſt Sophoclis & Euripidis mortẽ.Idq; ip̃m Claudii/& Tuditãi cõſulatu. Sed & de Ennio quoq; cũ Cicerõe cõcordat/ac ſubiicit/Claudiũ:& Tuditanũ cõſules ſequũt̃.Q.Valerius:&.C.Mallius:qbus natũ eẽ.Q.Enniũ Poetã.M.Var.in prĩo de Poetis libro ſcripſit.Ac poſt de Neuio ĩſert.Anno deĩde poſt Romã cõdito qngẽteſimo undeuigeſimo.C.Neuius Poeta fabulas apud populũ dedit:quẽ.M.Varro in libro de poeris prĩo/ſtipẽdia feciſſe ait bello punico prĩo. Plautus uero Catõis uiguit tẽpeſtate:ſicut idẽ teſtis ẽ Gelius hæc dicẽs.M.C.orator:plautus poeta ĩ ſcena floruerũt.Q uo tp̃e & Diogenes Stoicus:Carneades Academicus:Critolaus peripateticus ab Athenieñſibus ad Senatũ populi Ro.negocii publici gr̃a legati ſunt.Secũdũ alios uero nõ.L.Liuius:ſed potius Licinius primus dedit apud Romanos fabulã:qđ nõ omittit idẽ ipſe Gelius inqens.Portiũ aũt Liciniũ Seruius poeticã Romæ cœpiſſe dicit. Veꝝ de Liuio p̃batior ſnĩa ẽ:ſi annoꝝ ſupputatio cõueniat.Nã in Tuſculanis q̃ônibus Liuiũ dediſſe fabulã oñdit̃: ãnis fere.cccc.x.poſt Romã cõditã:& ĩ Bruto Ci.ſecũ quodãmõ diſſentiẽs hæc tradit.Atq; hic Liuius: q prius fabulã.C.Claudio cæci filio:&.M.Tuditano cõſulibus docuit anno ipſo:anteq̃ natus ẽ Ennius:poſt Romã cõditã aũt q̃rto decimo:& qngẽteſimo:ut hic ait:quẽ nos ſeqmur.Eſt.n.ĩter ſcriptores de nũero annoꝝ cõtrouerſia.Q uibus uerbis ambiguitas ſoluit̃:qđ nõ eadẽ de nũero ãnoꝝ apud ſcriptores ſnĩa ẽ/atq; idcirco ĩ Tuſculanis q̃ônibus/nõ dixit ſolũ annis.cccc.x.poſt Romã cõditã:ſed annis fere.cccc.x.poſt Romã cõditã.Fere.n.eo ĩ loco/nõ minutionẽ:ſed dubitationẽ ſignat potius.Patet igit̃ ſero admodũ apud Romanos/cognitos fuiſſe poetas.Sed nec cogniti repẽte a Romanis recepti ſunt:diu uero ẽt poetis parũ eſt habitũ honoris: uſq; adeo/ ut.M.Cato obiecerit tanq̃ p̃brũ/ac dedecus.M.Nobiliori:qđ.Q.Enniũ poetã ſecũ cõſul in Etoliã duxit.Q đ & in Bruto attingit Cicero his uerbis.Dicũt ẽt.L.Lentulũ:qui cũ.C.Figulo conſul fuit.Q.Nobiliorẽ.M.filiũ tã patre inſtituto deditum ſtudio litteraꝝ:qui etiam.Q.Ennium:qui cum patre eius in Etolia militauerat:ciuitate donauit.

Capitulum.XII.De ueterum more in epulis ad tibiam canendi clarorum uirorum laudes.

MArcus Cato in ſuis originibus morẽ fuiſſe oñdit apud ueteres Romãos:ut cõuiuæ ĩ epulis ad tibiã canerẽt clamoꝝ hoĩum laudes:idq; ut arbitror quo uehemẽtius hoĩes ad uirtutis ſtudiũ:atq; ad bonaꝝ artiũ exercitationẽ/atq; amorẽ ĩpellerẽt.Hoc ip̃m de Catonis ſnĩa:& Cicero in præfatione primi libri Tuſculanaꝝ diſputationũ exponit/ac recenſet his uerbis/Eſt in originibus:ſolitos eſſe in epulis canere cõuiuas ad tibiã de claroꝝ hoĩum uirtutibꝰ.Ac poſt ĩ q̃rto eiuſdẽ p̃clari opis libro:id ip̃m cõfirmat/ & a Pythagoreis p̃fectũ eẽ declarat.Ita.n.ait.Grauiſſimus auctor ĩ originibus dixit Cato: morẽ apud maiores hũc epularũ fuiſſe:ut deiceps q accubarẽt:canerẽt ad tibiã claroꝝ uiroꝝ laudes/atq; uirtutes.Q đ & Fabius Q uĩtilianus nõ ommiſit libro prĩo Inſtitutiõis Oratoriæ hæc ĩnqens.Etiã ueterũ Romanoꝝ epulis fides/ac tibias adhibere moris fuit.Nã a Græcoꝝ cõſuetudĩe tractũ ẽ:ſicut idẽ Q uĩtilianus teſtat̃:qbus mos fuit/ut ĩ cõuiuiis poſt cœnã Lyra circũferret̃.Exẽplũ ãt adducit Themiſtoclis:q:ſi & Cicerõi ĩ Tuſcula. q̃ônibus credẽdũ ẽ: cũ ĩ epulis recuſaret

Lyram/eſt

Lyrá/é habitus ídoctior. Gelo quoq; Syracuſanoꝝ Tyrãnus:id qḋ ꝓdente Plutarcho Cheroneo didicimus: Lyrá cõtépſit í cõuiuio. Quí ét Atheas Scythi rex generoſus/iſmenia tibiciné p̄clarũ/atq; optimũ renuit audire qḋ ad maiora q̃dá genitũ eé hoiem arbitrat̃. Sed ut redeá ad ueteré cõuiuioꝝ conſuetudiné:apud clariſſimos Poetas id qḋ hiſdé uerbis Fabius Quintilianus refert:iter regalia cõuiuia laudes Heroũ/ac deoꝝ ad citharã canebát. Itaq; Homerus apud Alcinoũ Phæacũ regé Demodocũ Corcyreũ cithara delectátem cõuiuas facit. Sed & Hyopas Citharædus canere a poetis induciť in Didonis conuiuio: Vnde illud eſt Maronis Virgilii in præclara Aeneide:

Cithara crinitus Hyopas
Perſonat Aurata docuit quæ maximus Athlas.
Hic canit errantem lunam:Soliſq; labores:
Vnde hoīum genus:& pecudes:unũ imber:& ignes
Arcturum:Pliadaſq; Hyadas:geminoſq; Triones.
Quid tantum Occeano properent ſe tingere Soles
Hiberni/uel quæ tardis mora noctibus obſtet.

Quæ ꝑfecto oia de cœleſtiũ/ac diuinaꝝ reꝝ cognitiõe traduńt. Græci aũt ad eiuſcemodi laudes canẽdas:ꝑſerti ſi ad hoies referreńt:nõ tã uirtutis celebritate/q̃ p̄mioꝝ expectatiõe ducebáť. Quá ré & diuus Hieronymus í epiſtola ad Paulũ ſené Monachũ hiſce explicat uerbis. Doctiſſimi qq; Græchoꝝ:de qbus ꝑ Flacco agẽs luculẽte Tullius ait. Ingenita leuitas/& erudita uanitas: Regũ ſuoꝝ/uel pricipũ laudes accepta mercede dicebát. Atq; hæc hactenus ſatis de uetere cõuiuioꝝ more/atq; cõſuetudie:q̃ quõdá & apud Græcos/& apud Rõanos ſeruari ſolita é.

¶ Capitulum. XIII. Quod ad rerum ſtudia gloria homines incenduntur.

Nihil põt factu aut melius eé/aut utilius:q̃ bonas atq; igẽuas artes/ac p̄clara optimaꝝ reꝝ ſtudia honoribus:p̄miis/atq; emolumétis ꝓſeq. Ita.n. ꝓferét ſeſe hoium ígenia: & oñdét:ita ad laudatas exercitatiões capeſſendas/ſtudio gloriæ q̃ſi icitamétis qbuſdá:atq; illecebris hoíes excitabúť. Qñqdé ad eaꝝ ſtudia plerũq; ſeſe accõmodát:q̃ í ſũmo apud uulgus hoium p̄tio & honore eé cognouerit. Illud.n. Platonicũ ué: ἐξασκεῖται δὴ τὸ ἀεὶ τιμώμενον, ἀμελεῖται δὲ τὸ ἀτιμαζόμενον. Atq; uere id coliť maxie:qḋ apud hoies maxio í honore é:id cõtra negligiť:qḋ nullo habeť í p̄tio. Quá ſniam p̄clare in Tuſculanis q̃õibus/his uerbis ꝑſecutus eſt Cicero. Honos alit artes:omneſq; accenduńt ad ſtudia gloria:iacentq; eá ſemp:quæ apud quoſq; iuiꝑ probanť. Hinc & apud Satyricũ Poetá/indignatus. Vmbritius quod præclara ſtudia honore fraudarentur.

Quando artibus inquit:honeſtis
Nullus in urbe locus:nulla emolumenta laborum:
Res hodie minor eſt here q̃ fuit:atq; eadem cras
Deteret exiguis aliquid proponimus illuc
Ire:fatiga tas ubi Dedalus exuit alas.

Atq; malebat Vmbritius deſertá/ac ſolitaná hře ciuitaté q̃ ibi eé:ubi ígenuæ artes/atq; optia ſtudia neglectui eé uiderentur.

¶ Capitulum. XIIII. De Muſica diſciplina:deq; uetere eius apud Græcos gloria.

Muſicam diſciplina plurimũ apud Græcos floruiſſe:multa nobis argumẽto ſunt. Et.n. qḋ ait Cicero:ſũmá eruditioné Græci ſitá cẽſebát í neruoꝝ uocũq; cãtibus. Atq; & Epaminũdas ob eá cám p̄clare fidibus cecinit:& Philoſophoꝝ fons ipſe Socrates iá ſenex (ut teſtať Quintilianus) iſtitui lyra nõ erubeſcebát. Ac deniq; maximi Duces & fidibus & tibiis ceciniſſe traduńt. Bñ igiť hác diſciplina idé laudat Quintilianus prio libroꝝ:quos de Oratoria Inſtitutiõe cõſcripſit/dicẽs. Antiqs tẽporibus Muſica nõ ſtudii mõ: ueꝝ etiá uenerationis habuit plurimũ:ut iidé Muſici & Vates & ſapiẽtes iudicareńt. Et Fráciſcus Philelphus Tolẽtinas p̄ceptor meus eloquẽtiſſimus/de eadé quoq; canẽdi diſciplia ita í Simpoſis ait. Muſica apud ſũmos & ſapiẽtiſſimos uiros í maxio ſp honore é habita. Itaq; apud Græcos:q bonaꝝ oium artiũ/& p̄ſtátiſſimaꝝ diſciplinarũ nõ iiuria pricipatũ ſibi iápridé teſtimonio & cõſenſu hoium gẽtiũ uẽdicarũt:tãto ea í p̄cio ſp fuit:ut q eius eét ignarus:hřeť iductior. Qḋ idé & M. Cicero antea tradidiſſet:cuius í Tuſculãis diſputatiõibus de eá ipſa re/hæc uerba ſũt. In Græcia Muſici floruerũt:diſcebátq; id oés:nec q id neſciebat:ſatis excultus doctria putabať. Ac ſecũdum Timagené qdé:ſi uera dicit Quĩtilianus:oium í lřis ſtudioꝝ antiqſſima Muſica extitit:quá Plato ciuili uiro neceſſariá duxit: Ariſtoteles & multũ & ſæpe laudauit:ꝓbauit Licurgus & ſi duriſſimaꝝ legũ fuit auctor.

Capitulum. XV. De Geometria/& partibus eius.

Geometria & ſi iápridé neglecta é:& quadá hoium incuria obſoleuit: p̄clara tñ & nõ inutilis diſciplina eſt:de quá tria hoc loco ſpectáda uideť. Primũ qd ea ſit:deide quomõ partiať. Poſtremo q̃tam hoibus afferat utilitaté. Eſt.n. Geometria (ut ait Iſidorus) diſciplia magnitudinis/& formaꝝ. Quæ (ut idé teſtis eſt) primũ ab ægyptiis repta dř:qḋ inundáte Nilo/& oibus poſſeſſionibus limo obductis/ initiũ terræ diuidédæ ꝑ lineas & mẽſuras cœpit numerari. Deide lõgiora acumina ſapiẽtũ & maris & cœli & aeris ſpatia metiuńť. Ná ꝓuocati ſtudioſi/cœperũt ꝑ terræ dimẽſioné cœli ſpatia q̃rere. Hæc Iſidorus. Solet & í húc modũ Geometria deſcribi:diſciplina q̃ in ſe liniaméta:iterualla/magnitudines & figuras cõtinet:& í figuris dimẽſiones & núeros. Hæc ut ait Cicero/in ſummo apud Græcos honore fuit. Itaq; nihil Mathematicis illuſtrius. Porro Geometria (ut Fabius Quintilianus oſtédit) diuiſa é in numeros/atq; formas. Qui ſñiam & M. Tullius ꝓdere uiſus eſt in Tuſculanis q̃õibus. Geometriá.n. q̃ſi genus quoddá cõplexus é:cuius ſpés ſũt núeri & formæ. Et numeri qdé Arithmetricæ ſunt:formæ uero Geometriæ eius inq̃ quæ ſpés eſt:nõ quæ gẽus. Quocirca & ſubnectit idé Cicero íſra dicẽs. At nos metiẽdi ratiocinádiq; utilitate íſpecta terminauimus modũ artis huius. Ná metiri ad formas/ratiocinari ad núeros referẽdũ é. Subiecit ergo Cicero mẽſioné formaꝝ/& ratiocinationé numeroꝝ tanq̃ ſpés:cũ prius Geometriá tanq̃ genus p̄miſiſſet. Ex quo fit:ut Geometria ſit quodpiá:ſpecialé Geometriá cõtinẽs/atq; Arithmetricá. Nec abſurdũ uideri debet:ſi eadem nõnunquam appellatione & genus uocemus/ & ſpeciem. Nam & in ſecundo libro Phyſicoꝝ Ariſtoteles uiſus eſt:cũ de fortuna & caſu loquereť:caſum diſtribuiſſe in fortunam & caſum:& illud tenere locum generis:hoc ſpeciem referre cognoſciť. Quod uerbum plerũq; contingit inopia. Sequiť Geometriæ diſciplinæ & Mathematicaꝝ doctrinaꝝ utilitas: q̃ ſi latius patet: duplex tñ a ueteribus cõſtituta eſt. Ná & in Geometrica exercitatione uelut in cote quadá/hoium ſubiguńť ingenia:& multa ſæpe

hæc ipſa cognitione tum mala euitant̃:tum etiã aſciſcũt bona. Et de prima qdẽ utilitate ita Quintilianus ait. Hac acuunt̃ ingenia:atq; inde celeritas percipiẽdi uenit. Nec ſine cã:ut idẽ addit:ſummi uiri etiã/īpenſam huic ſciẽtiæ operam dederunt. Tum & de altera Mathematicæ cognitionis utilitate/hæc ſubiicit. Pericles Athenienſes ſolis obſcuratione territos/redditis eius rei cauſis metu liberauit. Ac paulo poſt. Sulpitius Gallus in exercitu L. Pauli/ de Lunæ defectione diſſeruit:ne uelut prodigio diuinitus facto militum animi terrerentur. Et .n. ſi eidem Quintiliano fides habẽda eſt. Nicias in Sicilia eodẽ confuſus metu pulcherrimũ Athenienſiũ exercitũ ꝑdidit. Hæc uero de Geometria & Mathematicis diſciplinis diffuſſius fortaſſe/q̃ hoc loco opus erat.

ℭ Capitulum. XVI. De Eloquentia/& eius laudibus.

Omne perfectum bonũ:quo natura humanas res:id quod Victorinus præclare diſſeruit: nullo adiuncto incõmodo/munerata duabus rebus maxime conſtat:re/ac ſpecie/ & imagine ſui. Mellis exẽplũ in promptu eſt:in quo res ſpectat̃:hoc eſt/dulcedo ipſa:ſpecies uero color ipſe:atq; aſpectus: per quem facile dulcedo illa nobis indicatur. Addit̃ & uiri fortis exẽplũ:qui rẽ hec/eſt/uirtute habet ĩprimis:deinde & ſpeciẽ:ideſt corporis pulchritudinẽ. Et .n. in diſtorta mẽbra/& nec iuxta naturã ſui cõueniẽter appoſita/cadere uirtus nõ põt. Veſtis quoq; rẽ habet/utilitatẽ texturæ:habet ſpeciem:gratiã uidelicet circa aſpectum faciei. Atq; illa deinde Victorinus infert. Ergo ille neſcio quis magnus uir/ac ſapiẽs:& hi q poſtea cõſecuti/accepta uitæ præcepta tenuerunt:ut perfecti eſſent:habuerunt rem .i. ſapientiã. Habuerũt ſpẽm/ſcilicet Eloquentiã. Ob eam (ut ipſe arbitror) cauſam:ut quã ipſi uirtutẽ adepti eſſent:Eloquẽtiæ ꝑtãte/ac uiribus/ aliis quoq; hoĩbus ꝑſuaderent. Itaq; & Romani ipſi cũ iã ſtudia bonaꝝ artiũ cõplecterent̃:cæteris oĩbus diſciplinis Eloquẽtiã celerius arripuerunt:qđ & teſtat̃ Cicero in Tuſculanis diſputatiõibus dicẽs. Oratorẽ celeriter cõplexi ſumus. Quid eſt .n. Orator:niſi id quod diffinit Cato:uir bonus dicẽdi peritus? Et uir bonus quidẽ Orator eſt ꝑp rem:ideſt Sapiẽtiã. Dicendi peritus ꝑp ſpẽm:ideſt Eloquẽtiã. Quod Quintilianus libro .xii. Oratoriæ Inſtitutionis cõfirmat his uerbis. Orator tam ſit moribus q̃ dicẽdi uirtute perfectus: Quã rem nec Virgilius Maro ignorauit:q in illa ſeditione iſanientis multitudinis/& uulgi/ut ait Quintilianus:iam faces & ſaxa iaculantis/ uirũ bonum ponit ante omnia:at poſt adiungit dicendi peritum his uerſibus/in primo Aeneidos libro.

Ac ueluti magno in populo cum ſæpe cohorta eſt
Seditio:ſæuitq; animis ignobile uulgus:
Iamq; faces/& ſaxa uolant:furor arma miniſtrat:
Tum pietate grauem:ac meritis ſi forte uirum quem
Conſpexere:ſilent:arrectiſq; auribus adſtant.
Ille regit dictis animos:& pectora mulcet.

Quid ẽ igit̃ uir pietate grauis/ac meritis:niſi uir bonus? Quid illđ qđ adiicit̃. Ille regit dictis aĩos:& pectora mulcet:niſi eloquẽdi/ac bñ dicẽdi peritus? Oratoris nãq; offm̃ ſuadere ẽ:iõ dr̃. Ille regit dictis aĩos: eiuſdẽ uero finis ẽ ꝑſuadere:& ĩ ſuã ſnĩam traduxiſſe auditoꝝ mẽtes. Quare ſapiẽter addit̃:Et pectora mulcet. Qđ ſi talis orator ẽ:qlẽ Sapiẽtes finierũt:qd põt illo eẽ maius:qd ꝑſtabilius? Quid põt Oratore regẽdis ciuitatibus/tuẽdis urbibus/ aut cogitari:aut iueniri accõmodatius? Atq Romãi totius orbis ĩpiũ adepti ſũt:q Oratorẽ celeriter cõplexi eẽnt. Hic dr̃ Oratoris ſacrũ nomẽ. Hic dicẽdi copia tãto apud ueteres honore celebrata eſt. Hic tã multæ/ tãq; eximiæ Eloquẽtiæ laudes. Laudat Eloquẽtiã Gorgias Leõtinus:& maximũ eẽ cẽſet hoĩbus bonũ:cã uero nõ ſolũ Libertatis ꝑpriã:ut Plato ipſe ĩ Gorgia refert:ſed ẽt dominãdi aliis ĩ ſua cuiq; ciuitate. Idq; eẽ aiebat/facultatẽ ꝑſuadẽdi hr̃e:& ĩ iudicio iudicãtibus ꝑ forẽſe cãæ genus:& ĩ cõſilio cõſulẽtibus/ꝑp cõſultatiões/ac deliberatiões reꝝ: & ĩ cõciõe cõcionãtibus:ꝑp certæ ꝑſonæ laudẽ/aut uituperationẽ/Sed & ĩ alia quis cõgregatiõe ciuili. Laudat Eloquẽtiã Ariſt. q ad Alexãdrũ Regẽ ſcribẽs: Queẽadmodũ ĩqt:Impator ſui ẽ ſeruator exercitus:ita & eloquẽtia: q̃ ſapiẽtiæ cõiuncta ſit:hũanæ ẽ uitæ gubernatrix. Laudat Eloquẽtiã Cic. apud quẽ ĩ libris de natura Deoꝝ/hæc dicit. Iã uero domina reꝝ:ut uos ſoletis dicere/eloquẽdi uis/q̃ ẽ ꝑclara:q̃q; diuina:q primũ efficit:ut ea q̃ ignoramus diſcere:& ea q̃ ſcimus:alios docere poſſimus. Deĩde hac cohortamur:hac ꝑſuademus:hac conſolamur afflictos:hac deducimus ꝑterritos a timore:hac geſtiẽtes cõprimimus:hac cupiditates/iracũdiaſq; reſtrigimus. Hæc nos iuris/ legũ/urbiũ/ſocietate deuinxit:hæc a uita imani & fera ſegregauit. Laudat Eloquẽtiã Fabius Quin. cũ ĩ pleriſq; locis aliis/tũ ĩ prĩo Inſtitutiõis oratoriæ libro:q ꝑ Cicerõis collectiõe ſapiẽtiã/atq; Eloquẽtiã queẽadmodũ iũcta natura:ſic quoq; offõ copulata eẽ demõſtrat:ut iidẽ ſapiẽtes/atq; eloquẽtes haberẽt̃. Ac paulo poſt dolẽs ſubiecit. Scidit deĩde ſe ſtudiũ/atq; iertia factũ ẽ ut artes eẽ plures uiderẽt̃. Et ĩ ſcdo eiuſdẽ egregii uoluminis libro/apud populũ Romanũ ſũmã ſemp Oratoribus dignitatẽ fuiſſe oñdit:& eloquẽtiæ tũ ſplẽdorẽ/ac decus/tum fructus ampliſſimos his uerbis ꝑſecutus ẽ. Eqdẽ nec urbiũ conditores reor aliter aſſecutos fuiſſe:ut uaga illa multitudo coiret ĩ populos:niſi docta uocẽ cõmota. Nec legũ reptores ſine ſũma ui orãdi cõſecutos:ut ſe ipſi hoĩes ad ſeruitutẽ iuris aſtrigerẽt. Quin ipſa uitæ ꝑcepta/& ſi natura ſũt hõeſta/plus tñ ad formãdas mẽtes ualẽt:quotiẽs pulchritudinẽ eoꝝ claritas orõnis illuminat. Et hæc qdẽ Quĩtilianus. Martianus uero fœlix miris ipſis quoq; efferẽ eloquẽtiã laudibus:quã & Reginã quãdã Regali Maieſtate:atq; armis iſtructã deſcribit:& ꝑp icredibilẽ uim eius teſtat̃ iſtar Iouis poſſe ẽt fulmĩa iaculari. Scire igit̃ de eadẽ dicẽdi facultate. M. T. in .i. Tuſculanaꝝ qõnũ hæc inqt: Mihi uero ne hæc qdẽ notiora & illuſtriora ui diuĩa carere uidẽt̃:ut ego aut Poetã graue plerũq; carmẽ ſine cœleſti aliquo mẽtis iſtinctu putẽ fundere/aut Eloquẽtiã ſine maiore q̃dã ui fluere abũdãtẽ uerbis ſonãtibus/ uberibuſq; ſentẽtiis. Quibus ex uerbis ꝑfecta oſtẽdit̃ Eloquẽtia:q̃ cõſtat uerbis ſonãtibus/ uberibuſq; ſententiis. Sed aliæ quoq; ĩnumeræ laudes Eloquẽtiæ afferri poſſunt:quas proſequi qui uelit:longior ſit:neceſſe eſt.

ℭ Capitulum. XVII. De peritia dicendi:quodq; ea natura/ſtudio/doctrina/& uſu conſtat.

Qui de dicẽdi peritia accuratius locuti ſunt:tribus eã rebus cõſtare uoluerũt:Natura doctrina:uſu. Et natura qdẽ ĩgenio ſpectat̃:doctrina ſciẽtia:uſus uero aſſiduitate quadã. Quæ tria nõ mõ Oratori:ſed cuiuis ẽt artifici ad efficiẽdũ aliqd neceſſaria ſunt:ut erudite/ac ſapiẽter teſtat̃ Iſidorus. Atq; hæc qdẽ illa ſunt:quæ. M. Tullius in præclara orõne:quã pro Licinio Archia Poeta apud Iudices habuit:ſignificauit his

ficauit his uerbis. Siquid ẽ in me īgenii iudices:qđ ſentio q̃ ſit exiguũ:aut ſiqua exercitatio dicẽdi:in qua me nõ inficior mediocriter eẽ uerſatũ:aut ſi huiuſce rei rõ aliqua ob optimaꝝ artiũ ſtudiis/ ac diſciplina ꝑfecta : a qua ego nullũ cõfiteor ætatis meæ tẽpus abhorruiſſe:eaꝝ reꝝ oium:uel ĩprimis hic. A. Licinius fructũ a me repetere proprio ſuo iure debet. Putãt tria eẽ:in qbus ꝑfecta cõſiſtat Eloquẽtia:triſariã quoq; hæc Cicerõis uerba partiunt. Si qđ igenii/ad naturã referẽtes:ſiqua exercitatio dicẽdi:ad uſum:ſi huiuſce rei rõ aliqua:ad doctrinam. Sed ego quũ cõſidero diligẽtius:reperio nõ tria ſolũ in dicẽdi peritia:ſed quattuor ẽt ſpectari oportere. Ingeniũ:qđ naturæ eſt/ ſtudiũ:qđ induſtriæ:eruditionẽ:qđ doctrinæ:& artis uſum & exercitationẽ: qđ ꝑfectæ laudis ẽ. Atq; ob eã cãm alium aptũ Oratorẽ:aliũ ſtudioſum:aliũ doctũ/atq; eruditũ:aliũ magnũ Oratorẽ appellamus. Siquidẽ aptũ dicimus ingenio/& natura ꝓſtantẽ:ſtudioſum/res ſuas iduſtria elaborantẽ:eruditũ ꝓceptis qbuſdã/ & arte ꝑficiẽtẽ: magnum:cui oĩa uberrime ſuppetũt. Hinc ſunt illa uerba. M. Ciceronis ĩ primo libro Tuſculanaꝝ q̃ſtionũ Oratorem celeriter cõplexi ſumus:nec eũ primo eruditũ:aptũ tñ ad dicẽdũ:poſt aũt eruditũ. Nã Galbã Aphricanũ: Læliũ doctos fuiſſe traditũ eſt. Studioſum aũt eũ:q hos ætate anteibat Catonẽ:poſt uero Lepidũ Catonẽ : Grachos inde ita magnos noſtrã ad ætatẽ:ut nõ multũ/aut oino nihil Græcis cederet. Hic primũ aptus Orator expreſſus eſt:deinde ſtudioſus:ſiqs ſolertius animaduerterit:cũ ſtudioſus Cato declarat:ſed nequaq̃ eruditus. Poſt etiã eruditus cũ Galba Aphricanus Lælius cõmemorat. Demũ clarus & magnus exẽplo lepidi alterius Catonis & Grachoꝝ. Studioſum Catonẽ/maiorẽ appellat Cicero:neq; id iniuria. Aliud eſt.n. ſtudioſum eſſe:qđ paulo ante diximus:aliud eruditũ. Cornelius Nepos:q Catonis huius uitã ſcripſit:præter alia multa hæc tradidit de Catone. In oĩbus rebus ſingulari fuit iduſtria. Nã & agricola ſolers/& reip. peritus iuriſcõſultus/& magnus Imperator/ & probabilis Orator/& cupidiſſimus litteraꝝ fuit. Quare ſtudiũ & ſi ſenior apparuerat:tamẽ tantum ꝓgreſſum fecit:ut nõ facile reperiri poſſit:neq; de Græcis:neq; de Italicis rebus:qđ ei fuerit icognitũ. Ab adoleſcẽtia cõfecit oꝛ̃ones:ſenex hiſtorias ſcribere iſtituit. Ac paulo poſt iſert. In qbus multa iduſtria & diligẽtia comparet:nulla doctrina. Quid eſt igit multa iduſtria & diligẽtia:niſi ſtudioſum fuiſſe Catonẽ? Quid cõtra nulla doctrina niſi eruditũ nõ fuiſſe? Nec ſtudiũ cũ artẽ neceſſario iungit:qđ multi falſo tradiderũt:cũ ſit:ſtudiũ ſine rõne & diſciplina reperiri:qđ mõ ex locuplete teſte didicimus. Bene igit. M. Tullius his uerbis:q̃ ex oꝛ̃one ꝓ Archia Poeta depromta retulimus:cũ ingeniũ & exercitationẽ cõmemoraſſet:rõnẽ quoq; adhibuit:ab optimaꝝ artiũ ſtudiis & diſciplina profectam:ſtudia dicens & diſciplinã:quæ duo ſunt & re etiã/ nõ ſolũ cogitatione diſtincta. Nec tribus rebus: ſed quattuor potius Eloquẽtiæ/atq; artium reliquaꝝ plenitudo conficit:natura/ſtudio/doctrina/uſu.

Capitulum. XVIII. De multiplici diſciplinarum genere.

Diſciplinæ:quas ingenuas/ac liberales appellãt:nõ oẽs eodẽ in pretio apud Romanos fuerũt. Quaſdã enim cõtemnere uiſi ſunt:nec ſatis dignas exiſtimare:in quibus elaborarent. Quaſdã diu nõ cognouerunt:cognitas aũt/uix tãdẽ ſero receperũt. Nõnullas delibauere quodãmõ:& tñ in eis ſtudiũ poſuerũt:q̃tũ uel metiẽdi uel ratiocinãdi muneri ſatis eẽt. Alias celeriter arripuerũt: qbus totos ſeſe ac penitus traderẽt. Quaſdã ꝓdiu iacuerũt:quas primus oĩum. M. Tullius & excitauit ĩ aliis & ipſe illuſtrauit lr̃is. Suppeditãt aũt huius nobis partitionis exẽpla primũ Muſicoꝝ ſtudia:deĩde Poetica modulatio: tũ geometrica/ atq; Arithmetrica diſciplina:quãto loco Eloquẽtia/ac dicẽdi facultas:poſtremo philoſophia ipſa de qua Cicero in præfatione primi libri Tuſculanaꝝ quæſtionum. Philoſophia iacuit uſq; ad hanc ætatem:nec ullum habuit lumẽ litterarum Latinarum:quæ illuſtranda & excitanda nobis eſt/ Vt ſi occupati profuimus aliquid ciuibus noſtris:proſimus etiam:ſi poſſumus ocioſi. Quam eandem pene ſniam & in primo libro de Natura Deoꝝ hiſce uerbis complexus eſt. Cũ ocio langueremus & is eſſet reipublicæ ſtatus:ut eam unius cõſilio/atq; cura gubernari neceſſe eẽt: primum ipſius reip. cauſa Philoſophiam noſtris hominibus explicandã putaui:magni exiſtimans intereſſe ad decus/& ad laudẽ ciuitatis:res tam graues/tamq; præclaras Latinis etiam litteris contineri:eoq; minus inſtituti mei pœnitet:quod facile ſentio:q̃ multos nõ modo diſcendi:ſed etiam ſcribẽdi ſtudio cõmouerim. Suſcepit igitur Cicero illuſtrandæ philoſophiæ munus:ut ciuibus ſuis ꝓdeſſet:atq; ut ad res graues/ac præclariſſimas/multos ſua & exhortatione & exemplo impelleret:quem non modo parentem Eloquentiæ:ſed etiam philoſophiæ apud Latinos auctorem quendam/ac Ducem habere debemus.

Capitulum. XIX. De negocioſo/atq; ocioſo uitæ genere.

Legimus in ueterũ libris/duplex uitæ genus:quoꝝ alteꝝ ocioſum:negocioſum alterũ appellare cõſueuerũt. Cuius rei Plutarchus ĩ libro de liberis educãdis/nõ ambiguũ perhibet teſtimoniũ:cuius & hæc uerba ſunt. Reminiſci oportet noſtrã oẽm uitã in remiſſionẽ/ac ſtudiũ eẽ diuiſam. Et ſtudiũ qdẽ ad laborẽ/& ad reꝝ occupationẽ pertinet:remiſſio uero ad quietẽ quãdã/atq; ociũ. Noſtra aũt uita oĩs ĩ negociũ & ociũ diſtributa ẽ:Dãda uero opa ẽ:ut & ĩ negocio ſine ꝑiculo:& in ocio cũ dignitate uerſemur. Quo circa & beatos ſolitus ẽ Cicero appellare eos:q utrũq; recte/diligẽterq; ſeruauerit. Et ad. Q. fratrẽ ĩ libro de Oratore hæc ſcribẽs ait. Cogitãti mihi ſæpenumero & memoria uetera repetẽti:ꝑbeati fuiſſe Q. uite fr̃ illi uideri ſolẽt: q in optĩa rep. cũ & honoribus & reꝝ geſtaꝝ gloria florerẽt:eũ uitæ curſum tenere potuerũt:ut uel ĩ negocio ſine ꝑiculo:uel ĩ ocio cũ dignitate eẽ poſſent. Quã qdẽ ad rẽ/& accuratã/atq; ĩpenſam ſe dediſſe opam idẽ Cicero ſignificat ĩ Tuſculanis q̃ſtionibus dicẽs. Quæ (Philoſophiã.n. referebat) illuſtrãda & excitãda nobis ẽ: ut ſi occupati ꝓfuimus aliqd ciuibus nr̃is: ꝓſimus ẽt:ſi poſſumus ocioſi. Ac ꝑ hoc qdẽ uolebat ĩtelligi & occupatã uitã eius & ocioſam ad ciuiũ ſuoꝝ utilitatẽ oẽm fuiſſe collatam. Profuit nãq; occupatus Cicero:q quoad licuit ĩ defenſionibus amicoꝝ & reip. gubernatiõe uerſatus ẽ. Profuit ocioſus:q multa lr̃aꝝ monumẽtis mãdauit. Qđ ipm ſibi uoluit & illa eius uerba ĩ libro de natura Deoꝝ. Primũ ipſius reip. cã/ Philoſophiã nr̃is hoibus explicãdã putaui. Neq;.n. ita ociari debemus:ut oĩno nihil agamus:Sed neq; idẽ ẽ ocioſũ eẽ:ac agere. Qđ Attilius ꝑfecto nõ ignorauit:cuius Plinius in epiſtola (ni fallor) ad Põpeium Saturninum probat ſententiam dicens. Satius eſt:ut Atti-

ſius noſter eruditiſſime ſimul/& facetiſſime dixit:Ocioſum eſſe/q̄ nihil agere. Atqui & ocium nō deſidiæ aut languoris:ſed honeſtæ cuiuſpiā remiſſionis eſſe oportet:q̄ honeſta aliqua uoluptate aīum afficiat. Et. M. Tullius ob eam cām quicq̄d occupato ſibi dabaẗ ocii:ut in Rhetoricis ad Herenniū ipſe teſtaẗ: libētius in Philoſophia cōſumere conſueuit. In libris aūt de officiis cuiuſmodi ociū eſſe oporteat:plane oſtendit:quū in præfatione ſecūdi libri dicit. Nec ſe dediſſe angoribus:nec rurſus īdignis docto hoīe uoluptatibus:ſed ad philoſophiā potius retuliſſe, uidelicet ea ſtudia:q̄ adoleſcens capeſſit:animo ſemp retinuit:remiſit tēporibus:longis etiā interuallis intermiſit, a reip. adminiſtratione remotus:Bruto hortante reuocauit. Verū tamē Cicero in negocio libētius q̄ in ocio uerſatus eſt:ſi uera de ſe ipſo dicit in tertio libro de officiis. Noſtrū aūt ociū/negocii inopia/nō re quieſcēdi ſtudio conſtitutū eſt. Sed ocio fruēdū nobis eſt:& quodcūq; datur/in philoſophiæ ſtudiis collocādū eſt:cuiuſmodi in Pōponio Baſſo laudat Plinius:ita ad eū ſcribēs. Magnā cœpi uoluptatē:cū ex cōmunibus amicis cognoui te: ut tua ſapientia dignū eſt/& diſponere ociū:& ferre. Quod quidē efficere perdifficile cēſuit Chilo Lacedæmonius. Eiuſmodi ociū quærunt ſibi uiri ſapientes:quod inueſtigandæ ueritati aptiſſimum ſit. Itaq; uiciſſim magno ingenio uiri/nūc negocio:nunc ocio indulgent:ac modo occupatam/modo ocioſam traducunt uitam.

¶ Capitulū. XX. Quæ ſit pfecta Philoſophia:quodq; pfectū Philoſophū decet & ſapiēter & eloquenter dicere.

PErfecta philoſophia duabus rebus conſtare debet:grauitate ſniaꝝ:copia atq; ornatu uerboꝝ. Nā & ſi philoſophia de rebus agit:Eloquētia de uocibus:tn̄ & p̄ho ſua eloquētia negligēda nō ē:ut cōmodius ac facilius & diſſerere ueritatē:& grauiſſimaꝝ reꝝ cognitionē explicare poſſit. Itaq; aurelius Auguſtinus in quarto libro de Doctrina Chriſtiana/eū maxime ꝓbare uiſus ē:q nō ſolū ſapiēter:ueꝝ etiā eloquenter poſſit dicere. Ac bene idcirco. M. Tullius in Tuſculanis diſputationibus: Hāc īquit:perfectā philoſophiā ſemper iudicaui:q̄ de maximis quæſtionibus copioſe poſſet ornate dicere. Et magna quærere/atq; inueſtigare:ſapiētiæ ē:copioſe & ornate dicere/Eloquētiæ. Quod ſiqs recte ſentiat:atq; id qđ ſentit:polite loq nō poſſit:is certe parū ꝓdeſt:nec uel ſcribēs qppiā:uel præcipiēs poterit multos erudire. Sed illud aīaduertēdū ſit:nō idē Oratori & P̄ho cōuenire dicēdi genus:cū illū uehemētius:hūc mollius dicere oporteat. Atq; hinc Cicero in libro de officiis/cū i hāc mētionē incidiſſet:o͞rones ac philoſophiā cōparās ait. Vis.n.maior in illis dicēdi:ſed hoc quoq; colēdū eſt æquabile:ac tēperatū o͞ronis genus. Ac mox ſubiecit. Et id qdē nemini Græcoꝝ uidi adhuc contigiſſe:ut idem utroq; in genere laboraret:ſequereturq; & illud forēſe dicēdi:& hoc qetū diſputādi genus. Quo loco duo maxīe ſpectanda ſunt. Primū duplex eſſe orationis genus:Forenſe:quod oratoris propriū eſt:quietū:qđ Philoſophi deinde dictionē potiſſimū ad oratorē:diſputationē ad P̄hm ptinere. Vnde & diſputatorē ſæpenumero philoſophū appellamus. Sed & in primo libro de Oratore duplex dicendi genus expreſſit: Vnū populare & forēſe: alterum: quod Philoſophoꝝ eſſe oſtendit:de quo perpulchre in hūc modū inquid aliud mihi quoddā o͞ronis genus eſſe uidetur eorum hoīum:de quibus paulo ante dixiſti:ſignificabat aūt Philoſophos:quāuis illi ornate/& grauiter/aut de natura reꝝ:aut de humanis rebus loquantur. Nitidum quoddā genus eſt uerboꝝ/& lætum: ſed paleſtre magis & olei/q̄ huius ciuilis turbæ/ac fori. Quibus uerbis quum dicit ornate & grauiter Philoſophos loqui: etiam oſtendit qđ propoſitum eſt:perfectam Philoſophiam & ornatu & grauitate conſtare.

¶ Capitulum. XXI. Quod non ſolum Oratori:ſed etiam philoſopho conuenit:ut apte/diſtincte/ornate dicat.

SOlent Oratores tria adhibere:ſiquid agendū ſit:ut apte/diſtincte/ornate dicāt. Et apte quidē pp præclarā inuentionē:diſtincte pp diſpoſitionis ordinē:ornate pp ſplēdidā uerboꝝ & ſniaꝝ elocutionem. Quam ſniam & in primo de officiis libro ꝓſecutus eſt Cicero. Sed non ſolū Oratori:ueꝝ etiam philoſopho tria hæc in ſuis rebus explicandis cōſideranda ſunt. Nā & excogitare prudenter: & diſponere erudite:& demū cogitationes ſuas ſplendide illuſtrare etiam Philoſophi debēt. Quāobrē & qui feciſſent ſecus: redarguit Cicero in Tuſculanis quæſtionibus dicens. Sed mandare quemq̄ litteris cogitationes ſuas: qui eas nec diſponere nec illuſtrare poſſit:nec delectatione aliqua allicere lectorē:hominis eſt abutentis intēperanter & ocio & litteris. Cogitationes hoc loco ad inuentionem referunẗ:diſponere ad diſtinctionis ordinē:illuſtrare ad exornationem:quæ ſi recte ſeſe habuerint:facile uel lectorē/uel auditorē alliciunt. Quæ qui contēpſerint:incident in reprehenſionē illā Ciceronis:ac libros ſuos legent ipſi cū ſuis. Eiuſmodi hoīes. M. Tullius etiā in ſecūdo libro Tuſculanarū quæſtionū hiſce uerbis inſectaẗ. Sed eos ſi poſſumus:excitemus:qui liberaliter eruditi: adhibita ēt diſſerēdi elegātia rōne & uia philoſophanẗ. Eſt.n.quoddā genus coꝝ:q ſe philoſophos appellari uolunt: quoꝝ dicūtur eſſe Latini ſane multi libri:quos ne cōtemno equidē:quippe quos nunq̄ legerim:ſed quia ꝓfitenẗ ipſi illi qui eos ſcribunt:ſe neq; diſtincte:neq; diſtribute:neq; eleganter: neq; ornate ſcribere:lectionem ſine ulla delectatiōe negligo. Et.n.a pleriſq; deſpiciuntur:quæ ſine diſſerendi elegantia fuerint pertractata.

Capitulum. XXII. De Acroatica & Exoterica Ariſtotelis diſciplina.

ARiſtoteles uir præſtans ingenio:magna ſciētia & doctrina Philoſophus:uſq; adeo diſciplinaꝝ oīum p̄ſtitit gloria:ut nō ſolū philoſophus:ſed etiā inſignis Rhetor habēdus ſit dicēdi præcepta & ſcripſit: & docuit:ſiue ut nullius laudis foret expers:& philoſophiæ partes oēs cōplectereẗ:ſiue cōmotus Iſocratis gloria:ut ſe etiam Eloquētia florere/ac tenere dicēdi artem oſtēderet. Quā rē Cicero ſignificauit in primo libro Tuſculanaꝝ diſputationū:cū ſe Ariſtotelis ſectaturum ueſtigia demōſtrat/dicēs. Sed ut Ariſtoteles uir ſūmo ingenio:ſciētiæ copia cū cōmotus fuiſſet Iſocratis Rhetoris gloria:docere etiā cœpit Adoleſcētes:& prudentiam cū eloquētia iungere:ſic nobis placet:nec priſtinū dicēdi ſtudium deponere:& in hac maiore & uberiore arte uerſari. Ars uero maxima oīum/atq; uberrima Philoſophia eſt: e cuius inexhauſtis fontibus/ reliquæ oēs & manant diſciplinæ:& artes defluunt. Sed qđ mirū Ariſtotelē Rhetoricā artē docuiſſe adoleſcētes:q & Grāmaticā quoq; & puerilē eruditionē Alexādrū inſtituit? Hinc Fabius Quintilianus primo libro Oratoriæ inſtitutionis, Philippus Macedonum Rex Alexādro filio ſuo prima litteraꝝ elemēta tradi ab Ariſtotele/ſummo eius ætatis

Philoſopho

Philoſopho ualuit:& ille ſuſcepit hoc officium. Cū uero & Philoſophiā Ariſt. & dicēdi pcepta traderet: illā docebat i Lycio/matutino tpe:hæc eodē i loco ueſpi. Et priorē qdē diſciplinā ἀκροατικὴν appellabat: alterā ἐξωτερικήν. Teſtis nobis ſit. A. Gelius lib. xx. de Noctibus Acticis:q cōmētationū/artiūq; ſpēs duas diſtiguit: qs docebat Ariſtoteles Phs/& Regis Alexādri magiſter. Alia.n. ἐξωτερικὰ appellabanť: q̄ ad Rhetoricas meditationes/facultatē argutiaꝶ/ciuiliūq; reꝶ notitiā cōducebāt. Alia ἀκροατικὰ: i qbus Philoſophia remotior/ſubtiliorq; agitabať: & q̄ ad naturæ cōtēplationē/diſceptatiōes ue Dialecticas ptinebāt. Atq; idē fortaſſe & Cicero itelligi uoluit: q li. bro. v. de finibus bonoꝶ & maloꝶ: Peripatheticoꝶ & Ariſtotelis ediſſerēs ſniam. Duo genera inqt: librorū ſunt: Vnū populariter ſcriptū:qd exotericon appellabāt:alterū limatius:qd in cōmentariis reliquerunt. Hinc etiā Ariſtoteles ipſe in Ethicis & moralibus libris nōnulla dicit in externis ſermonibus:uel in exterioribus ſermonibus ſecundū aliā trāſlationē ſufficienter fuiſſe tractata. Ac de Ariſtotelis quidē docendi cōſuetudine ſatis.

¶ Capitu. XXIII. Quod docēdi munus ꝓpriū īprimis Græcoꝶ fuit:& de diuerſa diſſerendi cōſuetudine.

GRæci:ut erāt quodā diſciplinaꝶ oīum fere Principes:ita & docēdi munus/q̄ſi quodā ſuo iure uēdicabāt. Qđ Lælius apud. M. Tulliū in dyalogis de Amicitia ēt oſtēdit:q cū diſputationē de amicitia ipſa recuſaret: Doctoꝶ inqt/eſt iſta cōſuetudo:eaq; Græcoꝶ:ut his ponať:de quo diſputēt. Sed ea diſputādi/docēdiq; cōſuetudo ad Romāos ēt trāſlata eſt:pſertim Ci. auctore:q de ſe ipſo in Tuſcula. q̄ſtionibus i huc modū ait. In q̄ exercitationē (erat.n. ſibi de philoſophia mentio) ita nos ſtudiſe opā dedimus:ut iā etiā ſcholas Græcoꝶ more habere auderemus. Quēadmodū uero Greci aut ambulātes/aut ſedētes/de magnis q̄ſtionibus diſſerebāt: p Philoſophoꝶ/diſciplinarūq; uarietate/idē & Cicero Græcos imitatus facere ſolitus eſt:quod ipſe etiā oſtēdit:q in tuſculanis diſputationibus hæc dicit. Ponere iubebā: de quo qs audire uellet: at id aut ſedēs aut ambulās diſputabā. Atq ambulātes diſputare potiſſimū Peripatetici cōſueuerūt: q ob eā ipſam cām id nōis ſortiti ſunt. Ferūt nāq; Ariſtotelē i Lycio:& i eo: q i Lycio ortus eēt:qđ & Græci περιπατοῦν uocarēt philoſophari cū diſcipulis ſolitū:& ἀπὸ τοῦ περιπατοῦν dediſſe ſectatoribus ſuis nomē. Alii tñ Peripateticū ariſtotelē idcirco cognominatū uolūt:qđ in ambulāte Alexādro pp aduerſam ualitudinē/Ariſtoteles quoq; ipſe doctor una ſecū ambulare cogereť. Id eſt.n. περιπατεῖν apud Græcos. Socrates aūt ſæpe cū diſcipulis ſuis multa diſſerēs: ſub Platano/atq; in molli herba cōſidebat. Hinc ſūt illa in phædro Platonis. Perge igiť:& ſimul cōſpice: ubi ſedeamus. Ita Socrates phædrū alloquebať. Simul ille. Vides:inqt:illā altiſſimā Platanū. Ibi & umbra & uentus modicus/& herba ubicūq; recūbere uelimus. Qđ ipſum & Q. Mutius Sceuola imitari. L. Craſſū uoluit apud. M. Tulliū in lib. de Oratore:ut q aderāt:& abiicerēt ſe i herbā:& ſub Platano cōſiderēt. Carneades quoq; Academicus ſedens diſputaſſe depræhēdiť i Exedra illa:q̄ i. v. lib. de finibus bonoꝶ & maloꝶ his uerbis Cicero cōmemorat. Et ſi multa in omni pte Athenaꝶ ſunt in ipſis locis inditia ſūmoꝶ uiroꝶ:tamē ego illa moueor Exedra. Modo.n. fuit Carneades:quē uidere uideor. Eſt.n. nota imago:a ſedeq; ipſā tanti igenii magnitudine orbata deſiderari illā uocē puto. Quapropter cōſtat eruditos ueteres plerūq; aut ſedētes/aut ambulantes/diſputare conſueuiſſe.

¶ Capitulum. XXIIII. De multiplice Philoſophorum ueterum in diſputando more.

PHiloſophi:quos amatores Sapiētiæ iterpretamur:cū oēs ad iueſtigādā ueritatē itēdere uidereňť: nō eadē tñ in diſſerēdo rōne uſi ſunt. Ac triplicē diſputādi cōſuetudinē attingit Cicero: q oīa diligenter aīaduertiſſet:& lib. ii. de finibus bonoꝶ & maloꝶ breuiter & accurate cōplectiť. Aut.n. in cōuētibus poſcebāt q̄ōnē.i. dicere iubebāt:qua de re qs uellet audire:q Sophiſtaꝶ mos fuit:& a Gorgia Leōtino primū iſtitutus:q & ꝓfiteri auſus ē de q̄cūq; re ab eo petereť:ſe eē rñſurū. Aut iterrogādo eliciebāt eoꝶ opiniones:qbus cū diſſererēt:ut ad ea q̄ hi rñdiſſent:ſiqd uidereť:dicerēt:hāc uero diſputādi cōſuetudinē ſeruauit Socrates:q̄ aliquādiu itermiſſa:tādē ab Arceſilao reuocata eſt:q ita (ut idē Cicero ait) iſtituit: ut ii qui ſe uellēt audire: nō a ſe quærerēt:ſed ipſi dicerēt potius:qd ſentirēt. Qđ cū dixiſſent:ille cōtra:q aūt audiebant: pro uiribus ſuam ſniam tuebanť. Apud quoſdā Philoſophos:q quæſierit aliqd:tacet. Dicet aliqs uerbi cauſa. Voluptas mihi uideť eſſe ſummū bonū:cōtra/oratione ppetua diſputať. Nec q ſibi:aliqd ita uideri dicit:ipſe in ea ſnia: ſed uult potius audire cōtraria. Proponit ille:uideri ſibi uoluptatē eē ſummū bonū:tamē nec putat uoluptatē eē ſummū bonū & ſcire cupit ēt quare ſūmū bonū nō ſit. Hunc morē ſuo tpe iam in Academia ſeruari eodē i loco: quē pduximus: teſtis eſt Cicero. Sūt q nō ſolū dicāt:qd ſentiūt:ſed ēt cur. Vt ſiquis credat:uoluptatē ſummū eſſe hoīs bonū:una cū ſua ſnia rōnes ēt afferet:cur ita exiſtimet. M. Cicero eā diſſerēdi cōſuetudinē in libro de finibus bonoꝶ & maloꝶ pbare uideť:maxime nō in qua oratione ppetua diſputať:ſed cū diſputādo in rebus ſingulis iſiſtas: & itelligas/qd uel cōcedat qſq;:uel abnuat. Ita.n. ex cōceſſis rebus facile cōcludimus/qđ uolumus:& ad exitū puenimus. Atq; ita in. ii. lib. cōtra Torquatū Epicureū diſputationē intēdit. In Tuſculanis quæſtionibus facit ita: ut cū Acticus:q uellet audire dixerit qd ſibi uidereť:tum Marcus cōtradicit. Vt.n. ꝓponit Acticus/Malū mihi uedetur eē mors. Ille cōtradiſſerit:oſtendēs mortē ipſam aut nullū malū/aut bonū etiā. De qua cōſuetudine hæc in pſatione Tuſculanaꝶ diſputationū inquit. Hæc uetus & Socratica ratio eſt:cōtra alterius opinionē diſſerendi. Ac ſubnectit dicens. Nam ita facillime quid ueriſſimū eſſet:inueniri poſſe Socrates arbitrabatur.

¶ Capitulum. XXV. De uaria Superlatiui nominis ſignificantia.

SOlent admirari nōnulli. M. Ciceronē quaſi in quibuſdā locis nōnunq̄ pugnātia loquētem. Sed illud præcipue uideť admiratione digniſſimū. Et enim in pfatione primi libri Tuſculanaꝶ q̄ōnū oſtendit ſeſe ea uſum diſſerēdi rōne:qua facillime pro Socratis ſnia:quid ueriſſimū foret:iueniri poſſet. Quo loco ſignificat nō modo qđ uerū:ſed etiā qđ eſſet ueriſſimū diſputādo poſſe reperiri. At paulo poſt probabilia ſeſe/ac ueriſimilia ſeq autumat:nec habere:ut ultra ꝓgrediať oīno/q̄ ut uerīſimilia dicat. Quo enim qđ ſit ueriſſimū poterit iueniri nobis:qbus ſolū qđ ueriſimile eſt:uidere cōcediť? Accuſant plerīq; latini eloquii parētē:quaſi temere/atq; incōſiderate locutū:dum parū diligenter aduertunt eruditoꝶ ueterū uſurpationem.

Sed hi ꝓfecto admirari deſinēt:cū accuratius ſuplatiui noīs uim ac ſignificātiā librare uoluerint. Aliter.n.ſuperlatiuū nomē itelligi debet cū ad plures ſui generis cōparatū/oibus ſupponiť:ut cū dicit quis/fortiſſimus Græcoꝝ Achillē:qd eſt Græcos fortitudine ꝑſtantē. Quale eſt illud in Lælio Ciceronis de Scæuola Pōtifice:quē unū nr̄æ ciuitatis & īgenio & iuſtitia ꝑſtantiſſimū audeo dicere.i.ciues ſuos oēs/natura & uirtute antecellentē. Aliter ſuplatiuū itelligiť:cū poſitiuū ſignificat/& aduerbiū ualde:ut ſiqs dicat. Fortiſſimū Herculē:nec adiciat quoꝗ:nihil eſt aliud:Hercules fuit fortiſſimus:ꝗ ualde fortis:ſi nulla fuerit adiecta cōparatio. Hinc eſt illud Ciceronis in.iii. de officiis. Tibi pſuade eē te mihi qdē chariſſimū:ſed multo fore chariorē:ſi talibus monumētis ꝓceptiſꝗ lætabere. Q̄uo.n.ſi chariſſimus erat:multo charior futurus erat:niſi chariſſimus charū eo loco ſignificaret:aut paulo amplius: Et Priſcianus Cæſarieſis illud Ciceronis in oratione pro.M.Marcello:Simillimū Deo:iudico ualde ſimilē Deo:exponit nō idocte. Aliter ſuplatiuū ſignificare uideť:cū dicat quiſpiā.Beatiſſimus ē ſiqs ꝑturbationibus uacuus/uitā traducat:cū tamē cōſtet neminē uinctū cōpedibus corporis poſſe beatū eē. Sed ſenſus eiuſmodi ē. Nemo in terris beatus eē pōt:ſed id beatitudinis/qd habere i terris qſquā pōt:is habere putādus eſt:q ꝑturbatiōibus caret. Qđ eſt:quatenus pōt quiſpiā ꝓgredi ad beatitudinē adipiſcēdā:eatenus ꝓficiſciť ad beatā uitā comparādā: qui ꝑturbationibus uacat:& ſi beatā uitam nemo unq̄ mortaliū in terris aſſecutus eſt. Itaqꝫ nō tam beata uita intelligēda eſt/ꝗ magna quædā beatæ uitæ ſimilitudo. Illud pinde eſt Ciceronis in primo Tuſculanaꝝ quæſtionū. Nam ita facillime/qd uerſſimū eſſet:īueniri poſſe Socrates arbitrabať. Hoc tale eſt:ac ſi dicat. Illud amplius ueritatis qđ pōt mortalis quiſq̄ adipiſci:ea facillime diſſerēdi ratione cōparatur. Nec id tamē erit ueritas:ſed potius ſimilitudo quædā ueritatis. Ea inquā diſputādi uia qd ſit uerſſimū:īueniri poterit:nec tamē uerū poterit inueniri qđ uidere:ut illi putant:ſolius Dei eſt. Patet igiť rōne illa Socratica/uerſſimū īueniri:qđ uidere datum eſt:qđ nobis ipſum tamē nequaꝗ ueꝝ eſt:id qđ diuinæ dūtaxat maieſtati tribuiť:ut ſuplatiuū minus ſit ꝗ abſolutū ipſum quādoquidē illud ſimillimū ueri/hoc loco:ad poſterius ſinceritatē quandā ſignificet ueritatis.

¶ Auguſtini Dathi Stromatum Liber Primus explicit.

¶ Auguſtini Dathi Stromatū/ad Nicolaū Frāciſcū filiū/Liber Tertius incipit fœliciter. Secundus nō inuenitur.

¶ Capitulum Primum de præceptis & inſtitutis:de ꝗ eoꝝ apud.M.Tullium diligenti obſeruatione.

VEMADMODVM Virtus ſapiētiaqꝫ & diſcēda & colenda eſt:ita ad eādē capeſſendā/ꝓcepta atqꝫ īſtituta neceſſaria eē exiſtimanť:ut præceptis eruditi:recte perdiſcamus:īſtituta aūt admoniti:abſolutā uirtutē:atqꝫ pfectā ſapiētiā adipiſcamur. Hoꝝ utrunqꝫ uera Philoſophia efficit. Atqꝫ ob ea cam/& ꝓceptis & inſtitutis uerā cōſtare Philoſophiā cēſuit.M.Tullius:q Ciceronē filiū audiērē Chratyppum/uirū p id tēpus in Peripatetica diſciplina florētē:oportere iudicauit:abundare Philoſophiæ tum ꝓceptis/tum etiā īſtitutis. Præſertim uero cū in recta uel intelligēdi/uel uiuēdi rōne cōparada ꝓficiamus/uoce plurimū & exemplo. Et ad uocē qdē ptinet audire Chratyppū:ad exēplū uero Athenaꝝ cōmemoratio. Eodem ſpectat Doctoris auctoritas:atqꝫ urbis ſūma ꝑſtantia:quoꝝ alter præcipiendo auget hoīem ſcientia:altera inſtituendo ad exempla honeſte uiuendi perducit. Vt ita demum diſcant:qui rudes rerum ſunt:iudicandi uero exerceant poteſtatem:qui integram abſolutamqꝫ ſapientiam fuerint aſſecuti.

¶ Capitulum.II. De Athenarum claritudine.

Thenas ꝓclarā fuiſſe ciuitatē:& ꝓcipua litteraꝝ/ac ſtudioꝝ ꝑſtitiſſe gloria:multa ueteꝝ monumenta declarāt. Nec mirū:cū ab ea nomē traxerit:& ſua ꝗdā fuerit auſpicata primordia:ꝗ Deam Sapiētiæ/repertricē artium:doctrinaꝝ Principē putauit antiquitas:ꝗ ut Poetæ fabulanť:& ipſe quoqꝫ tradit Porphirius:Iouis uertice ꝓgenita:humanis mēbus Prudentiā ſubminiſtrat. Ea uero Minerua eſt athena Græce uocitata. Vt autē urbs ipſa a Mineruæ noīe appellareť:eam.M. Varro ex ueteribus/de noſtris Aurelius Auguſtinus aſſerunt rōnē. Nā Cecrope regnāte/ꝓdigio factū eſt:ut in ea ipſa urbe/illic repente ꝓdiret oliuæ arbor:alio aqua loco erūperet. Permotus Rex Delphicū cōſuluit oraculū:a quo edoctus oleam qdē Mineruā:undam aūt Neptūnū ſignificare:rem in cōſultationē adduxit. Vt qđ Apollo cōſultus facere abnuiſſet:ciuium & populi ſuffragiis/ac ptāte decerneref. Et cū utriuſqꝫ ſexus hoies pro morē de publicis tū negociis cōueniſſent:ac mares pro Neptūno:pro Minerua fœminæ ſnīam tuliſſent:uicit fœminaꝝ numerus:cū una plus eēt iuēta. Atqꝫ ita Minerua obtinuit:ut ab eius noīe Athenæ uocarenť. Quæ qdē urbs ita ſp apud Græcos ſtudioꝝ & ſapiētiæ claruit gloria:quēadmodū Lacedæmō bellicis artibus & militaris diſciplinæ laude. Proinde ueteres pleriqꝫ/cū qꝫ his M.Tullius iuētrices oīum doctrinaꝝ Athenas phibuerunt. Et Aurelio Auguſtino teſte:hac ciuitate nihil habuit Græcia clarius/atqꝫ nobilius. Quippe ꝗ una foret mater/atqꝫ nutrix liberaliū doctrinaꝝ:& tot tātorūqꝫ Philoſophoꝝ ꝓcreatrix:multo uerius pp ſummā ſapiētiæ laudē:ꝗ aucta Corinthus pp delicatiores opes totius Græciæ lumen ac decus:quā ne ipſe quidē ignorauit facetiſſimus Martialis:quum Coruiliano dicit.

Sed tibi plus mentis tibi cor limante Minerua Acrius:& tenues finxerunt pectus Athenæ.

Quas qui ſummā ſcientiæ copiam cuperent adipiſci magnis ingeniis uiri/longis peregrinationibus petere cōſueuerunt:& ad eam potiſſimū urbem/quaſi ad mercaturam bonaꝝ artium proficiſci. Quare &.M.Tullius:q Græcorum oīum ingenia ſuperaret:& in omni doctrinæ genere uix cuiquam Græcorum cederet.M.filium eo ipſo in loco ſub Chratyppo Peripatetico præceptis Philoſophiæ/atqꝫ inſtitutis uoluit erudiri.

Capitulum.III. De duabus florentioribus diſciplinis Philoſophia/atq; Eloquentia.

DVæ nõ dicá apud Græcos:apud quos fuit nihil Mathematicis illuſtrius:ſed apud Romãos rerũ domi nos/celebres ĩprimis diſciplinæ/ac cæteris ꝓſtabiliores fuere Eloquẽtia:& q̃ uitæ rõnem Philoſophia cõtinet. Ac Philoſophia qdé res cõtẽplaſ. Eloquẽtia uero uerba/atq; uoces potius. Ná bene in Oratore Cicero de Philoſophia inqt:in qua res ſpectaſ:nõ uerba pendunſ. Quocirca Oratores bene dicendi:philoſophi bene uiuẽdi magiſtri ſunt appellati. Ac tam etſi hæ duæ diſciplinæ eo pacto ſint & rõne diſiunctæ: ꝑpulchre tamẽ & ſplẽdide iunguntſ in unũ. Itaq; & M. Tullius in utriuſq; orationis facultate/& tum in philoſophia/tum in dicẽdi exercitatione parẽ filiũ Ciceronẽ fore cupiebat:ut & dicere:qđ Oratoris eſt ꝓpriũ:& iudicare qđ magis ad philoſophũ ptinet:facillime poſſet. Et qm̃ uariæ philoſophorũ exiſtunt ſentẽtiæ:ꝑmittebat filii arbitrio:ut de rebus ipſis/ſuo uteretur iudicio:orationẽ uero latinam legendis patris efficeret pleniorem.

Capitulum.IIII. Latina cum Græcis eſſe iungenda.

STudiorũ doctrinã/& Eloquẽtiæ laudẽ ꝑfectã a Græcorũ fontibus/una pene oẽs uoce cõſentiunt. Sed ne ipſe qdẽ iſiciaſ Cicero:q in libris de finibus bonorũ & malorũ ĩgenuas diſciplinas a Græcis manaſſe oſtẽdit. Quanq̃ fortaſſe noſtri acceptas ab eis/fecerũt meliores. Hinc docti uiri/atq; eloquẽtes plerũq; cũ Græcis Latina cõiungũt:nec in ꝑlia ſolũ:ſed in ipſa quoq; dicẽdi exercitatione faciũt: ex qua quidẽ cõiunctione/ac ꝑuenuſta (ut ita dixerim) ſocietate:& ꝑfectior certe doctrina:& eloquẽtia cõparaſ uberiorq; ut puri fontis:purior quoq; in riuis unda feruet. Proinde. M. Tullius Græce/Latineq; Ciceronẽ filiũ/dicẽdi rõnẽ iſtituit:qđ in partitionibus Oratoris haud obſcure declaraſ. Recte igiſ Fabius Quintilianus puerũ:q magnus ſit futurus Orator:a ſermone Græco mauult ĩcipere:ſimulq; & diſciplinis quoq; Græcis prius iſtituendum præcipit:unde & nr̃æ fluxerũt. Nam q Græcas ſimul & Latinas litteras fuerint aſſecuti:facile cæteris antecellũt.

Capitulum. V. Quod optima ſit ad diſcendum ordinis cõſeruatio.

CVnctis in rebus optimus eſt:& maxĩe ordo laudãdus. Sed is ĩprimis in cognitiõe rerũ adipiſcẽda:mirũ in modũ cõducit. Recte ob eã cám Pythagoras Samius feciſſe ꝓbatur:q in diſcipulis erudiẽdis/& tradenda bonarũ artiũ doctrina/diligẽtẽ quãdã/ac accuratiſſimã tpis/atq; ordinis rõnem ſeruauit. Teſtis eſt Gelius librorũ de Noctibus Acticis primo:Pythagoreũ docẽdi morẽ diligẽtiſſime ꝓſecutus. Ariſtoteles philoſophus ĩgenio & ſciẽtiæ copia ꝓſtans:haud lõge ab ea cõſuetudine diſceſſit:crebro admonẽs a notioribus ĩchoandũ:ꝑ quæ ad occultiora ĩueſtigãda/multo facilior aditus patet. Sed & ſecundo Methaphyſicorũ libro:qđ utiq; elegans ĩprimis/atq; abſolutiſſimũ opus eſt:abſurdũ exiſtimauit ſciẽtiã ſimul/& ſciendi rõnẽ/ac uiã iueſtigare. Scite igiſ Ariſtoteles:& q mox illum Peripatetici ſectati ſunt/priuſq̃ altioris Philoſophiæ arcana ꝓferrẽt:diſſerendi rationẽ pulcherrimã tradiderunt. Ea Græce λογικη appellaſ:Latinæ rationalis põt interpretari. Eãq; diſtribuunt Peripatetici in partis duas. Vnã ĩueniẽdi:alterã iudicãdi. Et ea qdẽ:quæ ad iudicãdum ſpectat:a Græcis αναλυτικη a nobis/teſte Boetio:põt reſolutaria nũcupari. Quæ aũt uim ĩueniendi cõplexa eſt:τοπικη a græcis:a noſtris localis appellata eſt. Hæc igiſ diſciplina/quaſi quædã eſt diſſerẽdi magiſtra:diffinita aũt a. M. Cicerone in Topicis ad Trebatiũ:diligens diſſerẽdi ratio:& tum in inuẽtione:tum in iudicatione conſiſtit. Quanq̃ Stoici in altera tantũ elaborandũ duxerint ĩueniẽdi parte penitus derelicta. Sed peripateticorũ probabilior ſnĩa eſt: qui utranuis aſciſcendã putarunt:ut nõ modo rudes:quorũ diſcere eſt:ſed docti quoq;:quibus iudicandi facultas tribuitur:optimum habeant adiumentum:& ad diſcendum & ad iudicandum.

Capitulum. VI. Perfectum donum conſtare re/atq; ſpecie.

PErfectũ donũ:id qđ. F. Victorinus nõ inſcite tradidit:duobus ad plenũ cõſtare uideſ. Re atq; ſpecie. Mellis ꝓponit exẽplũ:cuius res qdẽ in dulcedine:ſpẽs uero in colore cerniſ. Ac uir fortis rem habet uirtutẽ ipſam:ſpẽm pulchritudinẽ:& aptã totius corporis cõpoſitionẽ. Ita quoq; uir magnus/ac plene ſapiẽs/& uera laude cumulatus/rẽ habeat:neceſſe eſt:ſapiẽtiã uidelicet:q in recta uiuẽdi rõne uerſatur:ſpeciẽ aũt eloquẽtiã:ꝑ quã aptis & ornatis uerbis/cæteros quoq; ad bene uiuendũ ĩpellat. Harũ igiſ duarũ rerũ ꝑfectio maior in ſapiẽtia eſt:ſed eloquẽtia quoq; ſplendeſcit plurimum. Quarũ utrãq; aſſecutus. M. Cicero magnũ hoĩs noſtris attulit adiumẽtũ:nec ſolum ad dicẽdi copiam:ſed etiam ad iudicandi facultatem.

Capitulum. VII. Diſcendi aſſiduitas laudatur.

NVlla ſatis eſt ad ꝑdiſcẽdum ætas. Nunq̃ igitur a diſcendi ſtudio feriandũ uideſ: ſed iugi meditatione potius ꝑcipiendæ doctrinæ acriter incubendũ. Gloriari ſolitus eſt ſapiens unus e ſeptẽ Solon: qui ſe quottidie diſcentẽ aliquid dicit ſenẽ fieri. Et Iulianus (niſi me fallit memoria) Iuris cõſultus nõ ignobilis diſcere ſe uelle ꝓfitetur:etiã ſi alterũ habeat in ſepulchro pedem. Nõ deterret Silicerniũ: nõ arcet ĩgraueſcentis ætatis onus:nõ laceſſit capularis ſenex ab hac ꝓclara exercitatione diſcẽdi. Quod ſi diſcere tam diu debemus:quoad nos quãtũ ꝓfecerimus:non pœniteat. Pœnitebit qdẽ ſemp:& parũ uidebiſ:qđ didicimus:ſi & ꝑexigua:& q̃ pauciſſima ſunt:q̃ etiã uir quiſq; ſapiẽtiſſimus cõparauit:præ iis:quæ ſemp & noua cõparanda:& diſcẽda ſuperſunt. Altũ eſt huius magni maris:atq; ĩmenſum pelagus:& qui omne menſus fuerit:eſt in tot ſæculis inuentus nemo. Sed tamẽ ĩfatigato curſu nauigãdum eſt:donec uitæ calcẽ quaſi quendã portũ quietis attigerimus. Siquidẽ ubiq; offerunt ſeſe nobis cunctis opibus ꝓtioſiores merces:& quæ lucidas Margaritas:rutilantes gẽmas:uniones quoſq; fulgẽtiſſimos antecellunt. Quibus uere ditari poſſimus:& affatim opulenti eſſe/magno animo:ĩdefeſſis uiribus laborandũ eſt. Et iis certe opus eſt:quæ ꝓclare a Fabio Quintiliano collecta ſunt:nõ Oratori ſolum neceſſaria:ſed & uiro cuiq; futuro ſapiẽtiſſimo ſtudio ꝑpetuo:præſtantiſſimis præceptoribus: pluribus diſciplinis:nec ſolũ is præcipere putãdus eſt:qui exterius ſonat:& uoce perſtrepit:ſed multo ẽt magis qui interius mentẽ illuſtrat:intellectus inquã is:qui a peripateticis agens appellari cõſueuit. Nã & qui inceptãtes iter ſapiẽtiæ ĩgrediunſ:& q ꝓgrediẽtes ꝓficiunt:ut taceã ꝑfectos doctrina uiros:ac plene ſapiẽtes: audiẽdo/legẽdo/meditan-

do:ſolidiorem indies rerum cognitionem:atq; ſcientiam adipiſcuntur. Siquis igitur attente uoluerit audire: ſtudioſe legere:acriorem mentis cogitationem adhibere:ſummam doctrinæ laudem facillime comparabit. Monet M. Cicero filium ob eam cauſam/ut Chratyppum audiat: Orationes ſuas: & de Philoſophia libros legat: at ſtudioſe legat:& ſummam animi diligentiam adiungat. Ita enim ſtudii noſtri minus pœnitebit: & cum ætate cæteris decreſcentibus:ſola ſemper creuerit ſapientia:ad quam percipiendam tranſmiſere/ac nauigare nonnulli exiliis potius:quam peregrinationibus ſuſcæptis.

ℭ Capitulum. VIII. De quattuor Philoſophorum celebrioribus diſciplinis.

PHiloſophoꝝ diſciplinæ q̃q̃ plurimæ pro. M. Varronis ſententia afferri poſſunt:quattuor tamen celebrantur imprimis. Sed Epicureorum dogma:quod in uoluptate ſummum bonū conſtituit: idq; ſuis cōmodis/nō honeſtate metitur:& ad uoluptatis illecebras:quæ nihil habent cum uirtute cōiunctum tanq̃ ad ultimum bonorum omnium refert omnia:iam pridem ab iis qui recte philoſophantur: reiectum:improbatum:atq; exploſum eſt:ea præcipue ratione:quod infinibus bonoꝝ:& maloꝝ aberrās:nihil de uirtute/nihil de officio/nihil de beneuiuendo præcipere rite poteſt:ſed omnem potius rectam uiuendi diſciplinam peruertit. Quæ una præ cæteris oībus inueſtigatio cōmunis eſſe debet philoſophoꝝ omniū. Reliquæ ſunt Stoicorum/Academicoꝝ/Peripateticoꝝ diſciplinæ:e qbus Stoici uirtutē ſolam:atq; honeſtatē:bonū eſſe ſtatuerunt. Idq; eoꝝ ē firmiter ab iis ipſis παραδοξον cōprobatum. το καλον μονον ἀγαθον εἶναι. Quod īterpretamur. Honeſtū ſolum bonū eſſe. Academici uero:atq; Peripatetici nō ſolum:ſed ſummū bonū/habendā eſſe uirtutem nō abſq; optimis rationibus argumētati ſunt. Atq; utrorunq; una foret:eademq; ſententia:uirtutē cæteris omnibus anteponens:niſi illa potiſſimum ratione diſſiderent:quod peripatetici alia certa:alia incerta eſſe dicunt: Academici abiis diſſentientes:alia probabilia:alia improbabilia eſſe arbitrantur. Sed in uirtute præferenda in unum utriq; conſentiunt:ut non iniuria quæ Academici probant:finitima Peripateticis eſſe perhibeātur/ac ſola certi:& incerti diſtinctione/ſublata haud multum a peripateticis diſſidentia.

ℭ Capitulum. IX. Quod fuit. M. Tullius Academicus:in ibi/quæ ſint maxime academicorum propria.

MArcus Cicero ex omni Philoſophoꝝ numero/Academicos maxime cōprobauit:eorumq; tum ſniam tum etiam rationē diligenter cōſectatus eſt. Quod cæteri Philoſophi:ut in Tuſculanis diſputationibus oſtenſum eſt:certis qbuſdam deſtinatiſq; ſentētiis quaſi addicti:& conſecrati ſint:eaq; neceſſitate conſtricti:ut quæ probare nō ſoleant:ea cogant̄/cōſtantiæ cauſa defendere. Academici uero/quæ probabilia ſunt ſequant̄/nec ultra id progrediant̄:qđ ueriſimile occurrat. Quoꝝ maxime ꝓprium eſt:contra omnia diſputare:qđ id ipſum ꝓbabile:qđ coniectant elucere nō poſſit:niſi ex utraq; parte cauſarū fuerit facta cōtentio. Quibus ꝓpoſitū eſt:ueri reperiendi cauſa:& cōtra oēs philoſophos:& pro oībus dicere. Studio aūt īueſtigādi ueri/ita prorſus ītendunt/ut & referre ſine ptinacia:& refelli ſine iracundia ſint parati. Affirmādi arrogantiā deuitātes:fugienteſq;:quæ maxime ſapiētiæ aduerſatur temeritatē:explorant uelut tranſſugæ quidā aliena caſtra:& reliquoꝝ Philoſophoꝝ ptentant diſciplinas:ſententias ſtudioſius pſcrutant̄:deniq; id ſequunt̄:qđ poſt acriorē concertationem/maxime ꝓbabile eluxerit. Itaq; Academicus Cicero de prouidentia:de natura deoꝝ:Stoicoꝝ argumenta ꝓbauit. Eorundē paradoxa/ammirabileſq; ſentētias mādauit litteris:de animi perturbationibus/Stoicoꝝ diffinitionibus uſus eſt. Pleriſq; in locis de rebus bonis:& malis differens:Stoicorum rationē ſecutus. De officiis uero ſcribens accuratius in tota ea quæſtione:quæ omnium exiſtimatur præclariſſima:potiſſimum e Stoicorum fontibus hauſit. Quanq̃ ſuo quodam iudicio:atq; arbitrio fretus:& Socraticus eo in loco: & Platonicus fuiſſe uideatur. Platonem nanq; Academiæ principē fuiſſe conſtat:Socraticam uero ſentētiam. Stoici præ cæteris tenuerunt:quod ipſius quoq; Ciceronis teſtimonio cōprobatur:qui Paradoxa:quæ tota proculdubio Stoicorum ſunt: maxime putauit eſſe Socratica:longeq; ueriſſima. Quanq̃ ſi recte/ac diligenter hinc Stoicorum:inde Academicorum:peripateticorumq; de uirtute/de officio/de ſummo bono conſiderare ſententiam uoluerimus: liquebit ſane/non tam re:quam uerbo potius diſſentire.

ℭ Capitulum. X. Magnanimitatis laus/ac proprietas affertur in medium.

FVerunt nōnulli:an uitio dandum ſit/ſi ſemper qui ipſe ſibi alicuius rei laudem uendicauerit: faciat uel arroganter quiſq; præclaris qbuſpiam in rebus: cæteris ſeſe ante poſuerit. Quibus ſane reſpōſum ſit: recte Ariſtotelē tradidiſſe:qui in Moralibus libris unā aſſeruit magnanimitatē præclariſſimā omnium eſſe uirtutū. Ea uero circa res præclaras:& ampliſſimos honores uerſatur: & cæterarū ueluti quoddā decus:& ornatus uidet̄ eſſe uirtutū. Eiuſq; ꝓpriū eſt/nec cæteris carere uirtutibus:& eas ſemp maiores efficere. Atq; ut ipſe idem diffinit Ariſtoteles:is certe magnanimus eſt habēdus:q ſe magnis dignatur:cū utiq; magnis dignus ſit. Quod q ſecus fecerit:is haud certe in modeſtus:ſed puſillanimis ſit:& probro obnoxius. Nemo igit̄ aut indecore:aut arrogāter feciſſe Ciceronē arbitret̄:ſi Oratoris laudē ſibi:& eloquētiæ aſſumpſit gloriam:quā utiq; peculiari quodā iure ſibi potuit uēdicare. Et philoſophādi ſciētiam iis cōceſſit:qui plus in ea temporis/atq; operæ poſuiſſent. Bene Fabius Quintilianus. Præcipuū Eloquētiæ lumen. M. Tullium:& unicum apud noſtros orandi ſpecimen appellauit:quippe qui ueluti Rex quidem indicendi facultate:& copia:habendus eē/uideatur. Quem & lepidiſſimus Poeta Catullus/Lepidis quoq; affatus eſt uerſibus.

Diſertiſſimi Romuli nepotum
Quot ſunt:quotq; fuere. M. Tulli
Quotq; poſt aliis erunt in annis
Gratias tibi maximas Catullus
Agit peſſimus omnium Poeta
Tanto peſſimus omnium Poeta:
Quanto tu optimus omnium patronus.

Nam & Quintilianus Ciceronē oſtendit:eorum:qui tum florebant/clariſſimū inter patronos meruiſſe nomen.

¶ Capitulum. XI. Proprium eſſe oratoris apte:diſtincte:ornate dicere.

QVanq̃ in Oratoré quinq; eſſe oportet:quod Rhetores tradunt: inuentionem:diſpoſitionem / elocutionem/memoriam/pronunciationem:tria tamen præcipua eſſe dicuntur:quibus proprium Oratoris conſtat officium. Nam inuentio ad res excogitandas neceſſaria eſt:diſpoſitio : quæ inuenta ordine diſtribuit:elocutio:quæ tum uerborum/tum ſententiarum ornatum adhibeat. Ex his oratoris opus conficitur/ac tam & ſi nec meminiſſe/nec pronunciare uelit:tribus quæ antea expoſita ſunt:perfecta cõſtabit oratio. Hinc. M. Tullius/proprium oratoris eſſe dicit:apte:diſtincte:ornate dicere:tria quæ ſæpe cõmemorauimus:artificioſe complexus. Nam & apte iuenire:& diſtincte diſtribuere:& ornate eloqui:proculdubio debet orator. Huic illud in ſecundo de Oratore libro congruit:quum oſtendit. M. Tullius; proprium Oratoriæ artis eſſe bene dicere:quod eſt:ut ipſe idem interprætatur:ſcienter:& perite:& ornate dicere. Sed non ſolum qui oratoriam exercent dictionem:uerum etiam:qui magnum:& præclarum aliquid:ſcribere/ac litteris mandare uoluerunt/ſi modo uelit lectorem allicere:eadem ipſa ſpectare/atq; ſeruare debent. Quibus prætermiſſis/aut iaceant in tenebris : aut turpiter contẽnantur/neceſſe eſt. Quod cum animaduertiſſet Cicero:nullius pene rei ignarus:illa prodidit in Tuſculanis diſputationibus. Sed mãdare quenq̃ litteris cogitationes ſuas qui eas neq; diſponere/neq; illuſtrare poſſit/neq; delectatione aliqua lectorem allicere:hominis eſt abutentis intemperanter & ocio : & litteris. Cogitatio plane ad inuentionem refertur:quæ in rebus excogitandis ſita eſt. Tum additur/diſpoſitio:deinceps quæ orationem illuſtrat: elocutio : quæ ſi concurrant omnia : ſummam legentibus delectationem pariunt. Quod qui fecerint ſecus : ſuos libros legunt ipſi cum ſuis : nec quiſquam attingit:præter eos:qui eandem ſcribendi licentiam ſibi permitti uolunt.

¶ Capitulum. XII. De duobus orationis generibus:altero dicendi:altero diſputandi.

PRoſuit ſemper diſertis uiris elegans doctrina:doctis plurimum eloquẽtia popularis. Quãuis alia ſit erudita:alia popularis oratio. Siquidem forenſis eloquentia/magna ſæpe : & multa Philoſophis contulit adiumenta:ſed & Philoſophorum diſputationibus/& exagitatur plurimum : & adiuuatur Orator. Verum aliud oratorẽ:aliud decet philoſophum genus orationis. Itaq; recte. M. Tullius duo memorare conſueuit:unum forenſe dicendi:alterũ quietum diſputandi genus. Vis in illo eſt maior : ut quod ad permouendos animos/& efficacius & accommodatius eſt. Quod Philoſophi colunt:æquabile : & temperatum eſt. Quod non modo in libris de officiis:cum in philoſophi:& Oratoris mentionem incidiſſet : ſed & de Oratore ad .Q. fratrum ſcribens/præclare diſtinxit Cicero his uerbis. Aliud enim mihi quoddam genus orationis eſſe uidetur eorum hominum:cum de Philoſophis loqueretur quãuis illi ornate:& grauiter : aut de natura rerum/aut de humanis rebus loquantur. Nitidum quoddam genus eſt uerborum:& lætum:ſed paleſtræ magis/& olei:q̃ huius ciuilis turbæ/ac fori. Nam paleſtræ uidetur concertatio mollior : forenſis turbæ maior/acriorq; contentio. Illud quoq; quod in oratore a. M. Cicerone dictum eſt:ab hoc propoſito nequaq̃ abhorret. Dulce orationis genus:ut ſolutum:& effluens ſentẽtiis:argutum eſt in illo epidictico genere:quod diximus proprium Sophiſtarum pompæ/q̃ pugnæ aptius:Gymnaſiis:& paleſtræ dicatum:ſpretum:& pulſum foro.

¶ Capitulum. XIII. Philoſophum & Oratorem. M. Ciceronem fuiſſe.

PVlchre. M. Tullius diſtribuit ſuæ tempora ætatis/alias in Philoſophia/alias in dicendi arte uerſatus. Neq; enim hæ ſibi repugnant diſciplinæ:ſed arctiore potius inter ſe ſocietatis uinculo coniunguntur. Vna philoſophia ingenuarũ omnium mater eſt artium:ab eius profecta fontibus eloquentia. Quandoquidem omnis illius ubertas: & quaſi ſilua dicendi:ut in oratione ꝑditur:a philoſophia ducta eſt. Vt bene/ac laudabiliter feciſſe uideantur:qui in utriuſq; generis facultate uerſentur : quæ quidem laus uni ante alios. M. Ciceroni merito tribuenda eſt:qui philoſophiam atq; eloquentiam ſecutus/eorum iudicio : qui ſolertes ſunt:plurimum in utraq; profecit. Indicant non modo orationes eius grauiſſimis refertæ philoſophorum ſententiis:ſed & per multi:qui ab eo grauiter:ſplendideq; in philoſophia ſcripti ſunt libri. Quare & Lactantius Firmianus primo diuinarum inſtitutionum libro. M. Tullius/inquit:non tantum perfectus Orator : ſed etiam philoſophus fuit. Siquidem ſolus extitit Platonis imitator. Et diuus Hieronymus noſter in ſuis elegantiſſimis commentariis. M. Tullium philoſophum pariter/atq; Oratorem appellauit. Cuius teſtimonium grauiſſimum omnium mea quidem ſententia non iniuria putandum eſt. Nec in una tantum philoſophiæ parte elaborauit:omnes complexus eſt. Quod Topica in diſſerendi arte:multa de multarum rerum natura conſcripta uolumina: plura de uita:& moribus:quæ pene omnibus in promptu ſunt/monumenta declarant.

¶ Capitulum. XIIII. Magnam eſſe laudem aſſecutos:qui ſapientiam cum Eloquentia iunxerint.

MAgna ſunt laudem aſſecuti:qui in rerum cognitione floruerunt:ſed illi maximam præter cæteros qui ſapientiam cum eloquentia iunxerint/& ad multarum rerum doctrinam etiam florem orationis : & nitorem uerborum adhibuerint. Hoc numero optimo iure apud Græcos haberi potuiſſent Plato/Demoſthenes/Ariſtoteles/Iſocrates/Theophraſtus/Demetrius Phalereus ſi non eorum quiſq; ſuo delectatus ſtudio/cætera contempſiſſent. Platonis inprimis : ſumma rerum omnium doctrina in propatulo eſt. Atq; ob eam cauſam/ut philoſophiæ parens Socrates ita philoſorum deus cognominatus eſt Plato.

¶ Explicit/quod inuenitur Libri. III. Stromatum Auguſtini Dathi.

Augustini Dathi Senẽſis/Sermo de uoluptate:in quo interrogans Aporetus:reſpõdens uero Crito idućitur.

APORETVS. Conſidebamus heri ſub rupe auguſti Sacelli:inq; apricis praerupti ſaxi locis/nimiũ ſaeuiẽtis Boreae ſpiritum uitabamus/tum coepiſti pro tuo more multa diſſerere/& miſcere multis de rebus uarios ſermones. Cumq; hortãtibus nobis de maloꝝ/ac bonoꝝ finibus inumeras pene philoſophoꝝ ſentẽtias memoriter retuliſſes:uiſus es Epicureos:q̃ caeteros omnis uituperare remiſſius:quorũ factionẽ magno ubiq; cõſenſu ſapiẽtes uiri deſpicere/atq; iprobare cõſueuerunt. Hodie(niſi fallor)utriq; ocium datũ eſt:ut tu aperire:q ita ſentias ego te ꝑcipientem audire facile poſſimus. Reliquũ eſt igiť/ut uehemẽter cupiẽti mihi gratificari uelis. Crito. Volo eqdẽ/nec uſquã incolumi uerae amicitiae lege tuae uoluntati deero:quae quãtũ apud me auctoritatis habere debeat:manifeſtius abſte itelligi:q̃ cuiuſq oratione explicari poſſit. Verum nihil eſt:qđ iſta tantopere de me petas:quae ego narrare iucũdius uolo:q̃ tu audire auide cõcupiſcas. Ac bene Charinus ille Terentianus. Neutiq̃m liberi/atq; igenui hois officium putat eẽ:cũ is nihil ꝓmereať:poſtulare id gratiae apponi ſibi. Quin potius oratum te uolo eẽ:ut nõ moleſte audias. Aporetus. Belle res ſe habet:quãdoqdẽ ita cõparatum eſt:ut q maximũ beneficiũ cõferat/eo apud quẽ locetur:gaudeat uehemẽtius. Regalis iſta cõſuetudo eſt:qđ Artaxerxes Xerxis filius ſentire ſolitus erat:ut lõge magis deceat Regẽ facere incremẽtum:q̃ pati. Crito. De pecuniis arbitror:iſta ſentiebat Artaxerxes:quas uel cõtemnere:ſi nõ habẽtur:uel ad beneficientiã cõferre:ſi poſſidenť magni:atq; excaelſi animi eẽ philoſophi putauerunt. Id aũt cũ & Ptholomaeus Lagi filius uerum eẽ ſtatueret:oĩa in amicos ꝓfundens:praeter neceſſaria poſſidebat nihil:qđ non tam Regium foret locupletari:q̃ alios locupletes efficere. Alexãder quoq; ille Magnus/cũ ſeſe gloriãdo eřerret:dicere ſolebat:ut ex ſibi in amicos Darii diuitias ſuſfeciſſe. Quod.n.põt eẽ in principe:& in magno uiro:bonũ oino praeſtabilius/uel potius(ut ait Dionyſius ſenior)qđ aliud põt bonũ eſſe:q̃ in alios conferre beneficia? Sed longe diuerſa ratio eſt pecuniaꝝ:& eaꝝ reꝝ:q̃ ad animũ ſpectant:qualis uirtus/qualis doctrina/qualis gratia habẽda eſt. Atq; ob eã cãm/& M. Tullius in oratione illa ornatiſſima pro CN. Planco diſſimilẽ argumẽtať eẽ pecuniae:& gratiae debitionẽ:qđ qui pecuniam diſſoluit:ſtatim nõ habet id:qđ reddidit:qui quũ debet:is retinet alienũ:gratiã autẽ/& qui refert habet:& qui habet in eo ipſo qđ habet:refert. Nec tamẽ qa uerba eius loci rep̃hẽdit Antonius Iulianus:inia quoq; repraehẽdi põt:qua nihil queat uerius reperiri:nec de gratia ſolũ intelligi:ſed ad ea oĩa quoꝝ ad aĩum poſſeſſio pertinet:dicta poſſunt ſuperiora referri. Nam pecunia ſi cõferť:tantũ decedit tribuẽti:quãtũ ei accedit:qui illã accepit. Sed bona illa animi/nõ modo dando nõ exauriunť:ſed ẽt plurimũ augeſcũt. Quin ẽt nõdum uere quiſq his bonis potitus eſt:quoad coeperit ipartiri cũ aliis. Aporetus. Dicis ꝓbe. Nam & Auguſtinus noſter in eo libro:qui de Doctrina chriſtiana iſcribiť:Omnis res/inquit:quae dando nõ deficit:dum habeť:& nõ datur:nõdum habeť quomodo habẽda eſt. Itaq; ut tu quoq;:quae noſti:eo modo habeas:quo habẽda ſunt:cupis eadẽ cõmunicare cum aliis:ſed cũ eis potiſſimũ:q tua doctrina/atq; iſtitutione delectanť. Crito. Iſtuc ipſum nõ enim metuẽdum eſt mihi:ut amittam:ſi alii acceperint. Apo. Verum dicis. Sed obſecro te:nunc iam diſſere:quae de uoluptate/quaeq; de Epicureis:praeter uulgatam omnium fere philoſophorum opinionẽ ſentire uideris. Cri. Satius eſt:ante q̃ ſermonẽ ipſum exordiamur rupem noſtram repetamus:qđ tam iucundum habitaculum eſt:ut iam cũ Socratica Platano:cum Mariana quercu/cũ Vliſſea palma cõferri poſſit. Apo. Recte admones. Nam & dulce ibi ocium eſt hac diei hora:& uenti omnes ſilent. Accedit eodem Solis refectio:quae glaciali frigore:& ſeuo uẽtorum flatu rigentes artus:plurimum fouet/ac recreat. En tibi opportune rupes optata adeſt.

APoretus. Quid eſt obſecro te Crito:qđ uoluptatẽ tantope iſectemur:q̃ ex uirtute atq; honeſtate proficiſci uideamus? Cri. Erras Aporete:ſi eandẽ uoluptatẽ putas eẽ:& q̃ ſapiẽtes uiri iſectanť:& q̃ ex uirtutis/atq; officii fontibus duciť. Lõge qdẽ alia haec res eſt. Apo. Vnã ſemp exiſtimaui eẽ uoluptatẽ Crito quae hoiem ipſum iucũditate quadã/ac delectatione afficiat. Huius aũt ea ratio eſt:ut niſi ex ſola uirtute manare aliunde nõ poſſit. Cri. Nimiũ Aporete falſus es:ſiquidẽ unũ ſolũ cõſtituis genus uoluptatis. APO. Quid ita? Nõne uirtus:atq; honeſtas p ſe qde facit uoluptatẽ? CRI. Facit:nõ.n.iſicior. Quid tum? APO. Cõſtat mea ſnia:ſi ita eſt:uerã/uel ſolam potius uoluptatis cãm:ipſam eẽ uirtutẽ. Ita fieri deinde:ut quũ a uirtutis ſeminariis ꝓferať:uoluptas p ſe ſit laudabilis. Quid.n.eſt uoluptas aliud:niſi iucunditas q̃dam animi:q̃ uirtutis ipſius fructus eſt? Alioqn abſurdũ eſt/res tam diſpares:tanq̃ diſſimiles unius nois appellatiõe nũcupare. CRI. Video ſane is tibi ortus ſit error neq;.n.arbitraris parẽs:ut res tam lõge iter ſe diuerſas atq; contrarias eodẽ ois uocabulo cõplectamur:ut ſi bonũ:& malũ uirtutẽ qſpiam appellare uelit/cũ tamẽ aliud bonũ ſit:aliud malũ. APO. Prorſus ita eſt:ut dicis Crito. CRI. Sane frugi homo es aporete:q nullã aliã:ꝑterq̃ honeſtã pceperis uoluptatẽ. Diſſentis tu qdẽ a uulgo hoium. Et.n.p paucos puto eẽ:qui iſtius ſolidae uoluptatis ſtabilitatẽ ſentiãt. Plerią; obſcenis/ac lutulẽtis ſeſe igurgitãt uoluptatibus: APO. Voluptates appellas Crito? Qui fieri põt:ut ita nominenť. CRI. Quin taces Aporete. Neſcis unde uoluptatis ductũ ſit nomẽ. Apo. Micto nomẽ. Rem quaero ipſam. Cri. At nois quoq; habẽda ratio eſt:& prius qdẽ nois iueſtigari uis ſolet/tum de re ipſa agi. Apo. Vnde eſt igiť uoluptas? Cri. A uolupia inq̃:q̃ & Veneris miniſtrã fuiſſe tradunt. Qđ ſi ad Venerẽ ptinet:nõ dubiũ ẽ:qn & obſcena uoluptas ſit:cui Venerẽ ꝑeſſe ferunt. Apo. Nũc audio primũ Volupiã cõmemorari Crito. Vide ne tute illã ad libidinẽ fingas. Cri. Parum mihi apud te eſt fidei Aporete. An nõdũ accaepiſti Volupiã diuã eẽ habitã apud ſtultos ueteres? Apo. Certe nunq̃. Cri. Colebať religioſe quõdã Volupia:& ſacellũ habebat:q̃ſi auguſtiſſimũ numẽ:inquo & diuae Angeroniae Põtifices ſacrũ faciebãt. Apo. Quã ob rem iſthuc tandẽ Crito? Cri. Angeroniae diuae ſimulacrum

in ara Volupiæ obligato:obſignatoq; ore ,ppterea collocarunt ueteres:qd:qui angores ſuos/ac moleſtias diſſimularent:atq; æquo aĩo paterent:ii ,pculdubio patiẽtiæ beneficio:maximas uoluptates cõſequerẽtur:qua ex re etiã Volupiã ipſam uoluptatis præeſſe dignoſcit:a qua ẽt uocabuli originẽ/rõnemq; traxerũt. Apo. Iam noui iſta Crito:q̃ nõ mihi ſolũ:ſed pleriſq; noua:& inaudita eẽ reor. Sed q̃ iſta Angeronia eſt? Cri. Et ipſa diua Aporete ita appellata:qd angores/ac ſollicitudines aĩoꝝ ,ppitiata depellat: ut ait Verius Flaccus. Sed ad uoluptatẽ redeãus: ſi libet. Apo. Percupio Crito/ac niſi moleſtũ eſt:diſtinguæ illã mihi:ut quotuplex ſit:ĩtelligã. Cri. Faciã eqdẽ Aporete. Sed prius eruditæ/ac pdoctæ uetuſtatis animaduerte cõſuetudinẽ. Apo. Quæ iſta eſt? Cri. Dicã medius fidius ſi æquo aĩo audire uolueris. Apo. Iſthic ſum. Nã qd poſſit mihi eẽ iucundius? Cri. Multa ſunt : ſi accuratius pſpexerimus:q̃ & in bonã partẽ ueterũ uſus:& in malã uſurpauit. Nam tẽpeſtatẽ:& bonã/& malam dicimus. Facinus item/& turpe/& clarũ. APO. Duo iſta frequẽter & audimus/& legimus. Cri. Sed audi:ſunt alia quoq; multa. Doſum/gratiã/ĩduſtriã/piculũ:uenenũ/cõtagiũ/honorẽ & in laude:& in uituperatione poſita eẽ in ueterũ monumẽtis reperimus. Fortunã quoq; & ſecundã:& aduerſam dicere ſolemus. Apo. Memoriter iſta collegiſti Crito. Cri. Alia pterea ſunt:q̃ eadẽ rõne & bona dicimus:& mala. Apo. Dic:quæſo & q̃ reliqua ſunt eiuſcemodi. Cri. Scis tris eẽ pcipuos animi affectus? Apo. Num irã:libidinẽ/cupiditatẽ dicis? Cri. Iſta ipſa. Apo. Memini alias de te audiſſe Crito:ſed qd tãdẽ de his? Cri. Audies. Præclare:& enucleate de his affectibus Firmianus Lactãtius diſſeruit/ac demũ oſtẽdit tria hæc/tũ laudi dari:ſi ſuos limites fineſq; ſeruauerint/tũ uitio:quũ a naturæ rõne receſſerint. Apo. Quonã modo ĩtelligis Crito? Cri. Quia cupiditas hoĩ data eſt ad ea cõparãda:q̃ uitã tueri poſſit/nec noſtrã ſolũ:ſed eoꝝ etiã:q nobis chari eẽ debẽt. Apo. Teneo iam iſtud. Libido aũt q̃uo põt turpitudinis expers eſſe? Cri. Iſta ĩprimis neceſſaria eſt hoium generi. Apo. Qui fieri põt Crito? Cri. Cupiditas namq; ad ſinguloꝝ hoium ſalutem ſpectat:& ipſoꝝ ĩdiuiduoꝝ:ut Phi tradũt. At libido ad totius hũani generis ſalutẽ:cõſeruationẽq; referri cõſtat. Siqdẽ libido porrigit/ac ,ppagat Sobolẽ/atq; hinc eſt:qd idẽ autor ſuauiſſimus teſtaẽ ĩ hoĩbus:cæteriſq; aĩantibus diuerſitatẽ ſexus:coitionẽ:generationẽ nullã habere rõnẽ aliã:niſi ut oĩa genera uiuẽtiũ:qd ſint cõditione mortalitatis obitura/mutua poſſint ſucceſſione ſeruari. Apo. Perplacet. Sed qd ira? Num & bona erit? Cri. Plane erit & bona ira Aporete ſi pter rõnẽ nõ ſeuiat. Iræ namq; affectus neceſſarius eſt ad frenãdã ĩprobitatẽ eoꝝ:q in nr̃a ſint ptãte:ne ĩpunitas licẽtiã:licẽtia uero pariat audaciã:q̃ ad omne flagitiũ:ac ſcelus euadat:atq; hinc eſt:qd peripatetici iracundiã laudãt:& utiliter dicũt a natura nobis datã. Quãobrẽ tam cupiditas:& libido:q̃ ira affectus ſunt neceſſario nobis a natura tributi/ac laudaẽ qdẽ:ſi pſcriptos limites nõ trãſcẽderint. At ſi ira ultionẽ:ultra pſcriptum rõnis cõcupierit:ſi cupiditas opibus/ac diuitiis ſatiari nõ poſſit:ſi libido ĩ obſcænas uoluptates feraẽ/tum ſine dubio/mẽtes hoĩum uexãt:animoſq; ipſos:q̃ſi furiis qbuſdã exagitatos:in omne:ſcelus pcipites agũt/ac reſpirare nõ ſinunt. Veꝝ ne uagemur lõgius:ad uoluptatis qõnẽ redeamus. Apo. Nõ dici poſſit Crito:q̃ gratũ mihi fuerit etiã iſthæc noſſe. Itaq; diſſerẽte te Crito de tribus affectibus:uideor iam mihi ppulchre de Voluptate ratiocinari. Cri. Nunc plane rẽ oẽm cognoſces Aporete. Nã ignoratiõe partitionis:etiã magni qdã & ſumma auctoritate philoſophi in grauiſſimos errores ĩciderũt. Lege ueterũ libros de Voluptate:magnã quãpiã reperies pugnãtiũ cõtrouerſiam:ut accuratius cõſiderãti delirare potius:q̃ philoſophari uideanẽ. Apo. Quorſum iſthuc Crito? Cri. Quoniã de uoluptate alii alia ſenſerũt. Apo. Diſſenſerũt potius. Cri. Recte dixiſti Aporete. Apo. Vis ne : qm̃ tam magnũ hac de re ĩter Philoſophos certamẽ eſt ipſoꝝ deliramẽtis ommiſſis:qd ipſe ſentias:explicare? Cri. Volo equidem. Neq;.n. poſſit quicq̃ mihi eẽ iucundius:q̃ iis de rebus colloqui:q̃ cognitæ uel plurimũ afferũt utilitatis. Apo. Præclare facis Crito quãdoqdẽ docti hoĩs eſt:nõ ſolũ poſſe:qd philoſophi tradunt:ſed ẽt uelle docere. Cri. An ne nobis ſolũ:qd dici ſolet:uiuimus:nõ patriæ nati ſumus:nõ amicis? Apo. Id pfecto eſt qd & ad Architã Tarẽtinũ perpulchre ſcribit Plato:illius(ut arbitror)eruditionis:& doctrinæ cupiẽtiſſimus. Cri. Noſtra hæc mens eſt aporete:ut oĩbus in rebus/qd maxĩe ueꝝ ſit:exqramus. Itaq; & de uoluptate exponã:qd ſentire ipſi debeamus : ut quoad poſſim/ac liceat:omni errore libereris:& primũ qdẽ quotuplex ſit:ĩtelligẽdũ puto:deinde qd ſit:qd uoluptatẽ cõtẽnẽdã ſuadeamus:poſtremo q̃ magno diſcrimine a uirtute/ac uera laude ſeiuncta ſit. Apo. Luculente exorſus es. Perge. Cri. Dicimus & bonã eſſe uoluptatẽ:& malam. Omne namq;/quo gaudemus(ut etiã aiebat Epicurus)recte appellaẽ uoluptas. Nam ſiue aĩo:ſeu corpore pcipias uoluptatẽ/aut cũ ratione id agitur/aut præter rationem & primo qdem modo iuſta:& honeſta cõflatur uoluptas:altero uero turpis/atq; illiberalis. Hinc eſt.n. qd eximius Orator/ac magnus pariter Philoſophus Cicero inquit. Aliud gaudiũ eſſe:aliud letitiã:& gaudiũ:& lætitia utrũq; aliqua uoluptas eſt. Sed gaudiũ qdem ſtabili quadã firmitate animi:& conſtantia a rationis ſemita nunq̃ diſcedit. At cõtra letitia ĩmoderatius effertur:& mẽtis ipſius ſtatũ pturbat:atq; confundit. Illud etiã rationis magis ,ppriũ eſt. Hæc potius ad eneruatã/ac molem animi inferiorẽ partẽ refertur:& prior quidẽ uoluptas niſi uirtus præceſſerit:nullo pacto in hoĩe inueniri poteſt. Altera uero plærunq; flagitioꝝ labe:& ſordida fœditate cõficitur. Vtraq; aũt uoluptas tum honeſta/tum etiã põt & corporis eſſe:& animi. Alia enim uoluptas dicitur:quum ſenſus corporis laudabiliter/ac modice in ea:quæ obiecta ſunt:ferunẽ. Alia quum uel turpiter/uel ĩmoderate mouenẽ. Nam põt quis dum cibũ ſumit eſuriens:dum potũ ſitiens:& famẽ:& ſitim explere/nec indecore/nec turpiter. Cõſimili quoq; rõne:q cõnubio iuncti ſunt:poſſunt illi qdem uel honeſtiſſime dare liberis operam/ac propagandæ ſoboli indulgere:ſicut contra magna eos uituperatione dignos ducimus/qui auidius:& quaſi ferarum more aut gulæ:& uentri/aut peni/ac Veneri dediti ſunt. In probro enim ſunt:ad quos Lucilius exclamat.

Viuite lurcones:comeſtones uiuite uentri.

Quid de his loquar:qui in lupanaribus:qui in ganeis:q in luſtris quottidie uerſanẽ/ac uelut lutu tantæ in cæno? Sed ipſe quoq; animus alia afficitur uoluptate:quũ recordatione cultæ uirtutis : & recte factoꝝ cõſcientia letaẽ. Alia cum aſpectans formoſam uirginem mæchatur intrinſecus : & turpem uoluptatem inani cogitatione depingit/quo in genere illi etiam collocari poſſunt:qui lætantur quum male fecerint:& exultãt rebus peſſimis. Vtraq;

uero indigna hominis præſtantia uoluptas eſt tum ea quæ titillat membra.

Explicit quod inuenitur/& extat huius libelli/ab Augu. Datho/de uoluptate compoſiti.

AVguſtinus Dathus inchoauit librũ/in quo de uoluptate ageret:ut uideris/nec tamẽ peragit. Succurrẽte aũt noua materia cõponẽti. Aug. in ipſo ueluti quodã mentis ardore:& igenii cõflictu:diſcurſuq; animi:atq; agitatione: intellectus & rõnis idagine/uti uſu uenit ſcribẽtibus frequẽtiſſime: magnis ꝑſaepe tum de rebus:& arduis acerrimo uiris igenio/idem iterũ opus aggreſſus eſt Dathus: & de uoluptate incæpit:ueluti principio diſputare ſub ꝑſonis Aporetis:atq; Critonis/ea uidelicet mẽte(ut arbitror)ut bene hac de uoluptate diſputatione reſoluta atq; ptrita:ex duobus unũ opus cõficeret/& quæ minus apta/atq; cõnexa inter ſeſe uideret/cõgrua deinceps uerboꝝ ſerie:& cõcinna copulatione/atq; imediata(ut ſic dixerim)textus compage/ac perpetuo orationis filio cõtexeret:atq; cõiungeret/& in optimũ ordinẽ quæq; diſponeret:cunctaq; ad idem dirigeret ſignum/ac ueluti bonus agricola paſſim ꝑ agrum/hoc eſt librum ſparſos frugũ manipulos.i.optimas quaſq; ſentẽtias lepide orationis ſale cõditas:ſelecto infœlici lolio/ac ſterilibus auenis/qđ eſt falſis reiectis/horridioribus amputatis/in aream aſportaret/ac redigeret in eundem cumulum/hoc eſt uerũ/ac ſolidum iudiciũ rationis: atq; interioris hominis examẽ/ac trutinam/atq; memoriã bonoꝝ oĩum diſciplinarum theſaurũ ſecuriſſimum: ut ita mox facile puta tritici grana:remotis purgamẽtis oĩbus:atq; inutili acere excuſſo depromeret:hoc eſt ad unguẽ/ac rubricã:& punctũ libellus iſte caſtigatus:atq; cõpoſitus foret optimũ/ac ſuauiſſimũ bonaꝝ mẽtium alimẽtũ: & ſalutare uiaticũ prius forte ſtudioſis errantibus/nunc Regia uia Auguſtino duce/ad ueram iter facientibus uoluptatẽ. Nobis aũt/ne ameniſſimã patris orationẽ/duris alieni ſermonis ſentibus horridam redderemus:ac ſplendidiſſimo ſuæ orationis fulgori/ac nitori uerboꝝ tenebras offunderemus/placuit/ac uiſum eſt:in apertũ chariſſimi patris nuda:& ut ſeſe habeant:referre omnia. Sũmonemus & uniuerſos:& ſingulos:Augu. ſi poſtremã manũ his impoſuiſſet opuſculis/ac reliquis:quæ cõpoſuit:& dicturum fuiſſe hac de re.ſ.de uoluptate: & cæteris longe plura immutaſſe haud pauca/ac dempſiſſe non nihil. Taceant igitur maledici/atq; maliuoli: & non quale nunc ſit hoc opus:& alia. At qualia fuiſſent completa:atq; emendata conſyderent.

APo. Quid eſt obſecro te Crito:quod plerĩq; uoluptatẽ tantopere inſectemur:quã ex uirtute: atq; honeſtatis fonte ꝓficiſci uideamus? Cri. Erras Aporete:ſi eandẽ putas eſſe uoluptatẽ & quã ſapientes uiri inſectant̃: & quæ ex uirtutis/atq; officii fontibus ducitur. Longe qdẽ hæc ab illa eſt/ac præter nomẽ cõmune cũ illa habet nihil. Apo. Quid eſt uoluptas aliud niſi iucunditas quædam: qua uel ſenſus ipſi corporis:uel animus iucunde moueẽ? Cri. Vides ne Aporete duplicẽ te cõmendare uoluptatẽ: & alterã qdẽ corporis:atq; animi ipſius alterã? Apo. Prorſus uideo. At utrunq; tamẽ iucunditatẽ quãpiẽ eiuſmodi eſſe conſtat: ut naturã hoĩs moueat/ac delectet atq; unde illa ſit:certe ꝓbari debet:quia delectat/nec ẽ:quod præter uitæ iucunditatem aliud mea ſnĩa nobis quærendum ſit. Cri. Alter ſubotiris Epicurus uoluptatis defenſor: doloris/ac laboris expulſor. Apo. Epicurũ neſcio at hoc ſcio capi uel optimũ quẽq; uoluptatis illecebris:doloris aũt reiicere/ac refugere aſperitatẽ. Cri. Nõ dicis nihil Aporete:ſed id quale ſit:nõ ſane ſatis animaduertis:ut mihi qdẽ uidetur. Apo. Quid animaduertã? Illud Virgilianum in promptu eſt. Trahit ſua quẽq; uoluptas. Quod nemo/uel ad unũ qdẽ poſſit oĩno expers eſſe uoluptatis:& alius alia uoluptate capiunt̃. Id latet neminẽ:ſed certe nemo non uoluptatẽ aliquã cõſectatur:qđ eſt nõ ambiguũ documẽtum:uoluptatẽ eſſe præcipuum bonũ:ad qđ ducimur qdem/ac trahimur oẽs. Omniũ uero aliqua in re cõſenſio:rei ipſius dignitatẽ:ꝑfectionemq; demonſtrat. Cri. Fallit te animus Aporete:omniſq; erroris tui cauſa hinc nata eſt:quod ueterum noſtroꝝ uſus: res ſuo ingenio diuerſas/ac natura ſeparatas:nominis unius appellatione cõfundis. Apo. Cõpertum eſt mihi etiã apud eruditiſſimos uiros/quãlibet ſiue animi:ſeu corporis iucundam motionẽ:uoluptatẽ appellari. Quod ſi ea eſt:quã tu ipſe conſtituis/uoluptatum diſcretio:per abſurdum mihi qdem uidetur res tam longe inter ſe diuerſas uno:atq; eodem uerbo nominari. Valde equidem inquã ad miror:nec eſt aliud quicquã:qđ mihi ſtultius uideri poſſit:q̃ res adeo diſpares/atq; cõtrarias/unius nominis appellatione cõtineri:ut ſi bonũ/ac malum/uno uirtutis noĩe complectamur. Cri. Rem non tam omnibus(ut arbitror)admirari uideris Aporete. Nam ſæpe id:uel a doctiſſimis ueteribus uſurpari conſueuit. Apo. Fortaſſis iſtud contingat patrii Sermonis egeſtate:quod ait Lucretius.

Nec me animi fallit Graiorum obſcura reperta
Difficile illuſtrare Latinis uerſibus eſſe.
Multa nouis uerbis præſertim cum ſit agendum/
Propter egeſtatem linguæ/& rerum nouitatem.

Cri. Si aliis in rebus forte iſta uerboꝝ penuria uſu uenit:in hac una:de qua agimus:magna copia: atq; ubertas eſt potius. Nam & uoluptatẽ/& delectationẽ/& iucunditatẽ/& gaudium/& lætitiã/& alia etiã cõplura:quæ tu non ignoras:eſt apud ueterũ noſtroꝝ auctoritatẽ inuenire:quæ oĩa tam etſi idem nobis ſignificare uideant̃:eruditorũ tamẽ ueterũ uſus ſubtiliore diſcrimine ſecernit. Apo. Non ſimplicẽ igitur cõſtituis uoluptatẽ? Cri. Prorſus. Apo. Potes ne dicere:quotuplex ſit iſta uoluptas? Cri. Certe multiplex. Sed triplicẽ ſolent afferre:qui iſta quærunt diligentius:atq; unã qdẽ ſordidã:& hoĩs idignã ꝑſtantia:q̃ omni:& odio:& uituperatione digniſſima eſt:uirtutis: ac ſapientiæ inimica:quale ſit rape uirginẽ:optatis potiri amoribus carnis illecebris titillari:diffluere delitiis: atq; alia eiuſcemodi. Altera uoluptas ẽ hõeſtiſſima:illa qdẽ:& uel ampliſſimis efferẽda laudibus:q̃lis eoꝝ:q uirtutis: atq; officii exercitatiõe uerſant̃. Sed & eoꝝ quoq; ꝓbamus uoluptatẽ:q altiore delectati cõtẽplatione:ſingulari quodã:atq; inenarrabili afficiunt̃ gaudio. Tertia eoꝝ:q ſenſuũ motu:uis/q ad uitã ꝑtinẽt:delectant̃. Ruſum & bonã ſcimus eẽ uoluptatẽ:& malã:& bona qdẽ eorũ ẽ:qui rebus bonis:honeſtis:laudabilibus delectant̃. Mala/& ſordida eoꝝ:q obſcœnis libidinibus/atq; idignis uoluptatibus capiunt̃. Apo. Nũc audio primũ Crito:q̃ erudite attuliſti:duplicis uoluptatis rõnẽ. Sed tu/uel im:latius eadẽ nobis aperias:niſi moleſtũ eſt. Cri. Quid moleſtũ inqs? Eſt ne:qđ mihi poſſit eſſe iucundius Aporete:q̃ gratificari iis:q reꝝ ſcientia:& cognitione delectãtur? Apo. Recte tu quidẽ Crito. Quãdoqdem docti hoĩs eſt nõ ſolum poſſe:quod philoſophi tradunt:ſed etiã uelle docere. Cri. An

nobis ſolū uiuimus:& nō patriæ/neq; amicis nati ſumus? Apo. Certe.i.qd & ad Architā Tarentinū pulchre ſcribit Plato/illius(ut arbitror)doctrinæ:atq; eruditionis cupientiſſimus. Sed iā diſſere queſo de Voluptate/q̄ ſentis:& qbus magnis iplicabar antehac erroribus libera. Cri. Faciā eqdē:quoad mihi licebit. Apo. Id mihi haud dubie ſatis eſt crito/atq;:qd̛ ꝑterea inquirā mō/reliquū eſt nihil. Cri. Audiſti ne:q̄ uaria ſit etiā apud magnos Philoſophos de uoluptate cōtentio? Apo. Audiui.& qdē ſæpius. Gratū tñ mihi futuꝶ eſt ſi uarias ea de re ſniās explicaueris. Cri. Facile iſtud qdē eſt. Nā fuere nōnulli:q dicerēt uoluptatē ipſam: cū expetēdā pp ſe/ tū etiā eſſe ſummū bonū/ut Ariſtippus:Atq; Epicurus. Alii cōtra uoluptatē eē ſūmū malū arbitrati ſunt:quoꝶ Antiſthenes fuit oium priceps. Speuſippus:& oēs fere ueteres Academici exiſtimauerūt:& uoluptatē:& dolorē:& duo mala eē:& oppoſita iter ſeſe. Id aūt bonū iudicarūt:qd̛ inter uoluptatē:& dolorē mediū eēt. Zeno uoluptati nec multū tribuit/ nec magnū ēt indixit bellū:ſi qdē putauit indifferēs qddā eſſe:ut ita dicā:qd̛ ē neutrū:quale Græci appellare cōſueuerunt. At Critolaus peripateticus rē leuiſſimā exoſus:uſq; ad eo uoluptatē aſpernatus: & inſectatus eſt:ut nō mō exiſtimarit ſummū malū eē:ueꝝ etiā:& pleraq; maxima inde flagitia/ac deteſtabilia mala ꝓfluere: iniurias:deſidias: obliuiones:ignauias. Addit Diogenes Tyrannos cōes hoſtes humani generis: ſubuerſiones urbiū:bella:& hoſtilia:& ciuilia:ſed & plus q̄ ciuiles pugnas ex uoluptatū manere delitiis. Quid dicā de Platone? Qui ita uarie/ac multipliciter pluriſq; locis đ uoluptate diſſeruit:ut ſupiores ſniæ:& ſi tā uariæ:tāq; diſcrepātes ſint:ex eius tñ ſermōe/ac fontibus ꝓfluxiſſe uideanť. Calipho aūt:& Dinomachus ita tādē magnū bonū dixerūt eſſe uoluptatē:ſi illi fuerit uirtus adiūcta. Chriſippus uoluptatē ꝓbauit: nec bonū eſſe/neq; finē. Hæc ſunt(niſi fallor)tritæ de uoluptate ſniæ. Apo. q̄ magna iſthæc cōtrouerſia ē. Cri. Sic ſe habēt nři pħi. Pugnāt ipſi inter ſeſe/ ac diuerſis opinionum diſceptationibus ita diſſentiūt:ut nihil abſurdius/aut dici/aut cogitari poſſit. Apo. Turpe iſtud qdē eſt mea ſnia:Philoſophis ꝑſertim quos uitæ magiſtros:& ueritatis cōgſitores uulgo eſſe arbitranť. Sed ꝑge:quæſo/atq; qd ipſe ſentias de uoluptate:ediſſere. Cri. Duo uoluptatis ſunt genera:ut pauloante oſtēdimus. Apo. Age iā cōcedo iſtud. Id explica potius:utraq; uoluptas:quæ:q̄lis ue ſit. Cri. Si diffinitionē queris:honeſta uoluptas ē iucūditas quædā mētis:& gaudiū cū recta animi rōne:quæ nunq̄ niſi ex uirtutis opeꝛ:atq; actione cōficiť. Virtus nāq;:& officiū p ſe:& letitia/& uoluptatē efficit:atq; hæc qdē uoluptas niſi uirtus ꝓceſſerit: nullo pacto i hoie inueniri pōt. At uero turpis uoluptas ē iucūdus motus iferioris partis ai:q̄ ꝑter rōnē ad aliq̄ flagitioſam libidinē/atq; obſcœnā uoluptatē cōcitať/atq; ꝓpelliť/ac ſupior qdē uoluptas ſtabili firmitate aīa:atq; cōſtātia: in rōnis arcē ſe recepit:& firmo ſe/ac pperuo pſidio munit. Hæc poſterior ad molē/& demiſſiorē partē ai:& ad corporis ipſius ſenſus illabiť:& cū quada(ut ita dixerim)ſenſuū ipſoꝝ titillatione pcipiť:eaq; ipſa cōtinuo effluit:atq; exinaniť. Apo. Iā uideo:qd ſit:qd̛ iter honeſtā:& turpē uoluptatē itetſit:eſtq; mihi tua moſtratiōe Crito uti iuſq; uoluptatis explorata rō. Sed naua mihi operā:quā pollicitus es:& ut intelligā:& qd̛ aſciſcere nobis uoluptatis:& qd aſpernari/& reiicere debeamus. Eſt.n.illa iprimis cognitio: ad uitā hois recte degendā/uel maxime neceſſaria. Cri. Probe agis Aporete. Nā cōplures fallit reꝝ iſtaꝝ ignoratio. Apo. Me certe fefellit ante hac. At porro dabo opam ne cū iperita multitudine/in tā magno uerſer errore. Sed dic quæſo:quū uoluptas ſimplex/ac nuda ꝓfertur:utrā potius ſapiētes uiri:& eruditi intelligere cōſueuerūt. Cri. Plerunq; obſcœnā illā/ac turpē Aporete. Apo. Iſtā igiť uelim declarari/atq; illuſtrē fieri mihi. Eſt.n.fugiēda(ut arbitror)ac tu mihi ſentire uideris. Cri. Faciā eqdē nō inuitus. Quid.n.facilius factu ſit? Atq; illud ante oia nobis cōſtituendū ē:uoluptatē ipſam/ac uirtutē cōtraria eſſe: longeq; diuerſa. Noſtin uirtutē:qd ſit? Apo. Quid ni. Cri. Huic uoluptas oī ex pte aduerſať ac penitus repugnat: nec cū ea:illi pōt hēe cōmertiū:eſtq; ſummo ꝓbro/ac uituperatione digniſſima. Quēadmodū.n.uirtus maxime Laudabilis eſt:ita & uoluptas ab oī laudis ſplēdore uehemēter abhorret. Apo. Fateor iſtud tibi Crito: ſed tñ uelim:mihi ſubtilius/atq; enucleatius diſſeri abs te. Cri. Improbamus tū eā uoluptatē: quæ corporis ſenſus ſollicitat mollius:tū:quæ intrinſecus ad aīum turpiter illabiť/& arcana mētis indecora/atq; inani ſuauitate demulcet: At eā:q̄ plerūq; uirtutē:atq; honeſtatē ſeqť:te cū aporete plurimū laudamus. Illā nō reicimus: q̄ naturæ ipſius impulſu/corporis ſenſus iucunde mouet:nō imoderate delectat. Natura.n.fit:ut ſpecie:& forma oculi/cātu/& ſono aures/nares odoribus:ſaporibus fauces capianť: ſed lenia cōtrectare iuuat:ſicut horridiora cōtractus reformidat. Apo. Potes alia rōne diſtīctius partiri Crito uoluptates? Cri. Quid ni. Apo. Affer:ſi quā habes aliam huiuſce rei partitionē. Pergratū.n.mihi feceris Crito:ſi aliā uoluptatū ipſaꝝ diſtinctionē attuleris/ut planius intelligā: qd hac de re firmiter tenēdū ſit. Cri. M. Tu. qdā ueluti Latinus Plato:& optimus reꝝ oium cēſor/quarto quæſtionū Tuſculanaꝝ libro/ita inquit. Quin ita mouemur:ut in bono ſimus aliquo:dupliciter id cōtingit: Nā quū ratione aius moueť placide/atq; cōſtanter/ tū id gaudiū dr̄. Quū inaniter/& effuſe aius exultat tū illa lætitia geſtiēs/ uel nimia dici pōt:q̄ ita diffiniūt/ſine rōne ai elationē. Et paulo poſt ait Cicero. Letitia opinio recēs boni ꝑſentis/i quo efferri rectū eſſe uideať. Ac ſubiungit inferius. Voluptati ſubiecta ſunt/maliuolētia lætans malo alieno/delectatio/iactatio/& ſimilia. Et ſubdit Romanus philoſophus. Voluptatis partes hoc mō deſcribunt/ ut maliuolētia ſit uoluptas ex malo alterius ſine emolumento ſuo:delectatio/uoluptas/ſuauitate auditus aium deliniens:& q̄lis eſt hæc aurium:tales ſunt oculoꝝ/& tactionū/& odorationū/& ſapoꝝ.quæ ſunt oēs unius generis ad pfundendū animū:tanq̄ illiquefactæ uoluptates. Iactatio eſt uoluptas geſtiens:& ſe efferens inſolentius. Hæc auctor eminentiſſimus Cicero. Verum qd multa in hanc ſententiam? Illa:quā initio ꝓpoſuimus:uoluptatum haud q̄q̄ contēnenda diuiſio eſt:ut aliam bonā uoluptatem:aliā turpē dicere debeamus. Et honeſta qdē uoluptas nō abſurde in hūc modū diffiniri poſſit:ut ſit iucunditas:quædā ipſius animi:quæ cōflatur ſtatu mentis nō perturbato:ex bonorum operū actione. Hoc genere uoluptatis recte qs dixerit:gauiſum ſæpe numero fuiſſe Socratem:quē ferunt:a ſummo lucis ortu:ad ſolem uſq; alterū orientē intentum contemplationi:tanta rei uoluptate:ut nō ſolū nō imutaretur:ſed ne cōniueret quidē. Apo. Magnum iſtud quidē eſt/& ammiratione digniſſimum. Cri. ita res ſe habet. Sed idem ipſum omnibus magnis Philoſophis uſu ueniſſe compertum eſt:chriſtianorum autē imprimis

Philoſophis:qbus ſolis:ſinceræ/ac dilucidæ ueritatis ꝓpoſita cognitio eſt. Siquidē oīum:quos ad rerꝫ cōtēplationē altior rapit cogitatio:fert̃ inenarrabile gaudiū eē:atq; incredibilis uoluptas & q̄ſi libamentū qđ piam diuinæ ſuauitatis. Huiuſmodi igit̃ & maxima eſt:& honeſta uoluptas. Altera uero in prōptu eſt:quā ita poſſumus diffinire/iucundā uel aī/uel corporis motionē a recta rōne abhorrentē:atq; ita elatam:ut tranquillū ſtatū mētis euertat. Hac afficimur uoluptate:q ſpurciſſimis libidinū illecebris titillant̃:quales ſapiēs cōcionator loquētes inducit. Venite:& fruamur bonis:q̄ ſunt utamur creatura tanq̄ in iuuētute celeriter. Vino ꝑtioſo: & unguētis nos impleamus:& nō ꝑtereat nos flos tēporis. Coronemus nos roſis:anteq̄ marceſcāt. Nullū pratū ſit:qđ nō ꝑtranſeat luxuria nr̃a. Nemo ueſtrū exors ſit luxuriæ nr̄æ. Vbiq; relinquamus ſigna lætitiæ. Q̄m̄ hæc eſt pars nr̃a: hæc eſt ſors nr̃a. Hac uoluptate afficiebat̃ q̄ſquis apud Flaccū in agro amœniſſimo conſtitutus diceret. Me pinguē: & nitidū bene curato. Et reliqua. Q̄uãobrē habes:qđ primo loco ꝓpoſuerā:quotuplex ſit intelligēda uoluptas. Nunc explicandū eſt:turpis illa:cuius te rudē eē aſſeuerabas:quæ:qualiſq; ſit:ut mirari deſinas Aporete:qd ſit cur uiri oēs ſapiētes atrox ei bellū īdixiſſe uideant̃. Apo. Expecto qd dicas:neq;.n.unq̄ ſum æque delectatus. Itaq; perge. Cri. Faciā equidē/& qdē libēter. Primū cōſtituo uoluptatē ita uirtuti:honeſtatiq; inimicā:ut nihil magis ei poſſit eſſe cōtrariū. Q̄uod ſi cōtrarioꝝ cōtraria ſunt cōſequētia:eſtq; oīum Philoſophoꝝ cōſenſu:maximū bonum uirtus:certe erit uoluptas maximū quoddam/ac ſummū malū/& uti cōſcientia bene actæ uitæ (ut ſummus ſenſit orator) multorūq; benefactoꝝ recordatio iucundiſſima eſt/ita cōtra ut eximius Philoſophus Boetius inquit.

Habet hoc uoluptas omnis,
Stimulis agit fruentes:
Apiumq; par uolantum:
Vbi grata mella fudit:
Fugit:& nimis tenaci
Ferit icta corda morſu.

Hinc illud Demoſthenis tēperantis a laide meretrice/ac diſcedētis ab ea:qđ nimis grandē pecuniā poſtulaſſet. Pœnitere tāti nō emo. Apo. Cōſequunt̃ iſthæc oīa Crito. Sed id dubitationē nōnullā hēt:tātopere uirtuti ipſi aduerſari uoluptatē. CRI. Et id quoq; ſatis in prōptu eſt:ſi accuratius Aporete cōſyderes. Nōne id maximū maloꝝ omniū putari debet quod mentē perturbat:qđ rōnis:atq; animi lumen extinguit:quod conſiliū impedit:qđ intellectus ipſius aciem præſtringit:qđ quū adeſt:nullus relinquit̃ uirtuti locus? At ea facere uoluptatē:teſtis eſt Architas Tarentinus:cuius præclaram ſnīam in Catone Maiore ꝓſecutus eſt Cicero. Ita.n.exiſtimauit:itaq; pronunciauit:nihil tā deteſtabile eē:tamq; peſtiferū:q̄ Voluptatē. Verba aūt Ciceronis pro Architæ ſnīa/ex eodē loco hæc ſunt. Nullā capitaliorē peſtem q̄ corporis uoluptatē hoībus dicebat a natura datā. Cuius uoluptatis auidæ libidines temere & effrenate ad potiundū incitarent̃. Hinc patriæ ꝓditiones:hinc Rerū publicaꝝ euerſiones: hinc cū hoſtibus clandeſtina colloquia naſci dicebat. Nullū deniq; ſcelus:nullū magnū facinus eſſe: ad quod ſuſcipiendū non libido uoluptatis impelleret. Stupra uero & adulteria:& omne tale flagitiū nullis aliis illecebris excitari/niſi uoluptate. Cumq; homini ſiue natura/ſiue quis Deus nihil mente præſtabilius dediſſet:huic diuino muneri/ac dono nihil tam eſſe inimicū q̄ uoluptatē. Nec.n.libidine domināte/temperantiæ locū eſſe oīno. Nec in uoluptatis Regno uirtutē poſſe cōſiſtere. Q̄uod quo magis intelligi poſſet:fingere aīo aliquē iubebat tanta incitata uoluptate corporis:quāta percipi poſſet maxima. Nemini cenſebat fore dubiū:quin tam diu dū ita gauderet:nihil agitare mente:nihil ratione:nihil cogitatione cōſequi poſſet. Q̄uocirca nihil tam deteſtabile:tamq; peſtiferū/q̄ uoluptatē. Siquidē ea cū maior eſſet:atq; longior omne animi lumē extingueret. Cōſentanea ſunt his/atq; ſororia:q̄ ſcribit Philoſophoꝝ Princeps Ariſtoteles in hūc modū inquiens.fine libri tertii Ethicoꝝ. Voluptatū appetitus inſatiabilis eſt:ſtultoq; undiq; affluunt:& executio libidinis innatā cupiditatē exauget. Q̄uin etiam ſi magnæ & uehementes ſint:mentē e ſuo ſtatu dimouent. Q̄uãobrē mediocres illas quidē raraſq; oportet eē:tales deniq; ut rōni nō aduerſent̃. Tale qd tēperatū:caſtigatūq; uocamus: Vt.n.puerū oportet ſecundum Pedagogi præcepta uiuere:ita cupiditas debet obedire rōni. Q̄uare oportet:ut tēperatus a rōne nō diſcrepet. Honeſtum eſt.n.ad quod uterq; tanq̄ ad ſignū ꝓſpicit. Tēperatus q̄ debet/& ut debet:& qn̄ debet cōcupiſcit:ſic dictat ratio. Hæc Ariſtoteles. Hi ſunt illi ꝑfecto dn̄i Aporete: Virtus ſcilicet:ac uoluptas:quos Saluator mūdi/atq; humani generis Redēptor cōmemorat Euāgelio:quū ſic ait. Nemo pōt duobus dn̄is ſeruire. Aut.n.unū odio habebit:& alterū diliget:aut unū ſubſtinebit:& alteꝝ cōtēnet. Nō poteſtis Deo ſeruire/& Mãmonæ. Hæc Xp̄s apud Matthæū. Atq Deo ſeruit:ſtudioſum eē/ac uirtuti ſedulo īdulgere/neceſſe ē:& q Mãmonæ famulat̃/uoluptatis eē oportet aſſertorē atq; aſtipulatorē uitioꝝ. Q̄uapp & duas mortaliū uias/ac duplicē uitæ curſum/Samius Pythagoras cōmode. Y. lræ forma/ac figura depinxit/cōgrua bicornis elemēti ſimilitudine/uirtutis ac uoluptatis cōtrariū ſignificans eſſe curriculū:metamq; longe diuerſam ac fines oppoſitos. Ardua prīa uirtutis ē uia. Salebroſa ſaxa dextro limite ſurgētis callis aſperū/ac duris horrēs ſentibus iter īgreſſos offendūt. Gratiſſima ſunt ꝑfecto nouiſſima:q̄ fari neſciat līgua mortalis. At uoluptatis ecōtra prīcipio ē iter amœnū:latiſſima uia ſtrata myrteis/ac roſeis ſertis/niueis liguſtris/ac purpureis liliis/& oī floꝝ gn̄e corollis ītextis. Nec deſunt mollia prata ſuaue ſpirātibus floribus picturata/amœniſſima uiridaria cōſita herbis olētibus/atq; arboribus fului pomi/ac ſalubris umbræ ditiſſimis/ſingulis circūſilictibus ramis garrulis/ac dulce auiculis modulātibus. Sūmis de collibus uiua aqua decurrit:ac duris ſaxis illidēs dulcia ciet murmura. Eſt & frōdoſa/atq; umbrifera ſilua. Feræ inumeræ:& frequēs piſcis uitreo flumine. Vbiq; uocū neruorūq; cōcētu/ac uario cātus diſcrie ꝑſonat̃. Nec ulla deſiderant̃ lenocinia gulæ: Veneris blādimēta:ita:ut iucūdæ/ac molliter mēbra oīa moueat̃:& effuſa cūctoꝝ ſenſuū oblectatio totas penitus medullas reſoluat. At dū ſecurus icedit:q uoluptuoſā degit uitā:tenebroſū tādē miſer nihil futura ꝓſpiciēs:iter īgredit̃:& malas icautus tenebras icidit:ac noctē ꝑpetuā/ruit i ꝑceps:atq; alto Orci uertice deuorat̃ ꝑpetuo apud īferos cruciādus. Hoc biuiū Euāgelio Xp̄s:q & ipſe ē ſūma ueritas:& oīs auctor ueritatis:his uerbis luculēter expſſit. Intrate ꝑ anguſtam portam:qa lata porta & ſpatioſa uia eſt:quæ ducit ad perditionē:& multi ſunt: q intrant per eam. Q̄uã anguſta porta/& arcta uia eſt:quæ ducit ad uitam:& pauci ſunt:qui inueniūt eam. Poſtremo uolo tibi mediuſſidius

diu ſſidius Aporete uirtutem/ac uoluptatem aeternitas inimicas ponere ante oculos:ut q̄ longe abſint:plane ītelligas:liquido q; cognoſcas.Eas audi concertantes:& pro ſe quanq; ſuam agentem cauſam diligenter aduertas:iudi te quodammodo Scipione Maiore:quem in propriam utraq; ſententiam tradocere conatur:at q; pollicere apud Siluum Italicū Punicorum libro.xv.in quo talia de Virtute ac Voluptate carmina pulchre modulatus eſt Silius.

℄ Has Lauri reſidens iuuenis uiridante ſub umbra
Aedibus extremis uoluebat pectore curas.
Cum ſubito aſſiſtunt dextra/leua q; per auras
Allapſae haud paulum mortali maior imago:
Hinc uirtus:allinc uirtuti inimica Voluptas.
Altera Achemenium ſpirabat uertice odorem
Ambroſias diffuſa comas:& ueſte refulgens
Oſtrum qua fuluo Tyrium ſuffuderat auro
Fronte decor quaeſitus acu:laſciua q; crebras
Ancipiti motu iaciebat lumine flammas.
Alterius diſpar habitus.frons hirta.nec unquam
Compoſita mutata coma.ſtans uultus & ore
Inceſſu q; uiro propior:laeti q; pudoris.
Celſa humeros niueae fulgebat ſtamine pallae
Occupat inde prior promiſſis fiſa Voluptas
Quis furor hic non digne puer conſumere bello
Florem aeui?cannae ne tibi grauior q; palude
Meonis ſtygia lacus exceſſere?padus q;?
Quem tandem ad finem bellando fata laceſſes?
Tu ne etiam tentare paras Atlantia regna?
Sidonias q; domos?moneo certare periclis
Deſinet:& armiſonae caput obiectare procellae
Ni fugis hos ritus:uirtus te ſaeua iubebit
Per medias uolitare acies:medios q; per ignes.
Haec patrem patruum q; tuos haec prodiga Paulum
Haec decios Stygias Herebi detruſit ad undas.
Dum cineri titulum memoranda q; nomina buſtis
Praetendit.nec ſenſurae quid geſſerit umbrae.
At ſi me comitere puer non limite duro
Iam tibi decurret conceſſi temporis aetas.
Haud unq̄ trepidos abrumpet buccina ſomnos.
Non glaciem Arctoam/non experiere furentis
Ardorem Cancri.nec menſas ſaepe cruento
Gramine compoſitas.aberunt ſitis aſpera.& hauſtus
Sub galea puluis:parti q; timore labores.
Sed current:albus q; dies horae q; Serenae.
Et molli dabitur uictu ſperare ſenectam.
Quantas ipſe Deus laetos generauit in uſus
Res homini.plena q; dedit bona gaudia dextra.
Atq; idem exemplar lenis mortalibus aeui
Imperturbata placidus tenet ocia mente.
Illa ego ſum Anchiſe Venerem Simeontis ad undas
Quae iunxi generis uobis unde editus auctor.
Illa ego ſum uerti ſuperum/quae ſaepe parentem
Nunc auis in formam:nunc torui in cornua tauri.
Huc aduerte aures:currit mortalibus aeuum
Nec naſci bis poſſe datur.fugit hora:rapit q;
Tartareus torrens:ac ſecum ferre ſub umbras
Siqua animo placuere negat:quis luce ſuprema
Dimiſiſſe meas ſero non ingemit horas?
Poſtq̄ conticuit:finis q; eſt addita dictis
Tunc uirtus quas nam iuuenem florentibus inquit
Pellicis in fraudes annis:uitae q; tenebras:
Cui ratio & magnae coeleſtia ſemina mentis
Munere ſunt conceſſa Deum?mortalibus alti
Quantum coelicolae tantundem animalibus iſti
Praecellunt cunctis:tribuit n anq; ipſa minores
Hos terris natura Deos.ſed foedere certo
Degeneres tenebris animas damnauit aeternis,
At quis aetherei ſeruatur ſeminis ortus
Coeli porta patet.referam quid cuncta domantem
Amphitryoniadem?quid cui poſt feras:& indos,
Captiuo liber cum ſigna referret ab Euro
Caucaſeae currum duxere per oppida tygres?
Quid ſuſpiratos magno in diſcrimine nautis
Ledeos referam fratres:ueſtrum q; Quirinum?
Non ne uides hominum ut celſos ad ſydera uultus
Suſtulerit Deus:ac ſublimia finxerit ora?
Cum pecudes uolucrum q; genus/formas q; ferarum
Segnem:at q; obſcoenam paſſim ſtrauiſſet in aluum.
Ad laudes genitum capiat ſi munera diuum
Foelix ad laudes hominum genus.huc age paulum
Aſpice:nec longe repetam modo Roma minanti
Impar Fidenae contenta q; creſcere aſylo
Quae ſeſe extulerit dextris:idem aſpice late
Florentes quondam luxus quas uexerit urbes.
Quippe nec ira deum tantum:nec tela:nec hoſtes
Quantum ſola noces animis illapſa Voluptas.
Ebrietas tibi foeda comes:tibi luxus/& atus
Circa te ſemper uolitans infamia pennis.
Mecum honor/& laudes/& laeto gloria uultu,
Et decus/& niueis uictoria concolor alis.
Me cinctus lauro perduxit ad aſtra triumphus.
Caſta mihi domus:& celſo ſtant colle penates.
Ardua ſaxoſo perducit ſemita cliuo
Aſpera principio:nec enim mihi fallere mos eſt.
Proſequitur labor.ad nitendum intrare uolenti
Nec bona cenſendum:quae ſors infida dediſſet.
Atq; eadem rapuiſſe ualet:mox celſus ab alto
Infra te cernes hominum genus omnia contra
Experienda manent:q̄ ſpondet blanda uoluptas
Stramine proiectus duro patiere ſub aſtris
Inſomnes noctes:frigus famem q; domabis.
Idem Iuſtitiae cultor/quaecunq; capeſſes
Teſtes factorum ſtare arbitrabere diuos.
Tunc quotiens patriae rerum q; pericula poſcent
Arma feres primus:primus te in moenia tolles
Hoſtica.nec ferro mentem uincere nec auro
Hinc tibi non tyrio uiciatas murice ueſtes:
Nec domum deforme uiro flagrantis amomi
Sed dabo qui ueſtrum ſaeuo nunc Marte fatigat
Imperium ſuperare manu:laurum q; ſuperbam
In gremio Iouis excíſis deponere penis.
Quae poſtq̄ cecinit ſacrato pectore Virtus:
Exemplis laetum uultu q; audita probantem
Conuertit iuuenem.ſed.n.indignata uoluptas
Non tenuit uoces:nil uos iam demoror ultra
Exclamat.uenient:uenient mea tempora quondam
Cum docilis noſtris magno certamine Roma
Seruiet Imperiis:& honor mihi habebitur uni.
Sic quaſſans caput in nubes ſe ſubſtulit atras.
At iuuenis plenus monitis ingentia corde
Molitur.uiſce q; calet uirtutis amore.

℄ Explicit quod inuenitur Aporeti de Voluptate.

¶ Diſertiſſimi Rhetoris Auguſtini Dathi Senenſis Iſagoga de ordine diſcendi ad Nicolaum filium.

grãmaticam:& puerilem inſtitutionẽ pertinere:qui utiq; luſus eſt præ maioribus:atq; altioribus ſcientiæ: & philoſophiæ ſtudiis.Neq; eſt igiť ludus lõgiſſimè a luſu:nec ſemp uera litteratores proſanť.Iam uero ociũ aggrediamur:in quo nomine potiſſimũ nemo arbitrať Antiphraſin/poſſe euitari.Itaq; plerięq; oẽs dictũ putant p cõtrariũ: qđ nõ ocyus ſit:& uelox.Sed ſegne potius:tardũq;.Ocium quo pacto/iquiunt uelox eſt.Ideſt.n.ocys apud Græcos:qđ qdẽ abſolutũ nequaq̃ iueniť/in latinæ linguæ uſu.Exquo & ocimũ ꝑfectũ eſt/olens genus/a celeritate q̃dam/ac uelocitare naſcẽdi.Hanc Baſilicã uulgo:& regiã herbã uocant.Paululũ hic nobis philoſophãdum eſt.Duplex nanq; ferť uitæ genus:qđ ad hunc locũ ptinet.Cõtẽplatiuũ unũ.Actiuũ alterũ:de qbus multa apud philoſophos/ſæpe tradita ſũt.Et negociũ qdẽ ad actiuũ ſpectat uitæ genus.Ocium ad cõtẽplatiuũ.De his Cicero p: imo de Oratore.Perbeati mihi illi uidenť eſſe:qui in optima repub.cum uitæ curſum tenere potuerũt: ut uel in negotio/ſine periculo/uel in ocio cum dignitate eẽ poſſent.Et Lactantius in primo ſacrarũ inſtitutionũ:de uiris: ut ſuũ ocium ad noſtrũ negociũ cõtuliſſe uideanť.Macrobius autẽ ſup.vi.Ciceronis de repu.libro:duplicẽ aſſerit uirtutem/negocioſam.ſ.& ocioſam:& illam tribuit ciuitatũ rectoribus & gubernatoribus reꝶ publicaꝶ.Hanc philoſophis:& q ſcientiã reꝶ ſpeculanť.Q uẽadmodũ igiť q in negociis uerſanť:ſe ipſos exercẽt:ita multo magis: q ſe ad ocium cõferũt.Magna negocioſæ uitæ exercitatio eſt.Lõge/ocioſæ maior:in qua celeriter mens:aſſidueq; uerſatur.Neq; mens unq̃ qeſcit/ut ipſe quoq; Cicero ait.Sed & Tales Mileſius unus de.vii.ſapiẽtibus:mẽtem dicebat/ uelociſſimũ eſſe eoꝶ:quæ ſunt.Nam p uniuerſa diſcurrit.Ac tum maxime mens exerceť:atq; uerſatur: quũ maxime a corpore/ac ſenſibus ſeiungiť:in illa meditatiõe mortis:quã philoſophi tradunt:atq; etiã tunc potiſſimum: quum lõgius a negociis abeſt:quæ mentis exercitationẽ/ac celeritatẽ/plurimũ ĩpedire cõſueuerunt . Nam q dicit ocium/deſidiã/inertiã/ſegnicię/negligẽtiam/pigritiã/torporem/idem ſignificare/Grãmaticũ eum cõſtat a grãmaton eſſe:litteratorẽ abſq; litteratura.Illud pulchrũ eſt.Attilii(ut ait Plinius)erudittiſſime:ſimul ac facetiſſime dictum.Satius eſt ocioſum eẽ:q̃ nihil agere:qđ cum maxime ociamur/tum maxime cõtẽplamur/cogitamus/ſcribimus.Itaq; quũ ſumus neceſſariis negociis curiſq; uacui/tum auemus aliqđ uidere/audire/diſcere: cognitionemq; reꝶ occultaꝶ/aut admirabiliũ inrerociandũ aggredimur.Id ergo tẽpus:quum a negociis feriamur:quũ nos totos cõtẽplationi dedimus:ocium iure appellať.Q uare & ſæpe uſurpamus:quũ mihi ocium fuerit:ad te ſcribã. Et ſæpe.M.Tullius:qđ datur ocii:libentius in Philoſophia:cõſumere cõſueuimus.Illud quoq; ſimiliter. Q uãtum mihi:uel fraus inimicoꝶ/uel cauſa amicoꝶ/uel reſpu.tribuet ocii:ad ſcribẽdum potiſſimũ cõferã. Et Plinius in Epiſtolis.Ex cõmunibus amicis:cognoui te & diſponere ocium:& ferre.Ac ne qs ullo pacto/deſidiã ſuſpicareť:ſtatim intulit.Multũ audire:multũ diſputare:cũq; plurimũ ſcias:quotidie tñ adiſcere aliqđ.Et in calce eiuſdẽ epiſtolæ/ precans loquiť.Q uãdo receſſus mei nõ deſidiæ nomẽ:ſed potius trãquillitatis accipient.Q uod ocium non deſidiæ ſit:ſed potius trãquillitatis:quũ ceſſamus a laboribus:& negociis:& impẽſe:ſtudioſeq;/ſtudiis reꝶ: & cõtemplationi indulgemus:ubi mens ꝑfecto celere:uelociterq; uerſatur.Sed quo pacto hæc ĩtelligant Nebulones: Maiora ſunt:q̃ quæ ab impitis Grãmaticis cognoſci queant.Q ui aũt ocio abutunť:ii aliquid addere cõſueuerunt:ut Terẽtianus Menedemus ad filiũ.Nulla alia ex re iſtuc fit:niſi ex nimio ocio.Nimiũ ociũ appellauit:qđ uituperaret:& languidũ/& inutile ocium uocare ſolemus:qđ uicio datur.Q uod Valerius Maximus induſtriæ : ac ſtudio: maxime cõtrariũ uideri dicit.Q uãobrẽ idem ipſe Valerius libro.viii.Geſtoꝶ memorabiliũ duplex ocium cõſtituit.Alterũ:qđ ẽt inertibus uitandũ.Alterũ:qđ ſtrenuis quoq;/interdũ appetẽdũ ẽ.Neq; enĩ q recte ocio utunť: ita ferianť/ita ceſſant/ut lãguore/ac deſidia torpeant:cuius uim nois:nemo(ut arbitror)unquã aduertit:niſi forte diuinarũ lraꝶ pceptores: q quũ ſcirent id eẽ ociũ qđ modo diximus:deſidiã cũ uocarẽt/uocabulũ erudire diſtorquẽtes/maluerũt ocioſitatẽ appellare q̃ ociũ.Et erudite Bernardus nouo uſus noie.Ocioſitas inqt : mater eſt uitioꝶ nouerca uirtutũ.Et cœnobitarũ pater Benedictus in ipſa monacoꝶ ĩſtitutiõe.Ocioſitas inimica eſt animæ. Q uod igiť iter cõtẽplandũ/atq; in ipſo ocio celerius mens:animuſq; uerſanť ab ea celeritate exercitationẽq; ſtudioſiore animi/ductũ tractũq; ociũ eſt.Vt Cicero ẽt oſtendit de legibus.Natura ipm hoiem/celeritate mẽtis ornauit.Sed ſatis de ocio ipſo dictũ arbitror.Plura aũt:q̃ de reliquis/idcirco diximus : qa pulcherrimaꝶ occultarũq; reꝶ ueritas/tam facile pſuaderi nõ põt:uulgo præſertim reclamãte/ac refragãte grãmaticoꝶ.Nunc uero de cœlo pauca dicere icipiamus.Cœlum ut(plærięq; aiunt Grãmatici)cõtrario noie:quaſi cælatũ dicitur:qđ apertum eſt. Phocionẽ Atheniẽſem libẽter imitamur:q gloriari ſolebat in eo:qđ plurimũ a uulgi ſnĩa/uel potius demẽtia diſſideret.Rectius Aelium ſenſiſſe credimus:q dictũ ſcribit ꝓpterea:qđ cælatũ eſt:qđ & in libro de Origine latinæ linguæ Varro refert.Sed multiplex de huius uocabuli origine ſnĩa eſt:ſed nullo modo p cõtrariũ dicitur:qđ in nulla ſignificatione eius a cõtrarietate ducať.Cœlum uel a cælando diciť uel(ut alii exiſtimãt uiri eruditiſſimi)a Cælio nomẽ traxit/genere quopiã ferramẽti:qđ alias Cælionẽ/alias Scalpellum uocãt.Q đ qua rõne:q argẽtarii nuncupanť:uaſa celant/& deſignãdo icidunt:atq; inſculpunt.Ita & artifex reꝶ oium deus:domiciliũ ſuũ inſigniuit: ac ſyderũ lumina ipreſſit.Q uod Lactantius Firmianus ẽt cõprobat dicens.Pater noſter/ac dominus:q condidit : firmauitq; cœlum:q Solem cũ cæteris ſyderibus iduxit:& utrunq; p/æ/diphthongũ ſcribitur:ut hãc deductionem arguere/ac demoſtrare uideť.Q uidã a Græco ſermone dictũ arbitranť.Nam κοιλον cõcauũ : & cõuexũ ſignificat:eaq; eſſe cerniť ipſius cœli forma/ac figura.Sed ſi ita foret:magis p/œ/ſcribereť pp Græcam diphthõgum/oi qđ nuſq̃/tamẽ apud doctos ueteres:atq; in emẽdatiſſimis codicibus reptum eſt . Q uidã cœlũ a cauo dici uolunt: inqua ſnĩa fuit &.M.Terẽtius.Itaq; ſecundũ Pacuuiũ:hoc circũ ſupraq;:qđ cõplexu cõtinet terrã/cauũ cœlũ dicitur.Frãciſcus Philelphus/uir noſtræ ætatis eloquẽtiſſimus:& eoꝶ:qui humanitatẽ aſſecuti ſunt/noſtra memoria facile princeps:a cælando cœlum appellari cenſet:nõ qđ ſuperna illa:atq; inuiſibilia cælet nos:atq; abſcondat: ſed qđ cælata:& abdita oia:in cœlo pateant:reuelenť:& cõſpicue uideantur.Cuius ſnĩæ/optimã affert rõnẽ: quod & Græci cœlũ ουρανον uocant ab eo qđ το οραν ĩtueri:& uidere apud græcos ſignificat.Siquis obiiciat cœlũ diphtongũ admittere:ſed minime cœlo uerbũ:unde deriuari dicimus:ad nos reſpõdiſſe.Satis eſt.H.quæ apud græcos

æ/longa eſt/apud nos perſæpe:in/æ/cõuertiť:ut ſcæna:cæra:alia item cõpluria. Idem etiã fieri nõnunq̃ in noſtris dictionibus depræhẽdimus/pſertim eadẽ pſeuerante ſyllabæ quãtitate. Sed oſtẽdiſſe me arbitror/nõ dici cœlũ contrario noie/qđ uulgus Grãmaticoꝶ & baccantiũ nebulonũ/turba frequẽter/aſſeuerat. Eumenides: quæ furias infernas ſignificãt(ut noſtis)ne ipſe qdẽ p cõtrarium dicunť:quanq̃ uix audeo Hieronymi repugnare ſentẽtiæ. Sed opinor:adeo res altiſſimas:& cæleſtes cõtẽplabať:ut leues haſce ieptias floccipẽderet/æ/bene ſignificat apud græcos:manũ bonũ:quoꝶ neutrũ/miniſtris pœnarũ/ac ſuppliciorꝶ cõuenire uideať. Nos dicimus Eumenidas beneſurẽtes appellari:ab æ:qđ eſt bene/& mania:qđ furorẽ demẽtiãue ſignificat. Ex quo & noſtri a furore furias nũcuparunt/neq: p cõtrariũ ullo pacto dictæ ſunt. Itaq: apte/atq: erudite de his Statius in Thebayde:circũq: miniſtras Funeſtoꝶ opum Eumenides: Stygieq: ſæueros Iunonis thalamos:& torua cubilia cerno. Atq: has Poetæ ſæpe & furias uocitarunt. Idẽ Statius lib.ii.ubi de Laio. Et primas furiaꝶ ptulit iras. Et Claudianus de raptu Proſerpinæ. Coniurãt Furiæ/crinitaq: ſontibus Hydris Teſſiphone. Et Iuuenalis ad eũ:q quũ ſanus eſſet:iam iſaniẽs uidereť: ita inquit. Dic qua Teſſiphone:qbus exagitare colubris. Paulo ante dixerat. Certe ſanus eras. Nec aliud ſibi uult Eumenidũ nomẽ/furorẽ iſaniãq: ſignificat. Beneſurẽtes aũt dicunť:qđ plurimũ furere:& demẽtire uideanť. Nã ſicut male aduerbiũ minuit/ita bene exauget. Nec p cõtrariũ Eumenides dictæ ſunt. Multa pterea ſunt: q̃ a grãmaticis tradita/nequaq̃ ſatis pbari poſſunt. Hæc ſi uelim/uel refellere/uel enumerare:nõ libello: ſed lato potius uolumi/e opus ſit. Huius ea potiſſimũ cauſa eſt:qđ cũ Grãmaticoꝶ:Poetaꝶ ptractatio:Hiſtoriaꝶ cognitio. Verboꝶ iterpretatio:pnuntiãdi ſonus pprius ſit/tñ oia ſibi cupiũt uẽdicare oia tẽptant:nihil certe cõficiunt. Philoſophiã:oẽs eius partes:Mathematicas diſciplinas:Theologiã quoq:/oẽ deniq: ſciẽtiarũ genus/ſibi aſſummũt grãmatici:ut ea demetãt/q̃ certe ipſi nõ ſeruerũt. Quare hortor uos/& illud iprimis moneo/ut in uocabulis/ac dictionibus pnoſcẽdis/nõ tam Grãmaticoꝶ ſcripta:q̃ ſæpe mẽdaꝶ plena ſunt:q̃ doctiſſimoꝶ hoium:& ueteꝶ/& nouoꝶ monumẽta/ſtudioſe legatis. Quoꝶ quũ expẽderitis uerba/eluceſcet(credite mihi)repẽte inq̃ uobis eluceſcet ueta:& origo uerboꝶ:& noium ſignificatio:qđ quũ feceritis/nouẽ ppoſita uerba q̃ primũ deſinetis credere:ut p cõtrariũ dicanť:q̃ ab oi cõtrarietate prſus abhorrẽt. Hoc uero opuſculũ qđcũq: ẽ:& legite ipſi:& aliis quoq::quoꝶ uobis eruditio curæ ẽ:legẽdũ tradite:ut ois:q iãpridẽ de nouẽ uerbis icreuit:penitus tollať error. FINIS.

❡ Subtiliſſimi/ac Fidiſſimi Poetatum interpretis/Auguſtini Dathi/Senenſis/de Genio/& Geniali hyeme tractatus fœliciter incipit. Ad Dominicum Biliottum iuuenem peritiſſimum.

GENIALEM Hyemem:quã Georg[illegible] carmine Virgilius Maro cõmemorat/quæris mea explanatiõe declarari. Re[illegible]o admodũ grauem:nec difficilẽ poſtulas:ſed certe multis nõ ſatis cognitã:qui ſe[illegible]otius uetuſtatis nõ modo doctrinã: ſed ẽt peritiã:habere pfiteñ. Afferam ipſe meã ſniam:& anteq̃ Genialẽ hyemẽ exponã:dicam paucula de Genio:a quo illa originẽ traxiſſe putať. Põpeius Feſtus: ſcrutator diligẽtiſſimus/uetuſtatis Geniũ:inqt:appellabãt Deũ:q uim obtineret:reꝶ oium gerẽdaꝶ. A. Fuſſiuus uero ait. Genius eſt deoꝶ filius & parẽs hoium: a quo hoies gignunť:& ppterea genius meus noiať:quia me genuit. Nõnulli uero eẽ putauerunt/unius cuiuſq: loci deũ. Alii qdã Geniũ eẽ arbitrati ſunt Deũ: q nuptiis pſit. Sunt & q naturæ deũ eẽ crediderint. Poſtremo Cẽſorinus uir apprime eruditus/ad.Q.Cerellum ſcribẽs de natali die. Genius ẽ inqt:Deus: cuius in tutela:ut qſq: natus eſt:uiuit ita a geniendo appellatus: Siue qđ ut generemur curat:ſiue qđ una genitur nobiſcũ:ſiue & qđ nos genitos ſuſcæpit/ac tueať. Eundẽ eẽ Geniũ:& larem multi ueteres pdiderunt: in quis &.C.Flaccus in libro:quẽ ad Cæſarẽ/de idigitamẽtis ſcriptũ reliqt. Siue igiť Genius ſit: q rebus gerẽdis pſit: ſiue q nuptiis:ſiue q gignẽdis hoibus:tuendiſq::ſeu deniq: q uim naturæ obtineat:q̃ de Genio:diuerſa eẽ uideantur:reuoluunť tñ eodẽ oia. Nã ſi gerẽdarũ reꝶ ptãtẽ habet:genitis nobis dať: ut eo duce(ſicuti ueteres exiſtimabant)recte oia gerere:atq: amminiſtrare poſſimus. Si hoiem gignit:ita ſuſcipit:ut ppetuo in oẽm uitã tueať. Si cuiuſq: loci deus eſt:nequaq̃ a gignẽdis hoibus abhorret. Nã & locus in generatione reꝶ magnã uim habet pp quod & Porphirius. Patria inqt:principiũ eſt uniuſcuiuſq: generationis:queadmodũ & pater. Itaq: & hoies ipſi pro locorum diuerſitate:uaria quoq: ſortiunť ingenia:ut ob eã ipſam cãm: Cicerone teſte in.ii.lib.de Natura Deoꝶ:quibuſdã regionibus:atq: urbibus cõtingere uideamus. Hebetiora ut ſint hoium ingenia:pp cœli pleniorẽ naturam. Quid dicam/de nuptiis:quaꝶ ratio:& generationẽ ſpectat:& ſobolis ppagationẽ. Quod autem naturæ Genius præeſſe dicatur/etiã ad res gignẽdas:& hoies pcreandos ptinet. Siquidẽ pro Philoſophoꝶ ſnia generationis effectrix:atq: auctor:& mater(ut ita dicã)oium reꝶ Natura dicitur. Ita fit:ut quæ de Genio a ueteribus tradita ſunt: eodẽ oia referanť. Erit igitur genius(ſi tamẽ credere dignũ eſt)deus/& is quidẽ deus:qui & nobis datur naſcentibus/& in cuius tutela:ut quiſq: natus eſt/uiuit de quo/& hæc inſup adiecit Cẽſorinus:hũc in nos maximã:qnimo oẽm habere ptãtẽ creditũ eſt. Nonnulli binos Genios colẽdos putauerũt. Euclides aũt Socraticus duplicẽ oibus:oino nobis genium dicit appoſitũ:quã rem apud Luciliũ libro Satyraꝶ.xvi.licet cognoſcere. Ac deinde. Genio igitur potiſſimũ:p oẽm ætatẽ:quot annis ſacrificamus. Quãq̃ nõ ſolũ hic:ſed & alii ſunt præterea Dei cõplures:hominũ uitã:pro ſua quiſq: portiõe amminiculãtes:quos uolẽtes cognoſcere in digitamẽtoꝶ libris ſatis edocebũt. Sed oẽs hi ſemel in uno quoq: hoie/numinũ ſuoꝶ effectũ repræſentãt:quocirca nõ p omne uitæ ſpatiũ/nouis religionibus arceſſunť. Genius aũt/ita nobis aſſiduus obſeruator appoſitus eſt:ut ne puncto qdem tpis longius abſcedat:ſed ab utero matris accæptus/ad extremũ uitæ diem comiteť. Hæc Cẽſorinus. Seruius quoq: uir eruditiſſimus/ſup illud Virgilianũ. Hunc ardorẽ mẽtibus addunt. De genio Philoſophoꝶ exponit ſniam/fere his uerbis.

B ii

Apud Plotinum Philoſophum:& alios quæritur:utrum mentis noſtræ acies per ſe ad cupiditates: & conſilia mo
ueantur:an impulſu alicuius numinis. Et primo dixerunt/mẽtes humanas moueri ſua ſpõte:depræhẽderũt tamẽ
ad oĩa honeſta impelli nos genio:& numine quodã familiari:qđ nobis naſcentibus datur: praua uero noſtra men
te/nos cupere/& deſiderare. Ex his oĩbus cõſtare poteſt. Genium ad naturã hoĩs referri oportere:non eam qdem
quæ latiſſime pateat:ſed eam potius:quæ ſingulis eſt tributa/ac ꝑ hoc ſuum quiſq; geniũ/ſortitus eſt. Hunc iter
ſelectos Deos ueteres annumerabãt:quos nihil aliud eſſe:quã hunc mundũ ꝓhiberẽt/& in qbuſdam qdẽ intelligi
uniuerſum quẽadmodũ Iouẽ/in qbuſdã uero/partes eius:quẽadmodũ geniũ. Et.n.& mundus totus Iupiter dici
cõſueuit:& Genius partes eius aliquas cõplectitur. Quãdo quidem: & ſingulis hoĩbus/ſingulus quoq; tributus
eſt Genius:niſi malumus Euclidi Socratico aſſentiri:& duplicem datum cuiq; arbitrari. Ille igitur genio paret:quĩ
quæ ſecundũ naturã ſunt:ſequit̃:qui uitam:corpuſq; tuetur:q ea declinat oĩa:quæ nocitura uideantur. Ille inquã
Genio indulget:q dat uoluptati operã:modo eiuſmodi uoluptas ſit:quæ a uirtute nõ longe abhorreat. Quid eſt
ſecundũ priſcam/loquẽdi cõſuetudinẽ/indulgere Genio aliud:niſi relaxare naturã:ſuſcipere uoluptatem:dare ſe
iucunditati:nõ indecoris naturæ oblectamẽtis perfrui? Quid cõtra geniũ defraudare eſt aliud:quã uiuere durius
aſperiorẽ agere ætatem:nimia uti parſimonia? Prioris generis apud Flaccum/ eiuſmodi exẽplum eſt. Poſtq̃ cepit
agros extẽdere uictor:& urbes. Latior amplecti murus:uino q; diurno. Placari Genius:feſtis ĩpune diebus. Quod
neq; abſq; largioribus epulis:atq; hilarante Baccho/neq; ſine ſumma cõuiuioꝝ lautitia fieri poſſet. Alterius gene
ris. P. Terentius in Phormione/exemplum præbet. Quod ille unciatim uix de demenſo ſuo/ſuum defraudãs ge
nium cõparſit miſer. Nam defraudato genio:parſimonia ſignificatur:qđ Nonius Marcellus ait. Quod q amplifi
candæ rei nimis magnũ ſtudium habet in eo. Exercẽdi/& curandi corporis ſtudium relictũ fit: omnis elangueſcit
uigor:extenuatum/atq; emaciatũ corpus reddit̃:ut bene dixerit nobilis hiſtoricus in Catilina. Auaritia pecuniæ
ſtudium habet:quã nemo ſapiens concupiuit:ea quaſi uenenis malis imbuta:corpus:animũq; uirilem effeminat:
ſemp infinita/& inſatiabilis eſt:neq; copia/neq; inopia minuitur. Sed ad genium redeamus. Genialem nanq; hye
mem ĩquirimus:quæ ipſa a genio ita appellata eſt. Cum.n.expoſcat uoluptatẽ genius: quæ maxime ſecundũ na
turã/eſſe uidetur:& Genialis quoq; hyems uoluptatibus gaudet:largius epulatur:cõmeſſationes parat: opipera
affert cõuiuia:lautiores dapes quærit:ſplendidioribus ferculis delectat̃/nec cõtenta releuiſſe oĩa dolia: atq; oẽs ſe
rias/exotica uina/ſuaue ſalernum/mollem Calenũ ſorbillat:laxat parump/moderationis habẽas. Deniq; ꝑ Hye
mis tẽpora:& magnificẽtius & delicatius/uitæ genus aſciſcitur:& cũ genio ipſo:præclare agitur/Hinc eſt illud ma
ronis Virgilii. Hyems ignaua colono. Frigoribus/parto agricolæ plærumq; fruunt̃: Mutuaq; inter ſe læti cõuiuia
curant. Inuitat Genialis Hyems:curaſq; reſoluit. Declarat magnus Vates Genialis hyemis feſtiuitatẽ: atq; lauti
tiam:& peterem ꝑ eam tẽpeſtatẽ cõmeſſandi cõſuetudinem:quæ etiam ab agrorum cultoribus ſeruatur:q meſſe
percepta/olearia/uinaria/frumẽtaria/cella impleta:remiſſis ruſticæ rei laboribus:quieti:atq; ocio indulgerent. Id
enim laboꝝ/uideri ſolet iucundiſſimum premium:quale & ſapiens Eccleſiaſtes/ his uerbis ꝓſecutus eſt. Cogno
ui quod nõ eſſet melius:niſi lætari:& benefacere in uita ſua. Omnis homo:q comedit/& bibit: & uidet bonũ de
labore ſuo:hoc donum Dei eſt. Et ſurſum. Hoc itaq; mihi uiſum eſt bonũ:ut comedat quis:& bibat: & fruat̃ læ
titia/ex labore ſuo:quo laborauit ipſe ſub ſole/numerũ dierũ uitæ ſuæ:quos dedit ei Deus. Et hæc eſt pars illius
& omni homini:cui dedit Deus diuitias:atq; ſubſtantiã:poteſtatẽq; ei tribuit:ut comedat ex eis: & fruatur parte
ſua/& letetur de labore ſuo:hoc eſt donũ Dei. Quid nõne & illud Iuuenalis cũ Geniali hyeme cõgruit: qui ait?
Genialis agat̃. Iſte dies:ꝓpterea ſtomachum laxare ſaginis. Et tua ſeruatũ conſume in ſæcula Romburn. Proinde
Marcellus qui de uerboꝝ ſignificatione/elegãter ſcripſit:& grauiter/Genialẽ/hoſpitalẽ dixit/ſignificare: quod ho
ſpites:q peregrini amici ſunt:magnifice/lauteq;/ accipi oporteat. Itaq; & in nuptiaꝝ:ac ludorũ celebritate & ĩ ho
ſpitibus excipiẽdis/nõ modo liberalitate:uerũ etiã/munificẽtia uti debemus: ſi præcipiẽtibus Philoſophis credi
mus. Atq; ob eam cãm Sancta ſcriptor nõ ignobilis/de antiqtate uerboꝝ/lib.iii. Geniales inqt ſunt: q ad ĩuitãdũ:
& largius apparãdum cibũ prõptiores eẽnt. Nã hoſpitales hoĩes nihil ꝑtermittere cõſueuerit:qđ ad magnificen
tiam:& ſummũ apparatus ſplendorẽ/ptinere uideat̃. M. Tullius Theophraſtum ꝓbat eſt quo laudata hoſpitali
tas eſt:qđ ualde decoꝝ eſſe arbitraret̃ patere domos hoĩum illuſtrium hoſpitibus illuſtribus: quos q honorifice
excepiſſent. Eos Sancta geniales appellat. Atqui genialẽ hyemẽ/merito iure nuncupare ueteres ſoliti ſunt: quod
tum maxie genio ĩdulgerẽt (ut diximus) & feriabant̃ plæriq; oẽs:ociabãturq; uacui cura/ac labore. Per idem tẽ
pus/Saturnale ſolẽne celebrabãt:qđ initio/uno tantũ die/hoc eſt.xiiii. Kalen. Ianu. deinde in triduũ:mox & in.vii.
dies ꝓrogatũ eſt. Quo tp̃e ꝑ Cecropis iſtitutione:patres familiarũ:frugibus: fructibuſq; iam coactis:paſſim cum
ſeruis ueſcebant̃:cũ qbus patientiã laboris in rure colendo tolerauiſſent. Nec cõtenti ob ruta poculi:cena/ac laſci
uiente ferculis/diem plæriq; oẽs abaco/& latterculis cõterebãt. Quod igit̃ ea tẽpeſtas ĩportuna laboribus/ocio/
& quieti accõmodatiſſima uideret̃. Genialis hyems/ & dicta/& habita eſt. Perſpicuũ iam puto eẽ:qđ uel de genio
uel geniali hyeme dicendũ erat:ſi. M. Varronis fuerit adiecta ſñia/qui de genio alius Philoſophatus eſt. Hic igitur
in libro de Diis Selectis/tres eſſe affirmat aĩæ gradus/in omni/atq; uniuerſa natura. Et primum quidẽ: qui ꝑ oẽs
partes corporis:quæ uiuunt:trãſit/nec habet ſenſum:ſed tantũ ad uiuendum ualitudinẽ. Hanc uim in noſtro cor
pore/permanere dicit in oſſa/ungues/capillos/ſicut in mundo/arbores ſine ſenſu aluntur:creſcunt: & mõ quodã
ſuo uiuunt. Alterũ gradũ animæ dicit eſſe:q ſenſum habeat:& hanc uim permanere:in oculos/aures/nares/os/ta
ctum. Tertiũ uero animæ gradũ. Summũ eſſe cõſtituit:eũq; animũ uocari:in quo intelligendi ſita uis eſt:quo præ
ter hoĩem:oẽs dicit carere mortales. Hanc ergo partem animæ:mundi dicit deum:id quod Aurelius Auguſtinus
de Varronis mente pateſacit:in nobis autem Genium uocari. Eſſe autem in mundo lapides/ac terream:quam ui
demus:quo nõ permanat ſenſus:ut oſſa/aut ungues dei. Solẽ uero/Lunam/Stellaſq; ſentimus:quibus ipſe ſentit:
ſenſus eſt eius. Aethera porro animum:cuius uim:quæ peruenit in aſtra: ea quoq; facere deos: & per eam quod

in terrá permanat deam Tellurem. Quod aũt inde permanat: Mare/atq; Oceanũ/Deum eſſe Netunnum. Sed qd tam lõge ꝑgredimur? Ex his patet ſentire Varroné/Geniũ eé/eam parté animæ: quæ præ cæteris domineť: & intelligẽdi habeat ꝑtaté. Quá ita ꝑclará/atq; excellenté eſſe: ueteres qdá/tum Poetæ/tum ét Philoſophi tradiderunt: ut etiá Deũ appellare nõ dubitarint. Hinc illa apud. M. Tulliũ in. vi. libro de repu. Scipio inductus loquitur. Deũ te ſcito eſſe. Siqdẽ deus eſt qui uiget: q ſentit: q meminit: q ꝓuidet: q tam regit: & moderať: & mouet id corpus: cui ꝑpoſitus eſt: q̃ hunc modũ: ille princeps Deus. Et ut mundũ/ex quadá parte mortalé/ipſe Deus æternus ſic fragile corpus/animus ſempiternus mouet. Euripides quoq; aĩum exiſtimauit eſſe: atq; appellauit deum. Atq; hic forſitá Socratis deus erat: q ſibi futura ꝑſignaret: a quo & ꝓhibetur ſolitus ammoneri: ut ab agendo deſiſteret: qñ id qd agere uolebat: non proſpere/fuerat euenturũ. Quanq̃ Apuleius Platonicus/hac una/de re ſcripſit librũ: quẽ & de Deo Socratis ꝑnotauit: ubi iueſtigans ex quo genere numinũ Socrates habebat/adiunctũ/atq; amicitia quadá cõciliatũ: & aperte: & copioſe/demõſtrat nõ illũ Deũ fuiſſe: ſed Dæmoné: q mediũ quẽdá iter naturá præcellentiſſimá: & iſimá aĩum. i. Deũ atq; hoiem: locũ obtinet. Et hic uere Genius erat: Socrati appoſitus. Ná eundé eſſe Geniũ: & larem: teſte Cẽſorino: cũ alii multi ueteres ꝓdiderunt: tum potiſſimũ ſenſit Flaccus. De qua re rectiſſime in Timæo Cicero: de Dæmõibus: inqt: quos noſtri lares (ſi modo hoc recte cõuerſum uideri põt): & noſſe: & nuntiare ortum eoꝝ/maius eſt: quá ut ꝓfiteri nos ſcribere audeamus. Et. n. ſi Geniũ: & larem eundé eſſe diximus: & rurſum: qué Græci Dæmonem: noſtri laré uocát. Patet Geniũ/ac Dæmoné eundé quoq; habẽdũ eſſe. Atq; hæc hactenus/ſecundũ ueterũ opinioné: & eoꝝ Gentiliũ: explicata ſunt. Quod ſi ueritaté/diligẽtius exqrere uoluerimus: repiemus etiá in ſacris litteris pro Genio/Angelũ ad tuẽdá hoíum uitá: & ad quádá ueluti cõſeruationé/ac tutelá/fuiſſe tributũ. Tobiá legimus/in ueteris legis monumẽtis/Raphaelé Angelũ habuiſſe cuſtodé: q ét Dæmoniũ cõprehẽdit: religauitq; in deſerto ſupioris Aegypti. In actibus quoq; Apoſtoloꝝ: & nouæ legis teſtaméto ſcimus/Simoné/Petrũ/Angeli ſeptũ fuiſſe præſidio: atq; eius munitũ cuſtodia/uinculis & magnis ꝑiculis liberatũ. Quocirca uere/luculenterq;/ꝑcipiũt: q Angelos bonos: quos Calodæmonas Græci uocát: ad tuendos homines/cõſtituto affirmát: ut quiuis ꝓbus uir: atq; electus: cuſtodé Angelũ ſortiať. Itaq; Hieronymus inclytus/ac beatiſſimus doctor: huius rei manifeſtũ teſtimoniũ ꝓhibet: q ait, Magna dignitas animarũ: ut habeat una quæq;/ab ortu natiuitatis in cuſtodiá ſibi Angelũ delegatũ. Quod ſi Euclides Socraticus duplicé oíbus Geniũ dicit appoſitũ. Gregorius magnus: & ipſe quoq; ueritatis ꝑceptor: aſſerit unũquenq; hoiem/bonũ qdé Angelũ cuſtodiæ habere malũ uero exercitationis gratia. Quod. n. unicuiq; noſtrũ/duo cohæreát Angeli. i. bonus/ac malus/& Ioánes Caſſianus oſtẽdit: & ſæpius ſcriptura teſtať. Cũq; Angeli boni oés: oium hoíum cõſulant uitæ/ac ꝓſpiciant ſaluti: cui tamé cura eiuſmodi delegata eſt: accuratius ſeruat/nũq̃ defenſioné ꝑtermittit: nec ſuæ ꝓcurationi commiſſum officiũ deſerit. Mali cõtra cõſimiliter: & oés labé hoíum/atq; excidiũ moliunť/& pro uiribus ad malum ſemp ipellunt/& q ſinguli ſingulis exercẽdis ꝑſcribunť: acrioré atrocioréq; pugná cẽſerũt. Sed quæ de his ſecũdũ ſacræ ſcripturæ ueritaté/dici poſſint: alius erit accõmodatior explicandi locus. Diximus: quæ de Genio: quæq; de Geniali Hyeme: referẽda putaremus. Ad naturæ uim: atq; rõne genius ptinere iudicať: & rem Genialé appellát: quæ maxime naturæ accõmodata eſt. Et nũc qdé ad uoluptaté quádá: feſtiuitatéq; referimus: quale illud apud Iuuenalé. Genialis agať. Iſte dies. Et Ouidius Naſo Metamorphoſcos libro. Hoſpitis ad uentũ: feſtum Genialiter egit. Nunc ad nuptiaꝝ celebritaté. Hinc illud Põpeii Feſti. Genialis lectus: q nuptiis ſterniť: in honore Genii: unde & appellať. Et Seruius ſup Maronis Aeneide libro. vi. Geniales ꝓprie ſunt lecti: qui ſterniť puellis nubentibus: dicti a generãdis liberis. Aliquádo ad generádi rõné: ex quo/& geniales dixerũt/Aquá/Terrá/Ignem/Aerem. Ea. n. ſunt ſemina reꝝ: quæ Græcoꝝ alii Στοιχεῖα: alii στοιχεῖον dicunt. Duodecim quoq; ſigna/Luná: & Solé: inter hos deos annumerabát. Geniales aũt ſecundũ hác rõné a gerendo appellati ſunt: quia plurimũ poſſe putabantur quos deinde Gerulos uocitarunt. Habes qué deũ genium ueteres eé arbitrarenť/cui & fronté conſecrabant. Vnde uenerantes Deum: fronté attingere cõſueſcebant. Habes quid deinde ſit genialis hyems: quá tibi illuſtrari cupiebas. Poterant plura de hiſdem rebus afferri nobis: ſed hæc ſi accuratius legeris: nullus tibi relinquetur (ut arbitror) dubitationi locus. Verum iam riuos claudere tempus ſuadet: quod ſatis multa dicta ſunt: & quieti idulgendum eſt. Nox inſtat: & ſomnus laſſos ſubmittit ocellos.

FINIS.

¶ Subtiliſſimi/ac Fidiſſimi Poetarum interpretis Auguſtini Dathi Senenſis/Lectio prima/quum Virgilii Aeneidem publice explanare cæpiſſet.

TROIA Capta (ut plane Hiſtoricoꝝ grauiſſimus teſtatur Liuius) cũ in cæteros ſæuitum Troianos eét/duo ſeruati ſunt: Anthenor & Anchiſæ/ac Veneris filius/ad Simeonta fluuiũ/natus Aeneas: ac de Antenor equidé opportuniore loco agendũ erit. Aeneas aũt dux bello clarus: atq; inſignis Hæros: cũ multa ſæpius cũ hoſte cõgreſſus/feciſſet egregie: ad extremũ domo ꝓfugus (ut idem ꝓdit Liuius) ſeruatus Italiæ (ut dicit Homerus) ſumptis diis Penatibus: quos ſibi Hector p quieté cõmédauerat: aſſumpto & patre ſene/ac paruulo filio Aſcanio: comitáte uxore Creuſa: Matre Dea mõſtrante uiam/cũ nauibus. xx. mare igreſſus eſt: Italiá fato: Lauinaq; littora petiturus. Traiecit primũ in Thraciá: ubi Polydori monitu: cuius tumulum repiſſet: aufugit: auarũ littus/cõdita prius ciuitate: quá de ſuo noie/uocauit Aeneam. Eam ipſam etiá hiſtorici memorát: & Theſſaloniæ ꝓpinquá/fuiſſe perhibent. Rurſum nauim cõſcendens/in Cretá uenit: ubi cũ aliquádiu cõſtitiſſet: nõ ſatis re-

ete oracula interpretatus:peſtilentia inde pulſus eſt. Cogitans deinde Italiam/in Caoniam tranſmiſit:futuraq́ ab Eleno Vate iſtructus:Siciliam petiit/apud Drepanū(ut Maroni placet)patrē Anchiſen pdidit. Porro cū Sicilia ſoluiſſet/aduerſa tēpeſtate/in Aphricā delatus eſt:inq́ ea regione a Didone Regina honorifice exceptus eſt: &(ſi fabulis credimus)etiā ardēter amatus. Increpitus tum Deoꝝ iuſſu/Aphricā reliquit:atq́ iterum Siciliā repetiuit. Ibi tum ludis:& anniuerſario in honorē patris celebrato. Aceſta poſita ciuitate:& ſuoꝝ ibidem parte relicta/dum Italiā pergit:Palinurū gubernatorē claſſis amiſit. Exinde Baias appulit:& Cumaea Sybilla duce/ad Inferos deſcendit:ad Elyſios cāpos/uſq́ penetrauit. Cognita:Anchiſe referēte/ſuae poſteritatis ſerie:ad ſuperos rediēs perſoluit Miſeno iſerias. Mox Caietā uenit:& nutrice amiſſa eius nōis urbem cōdidit. Poſtremo ad Oſtia Tyberis peruenit. Itaq́ ad deſtinatū locū/ſe ueniſſe ratus;finem ulterius nauigādi fecit. Lauiniā Latini regis filiam:antea Turno pactam/iuxta Oraculi uocē/accepit uxorē. Quā ob cām a Turno bello laceſſitus eſt:adiutus potiſſimū Euādri Archadis auxilio:ac diu cōflictatus maximaꝝ reꝝ:& ampliſſimi/ac florētiſſimi regni dedit initium: Ac poſtmodum excedēs rebus humāis/in numerū Deoꝝ(ut fabulant̄) trāſlatus eſt:& Deus habitus. De quo Liuius haec memoriae ꝓdidit. Huic ſecundū cū Latinis ꝑlium/ultimū opum mortaliū fuit. Eumq́ ſitum ſup Numicū flumē/Iouē Indigetē appellarūt. Cumq́ ab Aenea Troianoꝝ duce/res Romana ꝑfectura eēt:& ea qdē urbs: quae totius orbis aſſequeret̄ Imperiū:nō ſine cauſa cōmētus eſt/elegātiſſimus Vates/ Aeneā ꝓgenitorē eoꝝ:qui urbē Romā condituri eēnt: ꝓfectum ſoluiſſe Aſia:delatum in Aphricā/ad Didonis regna perueniſſe:tandem attigiſſe Europam:ut per eiuſmodi luſtrationē totius mundi partium/terraꝝ oīum atq́ uniuerſi orbis auſpicaret̄ Imperiū. Hoc igitur praeclaro carmine:argumētum:ingens cepit Virgilius Maro:& adiecit latio eximium decus: Videlicet Poeta magnus:omniumq́ praeclariſſimus atq́ optimus:ut Aurelius Auguſtinus ait:& Homerum imitatus:qui Achillem cecinerat:hic Aeneae errorem primū:tum bellum cantauit:quod cū Turno geſſit Aeneas/Reliquum eſt/ut praeſtantiſſimus praeceptor:& optimus auunculus:partes ſuas proſequatur. Dixi.

¶ Haec hactenus recenſuit Petrus Fundius. Tum Primam Aeneidos lectionem legit Augu. Dath. atq́ eam mandauit litteris/Andreoccio Gerardo Senenſi Equeſtris dignitatis uiro poſtulante.

SAtis:ſuperq́ praeclari carminis argumentum/expoſuit Petrus Fundius Sororis filius:ſed in litteris mihi/atq́ eruditione genitus:proſequatur ipſe egregii poematis explicationē non reiectis quattuor uerſiculis:quos Tucca detraxit:& Varus:cum ſint/mea quidem ſententia:cognitione digniſſimi.

Ille ego qui quondam/gracili modulatus auena
Carmen:& egreſſus Siluis uicina coegi
Vt quamuis auido parerent arua colono/
Gratum opus agricolis:at nunc horrentia Martis

Arma:uirumq́ cano. Hos uerſus Virgilius Maro ediderat Aeneidos initium:ſed eos poſtea:detraxere Varus:& Tucca Virgilii:& Horatii(ut Caeſarienſis Euſebius inquit)cōtubernales:atq́ illuſtres Poetae:qbus ab Auguſto Caeſare emēdanda Aeneis tradita eſt/ea lege:ut nihil prorſus adderēt. Exile.n.& fere ieiunitatis plenū/uidebatur initium/tam alti:tamq́ praeclari operis. Nihil nanq́ eſt:inter Latinoꝝ Poetarū carmina:neq́ maius Aeneide:nec praeſtabilius. Sed in his quattuor uerſibus illud artificioſum ac praeclarū uideri debet. Nam quēadmodum tria carmina:Bucolicū:Georgicū:Aeneidoſq́ cōmemorat:ita & elegāter/ac perdocte:triplicē dicēdi figuram ſeruauit:& priorē qdē uerſum/attenuate/ac demiſſe:& gracili quadā:tenuiq́ figura: & ſubtili: atq́ uenuſto carattere dicēdi inceptauit dicens. Ille ego qui quōdam gracili modulatus auena Carmen: qui uero ad rura:culturāq́ agrorū uerſus pertinerēt:eos ita cōpoſuit:ut humili/nō tamen infima uerboꝝ dignitate: & moderato quodā/atq́ amoeno dicendi genere pſonarēt: qd diligenti & ſtudioſo homini(ſi legat accuratius)plane erit manifeſtū. Et egreſſus Siluis uicina coegi. Vt quāuis auido parerēt arua colono:gratū opus agricolis. Tum grauis:ualida:& uberē quādā dignitatē:atq́ amplitudinē cōtinēs/figura cōtexitur/cū tuba terribili ſonitu:& clangore uehemēte itonat. At nunc horrētia Martis arma: Virūq́ cano. Quibus uerbis qd ſublimius: qd magnificētius dici poterat. Bene itaq́ q in Virgiliū cōmētarios ediderūt:humili oratione Bucolica:grauiſſima Aeneiden:media uero Georgica/fuiſſe cōſcripta a Poeta inſigni/ac Mantuano Vate/teſtati ſunt. Quattuor uero his uerſibus/profitetur Virgilius/paſtorale carmē ceciniſſe/tum tradidiſſe de agricolatione ꝑcepta. Iam uero ſubiturum ſeſe aduentum Aeneae in Italiam:diuturnumq́ errorem reſq́ eius ducis belli geſtas.

Gracili auena. Eſt humili Stilo. Eadē enim quae a Cicerone extenuata figura quae a Donato/& Seruio tenuis nominatur:ab. A. Gelio/gracilis dicta eſt:quem Graeci dicendi caracterem ισχνὸν uocant.

Modulatus/Modulari/& canere ad Muſicos/ac Poetas pertinet. Muſici enim quōdam Vates/ac ſapiētes iidem iudicari cōſueuerūt:idq́ ipſum pulcherrime Fabius Quintilianus oſtēdit:atq́ ei numero Orpheū ante alios Linumq́ aſcribit:utrumq́(ut eſt in fabulis)Diis genitū:quoꝝ alteꝝ/qd rudes:atq́ agreſtes animos Thraiicia fractus cithara:fidibuſq́ canoris:& diſciplinae poeticae modulis demulceret:non feras modo/ſed ſaxa quoq́:& ſiluas duxiſſe phibent:quae res uel muſicae peritiae/uel Poeticae diſciplinae poteſtatē:uimq́ demonſtrat. Recte igitur Virgilius quaſi qdam Latinoꝝ Homerus:carmē ſe modulatum dicit:qd eſt/uerſibus ceciniſſe. Coegi:ut quāuis auido:parerēt arua colono. Arua ſunt terrae:quā ad percipiendas fruges/excolimus. Terra igitur(ut. M. Cato imprimis:& Cicero teſte ſunt)nunq̄ ſine uſura reddit:quod accepit:ſed plaerūq́ maiore cum foenore:uidelicet ſi ager ipſe diligenter fuerit excultus:iterdum uero minore:quum fuerit a colonis neglectus. Parent igitur:atq́ obtēperant arua colono:quum multo plus efferunt agri:q̄ acceperunt:ſed tum parent auido colono:quum mēſuram longe cumulatiſſimā reddunt:magnamq́:atq́ auidiſſimā agricolae ipſius cupiditatē explent. Itaq́ Virgilius de colendis agris dicit:ſe eiuſmodi artem:atq́ praecepta tradidiſſe:quae ſi colonus ſeruet: qualibet auidus ſit:facillime erit/ſui uoti compos/ac fauente Georgico carmine:multas congeret in horreū fruges.

Quãuis: Nõ quanq̃ in hoc loco: ſed quãtumuis ſignificat: ſicut & quãlibet. Poſſet & quãuis exponi pro quanq̃: ſed id praeter eruditiſſimos nemo prorſus intelligat: pulcherrimaq; ea eſt loquendi figura.

Horrẽtia Martis arma. Erudite Virgilius bellũ his uerbis expreſſit: cui ueteres Martẽ praeeſſe teſtanť. Nam quẽadmodũ Mars ipſe ferus exiſtimať: ita & qbus praeeſt/opa horrẽtia ſunt: quae utiq; bella putamus. Qua re & M. Cicero. vi. de Rep. libro: quũ caeleſtes orbes: globoſq; deſcribit: Martẽ his uerbis cõmemorat. Tum rutilus: horribiliſq; terris: quẽ Martium dicitis. Noſter igiť Orator Martẽ horribilẽ: ſapiens Vates horrẽtia arma Martis/ nõ abſurde poſuit. Martem ferunt/inter ſeptẽ illa errantia ſydera: tertium orbem: globumq; eẽ ſortitũ: & biẽni curriculo Zodiacum circũ peretrare: plurimũ aũt obeſſe: niſi eius infeſtiorẽ uim/Iouis/ac Veneris: qui ſalutares Planetae ſunt: cõmertium/ac uicinitas modereťur. Stella eſt (ut Aſtrologi tradunt) quae plurimũ habet caliditatis/ac ſiccitatis: atq; ob eam rem/praeliis: cõtentionibuſq; praeeſſe. Nam uterq;/tum calor/tum etiã ſiccitas: magnam ad inflãmandos hoium aios uim habere Phiſicis rationibus declaratur.

Arma: Virumq; cano: duo ꝓponit Virgilius: quorum utrunq;: & Titus Liuius hiſtoria cõplexus eſt: primo libro ab urbe condita. Nam de Aeneae ipſius peruagatione: atq; in Italiam aduentu: deq; eius rebus geſtis/nõ ſolum Poetae fabulantur: ſed etiam loquuntur Hiſtorici.

Virum. Aeneã itelligi duo argumẽto ſunt: ſed iprimis carminis ꝑnotatio. Et.n. opus uniuerſum Aeneis iſcripta ẽ: qđ ab Aenea/nomen inflectitur. Nam quẽadmodũ Odyſſea: qđ de Vlyſſe/Ilias: qđ de Ilio: Thebais qđ de Thebis: Achilleis: qđ de Achille: Theſeis: qđ de Theſeo: Metamorphoſis: qđ de tranſformationibus/ſcripta ſit: nuncupatur ita & Aeneis: qđ in ea ducis Aeneae geſta ediſſeranť/hoc noie appellata eſt. Quin etiã adhibitae circunſtantiae Aeneã manifeſtãt. Quid.n. refert/uel Aeneam ꝓponere/uel eum uirum: qui ex Troiano ſolo/fatorũ uoluntate: primus ad Italiae partem/Lauina littora uenit: cum is certe Aeneas fuerit?

Cano. Cãtare poetas nemo dubitat: eoꝝq; & diſciplĩae Muſicae rõnẽ & eruditiſſimoꝝ ueteꝝ/ſcripta cognouerit. Nam (ut ẽt Auguſtinus Aurelius tradit: & nemo ignorat) omnipotẽtia canẽdi/muſis tributa ẽ. Hae uero Poeticae praeſunt: ut apud Platonẽ/in Phaedro oſtẽdit Socrates. Muſas aũt eẽ cantũ/etiã ruſtici nouerũt: ut ait Macrobius: quare eaſdẽ & camoenas q̃ſi a canẽdo auſi ſunt appellare. Et Theologi nouẽ Muſas octo Spheraꝝ muſicos cantus: & unã maximã cõcinentiã: quae cõfit ex oibus: eſſe uoluerunt. Quocirca & canere coelũ comprobant: ob eamq; cãm: etiã ſonos muſicos ſacrificiis amhibebãt. Scite igitur: Aurelius Auguſtinus primo librorũ: quos de Muſica arte cõpoſuit: muſicã ſinit/bene modulandi ſniam: id aũt eſt bene cõcinẽdi. Nam canere: & modulari: ad Poetas pertinẽt: ut ſupra iam patefactũ eſt. Hinc Virgilius. Gracili modulatus auena: Carmẽ. Modulari uero: & canere: utrunq; cantare ſignificat. At cantãt Poetae: & Muſicũ ſtudiũ eſt plaeruq; Poeticũ. Hinc illud apud Terẽtium in Eautontimerumenon. Tum qđ maliuolus uetus poeta dictat: repẽte ad ſtudium ſe applicaſſe hunc muſicũ. Rurſum in Echirra. Ita Poetã reſtitui in locũ/prope iam remotũ iniuria aduerſariũ a ſtudio/atq; a labore: & ab arte Muſica. Et iterũ eodẽ in loco. Nolite ſinere p uos artem muſicã recidere ad paucos. De poetico nanq; ſtudio loquebať. Demũ in Phormione eadẽ ſnia/rectiſſime confirmatur: quum dicit/Caliopius: in medio oibus palmã eſſe poſitã: qui artem tractant Muſicã. Itaq; ne in hac explanatione diutius immorer: Poetarũ officiũ eſt canere/aut modulari: opus uero carmẽ/uel poema. Hinc Homerus Poetarũ facile princeps ad muſam cõuerſus: quae cantui praeeſſet: Iliada ſcripturus: in hunc modũ ꝓfatus eſt μῆνιν ἄειδε θεὰ: quẽ Virgilius in plaeriſq; imitatus inquit. Arma uirumq; cano: & alio in loco. Cecini paſcua: rura: duces: qđ eſt cantaui imprimis tria carmina: Paſtorale: Ruſticum: & Heroicũ de Aenea. Canere uero cantare intelligi oportere/idem Poeta manifeſtat: qui in Bucolicis de Heſiodo/ita locutus eſt. Hos tibi dant calamos: en accipe: Muſae, Aſcreo quos ante ſeni: qbus ille ſolebat. Cantãdo rigidas deducere montibus ornos. Quare nõ indocte quidq; ita exortus eſt: quod eſt apud Flaccũ. Fortunã Priami cantabo: & nobile bellum. Et Boetius Seuerinus: Vir ſciẽtia: & doctrina oium pene praeſtantiſſimus: & canẽdi/& modulandi: & cantãdi deniq; exempla ſuppeditat/teſtificans ea omnia eſſe Poetarũ ac Vatum muneta. De philoſophia enim quã loquẽtem inducit: & uerſibus ſaepe ludẽtem: ita ait. Haec cũ philoſophia dignitate uultus: & oris grauitate ſeruata: leniter: ſuauiterq; cecinſſet. Et rurſum. Iam cãtum illa finierat: cũ me audiendi auidũ: ſtupentemq;/arrectis adhuc auribus/carminis mulcedo defixerat. Ac paulo poſt. Canẽdi etiã/iocunditate refouiſti. Cumq; philoſophia quae ſecum loqueretur: uerſus allatura eſſet/ac ſimul inquit: Ita modulata eſt. Deniq; & alio in loco haec uerba ſubiecit. Quare neceſſe erit/humanũ genus: uti paulo ante cantabas. Et alia: ſed iſinitũ ſit eiuſmodi exẽpla colligere. Haec autẽ idcirco attulimus/ad eoꝝ ſniam refellendam: qui imperiti harũ rerũ/ac prorſus ignari/illepide atq; imperite: canere apud Poetas uolunt eſſe deſcribere/nec uerbi ipſius aut uim/aut elegantiam cõplecti animo poſſunt.

Troiae q primus ab oris. Italiam fato ꝓfugus: Lauinaq; uenit: Littora. Primũ dicit Aeneã/in Italiam ueniſſe: qua in re/plaeriq; uiri/ẽt eruditiſſimi dubitare cõſueuerunt: qđ nõ multo poſt/idem Poeta profectũ Antenorẽ in eã Italiae partẽ: quae iampridẽ Venetia dicebať: & Parauium cõdidiſſe phibeat: idq; multis ẽt annis ante: quã Italiam attigiſſet Aeneas. Nam & ipſi quoq; Hiſtoriarũ ſcriptores/primũ ueniſſe Antenorẽ: cũ multitudine henetum tum Aeneã nõ obſcure declarãt. Quae res dubitationẽ plane difficillimã/uideť afferre. Verũ reſpõdẽt nõnulli: & hi qdẽ nõ illiterati: aſſeruntq; nouitatẽ/errorẽ eiuſmodi peperiſſe: fuiſſe quõdã nõ tam latos/ipſius Italiae fines: ſed lõge anguſtiores/nec niſi ad Rubiconẽ uſq; flumẽ ꝑduci/ac recenti memoria/uſq; ad Alpis/fuiſſe protractos: teſtem ꝓducunt imedium Lucanũ Cordubẽſem. Poetã nequaq̃ ignobilẽ: qui hac de re ita locutus eſt. Sed Gallica certus/Limes ab Auſoniis diſterminat arua colonis. Hanc ego ſniam nec ſatis ꝓbo: nec plane reiicio. Habet.n. auctores uiros/certe ꝓbatiſſimos. Alii nõ totã Italiã cõmemorari uolunt: ſed eius partẽ quãpiam: ubi Italia & Laurẽtes agri/modico atq; anguſto freto/ab Sicilia diuiduť. Quare & eidẽ uerſui ab erudito Poeta acceſſio facta ẽ/Lauinaq; uenit Littora. Et.n. nõ ad Latina littora Anthenor: ſed i itimũ maris Adriatici ſinum

ueniſſe dicit. Hæc uero ſnia & Poetæ uerbis cõuenit. & ab hiſtoricorum ueritate nequaq̃ abhorret. Sed lõge acutius/ac multo uerius ſenſere: qui nuper exorti ſunt: & poetã Virgiliũ cauiſſe pſitent: ut ulla eſſet prorſus in tã ſplẽdido poemate dubitatio: qn facile diſſolui qat. Venit itaq; Anthenor i eas terras: q̃ mõ Italia nũcupat: uenit & multo anteq̃ aduentaret Aeneas. At prius uenit Aeneas in Italiã fato: nũqd fatũ fruſtra adhibuit ſapiẽtiſſimus Vates? Sed plerique nõ tã ipſi pſpicaces/q̃ aliorum explanatiõe cõtẽti: ne q; fatũ aiaduertũt: neq; qd ſit fatum ipm/plane itelligũt. Qui ſi Liuii hiſtoriã lectitaſſent: ſua pfecto ſnia/atq; errore deſiſterẽt. Nã Anthenorẽ qdẽ ipſum cũ multitudine Henetũ ueniſſe ait/in intimũ maris Adriatici ſinũ: ac tenuiſſe terras: q̃ iter mare alpiſq; ſitæ erãt: pulſis Euganeis. Aeneã uero a ſimili clade domo pfugũ: ſed ad maiora rerum initia/ducẽtibus fatis/primo in Macedoniã ueniſſe: deide in Siciliã quærẽtẽ ſedes delatũ/poſtremo Laurẽtẽ agrũ tenuiſſe narrat. Mira hæc Hiſtorici Poetæq; cõcordia. Fato cãtat Vates/primũ i Italiã Aeneã ueniſſe: eundẽ ſcriptor hiſtoriarum nobiliſſimus/orbẽ perrare tradit/ducẽtibus fatis: Vterq; uero nõ incaliide pfugũ Aeneã uocat. Neq;.n. ſuæ ſpõtis erat: nec ſuo arbitrio ducebat: & qd creditu difficile qbuſdam uideri ſolet: neſciebat Aeneas Troianiq; ubi fas eſſet/regna reſurgere Troiæ. Vago curſu ducebant: multoſq; p ãnos errabãt acti fatis maria oia circũ. Nũ igit Deorum iuſſu æque dicet ueniſſe Antenor Patauiũ cõditurus: atq; Aeneas: q erat totius orbis cõſtituturus iperiũ? Neq;.n. fuit ulla unq̃ reſp. aut bonis artibus ditior: aut pſtabilior iperii magnitudie: ac Romana ciuitas tũ alias iter caput extulit urbes: q̃tũ lẽta ſolẽt iter uiburna cupreſſi. Bñ igit Aeneã ad tãtæ/tãq; auguſtæ urbis primordia ſata ducebãt: & ne de Fato pluribus mõ philoſophari uideamur: fatũ cũ Platone/Dei iuſſionẽ ac uolũtatẽ iterpretamur. Quare & cũ apud Didonẽ Aeneas ipſe prio Virgilii cõmẽto diuerſaret: iuſſus ẽ amoribus cedere/ac fatis obſequi. Itaq; & q̃rto eiuſdẽ carminis libro/a Ioue miſſus Mercurius/Aeneã his uerſibus affat. Tu nũc Carthaginis altæ/Fũdamẽta locas: pulchrãq; uxorius urbẽ Extruis? Heu regni: rerũq; oblite tuarum. Ipſe Deũ tibi me claro demittit olympo. Regnator coelu & terras q numine torquet. Ipſe hæc ferre iubet/celeres mãdata p auras. Quid ſtruis: aut qua ſpe lybicis teris ocia terris? Si te nulla mouet tantarum gloria rerum. Nec ſup ipſe tua moliris laude laborem. Aſcaniũ ſurgẽtem: & ſpes hæredis Iuli. Reſpice: cui regnũ Italiæ. Romanaq; tellus. Debent. Quæ cũ accepiſſet Aeneas auebat/abire/fuga dulceſq; relinquere terras. Attonitus tãto monitu ipioq; deorum. Et rurſũ de eodẽ Aenea paulo poſt. Ille Iouis mõitus imota tenebat lumina: & obnixus/curã ſub corde pmebat. Itaq; poſtrẽa hæc ſnia/ut elegãtia ſubtilitateq; ſupiores illas: ita & ueritate lõgiſſime antecellit.

Vi ſuperũ/ſæuæ memorẽ Iunonis ob irã. Cõtra Epicureorum Stoicorũq; ſniam/uerſũ hũc poſuit Virgilius. Quorum Epicurei Deos oino ocioſos cõſtituebant: negabãtq; ullã prorſus hr̃e humanarum rerum pcurationẽ: atq; ita nec gratiã in eos ad benefaciendũ: nec iram ad nocẽdũ cadere: alteri uero gratiã Diis imortalibus tribuebãt: ſed iram a diuinitate penitus cenſebãt/alienam eſſe: qd non diuinæ maieſtatis: ſed terrenæ fragilitatis ſit cõcitari, perturbari: inſanire: q̃ oia in ſalo atq; æſtu iratæ mẽtis ineſſe credunt. Sed ſapiẽs fortaſſe Vates/ut falſos & cõmẽtitios Deos a ueræ diuinitatis Maieſtate ſeiungeret: etiã diuorum Reginã & maximã oium (ut ſtulti ueteres putabãt) Deã iraſci: pturbari: & ægritudinũ agitari fluctibus pſitet. Et ne irã qſpiã itelligeret: q̃ ẽt ſolet i deos cadere: ſæuã: & imitem Iunonẽ uocitauit: cũ tñ nihil magis a diuinitatis natura abhorreat/q̃ ſæuitia/atq; crudelitas. Quod ſi q ſæuã Iunonẽ magnã interpretant: ii fortaſſe boni uiri fuerint: ſed pfecto non ſatis eruditi.

Dum cõderet urbẽ. Quã urbẽ intelligi Poeta uelit/magna apud nõnullos diſceptatio eſt. Multi.n. nõ tã exponẽdarum rerum q̃ oſtẽtandi ingenii gratia/unã eandẽq; cuiuſpiã libri partẽ i uarias diſtrahũt ſentẽtias: qd cõtingit iis: qui urbẽ hoc in loco/uel Lauiniũ/uel lõgã Albã/uel Romã intelligi poſſe arbitrant. Sed nos optimis ſubnixi rõnibus Romanã dũtaxat urbẽ interpretamur. Primũ.n. ſi ad magna quædã rerum initia/& ad auguſtiſſimæ urbis primordia Aeneã Troiorum ducẽ fata ducebãt: q̃ rõne uel Lauiniũ/uel lõgã Albã ſuſpicabimur: cũ utriuſq; & anguſti fines extiterint: & p breue tẽpus durar it iperiũ. Eiuſmodi igit impia Dii imortales moliebant. Has urbes Iuppiter ſæpe pollicebat. Sed lõge erat Carthago maior/ac præſtabilior/aptiorq;: in qua cũ Didone regnaret Aeneas. Heccine erat tantarum gloria rerum: hoc præclarũ Italiæ regnũ. Ridicule igit in hoc loco alterutrã nominatarum urbiũ cõmemorãt. Quod ſi hãc rõnẽ ob ingenii tarditatẽ pſpicere nequeũt: audiãt poetã ipſum: q perſpicue/ac dilucide Romanã urbẽ explicauit: aſſerens Aeneã ducẽ: at cæteros Troiãos Græcorum reliquias iactatos æquore toto: & p uarias maris ipſius oras uagari. Tãtæ molis erat Romanã cõdere gentem. Illud quoq; ſpectandũ eſt: qd urbẽ etiã uulgata cõſuetudine: niſi illud adiectũ fuerit: Romam ſignificari credimus: ob eius magnitudinẽ: atq; præſtantiã: ut Oratores/Demoſthenem & Ciceronem: Poetas Homerum & Virgilium.

Genus unde latinũ. Liuius auctor optimus/nuſq̃ Latinos cõmemorat: neq; id nois in ſua hiſtoria meminit: donec ab Aenea ipſo/ab originibus/Troianiſq; ipoſitũ eſt. Gens.n. cui Latinus iperitabat: Aborigines uocabãt: quos uero Aeneas duxerat: Troiani. Sed poſtq̃ Mezẽtius Hetruſcorum Rex Turno Rutuliſq; iã diffiſis rebus ſocia arma iunxit. Aeneas ea tẽpeſtate aduerſus tãti belli terrorẽ: ut aios Aboriginũ ſibi cõciliaret: ne ſub eodẽ iure ſolũ: ſed ẽt noie oẽs eẽnt: Latinos utrãq; gẽtẽ appellauit. Qua qdẽ re effectũ ẽ: ut Aborigines Troianis ſtudio ac fide erga Regẽ Aeneam nequaq̃ cederẽt. Bene igit a Mãtuano Vate tradit Latinũ genus ab Aenea deductũ.

Albaniq; patres. Aſcanius: cui cognomentum etiã Iulo erat: quẽq; Iulia gens auctorẽ nominis ſui nuncupat: incertum ſi Creuſa/uel Lauinia genitus: ſed procul dubio Aenea natus: poſt patris obitum Lauinio urbe relicta: nouam aliam ſub Albano monte condidit: quæ a ſitu: ut ait Liuius: porrectæ in dorſo urbis Longa alba appellata eſt: Liquido ex his conſtat Albanos patres ab Aenea profectos.

Altæ Moenia Romæ. Compertum eſt mihi apud hiſtoriarum ſcriptores/non Latinos ſolum: ſed etiam Græcos quicunq; ueritatis nobilitate præſtant: Romanam urbem/auctores habuiſſe Remum/ac Romulum fratres: ſed eorum quoq; genus (ſi altius initia repetantur) ab Aenea ſumpſit exordium. Ita enim origo antiquior/& quaſi genealogia cõtexit. Aeneas nãq; genuit Aſcaniũq (ut diximus paulo ante) & lõgã Albã cõdidit: & in ea

regnauit. Aſcanius gẽuit Aeneã Siluiũ. Aeneas Latinũ Siluiũ Latinus genuit Albã. Alba genuit Athem. Athis genuit Capitẽ. Capis Capetũ. Capetus genuit Tyberinũ: Tyberinus genuit Agrippã: Agrippa genuit Romulum Siluiũ. Hic uero fulmine ictus/ Auentino regnũ ꝑ manus tradidit: hinc deinceps Proca ſucceſſit in regnũ: qui Numitorẽ atq; Amuliũ ꝓcreauit. Numitor Rheam Siluiá genuit: ex qua a Marte cõpreſſa (ut pleriq; fabulanť) geminus partus editus eſt: natiq; Remus & Romulus: q Romanæ urbis incunabula quædã/ primordiaq; iecerunt. Non abſurde igiť dictũ/ & mœnia initiaq; Romani populi ab Aenea fluxiſſe.

Mœnia. Pleriq; hanc particulam unde ducta ſit ignorant. Vulgus aũt Grãmaticoꝝ mœnia appellari dicit ueluti numina: quod totius urbis munimenta ſint. Veꝝ turba imperitorum hoĩum ita arbitranť: neſcientes mœniũ extitiſſe: qui mœnia primus excogitarit: ac mœnia poſt ab ipſo inuentore Mœnio ſumpſiſſe nomen.

Romæ. Sũt q ambigãt: quã ob rẽ Roma appellata ẽ: & quærẽtes/ uñ id nomẽ ductũ ſit: ĩ cõtrarias opiniões diſtrahunť. Quidã arbitranť/ primũ eã Romæ appellationẽ ab Euãdro inditã: q cũ oppidũ ibi offendiſſet: qđ extructũ/ antea Valentiã dixerat latina iuuẽtus: ne prioris nois ſignificationẽ imutaret. Romã Græce Valẽtiã appellauit. Nos ãt Græcoꝝ uolumia ꝑſcrutãtes. aĩaduertimus ρωμην robur ſignificare. Nuꝑ uero apđ Iſocratẽ: uerũ apud Græcos magna gloria excellente/ id nomẽ repperimus: q de robore & corporis uiribus ita locutus eſt.

Eadẽ aũt apud Grecos dictio/ fœminino genere ω lſam & daſea/ q̃ craſſi ſpũs nota ẽ: ꝑſcripta mõ robur: modo Romã urbẽ ſignificat. Quod ſi Græcos imitemur: prima eius particulæ ſyllaba aſpirationẽ admittat: cũ nuſq̃ in uetuſtiſſimis codicibus Romã aut audiuerim: aut legerim/ fuere nõnulli: in qbus & Heraclides auctor etiã celeberrimus: q Romã a nobiliſſima quadã muliere & captiua originem traxiſſe uelint. Dicunt. n. Troia capta. Achiuoꝝ quoſdã ꝑ Tyberim amnẽ ĩ ea loca uentitaſſe: ubi nũc Roma ſita ẽ. Suaſu aũt Romæ: q̃ una ĩter captiuas plurimũ corpis forma & uultus decoř ac uenuſtate ꝓſtabat: ſedes inibi locauiſſe/ atq; mœnia ĩſtruxiſſe noui oppidi: qđ ab illius noĩe Romã appellarit. Alii uero: quoꝝ ĩprimis fuit Agathocles: eãdẽ urbẽ a noĩe Romes uocitatã ferũt: ſed fuit Romæ Aſcanii (ut ipſi ꝓhibẽt) filia/ & neptis Aeneæ: quã ob ꝓclara uirtutũ muliebrũ merita/ dignã exiſtiarũt: cui9 appellationẽ Rõana ciuitas ſortireť. Sed hæc forſitã cæteris hoĩb9 q̃ſi ſimilia ueri ac ꝓbabilia uideri poſſint. Sed nos Liuiũ ĩ pleriſq; auctorẽ ſecuti/ Romã a cõditoris noĩe appellatã credĩus/ Nã Rõulus ĩpe poſt frĩs interitũ/ ac cædẽ turpiſſimã ſolus potitus ĩpio/ urbẽ ꝑfecit: & de ſuo noĩe Romã uocauit.

Muſa mihi cauſas memora. Mos eſt Poetis cũ bonis/ uotiſq; & præcationibus Deorum/ Dearumq; carmina exordiri: ſed plerunq; Muſas inuocare: quæ ut iam ſupra ex Platonis ſententia oſtenſum eſt: Poeticæ præſunt: quippe quæ Poetarum/ ac Vatum incæptis aſpirare dicantur: & plerunq; quidem Muſam unam inuocant: aliquando autem Muſarum chorum comprecantur. Vnam alloquitur Homerus.

Vnam rurſus in Odiſſea.

malũ eẽ:unde humectãtes ægrotationes:unde reumatiſmi:unde pallor:ſplenis accretio:laxationes neruoꝝ: tor/
por:inſulſitas deſyderii:tumores/febres/unde alia permulta : & ualitudinis detrimẽta oriunẽ: & uaria morboꝝ
genera.Bene eſt itaqꝫ nox poſita:deinde nõ ebria dr̃:ut ebrietas/aꝫ temulẽtia tollereẽ: qua qd põt eẽ libero hoie
indignius.Peſtis ſæuiſſima ebrietas eſt:animoꝝ ſimul:& corpoꝝ labes: quæ primũ rõnis hoiem impotẽ facit: &
multoꝝ maloꝝ fomitẽ ſubminiſtrat.Et in ſobrietate quidẽ uirtutũ cõcordia: i temulẽtia uero ſita ruina eſt. Nõ
temere uinũ a ui appellatũ dicit Varro:qd' eius tãta poteſtas ſit:ut hois naturã/in belluã trãſferat & mẽtẽ ratio/
nẽqꝫ ſubuertat. Quid tã amicũ:qd tã gratũ ueteri: & calidiſſimo hoſti(ut ait diuinus chriſoſtomus)quã ebrietas
q̃ laſciuia maloꝝ oium/ac facinoꝝ radix? Quæ duo uidelicet teterrima flagitia/ ne fuſius ꝓpagarenẽ. Valerius
Flaccus:& portius Cato Cenſores Bachanalia ſubſtulerũt nocturnũ ſacrũ:& ebrietatis/ac ſcelerũ oium ſemina/
riũ:ut grauiſſimus autor ſcribit Liuius.Nihil tam uirilẽ dignitatẽ deformat:nihil tã deturpat hois grauitatem: q̃
ebrietas:atqꝫ inſolentior uini licẽtia.Ferẽ Dionyſius ſenior:cũ in cæteros malefactores grauiter animaduerteret:
parſiſſe tñ eis:q ueſtes ſurripuiſſent:quo Syracuſani a cõmeſſatiõibus:atqꝫ ebrietatibus tẽperarẽt. Scite igiẽ Mar
tialis ei:qui beatiorẽ ſibi uitã affectat:cenſet noctẽ quiete degẽdã uitãdã ebrietatẽ.Nox inquit nõ ebria: ſed ſolu/
ta curis. Quid curis ſoluta nox eſt:niſi ab ſolicitudine/uel quærẽdæ pecuniæ/uel appetẽdæ gloriæ/uel demqꝫ ex
plẽdæ ueneris lõgiſſime abhorrẽs? Harũ reꝝ appetentes in utrauis aure dormire ocioſi non poſſunt: hoꝝ feſſos
nunq̃ ſopor irrigat artus:nunq̃ arctior ſomnus cõplectiẽ:herẽt infixæ pectore cupiditatũ/ac libidinũ curæ:inſidẽt
ſolicitãtes:angores:nec placida mẽbris/dat cura quietẽ. Quãdo auarus:ambitioſus:petulãs placidiſſimã illã quie
tem deguſtarunt? Et auarus cupiditati ſemp intentus:nõ ſolũ nõ dormitat:ſed ne cõniuet quidẽ/ac dũ iſatiabilẽ
& inexauſtã ſitim explere cogitat:etiã fraudat naturæ ſomnũ:ut Saluſtianũ illud ueꝝ ſit. Auaritia pecuniæ ſtu/
diũ hẽt:quã nemo ſapiens cõcupiuit:ea quaſi uenenis malis imbuta corpus:animũqꝫ uirilẽ effeminat. Semp infi/
nita:& inſatiabilis eſt:neqꝫ copia/neqꝫ inopia minuitur.Et Plutarchus Cheronẽſis in libro:quẽ inſcripſit περι πο/
λυπραγμοσυνης magnis uiribus nos deterret auaritia:& ſuperuacua quadã ꝑmixtaqꝫ(ut iterpretaẽ Gelius):
ac minime neceſſaria eiuſcemodi pluriũmaꝝ reꝝ & cognitione/& perinone/ q̃ mẽtẽ ipſam uehemẽter excruciat.
Neqꝫ.n.curioſior illa πολυπραγμοσυνη hoiem unq̃ ſinit qeto:atqꝫ ocioſo eẽ aio:ſed turbulẽtis ſemp tũ cogi
tationibus/tũ laboribus iactat. Quid leuitũ amoꝝ:qd obſcenæ libidinis ſectator:nõne dies:nocteſqꝫ angiẽ? Non/
ne mõ dextrũ:mõ læuũ uerſat/ac fatigat latus? Miſer atqꝫ infœlix amator incertus animi:qd capiet cõſilii:igno/
rat:quo ſe uertat neſcit:nunc ſpe erigiẽ:nũc metu frangiẽ:aſſidua ſemp ſollicitudine cruciaẽ. Leuitatẽ uero affe/
ctans gloriæ:ut popularẽ aucupeẽ auram:& interdiu laborat:& noctu cogitat:atqꝫ animũ nũc huc celerem/nunc
diuidit illuc:i parteſqꝫ rapit uarias:perqꝫ oia uerſat:eius igiẽ & beatior fuerit uita:de quo merito dici poſſit. Nox
nõ ebria:ſed ſoluta curis.Is quietã noctẽ agit:& arctiſſimo ſomno/ac ſopore uinciẽ.Nõ triſtis torus, Attamen pu/
dicus. Triſtis torus ꝓfecto eſt eius:q uitã ſolitariã uiuit:& eoꝝ caret cõſuetudine:qbus cũ familiares ſermones:&
dulcia cõferat alloquia. Et Pythagoras qdẽ q̃q̃ cõtẽplandis rebus intẽdebat:cohortẽ tamẽ diſcipuloꝝ ſibi delegit:
qbus cũ uiueret:quos inſtrueret:quoꝝ cõuictu:& cõſuetudine lætareẽ:cumqꝫ his perpetuã:atqꝫ inſeparabilẽ ſo
cietatẽ coire ſolitus eſt:& quodã ueluti cœnobiũ cõſtituere. Neqꝫ.n.põt quicq̃ homini ſuaue eẽ/ ac iucũdũ/ uel
rebus oibus circunfluẽtibus/niſi cõſortẽ & participẽ habeat. Sociale nãqꝫ hõ eſt animal:& cõciliationis lõgẽ oium
cupiẽtiſſimũ.Suo aũt ingenio hois/ac ſimilis ſui/& ſocietate/& cõſuetudie delectaẽ. Alioquin aut Deus quiſpiã
ſit:ſi cõtẽptis humanis rebus etiã ipſi deo ſolitudine:& cõtẽplatione iungaẽ/aut certe beſtia:ſi cõſpectũ/ ac cœtũ
fugitans hoium uitã agreſtẽ:& imanem feraꝝ uiuat. Quippe natura nihil ſolitariũ amat:ſed ad ſocietatẽ hoiem
genuit. Atqꝫ illud ueꝝ eſt fructũ uoluptatũ oium eripere ſolitudinẽ. Veꝝ prima ſocietas in cõnubio eſt:ut ipri/
mis uxoris ipſius quærẽda iugatio ſit. Quã ſiquis ex ſnĩa nactus ẽ:ſciat paratũ ſibi nõ uitæ ſuppliciũ : qd' plærīqꝫ
ioco uſurpãt:ſed perpetuũ ꝓſidiũ/ac tutiſſimũ perfugiũ. Siquidẽ fecit Deus hoiem:& ſimile ſibi adiumẽtũ cõdi
dit:mulierẽ.Itaqꝫ & pp uxoris flagrãtiſſimã charitatẽ relinquit quiuis uel parentes : & ita illi hæret : ut & duo in
carne una ſint:& fiat ex duobus unus. Omnium autem rerum ex quibus aliquid percipitur uoluptatis : nihil eſt
uxore melius:nihil iucundius:nihil amabilius. Ea tibi liberos gignit:quibus bene inſtitutis poteſt fere nihil opta/
bilius cogitari. Procreatam ſobolem nutricatur:intus dominans ſuppellectilem totam ſtudio:diligentiaqꝫ tuetur:
ſeruat domi: quod foris tibi paratum eſt. Victum omnem: ac reliquum uitæ cultum miniſtrat. Siue mala ualitu/
dine laboras:ſeu ullis aduerſis rebus premeris:ſola ſemper præſto eſt fidiſſima coniunx . Se ipſam negligit: ut te
ſolũ expleat:id cogitat/id conatur: id ſpectat:ut q̃ maxime tuis commodis:uoluptatibuſqꝫ inſeruiat. Quid enim
bonæ uxori præter uirum/aut charum/aut dulce eſt? Solent mulieres ita diligere ſuos uiros:ut etiam uiuere no/
lint : ſi illi mortui ſint . Nam & in India uaſtiſſima Barbarorum regione / mulieres : ne mortuis uiris ſuperſtites
ſint:pira malunt ardere:q̃ uiuere. Quid ad hũc amoris cumulũ addi põt? Mihi nõ Terẽtianus Mitio fœlix eſſe:
qui qd' fortunatũ iſti putãt: uxorẽ nunq̃ habuit. Sed is multo uideẽ oium fortunatiſſimus:cui & uxor eſt:& pro
ba obtigit:pudica:uiri diligẽtiſſima/uerecunda/modeſta/ſobria/accincta/alacris:iurgioꝝ fugitans:uiri uoluntatẽ
uitæ ſibi legẽ putans. Huius profecto erit torus certe nõ triſtis:ſed celeber/ac lætiſſimus:ut dicat quiuis : fœlices

..amos nactus multo etiam uerius:q̃ ille apud Propertium. Q me fœlicem o nox mihi candida: & o tu lectule
·litus facte beare meis. Viri nãq; delitiæ eſt uxor:ut iure Cinthiã quãpiã nõ quidẽ amicã:ſed uxorem hiſce mari
is uerſibus alloquat᷑. Tu mihi ſola places:placeã tibi Cinthia ſolus:Hic erit & patrio ſanguine pluris amor. Non
c igit᷑ triſtis torus:attamẽ pudicus. Nõ iſite pudicus dr̃:qd᷑ ad limẽ beatitudinis:neq; illegitimus cõgreſſus: neq;
noderatus cõiũctõis appetitus aſpiret. Quid.n.a bellua hoiem ſepatat/niſi rõ/niſi uirtus/niſi lex/ac moderatio
itæ? Magna ẽ cõnubii.i.legitimi matrimõii laus:quo monemur:nõ q̃uis mulierẽ paſſim/ac ſolute ſuſcipere:ſed
uã ſpõſalio᷑ iura cõſtituant:quã a parẽtibus:cognatiſq;/ſolẽni ritu ſtipulemur in matrimoniũ/nos ducturos:q̃
ɔquã cõnubii lege/atq; inſtitutione iungat᷑. Quã quiſq; igit᷑ eo pacto aſſecutus ſit eã uxorẽ:& chariſſimã conſor
tem habeat uitæ:aliã ſi uel attigerit/uel etiã cõcupierit/rõnis:atq; humanitatis iura uiolauerit. Hinc in Politicis
præclare Ariſtoteles. Coitus inqt:oĩs alterius:q̃ cõiugis penitus ſit:interdictus. Quid de moderatione dicã? Me-
miniſſe uirũ oportet modũ ubiq; eẽ ſeruandũ:atq; uxorẽ ſe hr̃e:nõ ſcortũ. Liberis danda opa eſt: nõ explẽda li-
bido:nec breui uoluptati:ſed ꝑpetuæ ſaluti cõſulẽdũ. Cõiugationẽ aũt maris:& fœminæ: ſi rem ipſam cõſidere-
mus ſola efficit ꝓcreãdæ ſobolis ratio:alias ſordida ſit/ac lutulẽta permixtio. Quo circa & iis ipſis:q cõiugii uin-
culo ſociati ſunt ſapientes uiri fines cõſtituere:quatenus ꝓcreãde ſoboli operã dari cõueniat:quo cũ uentũ ſit ſi-
nant ualere/ac neſciant uenerẽ. Nihil eſt imoderato cõcubitu aut fedius/aut pernicioſus: qui frequẽs etiã corpus
diſſoluit (ut Medici ac phyſici tradũt) Eſtq; (ut ait clarus Hippocrates) teterrimi pars comitialis morbi: corpori
& lætiferã ĩbecillitatẽ:& imaturã afferens ſenectutẽ. Atq oẽs:q crebrius uoluptatis:atq; libidinis explẽde gr̃a car
nis:& ueneris fœditati laſſas habenas dederint:ii ad naturam bellua᷑ q̃ ꝓxime accedũt:ſed & beatiorẽ nequeũt
uitam adipiſci:quam quærimus. Vrunt undiq; ardentes libidinum faces:quæ miſeros reſpirare non ſinunt. Bene
atq; luculente/quiſquis in hunc modum cecinit. Ardet in affectu uenus Anxia ſordet in actu.

Efficit:atq; pudet:præſto patratur opus. Quod iuuat:æternum:quod cruciabit:erit.
Poſt factum:feciſſe pudet:cito præterit illud:

Coniugii igit᷑ ſocietas/nõ acerbã uitam:ſed iucundiſſimã efficit/Sed eo᷑ ſcimus eſſe lõge iucundiorẽ: qui ueram
pudicitiã affectantes:nõ matrimonio᷑ uinculis:nõ ullis ſæculi cõpedibus uinciunt᷑:ſed ſupra hoiem uitam nacti
perpetuã uitæ integritatẽ ſeruauerũt:atq; eo᷑ ſibi duntaxat cõciliationẽ/ac ſocietatẽ aſciuere: qui oĩbus huma-
nis cõtemptis illecebris/in re᷑ cognitionẽ/ac ueritatẽ adipiſcendã operã oẽm/ac ſtudiũ cõtulerunt:quo᷑ nec tri-
ſtis eſt torus:& tamen uere:ſerioq; pudicus. Quales Indo᷑ Gymnoſophiſtas:pleroſq; Græco᷑ Philoſophos: Iu-
dæo᷑ Eſſenos: Aegyptio᷑ Sacerdotes fuiſſe tradunt:qui cũ multis rebus aliis tũ maxime uxoribus abſtinuerit:
quales multo uerius cernimus ipſi:etiã noſtra hac tẽpeſtate: Chriſtianæ:& catholicæ religionis cœnobitas:qui ex
uti quodãmodo humanitatis fragilitatẽ:Angelo᷑ uitã imitant᷑ interis. Hi nãq; cœlibatũ nuptiis præferẽtes me-
lius:q̃ Socrates mentẽ ſeiungũt a ſenſibus:altiſſimoq; animi exceſſu rapti uerius:q̃ pſeudo Philoſophi moriunt᷑.
Si recte dicit᷑ Philoſophiã:q̃ nõ fucata/nõ adũbrata:ſed uera/ac ſolida Philoſophia eſt:meditationẽ eẽ mortis. Ho-
rum certe hoĩum:qui uix pauci toto orbe reperiunt᷑:incredibilis q̃dã uoluptas eſt:maiorq; quã q̃ breui orõne ꝯ-
ſtringi poſſit. Quippe eiuſcemodi hoĩum tãto eſt:q̃ cætero᷑/uita beatior:quãto hi abſunt ꝓprius a uera beatitu-
dine. Ve᷑ de his alias plura. Hæc attigimus:ne matrimonio᷑ expers uita:qualis noſtræ ſacerdotũ religionis eſſe
debet:putaret᷑ infœlix. Omnino aũt iis oĩbus:qui beatius uolũt uiuere:triſtis uitandus eſt torus:pudicus optan-
dus. Additur ſomnus:qui faciat breues tenebras. Somnus is:breues:inquã faciat tenebras/nõ iniuria laudat᷑. Iube-
bat Pythagoras:ut uentris ĩprimis:iræ:ſomni:gulæ abſtineremus:qbus rebus uirtus/maxime perturbat᷑:qua ſub
lata ad quãuis beatitudinẽ/oẽs plane aditus intercludunt᷑. Hæc utiq; mala quũ regnãt:exulat uirtus:uirtute aũt
remota/nullus relinquit᷑ beatitudini locus. Ariſtoteles ſumma autoritate Philoſophus/cũ fœlicitatẽ hoĩs expli-
caret:nõ eſt eam auſus/niſi in actione:atq; opere cõſtituere:quo dormitantiũ nullũ diſcrimen ſit/nulla fœlicis ho
minis:ac miſeri differentia. Quod ſi ſomnũ ſpectes:nihil homini homo præſtabit:ſtulto intelligens nihil itererit.
Hebetia plerũq;/ac tarda ing᷑nia ſolent eẽ eo᷑:qui plurimo cibo:nimioq; ſomno utunt᷑:nec ſolũ ĩpuberes pue-
ri:qd᷑.M. Varro in lũga hiſtoria ꝓdidiſſe fert᷑:ſed qualibet etiã ætate hoĩes id ipſum incurrunt mali. Illud poeti-
cæ leuitatis eſt:quo tradit᷑. Domitor ſomnus malo᷑:requies animi:pars humanæ melior uitæ. Aut.n.res fluunt
nobis ex ſniã:& ea᷑ fructũ capere nequimus ſomno cõſopiti/aut aduerſis urgemur: nec:iis aut liberare ipſi nos/
aut leuare poſſimus:niſi diligẽtẽ/ac peruigilẽ curam adhibuerimus. Ita fit: ut pars humanæ uitæ/ non melior ſit
ſomnus:ſed deterior. Itaq; & ſero cubitũ diſcedentes:& ad primam ſæpe auroram/ſomno experrecti frugi homi
num ſungemur officio. Illud Pythagoræ nobis imitandum eſt:quod & aureis/idem ipſe uerſibus præcepit.
μη δ᾽ ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ᾽ ὄμμασι προσδέξασθαι
πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν
πῇ παρέβην: τί δ᾽ ἔρεξα: τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη
Duos uerſiculos/& Latine nõ incõcinne noſtro᷑ quidã ita interpretant᷑. Noli aũt ſomnũ mollibus oculis excipe
re:priuſq̃ diurno᷑ ope᷑ ter unumquodq; percurras. Quo acceſſi? Quid peregi? Quid mihi oportunũ nõ pe-
actum eſt? Surgere uero ante lucẽ iubet in Oeconomicis nobiliſſimus Philoſophus:qd᷑ ante Lucanũ tẽpus: atq;
pera:& ad curã reifamiliaris:& ad bonã ualitudinẽ/ac demũ ad philoſophiæ ſtudia/plurimum conferat. Quod
atura quoq; ipſa nos admonet:quæ nocturnos uigiles (ut Phyſici tradũt) excitandis in opera mortalibus: rum-
endoq; ſomno gallos genuit. Naturæ legibus obtẽperandũ eſt:quæ hoiem nõ ad ſomnũ/& quietẽ:ſed ad operã:
q; exercitationẽ naſci uoluit:nec pp quietem operã:ſed ꝓpter operã:quietẽ inſtituit:ut uidelicet remiſſione la
oris potẽtius:ad exercitiũ operis uires intenderent᷑. Claris ac magno ingenio uiris:non minus lucubrationes quã
eridiationes ꝓfuerunt:ut merito ſomnus is laudãdus ſit:qui faciat breues tenebras:& is putandus beatus: qui
l in ſecunda/ac tertia uigilia frugi ſeſe hoĩem præſtiterit. Quod qui ſecus factitauerit: dignus ſit qui perpetuã

noctem dormiat. Illud quoq; ſapienter beatiori uitæ adiectum eſt. Quod ſis eſſe uelis: nihilq; maius. Salutaris: & ſapiente uiro digna uox: quæ iubet: quam quiſq; fortunam: quē uitæ ſtatum qſq; ſit nactus: eo quēq; debere eſſe contentum. Nihil eſt enim ſtultius: q̄ alienam ſortem/ qualis tandem ſit: & appetere ſemper: & exiſtimare meliorem. Iure Flaccus noſter hanc hominum & admiratur dementiam: & deplorat uitæ miſeriam inquiens.

Qui fit Mœcenas: ut nemo/ quam ſibi ſortem: Contentus uiuat: laudet diuerſa ſequentes?
Seu ratio dederit: ſeu ſors obiecerit ulla:

Vulgaris ſane conſuetudo: ſuaq; imperitæ multitudinis leuitas. Perpulchrum: ſcitumq; eſt ſemper eo contentū eſſe: quod adeſt: nihil præterea concupiſcere: nihil quærere amplius. Nimirum ſapiens & ſi tantillum adeptus eſt: ſatis ſe tamen conſecutū putat: nunq̄ ſui pœnitet/ ſapientia munitum: uirtuteq; ſeptum hominem. Et. n. his in rebus ueræ diuitiæ poſite ſunt: cæterarum uero rerum omnium in exauſta ſitis eſt: & cupiditas inſatiabilis: quas ii maxime deſyderant: qui earum maxime abundant copia. Quod ſit quiſq; id eſſe uelit. Ita. n. ditiſſimus habēdus ſit: ita opulentiſſimi cuiuſq; copias: nō æquabit ſolū: ſed etiā antecellet. Satis eſſe putare qd' eſt nihil appetere: nihil requirere: ea demū/ & ſapiēti cōſentanea: & iucundiſſima eſt uita: quā facillime aſſequit̃ qſquis poſt habitis incertis: caducisq; rebus ſolā uirtutem amplexet̃: cuius & noſtra poſſeſſio eſt: & nullis fortunæ caſibus ſubiacens. Socratē apud Platonē Polus cōſulit/ an Archelaū Regē opulentiſſimū: qui Macedoniæ dominaretur: fœlicē eſſe putaret: neſcire reſpondit ſeſe: quod neq; q̄ doctus: neq; q̄ bonus eſſet: intellexiſſet. Non. n. fortunatū gloria/ non regni amplitudo/ non ulla auri/ aut argēti uis: fœlicem hoiem/ & beatum facit: ſed ſapientia/ & probitas: quas res Reges ſi non habent: certe fœlices nō ſunt habendi: inopes ſi habent etiam per beati exiſtimandi. Cortina Apollinis ſolum Aglaum beatum iudicauit: qui in anguſtiſſimo Arcadiæ angulo pauperis agelli cōtentus finibus/ paruo tugurio cōcluſus: nunq̄ paterni ſoli/ terminos fertur egreſſus. Huius igitur paupertas Archelai præſtabat fortunas atq; antecællebat gloriam. Quos cupiditas incendit: quos premit auaritia: iis profecto omnia deſunt nec minus: quæ habent: q̄ quæ non habent. Contra ſapienti omnia ſuppetunt: & nihil cum ſit: nihil deeſt tamen. Fortunis ſi caret: tranquillitate nō caret/ cupiens eſſe: quod ſit. Demum additur: quod per pulchre de beatiore uita ſermonem claudit. Summum nec metuas diem/ nec optes. His uerbis nihil certe aliud: q̄ ſumma quædam oſtenditur moderatio: cuius proprium eſt/ nec lætari uehementius proſperis fortunæ ſucceſſibus/ nec ꝓpter ullos aduerſos caſus triſtitia: atq; egritudine deprimi. Quis enim extremum uitæ diem tam exoptat: q̄ qui calamitoſam ac miſeram fortunam deſiderat/ morte finiri? Atq; ille ruſum mortē plurimum extimeſcit: qui florens opibus/ & fortunis/ iiſdem ſe rebus metuit orbatum iri morientem. Aegri animi: & reſtantem fortunam/ immoderate/ ferentis uerbum eſt.

Mors hominū fœlix: quæ ſe nec dulcibus annis. Inſerit: & mæſtis ſæpe uocata uenit.

Stulte quoq; Maſſiliēſes: qui temperatum cicuta uenenum publice inſtituiſſent iis exhibēdum: qui apud ſuum ipſorū ſenatum expetendæ mortis cauſam attuliſſent. Nā ſiue proſpero (ut aiunt) flatu utimur: ſeu turbulentis infortuniorū iactamur procellis: nullā ſatis idoneam/ uel metuendæ/ uel optandæ mortis rōnē ullo modo poteſt cæca præbere fortuna. Nec eius cōſuetudinis/ aut Græcos autores/ aut imitatores Gallos ꝓbare debemus. Quis autē uir ſapiens exiſtimari poſſit: qui ex incertæ rei mutabilitate pendens ſuæ tū mortis/ tum uitæ rōnem: ad fortunæ referat temeritatem? Stultus adoleſcentulus: & inani lætitia geſtiens ille Terentianus Chærea: nō tā amore/ q̄ mente & ratione captus eſt: qui diceret. Pro Iupiter nūc eſt profecto tempus interfici cū perpeti me poſſum ne hoc gaudiū contaminet uita ægritudine aliqua. Melius apud eundē Poetam Geta in Phormione: qui cū ex eo quæreretur/ de ſe quid futurum eſſet. Neſcio Hercule inquit: unū hoc ſcio: qd' fors feret: feremus æquo aīo. Nec ille deterius/ aut minus grauiter: qui cōtinuo id eſſe uiri officiū cōprobauit. Ac præclare: ſciteq; ſapiens præcepit Poeta. Nemo cōfidat nimium ſecūdis: nemo deſperet meliora lapſis. Qui ſapiētē præſtare ſe: & iucundiſſimā uitam degere inſtituerit: is utramuis fortunā/ & ſecundā/ & aduerſam moderate ferat/ ſummū nec metuens diem/ nec optans. Mortē pertimeſcere inſcitiæ eſt/ optare leuitatis. Nec eſt. n. ullū malū mors (ut ſapientes uiri rectiſſime ꝓbant): atq; haud ſcio/ an magnū ſit bonū potius. Certe cū iis præclare agitur morientibus: quorū uiuentiū/ innocentia cognita ſit/ atq; eluxerit probitas. Fruſtra aūt optamus: qd' uel inuitis nobis aliquādo euenturum eſt. Cunctis mortalibus breuis imminet occaſus. Vtinam tā cognita īmortalitas ſit: atq; oibus indubitata: q̄ ē certus interitus. Lōgius aut propius/ mors ſua quēq; manet/ ait Propertius. Multos accæpi: noui & ipſe nōnullos: qui tā & ſi/ uehemēter uitæ terminos expetere uiderentur: aduentantem tamen mortem/ & dolerent plurimū: & accuſarent. Quæ hæc obſecro leuitas: quæ inſania eſt? Quāto. n. ſatius/ diuinis parere legibus/ & ad illius ſe arbitriū accōmodare: in cuius poteſtate/ & mortē eſſe/ & uitā cognouimus? Is quū ſinit/ læti/ uiuamus: quū uocat/ alacres demigremus. Sentiamus & nos hoc pacto cū Thalete Mileſio: nullū inter mortē/ ac uitā eſſe diſcrimen: ſummū nec metuamus/ nec optemus diem. Fortuna nec efferamur: ſi ſecunda arriſerit/ nec eadem aduerſa perſtrepente frangamur aduerſus dolorē oēm/ ac mortis metum inuictum ſemper animū gerentes. Illud enim magni/ & excælſi animi eſt: tum in proſperis rebus moderationē/ tum in aduerſis ſeruare prudentiā: quibus laudibus præditus qui fuerit: non poterit nō eſſe beatus/ ac de ſūmo die: nec erit. n. uel metu anxius/ uel deſyderio ſollicitus. Et quidē his omnibus ex rebus illa: quam auidiſſime omnes expetūt: comparatur uitæ tranquillitas. Nam ſi uirtutem ſectati erimus: & omnem ſedauerimus animi perturbationem: ſimus proculdubio adepti uerū illud bonū: quod ſolum/ & honeſtum eſt: & iucunditatis pleniſſimum: ſecuritatem & pacem. Quando ex uirtutis exercitatione: & uacuitate/ ab angoribus conflatur: ac perficitur beata uita: quam ut aſſequamur: omnem induſtriam: atq; operam adhibere debemus. Itaq; laboremus: efficiamuſq; ut quæ ſingula expoſuimus: eadem uniuerſa complectamur: ut poſſimus (quantum fieri poſſit) & iucunde: & beate uiuere.

FINIS.

¶ Fidi Græcarum litteraꝝ interpretis/ Auguſtini Dathi Senēſis/ præfatio in traductionē Platonis/ de Halcyone aue/ ad Alexandrum Theologũ peregregium/ ac uenerabilem Religioſum/ ordinis Prædicatorum.

EX magno Philoſophoꝝ numero: qui priſcis temporibus claruerunt pater Alexander: unus Ariſtocrates: qui & Plato poſtea cognominatus eſt: & a ueritate: & a Chriſtiana religione proprius abſuit. Multa ſæpe de Deo: deque diuinis rebus pie: religioſeq́ꝫ diſſeruit. Ac per raro uſq̃ locutus eſt: quin de diuini numinis Maieſtate/ ſermonē inferret: Itaqꝫ & Auguſtinus noſter Chriſtiani quidam Imperator exercitus: tantum Platoni tribuit: ut eum cæteris eruditis/ ac ſapientibus uiris præferat. Sed quid mirum/ cum Simplicianus Auguſtinum laudauerit: quod potiſſimum in Platonicorum libris inciderit: in quibus omnibus modis differeretur: atqꝫ eius uerbum? Itaqꝫ ego his cauſis cõmotus/ iucundiſſime Platonis ſcripta legere cõſueui. Nuper uero forte fortuna libellus oblatus eſt: qui Halcyon ſcribiẗ: cuius nõ tã fabella captus ſum: q̃ ꝓbaui potius pulcherrimũ cõmẽti myſteriũ: in quo ſplẽdide ſane Cherephontis interrogatione: & reſpõſione Socratis/ de imenſa/ ſummi: atqꝫ æterni Principis poteſtate diſſeritur. Hoc ego opuſculũ/ cũ putarem nuſq̃ apud noſtros inueniri: una lucubratione Latinum feci: & ad te mittere conſtitui: ut qui optimus es agendoꝝ præceptor: ſis etiam ſcriptoꝝ cenſor. Accipe igitur paruum munus: & (ut uidetur) emenda. Conſydera autem non ineptam fortaſſe interpretationem uerborum: ſed magis quæ intus clauditur ſententiã grauitatem. Habes tu primus interpretationũ meaꝝ primitias. Alia poſt hac tentabimus fortaſſe maiora. Vale.

¶ Incipit Platonis libellus/ qui Halcyon inſcribiẗ: quem Auguſtinus Dathus Senenſis/ e Græco ſermone in Latinum conuertit. Chærephon.

QVAE Vox inſonuit nobis o Socrates procul a littoribus/ & Promontorio illo? Quã iucũda auditu? Quodnã eſt: unq̃ uocale aial? Nã muta qdẽ ſunt: q̃ in aquis degũt. Socrates. Maritima q̇dã ales o Chærephon: cui Halcyon nomẽ ẽ: luctuoſa admodũ: & perq̃ flebilis: de qua uetus iampridẽ hoibus fabula ꝓdiẗ. Et.n. ferũt: hanc aliquãdo mulierẽ Aeoli Græci filiã quẽ a puella/ uiꝝ acceperat: ſtudii/ atqꝫ amoris gratia/ lugere mortuũ Trachiniũ Ceyca Luciferi Aſtri pulchri: atqꝫ honeſti patris pulchrũ quoqꝫ: atqꝫ honeſtũ filiũ. Mox uero diuino quodã numine pennis circũfuſam uolucris inſtar maria circũdare: atqꝫ illũ ꝑquirere. Cæteꝝ terrarũ oẽm peragrans inuenire haud quaq̃ poterat. Chærephon. Nunqd nã Halcyon ẽ qđ agis? Neqꝫ ego unq̃ antehac uocẽ audierã. At mihi qdẽ externa quæpiã cõtingit. Lugubrẽ.ſ. ꝑ quã uere uocẽ ꝓfundit aial. Cuiuſmodi quæſo/ & hoc ẽ o Socrates? Socrates. Nõ magnũ Chærephon: at magnũ ob cõiugalẽ pietatẽ/ a Diis accepit honorem. Siquidem in nidulatione iſtaꝝ auiũ: & Halcyonũ: quas appellãt: Dies mũdus agit ꝑ mediam quoqꝫ hyemẽ trãquillitatibus differẽtis: e qbus eſt & hodierna p̃ſens nũc ĩprimis. Nõne cernis ſumma/ ac ſupiora maris quã ſereniſſima ſunt? Pacatũ aũt ac trãquillũ oẽ pelagus/ ſimile deniqꝫ (ut ita dixerim) Speculi? Chærephon. Recte dicis: uideẗ nãqꝫ hodierna Halcyonis dies: ſed & externa quoqꝫ talis quæpiã fuit. Sed ꝑ deos: q̃ unq̃ opus eſt iis fidẽ adhibere: q̃ initio habita ſunt o Socrates: ut uel ex auibus mulieres aliquãdo effectæ ſint: uel ex mulieribus aues? Nullo.n. pacto tale qdpiã uideẗ fieri poſſe. Socrates. O amice Chærephon uidemur nos qdẽ & eoꝝ: q̃ fieri poſſint: & eoꝝ quoqꝫ: quæ effici nequeãt: tardi: atqꝫ obtuſiores qdã eẽ iudices. Nã iudicamus nos plane ꝓ humanæ facultatis uiribus: quæ & reꝝ ignara/ ac rudis ẽ: & difficile adduciẗ: ut credaẗ: ſed & nequaq̃ ꝑſpicaciter intuetur. Itaqꝫ cõplura nobis & de iis: q̃ facilia ſunt: difficilia: & q̃ cõſequi poſſint ĩpoſſibilia ſæpe uideñẗ. Atqꝫ id qdẽ nõnunq̃ pp ĩperitiã: ſæpe numero uero/ ob quãdã mentiũ ipſaꝝ infantiã. Ois nãqꝫ homo infans utiqꝫ uideẗ eſſe uel ultima ſenectute ꝓuectus. Quãdoqdẽ puſillũ admodũ/ ac nouellũ uitæ tẽpus ad præſens æuũ. Quid eſt igitur o bone uir: qđ ex eiuſmodi rebus/ poſſibiles ne: an ĩpoſſibiles ſint dicere qppiam poſſint ii quos deoꝝ diuinarũqꝫ reꝝ latẽt poteſtates: qbuſue totius naturæ uis incognita eſt? Meminiſti o Chærephon q̃ta nudius tertius tẽpeſtas extiterit. Nã uel cogitãtẽ qdẽ tũ fulgura illa/ ac tonitrua: tũ uentoꝝ icredibiles: atqꝫ imenſas magnitudines cogitantẽ/ unq̃ pauor icedit. Vereret ſorſitan qſpiã uniuerſam iãiam ruiturã mũdi fabricã. Porro uero admirabilis quædã traquillitatis cõſtitutio exorta eſt: q ipſa & hactenus ꝑdurauit. Vtrũ igiẗ maius/ ac difficilius arbitraris eẽ/ eã ne ſerenitatẽ ex illo uehemẽtiſſimo turbine/ ac ꝑturbatione traducere: trãſferreqꝫ in trãquillitatẽ mundũ oẽm: an potius mulieris formã trãſfiguratã/ in auis cuiuſpiã ſpeciẽ cõuertere? Et.n. & pueri noſtri quoqꝫ huiuſmodi aliqd fingere/ ac formare ſciẽtes limũ: cærã ue cũ ceperit: facillime ex eodẽ tumore/ uarias: multiplicesqꝫ trãſfigurant formaꝝ naturas. Diuino aũt numini: q eũ ne minima qdẽ expte/ noſtræ facultates cõferri debẽt: ꝑfacilia forte fortuna hæc ſunt oia. Tũ mũdũ oẽm/ q̃to te ipſo maiorẽ putas eẽ? Dices ne tu? Chærephon. Quis hominũ o Socrates hmõi qcq̃ uel cogitatione cõplecti: uel oɼone conſeq ualeat? Neqꝫ.n. id dicẽdo qſq̃ aſſequaẗ. Socrates. Itaqꝫ iã cernimus hoies: ſi forte inuicẽ cõferanẗ: ꝑ multũ differre inter ſeſe: ꝑſtareqꝫ alterũ alteri/ tũ uiribus tũ ẽt ĩbecillitatibus. Et.n. matura hoium ætas collata ad pueros penitus infantes qnqꝫ puta: decem ue dies natos: quã magnũ q̃ſo: quãqꝫ admirabile diſcrimen hẽt & ĩfirmitatis: & roboris: cũ in oibus fere uitæ actionibus/ atqꝫ artiũ ſtudiis/ tũ in iis quoqꝫ oibus: q̃cunqꝫ aut corpore adminiſtranẗ: aut aio geruñẗ? Hæc nãqꝫ: id quoqꝫ paulo ante dixi/ tenerioribus pueris ne in mente qdẽ uideñẗ uenire poſſe. Ac roboris qdẽ magnitudo eius: q ꝑfecta ætate ſit: quãtã: quã ue ĩmenſam: atqꝫ inextimabilẽ præ illis præſtantiã habeat? Myriadas.n. taliũ uir unus per multas manu complectatur: & quidem facile. Etas nãqꝫ ab ipſo initio imperita prorſus rerum oium: & quæ moliri nihil poſſit: hoibus natura contingit. Cum igiẗ homo homini (ut uidetur) tantum interſit: quid cenſebimus uniuer-

ſum uideri cœlum præ nr̄is facultatibus iis:qui talia hæc cognitione aſſequant̄? Credibile itaqꝫ fortaſſis pleriſqꝫ
uidebit̄ eiuſmodi hēt mūdi magnitudo ꝓſtantiā ad Socratis:& Chærephōtis formā:eiuſmodi & ſuā ipſius ꝑtātē
& prudētiā/ac denīqꝫ cognitionē irrationabilē eā q̄ in nobis ineſt antecellere facultatē. Proīde multa & tibi/& mi
hi:ſed & aliis:q̄ pīnde ac nos ſunt:īpoſſibilia uidentur ex iis:quæ aliis forſitan perfacilia ſunt. Quādoquidem & ti
bia uti iis: qui tibicines non fuerint:& legere/ac ſcribere Grammaticæ artis ignaris īpoſſibilius eſt: ut q̄ illa igno-
rant:quam aut mulieres conſtituere ex auibus/aut ex mulieribus aues. Ae natura quidem cum in fauo ferme ani
mal cōparet:& pedis/& manuū/& pēnarū expers:pedes ſubiiciēs:atqꝫ adhibēs pēnas. Sed & uarietate q̄dā multi
plicium:uariorūqꝫ colorū exornās apē/efficiuntit ſapiētē diuini effectricē mellis. Quin ēt ex mutis ouis:atqꝫ in aīs cō
plurima genera cōſtituit aīaliū/tū uolucrū:atqꝫ terreſtriū/tū ēt aquatiliū ætheris magni (ut nōnulli tradūt) ſacris
utens artibus. Quāobrē īmortaliū ꝑtātes:q̄ ꝑfecto q̄ maxīæ ſunt:mortales nos/ac puſilli:& q nec magna:neqꝫ ēt
parua ꝑcipere ualeamus:pleraqꝫ ēt addubitemus eorū:q̄ circa nos ipſos uerſant̄:haud firmū q̄cq̄ uel de Halcyo-
nibus/uel de Philomenis tradere poſſimus. Cæterū gloria fabularū q̄lis a patribus ꝓdita eſt: talē & pueris meis o
ales q̄ſtuū/ac luctuū:debeo.n.ꝓ bueto de tuis laudibus:tuū uero piū/ac ſtudioſum utri amorē concinnam crebro
uxoribus meis Xantippæ/ac Myrtæ/referēs cū alia multa:tū īprimis/quē a Diis honorē cōſecuta es. Tu quoqꝫ o
Chærephon huiuſmodi aliq̄d feceris. Chærephon. Decet igit̄ plane o Socrates:& q̄ abs te dicta ſunt/duplicem ut
habeāt perſuaſionē/ad mulierū inquā cōſuetudinē/ac uirorū. Iā igit̄ Halcyoni ſalutatione facta regredi ad urbē ex
Phalerico tēpus. Socrates. Sane quidem igit̄ ſic faciamus. FINIS.

¶ Eximii Theologi Auguſtini Dathi Senenſis de Septem uirtutibus Libellus fœliciter Incipit.

SApientiſſimus cōcionator:in quo & Saluatoris ac Redēptoris nr̄i dei figura præ
ceſſit:cū multa grauiter ſplēdideqꝫ dixiſſet:id quoqꝫ ſcite/ac ꝓclare intulit. Sapiē
tiā ædificaſſe ſibi domū:atqꝫ excidiſſe colūnas ſeptē. Gregorius Nazanzenus do
ctor eloquētiſſimus/maximā ſeptenarii nūeri uim/ac dignitatē eſſe declarat: q̄d
multa & pene inumerabilia eius numeri & in natura rerū/& in ſacri eloquii diui
nis myſteriis ſacramēta ꝓdunt̄:atqꝫ præter alia multa/ſupra ſeptē colūnas plane
teſtatus ē domū Sapiētiæ collocari. Sed q̄d ē domus Sapiētiæ: niſi ſedes quædā/
ac domiciliū uirtutū oīum? Quid ſeptē colūnæ:niſi uirtutes ſeptē:q̄bus funda
ta Sapiētis uita īmota ſemꝑ/ac ſtabilis ꝑſeuerat? Nā q uirtutū ꝑſidio ſeptus eſt:
is nulla rōne ſuperari:nullis expugnari uiribus: nullo unq̄ tp̄e loco dimoueri poſ
ſit. Quod ſi uitæ ſtabilis atqꝫ incōcuſſa firmitas/uirtutis & ſapiētiæ munimētis
nitit̄:nō iniuria colūnæ ſeptē/uirtutes ſeptē fuerint. Fides:Spes:Charitas: q̄ tāq̄
duces ac ſtrenui Imꝑatores præſunt. Tū Prudētia/Iuſtitia/Magnitudo aīi/Temperātia:q̄ uelut fortiſſimi milites/
magnas quoqꝫ multarū uirtutū cohortes deducunt:ut his munitus ac ſtipatus undiqꝫ ſapientis aīus:hoſtiū oīum
effugiat īſidias:debellet ſæuitiā:& tādē glorioſi certaminis reportet uictoriā. Quō igit̄ harū uirtutū cognitio ma-
xime neceſſaria eſt:ſtudioſi nūc breuitatis/q̄d de illis ſentiendum/tenendūqꝫ ſit:breui orōne percurrimus. Ac de
tribus q̄dem uirtutibus:quæ ſuperiores ſunt:primū naſcetur exordiū: mox eadem rōne reliquæ perſtringent̄.

¶ De Fide.

OMnes hoīes ad beatitudinē:quæ ſummū bonū eſt:q̄ſi ad optatū finē ꝑuenire deſiderāt. Sed niſi ꝑ uiā
uirtutis oīno ꝑueniri nō pōt. Variæ igit̄ cōſtitutæ uirtutes ſunt:q̄ſi q̄dā gradus:ꝑ quos facillime aſcē
dere in cœlū:& uerā atqꝫ extremā beatitudinē adipiſci ualeamus. Sed fundamētū Fides obtinet: ſine
qua totū bn̄ uiuēdi ædificiū pereat:neceſſe eſt. Eſt aūt Fides (quēadmodū ſcribēs ad hæbræos Paulus
Apoſtolus teſtis ē) ſperādarū ſubſtātia rerū argumētū nō apparētiū. Bn̄ atqꝫ erudite uim oēm Fidei/hac finitione
Doctor ueritatis cōplexus ē. Fides nāqꝫ ē mētis habitus:cuius actio atqꝫ opus eſt credere. Obiectū aūt qua reſpi-
cit uoluntatē/bonū & finis:qua uero intellectū ſpectat ipſa ueritas/ipſa inq̄ prima ueritas:qua aſpectui nō patet.
Nā & Aurelius Auguſtinus Fidē eē ait:qua credunt̄ ea:quæ q̄dē oculis nō cernunt̄. Cōſtat aūt idē Fidei eē/& ob
iectū & finē. Quādoquidē diuina uirtus eſt:quā Græci Theologicā uocāt. Subiicit̄ ergo Fidei prima ueritas/ſe
cundū eā rōnē:ſecūdū quā aſpectu caret oculorū:q̄d maxīe ad Spem ꝑtinere dignoſcit̄. Q d̄.n.nō uidemus Apo-
ſtolo teſte/ſperamus. Veritatē aūt tū habemus:cū illā ꝑſpicimus. Spes uero abſentiū rerū ē. Quātū igit̄ ad finē &
ad obiectū ꝑtinet uolūtatis:recte dr̄/ſperādarū rerū ſubſtātia Fides eē. Quid ē aūt hoc loco ſubſtātia/aliud q̄ q̄dā
(ut ita dixerim) inchoatio rerū oīum ſperādarū:quā ꝑ aſſenſum Fidei aſſeq̄mur:cū tn̄ Fides ſperandas res oīs/atqꝫ
expetēdas uirtute & ꝑtāte cōtineat? Quæ eſt.n.alia beatitudinis adeptio:q̄ claro obtutu ꝑſentē intueri ueritatē
cui nūc ꝑ Fidē adhæreſcimus? Quātū uero ad obiectū itellectus attinet:ꝓclare adiectū ē/argumētū nō apparen
tū. Ipſa nāqꝫ firma mētis adhæſio/ad nō ꝑſpicuā Fidei ueritatē/argumētū dr̄. Efficit.n. Fides:ut diuina/auctorita
te cōpellēte/aſſentiamur iis:q̄ certe nunq̄ uidimus. Itaqꝫ cōſtat/Fidē eſſe Thōma diuino auctore teſtāte:mētis ha
bitū:ꝑ quā inchoat̄ in nobis īmortalis/atqꝫ æterna uita:facientē q̄dē intellectū iis rebus aſſentiri:q̄ utiqꝫ nō appa-
reant. Primū dr̄ Fides argumētū:ut ab opinione & quauis leui aſſenſione aī ſecernat̄. Nō apparētū aūt rerū/idcir
co addit̄:ut a ſciētia atqꝫ itellectu ſeparet̄:quorū utrūqꝫ rē certā ac ꝑſpicuā cōplectit̄. Cūqꝫ dr̄/ſubſtātia ſperādarū
rerū:diſtinguit̄ ꝓculdubio Fidei uirtus/ab ea Fide:quā uulgo uſurpant:quæ uidelicet ad ſperatā beatitudinē ne-
quaq̄ inſtituit̄. Verū cū credere/ſit actus fidei:credere āt ꝓpriū ſit intellectus:qua a uolūtate ad aſſentiendū īpel
lit̄:liquet Fidē ipſam tū ab intellectu/tū ēt a uolūtate manare:inqꝫ his duabus uiribus/habitus fidei ſit/ oportetqꝫ
ſi actus eiuſdē ꝑfectus ſit futurus. Fides aūt ſine dilectione & charitate/manca atqꝫ inchoata res ē. Nec ſine chari-

rate aut Fides/aut ulla prorſum uirtus conſtare poteſt. Scite Iacobus unus ex.xii.quos Saluator elegit:Fides inqt: ſine operibus mortua eſt. Habet.n.fidei nomẽ rõnẽ nõ hẽt. Q.d ſi uirtus ea ẽ:ut philoſophi tradũt:q̃ bonũ efficit poſſidẽtẽ:erit plane eximia uirtus:hæc de q̃ nũc loqmur:Fides. Et.n.iuſtũ facit fides. Oĩs nãq; uirtus uno Iuſtitiæ noĩe continet. Iuſtificati in Fide/pacẽ habemus Apoſtolus inqt. Hãc igit ĩprimis capeſſere & amplecti debemus. Q.uãdo & præcipua uirtus eſt:& diuina qdẽ uirtus:Sup quã aliaꝝ certe uirtutũ oĩum iacitur fundamẽtum.

De Spe.

NAſci hoĩem ad beatitudinẽ cõſequẽdã/nõ mõ diuinis oraculis/ac Sanctoꝝ firmiſſimis teſtimoniis: ſed etiã Philoſophoꝝ optimis rõnibus cõprobat. Nec illa qdem uſpiã in rebus humanis inueniri põt. Sed eã poſt uitæ huius fugacis curſum/cõparari manifeſtũ eſt:nõ qdẽ oĩbus:ſed iis duntaxat: q pie innocẽter iuſte:& cum uirtute uixerũt. Cum Propheta namq;/ac diuino Vate/iuſtus atq; optimus quiſq; ſatiabit:quũ apparuerit gloria Dei:in quẽ ꝓſpicere:quẽ facie ad faciẽ intueri/cœleſtiũ ſpirituũ/ac beatoꝝ oĩum/uera tãdẽ atq; extrema beatitudo eſt. Q.uã ob rẽ iure & cõgruẽter Fidẽ rectã firma ſpes ſequit:quæ & ipſa tũ neceſſaria eſt:tũ etiã diuina uirtus:quæ ingẽtis deſiderii ſitim inexhauſtã lenit:flagrantiſſimũ ardorem refrigerat:ac boni expectatione prælucet in poſterũ. Tradũt uiri ſapiẽtes/ea eſſe uirtutũ cenſenda numero: quæcunq; aut recta rõne/aut diuinæ Maieſtatis ſublimitate hoĩes metiunt. Hæc.n.fere eſt duplex quædã humanaꝝ actionũ mẽſura/Deus/& ratio. Erit igit ſumma Spes Virtus:quæ nõ ſolũ rõne nititur:neq; etiã Deũ intẽdit:Deũ ſpectat:ad Deũ uſq; pertingit. Q.uippe Spes ſequit bonũ:& id qdẽ futuꝝ bonũ:arduũ bonũ:& neq̃q̃ ad cõſequẽdũ facile:ſed certe nõ ĩpoſſibile. Veꝝ/ſummũ/ ultimum/atq; extremũ/Spes bonũ intẽdit:Deũ inquã mũdi conditorẽ: Regẽ Angeloꝝ:cœloꝝ Principẽ:Rectorẽ terrarũ:moderatorẽ reꝝ oĩum:cuius adipiſcendi/ineſt humanis mentibus ĩexhauſta cupido:ad quẽ perfruendũ/excitat Spes:atq; erigit:ut ſi uirtute hoĩes:ac labore contendant:ſolutis corporeis uinculis/diuini numinis bonitate:ſine qua penitus factũ eſt nihil:transferant in cœlũ: & inter lætantiũ beatoꝝ agmina æuo immortali fruant. Proinde patet uerſari Spem circa æternæ fœlicitatis/ac cœleſtis beatitudinis gloriã:pro qua adipiſcenda/cunctis uiribus decertandũ eſt. Sapiẽter admonet Propheta. Spera in Deo:& fac bonitatem. Eſt enim abſq; dubitatione Spes aditus quidam & ingreſſus Fidei:ac ueræ ſalutis initium.

De charitate.

MAgnus eſt uirtutũ oĩum ſplẽdor/ac decus:admirabilis amplitudo: ſumma utilitas ac fructus uberrimus. Sed oĩum ꝓfecto excellẽtiſſima/oĩum præclariſſima Charitas iudicatur:quippe q̃ ita uirtutis regno principatũ obtinuit:ut reliquæ uirtutes oẽs/tum demum uirtutes haberi debeant: ſi arctiſſimo Charitatis uinculo fuerint copulatæ. Nã ſiquis oĩa fuerit aſſecutus: q̃ ad bene atq; honeſte uiuendũ pertinere credunt:Charitate aũt ſola deficiat:is nõ uerã:nõ ſolidã:nõ perfectã uirtutẽ:ſed ſucatã potius/ atq; adumbratã quãdã uirtutis imaginẽ:hẽre putãdus eſt. Itaq; Magiſter gẽtiũ/& ueritatis egregius Prædicator / hãc unã præ cæteris miris laudibus efferebat:q̃ ſua ĩgẽti luce/ĩcredibili ſplẽdore/cæteras illuſtraret. Eſt.n.charitas motus qdã aĩ/ac ſenſus ad perfruẽdũ Deo:perfruendum aũt ꝑꝑ ſe:cuius dilectio quantã/quãq; admirabilẽ afferat uoluꝑtatẽ:neq; explicari oĩone:neq; cogitatione cõprehẽdi poſſit:hac Deũ diligimus:hac ipſum cõplectimur:hæc nos ſummo bono:q ipſe Deus eſt:inſeparabiliter iungit. A Charitatis fontibus uirtutis ratio ꝓfecta ẽ: ab eius capite reliquæ uirtutes quaſi mẽbra defluunt. Atq; idcirco oĩbus uirtutibus præſto eſt:nullo loco excludit. Itaq; Hieronymus breuiter oẽm uirtutis diffinitionẽ cõplexus/uirtutẽ Charitatẽ diffinit:qua diligit deus:& ꝓximus. Neq; enim ita in rõne cuiuſlibet uirtutis Charitas ponit:ut nulla ſit: quin ea & ſit:& dicat Charitas:id.n.abſurdũ: ſed qđ oĩs uirtus ab hac una pẽdet:atq; deducit. Habet ꝓfecto Charitas uel maximã gloriã:q ut Deũ ſpectat:ita nobis illũ cõciliat:atq; flagrãtiſſimo quodã amore coniungit. Q.uocirca ꝓbans uaſculũ electionis Apoſtolus/ huius præcellẽtiſſimæ uirtutis admirabilẽ claritatẽ:nũc manent inquit:Fides/Spes/Charitas tria hæc/maior aũt hoꝝ ẽ Charitas. Sed qd eſt:ꝑſtantiorẽ eẽ Charitatẽ:niſi qđ illis ſolũ/in hac mortalis lucis uarietate durãtibus:ſola Charitas etiã in cœleſti patria perſeuerat. Nec perſeuerat ſolũ:ſed ẽt augeſcit. Fidei qppe id quod Aurelius Auguſtinus oſtẽdit:ſuccedit ſpecies:quã corã uidebimus:Spes aũt beatitudine cõmutabitur. At contra Charitas/ etiã his deſitis augebit potius. Q.uod.n.nũc credentes:qđ ſperantes diligimus/tum plane ardẽtiore Charitate cõplectemur:cũ præſens intueri/cũ iã ꝓpiſſime obiectum uidere cœperimus. Q.uapropter diuinis litteris apprime eruditus Ambroſius Charitatẽ uirtutum formã eſſe demonſtrat: qđ uidelicet ꝑ eam/ cæteraꝝ uirtutũ actiones ad finẽ ultimũ dirigant. Idq; ꝓpriũ eſt Charitatis opus:ut perficiens reliquaꝝ actiones uirtutũ/formã illis præbeat: & ad uerum finem/ac rectum inſtituat. Poſtremo Charitatis ipſius tanta uis eſt:ac tanta poteſtas:ut eius glutino interiecto/mirum nihil ſit:qui unam habeat/eum cunctas habere uirtutes.

De Prudentia.

EX quattuor Honeſtatis partibus:quas uiroꝝ Sapiẽtũ auctoritas tradidit. Prima oĩum uelut Pricepſ/ac mater reliquaꝝ eluceſcit Prudẽtia. Eſt aũt Prudẽtia(ut diffiniunt ueteres)reꝝ bonaꝝ/ malarũq; & nec bonaꝝ/nec malaꝝ ſciẽtia. Cuius quidẽ & illa Auguſtini ſimillima diffinitio eſt:ut ea dicat / reꝝ appetendaꝝ/& fugiẽdaꝝ cognitio. Nã & bonũ ſuopte ingenio expetẽdũ:& malũ cõtra fugiendũ eſt. Subiciunt aũt Prudẽtiæ memoriã/intelligẽtiã ꝓuidẽtiã:quaꝝ prima repetit/quæ iã fuerũt:altera:quæ ſunt/perſpicit:tertia futura præuidet:ante q̃ facta ſunt: Addũt nõnulli docilitatẽ/ſolertiã/ rõnẽ/circũſpectionẽ/ cautionẽ: quas omẽs Platonici Prudẽtiæ partes eẽ teſtantur. Sed nos de his alias plura. Nũc ad Prudẽtiã redeamus. Eius eſt igit tãta uis:ut moraliũ uirtutũ oĩum Philoſophis cõprobantibus/rõnẽ ingrediat. Socrates aũt uirtutes/Prudẽtias cõi quodã noĩe appellare cõſueuit. Q.ui ut Ariſtoteles ait:qđ oẽs uirtutes putabat eſſe Prudẽtias. Fallebat: Q.uod uero nõ abſq; Prudẽtia/recte ſentiebat. Et.n.cæteris moralibus uirtutibus/ cõgruos nobis/ ac rectos fines præſtituimus. At Prudentiæ munus eſt:ut ea duce/non aberremus:ſed in eiuſcemodi fines facillime dirigamur.

Itaq; erit Prudentia perfectio quædam/ac bona mentis qualitas:moralium regula quædam/ ac norma uirtutum. Hæc ita neceſſaria eſt:ut & in capiẽdis cõſiliis & regendis humanis rebus magiſtra & princeps exiſtimari debeat. Hæc hoibus tũ ſingulis cõſulit/tũ etiã uniuerſis. Hæc domos familiasq; gubernat:hæc Relp.tuet̃:hæc Principatus oĩs/ac regna moderat̃. Nec.n.genera rex solũ/ſed ſingulas q̃ſq; pres ſolerti inueſtigatiõe cõplectit̃. Itaq; cũ principia uniuerſalia rõne aſſecuta ẽ/ad ipſas uſq; hoium actiões:q̃ ſingulares ſunt:& cognoſcẽdas & moderãdas progredit̃. Bñ igit̃ ius iperãdi ſortita eſt Prudẽtia:q̃ in recta agẽdarũ rex rõne uerſat̃:q̃ inueniendi & capiendi conſilii auctor eſt:q̃ iudicandi obtinet poteſtatem:ac demum q̃ gerenda ſunt:non ſtatuit ſolum:uerum etiam præcipit.

De Iuſtitia.

LAudant Iuſtitiam ueteres Sapientes:& ita laudant:ut pleriq; excellentiſſimã oĩum eſſe perhibeãt: & neq; Heſperũ/neq; Luciferũ/ita mirabilem. Nã in oibus ciuitatibus gubernãdis adminiſtrãdarũq; rerum ratione/merito ſecũdũ Platonis auctoritatẽ/Iuſtitiæ palma tribuit̃:ſine q̃ nõ ſolũ ciuitas: ſed ne parua qdem domus cõſtare queat. In hac(ut ait magnus Orator) uirtutis ineſt ſplẽdor maximus. Siqdẽ ex ea uulgo etiã uiri boni nominant̃. At uero Iuſtitiã duplicẽ diſtingunt Philoſophi: Vnã legalẽ:æqualẽ alterã. Et legalis qdẽ quodãmodo eſt oĩs uirtus:æq̃lis uero pars ẽ una earũ: q̃ & q̃ttuor ſunt/ & alia fundamẽta uirtutũ. Itaq; legalis Iuſtitia(ut in magnis moralibus Ariſtoteles teſtis eſt) perfecta cenſet̃ uirtus. Nã quẽadmodũ lex honeſta iubet:phibet cõtraria:ita legalis Iuſtitia omnẽ honeſtatis partẽ cõplectit̃: oẽm cõtra turpitudinẽ aſpernat̃. Lex præcipit/nõ eſſe in acie fugiendũ:moriendũ(ſi opus fuerit) pro patriæ ſalute:q̃ oĩa ſunt Fortitudinis. Præcipit nõ eſſe adulterandũ:qd̃ ad Temperantiã pertinet. Præcipit nemini inferẽdã eẽ iniuriã:qd̃ eſt innocẽtiæ. Aliarũ q̃ ſingularũ uirtutum ppria ſunt:& Iuſtitia legalis legibus iubet eſſe parendum. Honeſtatis aũt laudem complexa/uirtutẽ nullã deſerit. Hinc ſcite Hieronymus ut cætera. Omnis inqt uirtutũ ſpẽs/uno noĩe Iuſtitiæ continetur. Omniũ.n.uirtutũ exercet opera:atq; omnis laudis actionẽ colit. Bene aũt diffinit̃ Iuſtitia cõſtans/ & perpetua uoluntas/ius ſuũ unicuiq; tribuẽs. Abſolutus ſane & uerus/hiſce uerbis Iuſtitiæ terminus continet̃:quẽ pleriq;q noſtris temporibus ciuilia iura profitent̃:uſurpant potius:q̃ intelligant. Eſt utiq; Iuſtitia cõſtãs/ ac perpetua uoluntas:tribuens ius ſuũ cuiq;. Actio uirtutis pro philoſophorũ recta ſñia: ut ueræ uirtutis actio appellari poſſit:uoluntaria/firma/& ſtabilis eſſe debet. Alioqn ratio uirtutis tollit̃. Proĩde q uirtutis opus exercere uoluerit:neceſſe eſt primũ:ut ſciẽter agat:deinde/ut cũ electione & pter rectũ finem:poſtremo ut firmiter/atq; immobiliter operet̃. Cũ ergo dicit̃:Iuſtitia/uoluntas ex duobus illis prioribus/utrũq; cõprehenſum eſt. Nam & cũ electione ſciẽtia congruit/uſq; adeo:ut quod p ignorantiã gerit̃:id nõ recte dicat̃/uolũtate fieri. Poſt hæc uero/cõſtans & perpetua terminat̃ uolũtas:ut actionis ipſius firmitas oſtenderet̃. Et perpetua qdem uolũtas idcirco dicitur:ut conſiliũ/ac propoſitũ indicetur Iuſtitiæ Perpetuo cõſeruandæ. Cõſtans uero/ut eiuſce conſilii firmitas & propoſiti ſtabilis perſeuerantia deſignetur. Altera uero Iuſtitia illa:quã particularẽ diximus:ſolet etiã in hũc modũ diffiniri. Iuſtitia eſt habitus animi/cõmuni utilitate cõſeruata:ſuã cuiq; tribuẽs dignitatẽ. Huius maxime proprium munus eſt:ut inter hoĩes pari iure uiuatur. Hæc aũt biſariã rurſum partiri ſolet:atq; altera pars in comutandis & cõtrahendis rebus cernitur:altera in diſtribuendis uerſatur/honoribus:ut dando/accipiẽdo/cõmutãdo/cõmuni utilitati ſeruatur:& honorũ ac ciuiliũ munerũ/æqua diſtributione ſeruata:cuiuſcunq; hoĩs dignitati/ ac meritis conſulatur. Iuſtitia nõ iniuria cæteras dicitur præſtare uirtutes:q̃ circa alterius uerſatur utilitatẽ:& cõmunem ſalutẽ ſemper intendit. Hac enim imprimis ſocietas hoĩum inter ipſos & uitæ cõmunitas continet̃. Quocirca & in recta uolũtate ſita eſt:nec unq̃ cõmunis utilitatis rationẽ deſerit. Hæc igit̃ maxime colẽda uirtus ẽ: cuius eximia præſtãtia/cũctis laudibus antecellit. Nã & latiſſime patet:& in nobiliſſima parte animi collocat̃: q̃ uoluntas eſt:& cũ rõne appetitus:& alteri iſeruiens/cõem hoium cõciliationẽ tuetur. Itaq; laudans eam eruditiſſimus Ambroſius noſter. Iuſtitia eſt inqt:q̃ unicuiq; tribuit qd̃ ſuũ eſt:alienũ nõ uendicat:utilitatẽ propriã negligit: ut cõmunẽ æquitatẽ cuſtodiat. An ne illud parũ iudicãdu eſt:tribui cuiq; quod ſuũ eſt? Ita.n.exhibet̃ Deo/ piiſſimi cultus ueneratio/ſuperiori reuerentia:pari concordia:inferiori diſciplina:ita honores bonis deferuntur: ſupplicia improbis:& cuiq; tandem q̃ ſua ſunt. Magna eſt ergo hæc uirtus:& cunctis uiribus excolenda.

De Fortitudine.

QVanta ſit Prudẽtiæ/quãta & Iuſtitiæ ipſius laus:curſim ac breuiter patefactũ ſit hactenus. Iam fortitudinis ſummũ decus/& gloria illuſtranda eſt:breuius fortaſſe q̃ tãtæ laudis poſtulet amplitudo. Ac primũ a diffinitione eius ſumamus exordiũ. Eſt.n.fortitudo(ſi Ciceroni credimus):cõſiderata periculorum ſuſceptio/& laborũ perpeſſio. Illius naq; animi magnitudo pbanda eſt: q animũ inuictu gerẽs cõſiderate/& cõmuni perſpecta utilitate/magna pericula ſuſcipit:grauiſſimos labores perpetit̃:mortẽ etiã glorioſam non recuſat:paratus illã ſemp turpitudini anteferre. Quamobrẽ & Aurelius Auguſtinus noſter a Cicerone nequaq̃ diſſentiens:Fortitudo eſt inqt:affectio:q̃ nullas aduerſitates/mortẽ ue formidat. Et.n.circa periculorum ſuſceptionẽ Fortitudo uerſat̃:nec qd̃ magnopere formidãdũ uidet̃:mortẽ extimeſcit. Huius ex his:q̃ nũc tradẽda ſunt:q̃ nam uis ſit:facile cognoſci poterit. Dicimus uirtutẽ eſſe:quã q amplectitur/bonus reddit: quæq; tum bonũ uirũ/tum illius quoq; opus bonũ facit. Sed qd dicimus homini bonũ:niſi ſecũdũ rõnẽ uiuere:qua una eminet:& mutis animalibus præſtat? Ille igit̃ ſecũdũ rõnẽ uiuit:q primũ eandẽ ipſam rõnem recte moderatur:quod ſapiẽtia:qd̃ ars:quod prudẽtia:qd̃ reliquæ intellectuales uirtutes efficiunt. Deinde q ipſam rõnis/ ac mentis rectitudinẽ/in hoium cõciliationẽ & ſocietatẽ cõfert:qd̃ Iuſtitiæ ſuũ munus eſt. Poſtremo q impedimẽta repellit: quæ recte uolũtati obeſſe queãt. Solet.n.biſariã uolũtas hominis præpediri:ut a recta rõne diſcedat:aut obſcœnæ uoluptatis illecebris:p quas maxime noſtra imbecillitas ab honeſtate deciſcit:& huic operi præſto tẽperãtia eſt:quæ oĩum uoluptatum libidines cohercet:ac reſtinguit:aut reformidatione quadã difficilium/ac laborioſarum rerum:ad quã qdẽ reiiciendã/ac fugandã/magnitudo animi neceſſaria eſt:quæ nullis aduerſis rebus frangi: nullis

terreri periculis:nullis laboribus ſuperari põt. Sed oĩa iſeriora ſe ducẽs/cõtra oĩum hoſtiũ tela inexpugnabilẽ ſeſe atq; inuictã pbet. Ex quo fit:ut ad bñ & cũ rõne uiuẽdũ/fortitudo adhibẽda ſit:q̃ ut Gregorius pclare inqt:forti ta iuſtũ uirũ/carnẽ uincit: pprijs uoluptatibus obſiſtit:delectationẽ uitæ pſentis extinguit:aſpera deligit:laborioſa ſuſcipit:ut æterna præmia atq; imortalia cõſequat. Hæc eſt pfecto ea uirtus:q̃ audaciã frenãs/ nihil unq̃ temere aggredit. Ignauiã aũt oĩno ppellens:nunq̃ molliter effeminat. Quare & circa metũ/ atq; audaciã fortitudinẽ uerſari Philoſophoꝝ rõnibus cõpertũ ẽ. Quod ſi eæ uirtutes(ut Ariſtoteles ait)maximæ uirtutes ſunt/& ſplẽdidiſſime:q̃ maxime alijs pſunt:quãti Fortitudo æſtimãda eſt:q̃ mauult ſubire mortis diſcrimen:q̃ ciuitatis labefactari dignitatẽ:q̃ uiolari patriæ ſalutẽ. Itaq; præcipue hæc uirtus adhibita Iuſtitia ſummæ amplitudinis gloriã aſſecuta eſt:cuius munera duo ſunt maxima:ut & mortem aſpernet:& dolorem contemnat.

De Temperantia.

REliqua nũc Tẽperãtia eſt:& ipſa qdẽ egregia/ac ſingularis uirtus: q̃ ita hoĩum uitã/ ſua uenuſtate decorat:ita ingẽti pulchritudine exornat:ut niſi hæc acceſſerit:reliquæ uirtutes oẽs claudicare uideant. Nã ea uel maxime:uitæ totius ordo ſpectat:ac cernit. Oĩbus dictis/factiſq; modũ præbet:ut p eã cũctis in rebus mediocritatis regula cõſeruet. Nam illud Flacci ad hanc uirtutem pertinet.

Eſt modus in rebus:ſunt certi deniq; fines Quos ultra citraq; nequit conſiſtere rectum.

Patet ſiquidẽ latius huiuſce uirtutis ro:& p oẽs totius uitæ partes ppagat:& fundit. Quæ a. M. Tullio nõ inſcite diffinit his uerbis. Nã Tẽperãtia eſt rõnis i libidinẽ atq; i alios nõ rectos ipetus aĩ/ firma moderataq; dominatio. Hæc.n.pcipue uirtus/cũctis aĩ pturbationibus aduerſans libidinẽ frenat:carnis titillationẽ cõtundit:imoderatas appetitiões cohercet:oĩs aũt inimica turpitudinis/ppetuũ aduerſus uoluptatẽ/bellũ gerit:hæc corporis ſenſibus dominat:ac ne mollius diffluant: ne ue imoderatius dilabant:efficit:cupiditatibus modeſtũ ſtatuit:appetitũ rõni ſubijcit:cõcitatiores motus quoq; mẽtis addicit impio:totũ hoiem ĩtegrũ/incõtaminatũ/atq; icorruptũ ſeruat. Ex hac igit potiſſimũ pulchritudinis/atq; honeſtatis refulget ſplẽdor:q̃ moderationẽ parit:q̃ humanis actionibus rectã & cõgruẽtẽ mẽſurã pbet:q̃ a feraꝝ uita & belluaꝝ imanitate/flagitioꝝ pbro reiecto/hoĩs pſtãtiã & naturã diſtiguit:cũq; ſenſus/tactus/cũ primis turpibus:atq; obſcœnis uoluptatibus ingnari ſoleat: Tẽperãtia fœditatẽ oẽm prſus auertit:& corporeis ſpretis illecebris:rectã ſemp rõnis atq; honeſtatis regulã cõſectat. Quod ſi uirtutis/magnitudo ex eo cernit:qd ad bñ uiuẽdi rõnẽ plurimũ cõferre uideat:erit ſine dubitatiõe: maxima uirtus Tẽperãtia:q̃ eas uoluptates:q̃ tactu pcipiunt:quaſq; natura ipſa ſua ſpõte maxime uidet aſciſcere/pclaro rõnis impio moderat:ac regit:quã q ſeqtur:is dubio pcul bñ honeſte/laudabiliter:ac demũ decore & cũ laude uiuere putãdus ẽ. Cũ igit uirtutis ſit laus pmiũ:q rectã utrãq; fidẽ:q firmã ſpem:q flagrãtẽ atq; ardẽtiſſimã Charitatẽ:q rurſũ Prudẽtiæ rectitudinẽ:Iuſtitiæ bonitatẽ:Fortitudinis robur:Tẽperãtiæ decus fuerit aſſecutus: hũc nos uera ac maxima laude digniſſimũ iudicamus. Nã uirtute ipſa duce/ nõ modo laudẽ meremur in terris:ſed æterni quoq; præmii gloriam ſperamus in cœlo. FINIS.

Præcellentis Theologi Auguſtini Dathi Senenſis de Sacramentis Panis & Aquæ Liber Primus fœliciter incipit:ad Dominicum Biliottum.

SAEPE Te ſum Dominice cohortatus:ut qui magnis ingenii & naturæ muneribus donatus es:ſacraꝝ litteraꝝ lectionẽ/ac ſtudiũ cõplecteretis. His.n.præcipue cognitis:nõ mõ ſingularis doctrinæ fulgor elucẽſcit:ſed etiã bene ac recte uiuendi ratio cõparat. Nihil potes hac una exercitatione aut apprehẽdere ſalutarius: aut fructuoſius cuſtodire. Itaq; illos iampridẽ magna laude dignos exiſtimaui:q ſtudioſe & accurate ad hanc ſe præclarã uitæ rationẽ accomodarunt: ut nũc ueteris legis ſacramẽta:nũc noui teſtamẽti ueritatẽ inueſtigare contenderent: nec primoribus/ac ſummis:qd dicit/labiis:ſed cunctis potius uiribus / ac toto mentis ardore diuinæ ſcripturæ altitudinẽ auctoritatẽq; perſequerent. Hoc ẽ enim dulciſſimũ animoꝝ pabulũ:eſca ſuauiſſima:mentium noſtraꝝ iucundiſſimum alimentũ. Hinc nobis perſugiũ uitæ:laboꝝ requies/uitioꝝ interitus: malorum oĩum expulſio:perturbationũ ſedatio:bene atq; honeſte uiuendi diſciplina deducitur. Scite ac uere Hieronymus Ruſticũ Monachũ ita inſtituit. Ama inqt:ſcientiam ſcripturaꝝ:& carnis uitia nõ amabis. Magna eſt pfecto huiuſce rei utilitas:fructus uberrimus:ſiquidem p amorem ſanctaꝝ litteraꝝ carnis uitia declinant. Sed debes tu quoq; ad eam ipſam lectionẽ/oẽm cõferre operã:otiũ omne:quodcũq; datur:ac ſtudiũ diligẽs adhibere:ſi cupis:quæ Clerici partes ſunt/& terrena deſpicere/& amare cœleſtia:ac ſimul aliquãdo cũ paſtore ouium & principe Apoſtoloꝝ in ſuperiora domus aſcendere. Nũc uero optime & chariſſime frater/uenio ad ea:q̃ tuis litteris poſtulaſti. Cupis nanq; ſcire de me:quæ ſint in ſacris ac diuinis litteris / Panis & Aquæ ſacramenta:quod utiq; tã crebro & apud Prophetas/& apud Hagiographos uſurpari animaduerteris. Nõ mihi tantaꝝ reꝝ auſim ſcientiã uendicare:qui utiq; in hoc ſtudioꝝ genere uerſatus ſum:ſed quantũ pfecerim: pœnitet me. Sed quãtula in me facultas eſt:ſtatuo par eẽ:ut quoad mihi liceat:tibi obſequar poſtulanti. Itaq; de utraq; re pꝓpoſita pro meis uiribus breuiter explicabo. Nam quæ de aqua/ſecundũ Philoſophoꝝ rõnem tradi poſſunt: quæ de pane pro hoium inſtitutione/illa & tractatũ deſiderant longiorẽ:& huic loco minime conueniunt. Siquidem cõſtat rem utranq; adeo eſſe naturæ hois conſentaneam/ac degendæ uitæ neceſſariã: ut cũ ſolis illis poſſit:& ſi nõ ſatis cõmode:ſine illis uero aut nullo modo/aut difficulter uiui poſſit. Effecit tamen praua hoium conſuetudo:ut arbitrentur ſine ciboꝝ delitiis uitam ſubſtineri nõ poſſe. Itaq; innumerabilia gulæ irritamenta:delici

tas ciborum uarietates:lauta uentris pulmenta/luxuria hominum excegitauit:& pecorum immanitatem imitata eſt:quæ natura prona/ac uentri obedientia finxit. Sed nos ad inſtitutum properemus:& de aqua primum:mox de pane(ut diximus)pauca diſſeramus. Dauid Propheta inclytus/ uates ſanctiſſimus/ admirabilium myſterioꝝ enunciator:qui diuinæ uocis oraculo/magna cecinit ſacramenta:humanæ uitæ uarietatem/ac ſæculi huius decurſum/maris inſtar obtinere monſtrauit. Hoc inquit:mare magnum/ & ſpacioſum manibus/ illic reptilia : quorum non eſt numerus. Animalia puſilla cum magnis. Illic naues pertranſibunt. Draco iſte:quem formaſti ad illudendum ei. Mare/ſi litteram ſequimur:nihil eſt aliud:q̃ congregationes aquarum : iuxta illud Geneſis. Congregentur aquæ:quæ ſub coelo ſunt/in locum unum:& appareat arida. Et mox. Vocauit Deus aridam/ terram: congregationeſq; aquarum appellauit maria. Animalia uero puſilla cum magnis/ utique piſces maris ſunt : qui perambulant ſemitas maris : Cete grandia : & omnis anima uiuens / atque motabilis : quam producunt aquæ in ſpecies ſuas. Verum alia maiora ſunt : quæ intrinſecus delitefcunt illis comperta : quos diuina ueritas illuſtrauit. Et mare proculdubio præſens ſæculum interpretantur : quod & uariarum tentationum fluctibus / & aduerſarum rerum turbulentis tempeſtatibus quatitur:magnum quidem id mare & ſpatioſum manibus:in quo difficillimum ſit/bonis operibus indulgere. Reptilia/poteſtates tenebrarum ſunt/ & aduerſantium ſpirituum/ latentes inſidiæ:quæ multæ:quæ uariæ/uel potius innumerabiles/incautos homines:& nec ſic opinantes quidē/ quaſi inter oſcitantes/quotidie opprimunt. Huius uero maris/ac fluctuantis pelagi uarios caſus:multiplicia diſcrimina:diuerſa pericula narrare quis poſſit? Hoc profecto id mare eſt:in cuius littoribus Piratæ & crudeles hoſtes/aſſiduæ uerſantur:cuius dextrum Scylla latus:leuum implacata Charybdis obſidet : quod horridis ſyrtibus/duris cautibus/ſaxis aſperrimis completum eſt:uerius q̃ rubrum mare/procelloſum/aſperum/profundum/ac præ cæteris magnorum animalium capax. Et procelloſum quidem habendum eſt:ſi calamitatum tempeſtates inſpexerimus: Aſperum/ſi difficultatum labores:Profundum/ſi uarias atq; innumeras rerum uices. Magnorꝫ capax animalium:quod prædones ſæuiſſimi/atq; hoſtes acerrimi/ hoc ipſum mare infeſtū habent:in quo exultat:& graſſatur uerus Pharao:magno ac numeroſo munitus exercitu. Hac igiť nobis tranſmittendū eſt:qui cimba fragilis carnis circundamur:ſi ad optatum ſalutis portum/ſi ad beatitudinis calcem/atq; ad terram uiuentium cupimus peruenire. Sed.n.ut mare ſtabile/inconcuſſum/tranquillum diutius permanere nō poteſt:ita & mundus quoq; quē mortales colimus:quietis diuturnæ firmitatem nullam habet:ſed infinitis quibuſdam procellis/ac perturbationibus cōmoueť. Nūc ſecundaꝝ reꝝ ꝓſperitate attollitur:nūc aduerſæ fortunæ tēpeſtate deiicitur. Alias tumet magnis fluctibus:procelloſis gliſcit æſtibus:tum rurſum ſopitis iiſdem/ac ſilentibus tranquillatur:& in eodē ſtatu nunq̃ diutius perſeuerat. Bene igitur & congruenter mare præſentis ſæculi/ac mundi huius uarietatem exprimit:cuius aquæ nō iniuria humanæ uitæ deſignauit curſum:fluentiū aquarū more labētē. Hinc eſt illud in libris Regū. Omēs morimur:& quaſi aquæ dilabimur in terra:quæ nō reuertenť. Quoniā uero multiplicem cōſtat eē uitæ huius progreſſum:& hūc quidē ſecundum gratiā:illum ſecundū culpā:ut Theologi prodiderunt : alium ſecundū miſeriam/et iam aquæ:quæ labētē figurāt mortaliū uitā:eadem diſtinctione diſtribuanť:neceſſe eſt. Et.n. aquam in uariis ſcripturæ ſacræ locis/tum in ueteri/tum in noua lege reperias:cuius ſignificatio nūc gratiæ/ nūc culpæ:aliquando & miſeriæ ſacramenta complectitur. Legimus apud Ioannem Euangeliſtam dixiſſe Ieſum Saluatorem ad eum qui cæcus natus erat. Vade lauare in natatoria Syloe:quod interpretať miſſus qui abiit:lauit:uidit. Aqua Syloe uno modo populum ſignificat Iudæoꝝ:ſecundū Eſaiam: dicentē. Abiecit populus iſte aquas Syloe:quæ uadunt cum ſilentio. itaq; cū ſputū facto/in terra lauiſſet cæci oculos luto/ miſit illum Ieſus ad natatoriam Syloe:ut ſe oſtenderet/nequaq̃ alienum eſſe ab amore Iudaici populi:quem ſemper ad uiam ueritatis referre conatus eſt. Secundum alios uero aquæ Syloe baptiſmi aquā præfigurarunt:cuius & illuminatio propria ē: & a delictis emundatio. Nā & ſecundū Dionyſium Areopagitam/baptiſmus illuſtratio dicitur:ſecundum quam ſignificationē apud Ezechielem dicitur. Effundam ſup uos aquā mundā:& mundabimini ab omnibus inquinamētis ueſtris. Quocirca in eodē Euangelio Syloe interpretatur miſſus. Oportet.n.baptizari in Chriſto : qui a patre pro redimendo humano genere in mundum miſſus eſt:qui ſuorum peccatorum ablui ſordem cupiunt:ut ad Galatas ſcribens teſtis eſt Paulus Apoſtolus/dicens. Quicunq; in Chriſto baptizati eſtis:Chriſtum induiſtis. Quare piſcina hæc Syloem aquam mundantem ſignificauit:& delentem peccati labem. Illa etiā aqua refertur ad gratiam:quæ in Apocalypſi Ioannis legitur. Oſtendit mihi fluuium aquæ uitæ ſplendidum/ tanquam criſtallū procedentem de ſede Dei & agni. Hac ſignificatur humana mens:q̃ diu ſplendeſcit contemplatione Euāgelicæ diſciplinæ:& a cura & ſollicitudine humanaꝝ reꝝ uehemēter abhorret:ut illud impleat Saluatoris præceptū. Ne ſolliciti ſitis animæ ueſtræ:qd māducetis:neq; corpori ueſtro quid induamini. Eſt.n.ſine dubitatiōe ſedes Dei/& agni Euangeliū ipſum fluuius aquæ uitæ Euangelica diſciplina/atq; incorruptæ doctrinæ ueritas:quæ ſplēdorē oēm & claritatē antecellit. Quā dum cōtemplamur:niteſcimus & humanæ ſollicitudinis ſpernimus moleſtiā. Aquā mundantē Ezechiel ꝓpheta cōmemorat his uerbis. Ad Hieruſalē/in aqua nō es lota in ſalutē. Et iterum. Laui te aqua:& emundaui ſanguinē tuū ex te. Aqua hæc/aqua cōtritionis eſt:quæ peccati ſanguinē/& ſqualorem abluit. Hac eadē lotus eſt is:quē Regū prodit hiſtoria Naamā Syrus : qui iuxta uerbū Helyſei/lauit in Iordane ſepties: & reſtituta eſt caro eius/ſicut caro pueri paruuli:ac mūdatus ē. Porro foecundā cōſtat eē aquā hāc : qua ſolēt arua hoīum irrigari:& ſterile aīaꝝ ſolū pingueſcere:unde & apud Eſaiā ſcribiť. Effundā aquas ſup ſitiētē:& fluēta ſup aridā. In his uero aqs amoris & charitatis feruor exardeſcit:unī & Ana:q donatus:uel gratificatus īterpretať. Legitur in libro Geneſis/ aquas calidas inueniſſe in ſolitudine: cū paſceret Aſinos Sebeon patris ſui. Hæ ſunt fideles aquæ:in qbus & timor dñi figurať (ut Eſaias ait)Panis ei datus ē:aquæ eius fideles ſunt. Ac ſtatim īfert. Cor tuū meditabitur timorē. Eſt aūt panis oratio:qua tanq̃ pabulo anima ipſa reficiť:aquæ uero fideles: q̃ nec reconditas latebras:nec deliteſcentes herbas continent:timor Dei eſt,i. principium ſapientiæ:ac ſalutis initium. In his iiſdem

aquis conſideratur & pietas:unde & fluentes ſunt:de quibus in Pſalmo. Flauit ſpiritus eius:& fluēt aquæ. Sed &
illæ aquæ ad bonū & ad gratiā referunť:de qbus ita in Prouerbiis Salomon locutus eſt. Bibe aquā de ciſterna tua
& fluenta putei tui:deriuentur fontes tui foras:& in plateis aquas tuas diuide. Ac ſtatim ſubiicit. Habeto eas ſo/
lus:nec ſint alieni participes tui:ſit uena tua benedicta/ea benedictione(ut arbitror)quā in magni iudicii die audi
re merebuntur:q̄ percalcato ſæculo/fecerint in terris uoluntatē Dei:q̄ in coelis eſt. Rurſum aquā ſalutarē in Euā
gelio legimus:quū apud Ioānem ſe pollicetur Saluator daturum Samaritanæ mulieri aquam uiuam: quā etiam
puteus Iacob præſtare nō poterat. Omnis inquit Ieſus:q̄ biberit ex aqua hac:ſitiet iterum:q̄ autē biberit ex aqua:
quam ego dabo ei:nō ſitiet in æternum. Sed aqua:quā ego dabo ei:fiet in eo fons aquæ ſalientis in uitā æternam.
Nos igitur qd̄ p hāc aquā intelligi cōueniat:pauculis pſtringamus. Et.n. p aquam: Spiritus ſancti gratia deſignať:q̄
interdū ignis:aliquando aqua in ſacris eloquiis nuncupať:cu tamen neutrū illoꝝ ſit ſecundū ſubſtantiæ ratione:
ſed alterutrū ſecundū quandā ſimilitudinē actionis dicť. Atq; ignis qdem ſortitur nomen:quod excitat: atq; eri/
git hominum corda per feruorem flagrantiſſimæ charitatis. Vnde & Paulus Apoſtolus ſpiritus feruētes dixit ad
Romanos ſcribens. Rurſum ignis dicitur propter peccati cōſumptionē. Hinc eſt illud in Canticis. Lampades eius:
lampades ignis/atq; flammaꝝ. Aquæ multæ nō potuerunt extinguere charitatē: nec flumina obruent illā Aqua
uero contra ſæpenumero Spiritus ſancti gratia/in ſanctis litteris appellata eſt: tum propter purgationem effun/
dam ſuper uos aquam mundā:& mundabimini/ut per Ezechielem ait Dominus: tum propter refrigerandi uir/
tutem:ut a tentationum æſtibus liberemur:ſecundū quod dicitur in Eccleſiaſtico. Ignem ardentē extinguit aqua:
tum deniq; pp̄ ſacietatem feruidam:& inextiguibilē terreſtriū reꝝ/ac bonoꝝ temporaliū cupiditatem: iuxta il/
lud Eſaiæ. Omnes ſitientes uenite ad aquas. Duplex aūt aqua(ut noſter Thōmas diſſeruit)eē perhibetur: quaꝝ
altera uiua:nō uiua altera dicť. Hæc poſterior illa eſt:q̄ fontem ſuū nō proſeqtur:nec ſuo ipſius principio coniū/
cta eſt:unde ſcaturit:ſed p imbrem in Lacunam ciſternam ue defluens:ab ſua origine ſeparata ſeruatur. Viua con
tra/aqua:illa debet intelligi:quæ fonti cōiungiť:atq; effluit:q̄ uenam indeficientem nō deſerit: quæ inde manans
perpetuam undam elicit:ac moliter fluens/ſcatebris arētia temperat arua. Huius ſimilitudinē gratia Spiritus ſan
cti gerit:quæ eum homini tribuitur: & fons ipſe ſimul confert: qui eſt Spiritus Sanctus: per quem omne datum
optimum:& omne donum peſectum/ac munera omnia ſalutaria tribuuntur:dicente Paulo Apoſtolo in Epiſto/
la ad Romanos. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum: qui datus eſt nobis. Nec id
profecto iniuria:ipſe eſt enim qui omnia:quæcunq; uere expetenda ſunt:operatur in nobis ſingulis: prout uult.
Laudabat Samaritana puteum Iacob/propter magnam uim ipſius auctoritatem:q̄ dederat/ ob aquæ præcipuam
ſuauitatē/poſtremo propter inexhauſtam eius ubertatē. Quanto magis hæc uiua aqua:q̄ eſt doctrina diuini elo
quii/& Spiritus ſancti uirtus laudanda eſt:cum ſit tribuentis auctoritate præclara:ſuauitate iucunda:q̄ dulcia fau
cibus meis eloquia tua:ait Propheta: Super mel ori meo. Indeficientis fons ſcatebris/atq; ubertate perennis:cuius
non modo ſapientes:ſed etiam ſtulti participes fieri poſſint. Hanc aquam q biberit:nō ſitiet in æternum:ſuperio/
rem illam:q bibent:ſitiet iterum. Doctrina dei/aqua uiua eſt/& fontis perpetuo decurrens: ſiqdem fluminis im/
petus lætificat ciuitatē Dei. Nā & apud Ioānem iteꝝ clamat Saluator Chriſtus. Siqs ſitit:ueniat ad me: & bibat:q
credit in me(ſicut dicit ſcriptura)flumina de uētre eius fluent aquæ uiuæ. Ex quo & illud Pſalmiſta uere cecinit.
Apud te eſt fons uitæ. Qui ſpiritualē aquā biberit:nō ſitiet amplius:& illud implebiť Eſaiæ: Serui mei bibēt: &
uos ſitietis. Sed huic illud uideť eſſe cōtrariū:quod in Eccleſiaſtico legimus. Ita.n. diuina ſapientia induciť loquēs.
Qui edunt me:adhuc eſurient:& q bibunt me:adhuc ſitient. Et quomodo igiť ueritas ait:q biberit ex aqua:quā
ego dabo ei:nō ſitiet in æternū? Alterutrum qdē falſum uideri neceſſe eſt. Seu utrunq; exploratū diligētius/om
nem dubitationē ſubſtulerit. Nam q biberit aquā quā Chriſtus dederit:uno modo qdem adhuc ſitiet:alio modo
nō ſitiet in æternū. Aqua.n. ſpiritualis ita perpetua eſt:ut cauſam quoq; perpetuam/ habeat Spiritū ſanctū.i. fon
tem uiuū perennis uitæ. Itaq; ea refrigerauerit:nunq̄ ſitire amplius poteſt. Quod idem ei nō cōtingit:q aquā hāc
uſitatiorē biberit. Rurſum uero noſtra hæc ſumpta ſitim gignit:nō qdem ſui ipſius:ſed alterius rei potius. Spiri/
tualis uero aqua & alterius rei ſitim eripit:& ſui ipſius uehemēter inflāmat. Quod quale ſit:latius illuſtrandum
eſt. Expetuntur fragilia bona:& ante q̄ parta ſunt:magno æſtimanť adeo:ut uel ſans animū ipſum expletura ui/
deantur. At nos illa aſſecuti maiore cupiditatis ardore flagramus:ac rurſum plura & maiora cōcupiſcimus: quod
in eis nulla quies animi ſita eſt. Spiritualia uero bona:hoc eſt/uera bona: niſi percepta cognoſci nequeunt: iuxta
illud Apocalipſis. Nemo nouit/ niſi qui accipit. Atq; ideo prius q̄ habentur:minime deſideranť. Sed cum habi/
ta & parta noſcunť:tunc demum & delectant mētis affectum: & deſiderium mouent: ac mouent qdē nō ad alia
poſſidenda:ſed ut ipſa eadē perfectius/atq; abſolutius acquirantur:q̄ nō ſatis cumulate tenerentur pro imbecilli
tate ſuſcipientis. Donec igiť plene aſſequamur illa/& ſemp/& uehementer expetimus. Atq; hæc erat Prophetæ
ſententia:hæc mens illius ita canentis. Sitiuit anima mea ad Deū fontē uiuū:quādo ueniā:& apparebo ante faciē
Dei? Veꝝ ſitis hæc in hac mortali uita/nunq̄ ſatis expleri pōt:in q̄ bona ſpiritualia/niſi forte ex aliqua parte/ ne/
mo adipiſciť. Proinde q eā aquā biberit:adhuc ſitiet:dū perfectā plenitudinē aſſequať:ſed non ſitiet iterū:q̄ſi exa/
reſcat aqua:cuius fontē manalem diximus:Pſalmiſta canēte. Inebriabunť ab ubertate domus tuæ. Et alio iterum
in loco. Flumē Dei repletū eſt aqs. Flumē qd̄ cōtinue fluat:bene appellatum dicit. M. Varro. Sed cū ad immor/
talē uitæ beatæ gloriā uentū fuerit:tūc ꝓculdubio pfecte bibentes aquā diuinæ gratiæ/ nō ſitiemus in æternū,
Satiabor:inquit Propheta cū apparuerit gloria tua. Et Saluator in Euangelio. Beati qui eſuriunt: & ſitiunt luſti/
tiam:qa ſaturabuntur:Eſuriunt & ſitiunt qdem in hac mortali uita:ſaturantur aūt in æterna gloria. Satis igitur
ſuperq;:de aqua domini:quæ ſpiritualem gratiā ſignificat:in hunc uſq; locum explicatum eſt. Illam quoq; ſilen/
tio præterire non debemus:quæ apud Ioannem his uerbis commemoratur. Eſt inquit: Hieroſolymis probatica
piſcina quæ cognominatur Hebraice Bethſaida / quinq; porticus habens. In his iacebat multitudo magna lan/

guentium

guentium/cæcorum/claudorum/aridorum expectantium aquæ motum. Angelus autem domini/ſecundũ tempus deſcendebat in piſcinam:& mouebať aqua. Et qui prior deſcẽdebat in piſcinã poſt motionẽ aquæ/ſanus fiebat a quacũq; detinebať infirmitate. Hæc Ioãnes. Si huius pyſcinæ nomẽ inueſtigamus:Græce probatica:hebraice Bethſaida appellata eſt. Probaton apud Græcos Ouem ſignificat:& ea piſcina/ouium nuncupanť:quod Sacerdotes Iudæorũ hoſtiarũ cadauera:præſertim ouium:quæ maxime in ſacrificiis mactabanť in ea piſcina abluebant unde & Hebraice Bethſaida:hoc eſt:domus pecudũ diciť. Hæc propter tẽplum erat: & ex aqua pluuia cogebať. Quinq; aũt habebat porticus per circuitũ:quo plures ſacerdotes facilius pecudũ & hoſtiarũ abluerent cæſa corpora. Piſcinã circunſtabãt turba languentiũ:agitationẽ aquarũ obſeruãtes: & demũ ablutione facta/a lãguoribus ſanarenť. Atq; ita ægroti cõualeſcebant:ſiue oculis capti eſſent:ſiue impari greſſu claudicarent: ſiue denique ariditate languerent. Ferunt nõnulli Reginã Saba/quæ uenerat audire ſapientiã Salomonis: cũ in domo ſaltus eſſet: uidiſſe in ſpiritu/dominicæ crucis lignũ:cumq; a Salomone proficiſcereť/eidẽ nunciaſſe:quæ uiderat/ac ſubiectiſſe moriturũ ſuper eo ligno hoiem:quo cæſo perituri Iudæi eſſent:locũ ſimul amiſſuri & gentẽ. Tulit itaq; Salomon lignũ:ac penitus humũ defodit:quo in loco/labente tẽporis curriculo:piſcina quã prædiximus:conſtituta ẽ. Cũq; iã inſtaret plenitudo ſacri tẽporis/lignũ aquæ ſupernatauit: qđ in profundo latebat: & tẽpus acceptabile/& dies ſalutis.i.glorioſi Saluatoris prænũciauit aduẽtũ. Atq; inde cœpiſſe aquæ illius motus tradiť. Habet autẽ ea res nõ illocupletes auctores:quã ꝑfecto & ipſi nõ abſurdã putabimus:ſi huius piſcinæ illuſtrabimus ſacramẽta. Quid.n.piſcina hæc ſignificauit aliud:q̃ batiſmum:cuius ablutio multo magis ſordem/ac maculã oĩm delet/q̃ aqua illa expiationis:quæ in libro legiť Numerorũ. Atq; ut aqua piſcinæ eius/ nõ ſuapte natura: ſed uirtute potius cõmouentis Angeli & carnis imundiciã ſanabat:& auferebat corporis ægritudinẽ:ita & aqua ſacri baptiſmatis tã admirabilẽ & medẽdi & abluendi uim/per paſſionẽ filii Dei/ſortita eſt. Vnde illud eſt in Apocalypſi. Dilexit nos:& lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Et Apoſtolus Romanis uera ſcripſit dicens. Quicunq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu:in morte ipſius baptizati ſumus. Quoniã uero piſcina hæc domus pecudum interpretatur:ut diximus:ſignificauit eos potiſſimũ baptiſmi aqua abluẽdos:q poſſent de ſe ipſis cũ Propheta dicere. Nos aũt populus eius/& oues paſcuæ eius:quæ cognoſcunt paſtorẽ bonũ:& cognoſcunť ab eo:quæ intra ouilis limites ſtabulantes/paſtoris uocem audiunt:& illi ſoli ſeruiunt. Quod aũt quinq; porticus adduncť: id myſteriũ complet:& ad quinq; corporis Chriſti uulnera ſine dubitatione referť. Languentes ad piſcinã confluunt: ut a quauis infirmitate liberetur:q aũt baptiſmi ſacramẽtũ excepturus eſt:quaſi languidus/ac ſanandus ait. Miſerere mei domine:q̃m infirmus ſum:ſana me domine:quoniã cõturbata ſunt oſſa mea. Deinde ſpectans baptiſmi gratiã/ in alio loco dicit. Super aquas refectionis educauit me:aiam meã cõuertit. Nec ſolũ liberanť: qui perturbationibus ſeruiunt:quæ ægritudines animorũ ſunt:ſed & illi quoq; in quibus intellectus/lumen extinctum eſt: & ratio libidini cõſentiens excæcatur:de quibus apud Concionatorẽ ſapientem dicitur. Hæc cogitauerũt:& errauerũt: excæcauit.n.illos malitia eorũ. Supercecidit ignis:inquit Propheta:& nõ uiderũt Solẽ. Quid eſt ignis:niſi iræ/concupiſcentiæ/ac libidinis ardor: quo q corripiunť: Solẽ & clariſſimũ lumẽ ueritatis intueri nequeunt. Sanãť & claudi quorũ mens cũ uerſatur in tenebris:inſtabile molitur opus: ſecundũ illud Prouerbiorũ. Impius facit opus inſtabile ſeminanti aũt Iuſtitiã/merces fidelis. Claudi uero ſunt:qui nõ conſectantur rectam uirtutis/ac probitatis uiã. Atq; idcirco in libro Regũ ab Helia redarguuntur his uerbis. Vſq; quo claudicatis in duas partes: Si dominus ẽ Deus:ſequimini eum. Sanantur & aridi:in quibus pinguedo deuotionis exaruit:quam petebat diuinus Propheta. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Sanantur inquam per baptiſmum & aridi:in quibus ieiunitas fuerit bonorũ operũ:qualis ſit is:qui dicat. Aruit tanq̃ teſta uirtus mea. Bene igitur piſcina hæc/ baptiſmi uirtutẽ præfigurauit:cuius aqua nõ ſua uirtute & natura:nõ omni tempore:ſed uirtute ſecundum tẽpus Angeli commouentis/ſanabat ægrotos:ſicut & aqua baptiſmi/nõ aquæ ipſius ui:ſed latente Spiritus Sancti poteſtate/ immunditiã carnis & peccatorũ ſordem abluit. Niſi.n.quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto/ nõ poteſt introire in regnũ Dei. Nõ dixit ex aqua ſolũ:ſed ex aqua & Spiritu Sancto. Vtriuſq; uero opus eſſe cõſtat:ut ꝑ utranq; ſani hoies efficianť. Sed hoc piſcinã baptiſmus antecellit:qđ illa uirtute & opa Angeli/ ſalutẽ præſtabat. Hic imenſa atq; increata ineffabilis ſanctæ trinitatis ptãte/hoies ſaluos facit. Illa ſanat certo tẽpore:baptiſmi perpetua & cõtinua uirtus eſt. Illa ſingulis ꝓderat:hæc medetur uniuerſis. Illius uirtus certis finibus tenebať:huius ĩfinita & immenſa cognoſcitur. Conſtat igitur: quæ nã probatica piſcina fuerit:& quid ſignificarit: ſatis arbitror explicatum. Illa etiam nimirum aqua maxime ſalutaris/& gratiæ plena cũ primis exiſtimanda eſt:quæ ſacratiſſimæ paſſionis tempore de tranſuerberato Chriſti latere fluxit:& abunde manauit. Vnus militũ inqt Ioannes: lancea latus eius aperuit:& cõtinuo exiuit ſanguis & aqua. Funditur ſanguis in pretium:aqua in lauacrũ:cuius ablutione ſanati ſumus. At tunc uere per Prophetã dixit Dominus. Effundã ſuper uos aquã mundã: & mundabimini ab omnibus inquinamẽtis ueſtris. Verũ ĩfinitũ ſingula annotare in tã lato ſcripturæ cãpo/aquæ ſacramẽta:q̃ ipſa in promptu fuerint:ſiqs eas q̃ ſcripta ſunt:diligenter cõſiderare uoluerit. Nõ carẽt myſterio putei:quos primũ fodit Abrahã: quos deinde fodit Iſaac filius in torrente Gerare:ubi & aqua uiua reperta eſt. Quæ reæs inter paſtores gerare & loci eius indigenas & paſtores Iſaac iurgiũ & rixam concitauit. Sed iam ad alias aquas labatur oratio. Fecit Deus firmamẽtum/inquit Moyſes:diuiſitq; aquas:quæ erant ſub firmamẽto/ab his quæ erant ſuper firmamẽtũ. Aliæ profecto aquæ ſunt:quæ ſuper firmamẽtũ ſunt:ab his quæ ſub firmamẽto cõtinenť. Aquæ quæ ſuꝑ cœlo ſunt: dicit Prophæta:laudet nomẽ domini. Duplices.n.aquæ cõmemoranť:quod & beatus Auguſtinus Chriſtianæ religionis decus præclare diſſerit. Quæ uaporaliter cœlo ſupferunť:& ſerenis etiã noctibus rorãt: & quæ in terris graues fluitant. Diuiſæ ſunt igiť aquæ abyſſi a ſupernis aquis. Ex quo recte Origenes ait. Studeat unuſquiſq; noſtrũ diuiſor effici aquæ eius q̃ eſt ſupra:& q̃ eſt ſubtus:quo.ſ.ſpecialis aquæ intellectũ: & participiũ capiens eius: quæ eſt ſupra firmamentũ. Flumina de uentre ſuo educat aquæ uiue ſalientis in uitã æternam. Segregatus ſine

dubio:& ſeparatus ab ea aqua:quæ ſubtus eſt.Ideſt aqua abyſſi:in qua tenebræ eſſe dicuntur:in qua princeps hu
ius mundi:& aduerſarius draco:& Angeli eius habitant.Et iterū.Illius ergo aquæ ſupnæ participatio:q ſupra cœ
los eſſe dr̄:unuſquiſq; fideliū cœleſtis efficiť.i.cū ſenſum ſuū habeat in arduis:& excelſis:nihil de terra:ſed totū
de cœleſtibus cogitans:quæ ſurſum ſunt:querēs:ubi Chriſtus eſt in dextera patris.Ac paulo poſt.Nos ergo labo
remus cōgregare aquā:quæ eſt ſub cœlo:& abiicere eā a nobis:ut quū hoc factū fuerit:appareat arida:quæ ſunt
in carne geſta opa nr̄a.Quo.ſ.uidētes hoies opera nr̄a bona:glorificēt patrē noſtrū:q in cœlis eſt.Si.n.aquas iſtas:
quæ ſunt ſub cœlo:nō ſeparauerimus a nobis.i.peccata:& uitia corporis noſtri:arida nō poterit apparere:nec ha
bere fiduciā ꝓcedēdi ad lucē.Quæ utiq; nō aliter dabiť:niſi uelut aquas abiiciamus a nobis:& ſegregamus uitia
corporis:q̄ ſunt materies peccatoꝝ.Atq; hæc Origenes.E quibus facile cōſtare poſſit ꝑter aquā gr̄æ:eā quoq; in
ueniri in ſanctis litteris:q̄ ad culpā referēda ſit.Aquæ peccatoꝝ ſunt:quæ interitū parant:& ad extremā cladem
uſq; perducūt:de quibus in Apocalypſi ſcribiť.Multi hoies mortui ſunt de aquis:qa amaræ factæ ſunt.Hæ ſunt
aquæ turbidæ:atq; pollutæ auidiore cupiditatis affectu:qbus quū ſe īūdant hoium mentes:iugū domini cōfrin
gunt:uincula eius dirumpunt:timorē abiiciunt.Hinc illa p Ieremiā dicit dominus exercituū.Me dereliquerunt
fontem aquæ uiuæ:& foderunt ſibi ciſternas diſſipatas:quæ continere aquas nō ualent.Et rurſum.Et nūc quid ti
bi uis in uia Aegypti:ut bibas aquā turbidā?Et qd tibi cū uia Aſſyrioꝝ:ut bibas aquā fluminis?Via utiq; Aegy
pti:uia humanæ ſollicitudinis eſt:turbida uero aqua humanaꝝ reꝝ moleſtia:qbus irretiti animi obliuiſcunť ſui:
& auertunť a deo.Hæ ſunt immundæ/ac ſordidæ aquæ/ob carnis fœditatē:& flagitii turpitudinē.Alloquitur in
Exodo Moyſen dominus/ac præcipit dicens:Sume aquam fluminis:& effunde eā ſuper aridam:& quicquid hau
ſeris de fluuio:uertetur in ſanguinē.Tunc plane aqua in ſanguinē conuertiť:quū infecta mēs carnis immunditia:&
laſciuiæ ſorde:quaſi in naturā aliam tranſfertur.Quocirca & Ieruſalē fornicationū plena/dicitur conculcata in
ſanguine ſuo:quæ opera faciebat mulieris meretricis:& procacis:quæ fabricans imagines maſculinas fornicabať
in eis:quæ in capite ōis uiæ lupanar ſtruxerat:quæ in cunctis plateis proſtibulū cōdiderat:quæ exuta pudicitiæ
decorē/ubiq; ꝓſtitutionis ſuæ ſigna reliquerat.Veꝝ & accidiæ triſtitiā/ac langueſcentis ocii torporem interdum
aquæ ſignificant:q̄ profecto infœcundæ:ac ſteriles ſunt:nulliuſq; boni opis feraces.Quales fuiſſe traduntur aquæ
Iericο:de qbus ſecūdi Regū libri hiſtoria dr̄.Aquæ peſſime ſunt:& terra ſterilis:quas deinde ſanauit Heliſeus:ut
nō eſſet mors ultra in eis:neq; ſterilitas.Peſſimas aūt aquas iure optimo accidiæ eluuionem dicimus:qđ nihil tā
contrariū:tamq; aduerſum uirtuti eſt:q̄ deſidia:atq; ocioſitas mater uitiorum:nouerca uirtutū:quæ uelut are
na:ariditate ſiccať/nec habet ullā penitus boni operis frugē.Liuent eædē aquæ/frigentq; execrāda/ac nefaria in
uidētie lue:quæ ſeuiſſima peſtis:totū iā pene infecit/& cōmaculauit hoium genus:& qđ deterius eſt:lōge/lateq;
diffuſum/radices altiſſimas egit.Lethale uenenū inuidiæ cōciliationē hoium diſſoluit:cōcordiā dirimit:beniuolē
tiā eripit:ardorē charitatis extinguit.Hāc aquā ſignificauit Ieremias dicēs.Sicut frigidā facit ciſterna aquā ſuā:ſic
frigidā fecit/malitiā ſuā.Et charitas qdē exardeſcit:frigeſcit inuidia:quæ duo interſe ita graue/atq; atrox gerunt
bellū:ut oīno cōciliari nequeant.Sæpenumero & aquas faſtidioſæ arrogātiæ Prophetæ cōmemorant:q̄ ꝓculdu
bio īfideles ſunt:de qbus Ieremias ait.Quare factus eſt dolor meus ꝑpetuus:& plaga mea deſperabilis renuit cu
rari?Facta eſt mihi quaſi mendaciū aquaꝝ infideliū.Et.n.infideles arrogātes ſunt:atq; īpudētes:q ēt impunitatē
ſibi ipſi ꝓponunt inſtar infideliū aquaꝝ:quaꝝ lacunæ in graminibus deliteſcunt.Sunt pterea & aquæ obſtinatæ
duritiæ:quæ glacie quadā obdurantis cordis rigent:de qbus ſapiēs cōcionator.Frigidus uētus Aquilo flauit/& ge
lauit chriſtallus ab aqua.Eſt.n.uētus Aqlo Sathanæ ſuggeſtio:ſiqdē ab Aqlone pandiť malū.Cryſtallus aūt ani
mū obſtinate obdurātē ſignificat:q̄ res una calamitas ē peccātiū hoium.Ad hæc amaræ aquæ:iræ:exprimūt inflā
mationē/ac feruorē.Cecidit de cœlo ſtella magna ardēs:& cecidit in tertiā partē fluminū/& in fontes aquaꝝ.Et
nomē ſtellæ dr̄ Abſinthiū.Et facta eſt tertia pars aquaꝝ Abſinthiū/& multi hoies mortui ſunt de aqs:qa amare
factæ ſunt.Cadit ſtella ardēs.i.ebuliens ira in aquā.i.in mētē hois:& amara aqua facta eſt:qa exitiale uirus:morti
ferū uenenū triſtē amaritudinē rancoris excæpit.Sunt & aquæ amariſſimæ deſperationis:de qbus in libro Nu
meroꝝ legitur:quū adiurať mulier:quæ in adulterii ſuſpitionē īciderit.Tenebat nāq; pro ritu ueteris legis ſacer
Sacerdos aquas amariſſimas:in quas cū execratione maledicta cōgerebat/atq; uſus qbuſdā uerbis aliis/tādē adii
ciebat:ſi forte mulier polluta eēt.Det:inquiens/te dominus in maledictionē:exemplūq; cunctoꝝ in populo ſuo.
Putreſcere faciat fœmur tuū:& tumēs uterus tuus dirūpať.Ingrediantur aquæ maledictæ in uentrē tuū/& utero
tumeſcēte putreſcat fœmur.Bene/& cōgruenter eiuſcemodi aquæ ad deſperationem referuntur.Vterus.n.con
ſcientia eſt:aquæ maledictæ/peccatoꝝ eluuiones/ac ſcelerum:quibus illa redundans ad deſperationē uſq; perdu
citur.Quam rem diruptio uteri ſequitur:quæ nihil eſt aliud:quā uehementia quædā doloris:quæ dies/noctesq;
conſcientiam uexat:& animū reſpirare nō ſinit.Putre deinde fœmur efficitur:in quo adēptio bonæ ſpei ſignifica
tur:quandoqdē in femoribus gignendi/ſita uis eſt:& ſucceſſionis ſpes contineť.Aquæ rurſum in Ioſue leguntur
hiſtoria.Steterunt aquæ deſcendentes in uno loco:& ad inſtar montis intumeſcētes/apparebant procul ab urbe:
quæ uocatur Edom:uſq; ad locum Sarthan.Quæ autē inferiores erant:in mare ſolitudinis:quod nunc uocatur
mortuū:deſcēderunt:uſquequo oīno deficerent.Vere mortuæ hæ aquæ dicunť in Tartaro/ac penaꝝ loco:i quo
hoies/flagitiis/ac ſceleribus obnoxii:exqſitis ſuppliciis cruciāť/& malefactoꝝ oium luūt pœnas.Has igiť aquas
omni ſtudio:& labore diuidere debemus:ad quā rem rite perficiendā primum fortitudine opus eſt:& magnitu
dine animi:quod eſt firmamentū illud:qđ in Geneſi ſcriptū eſt:diuidens aquas ab aqs:& aquas culpæ/ab aqs ſe
cernens gr̄æ.Hac muniti:& ſepti uirtute erimus plane uictores:& noſtri uoti cōpotes.Accedat oportet penitētia
tutiſſima naufragii tabula:ſine qua mole preſſi delictoꝝ/hoies fluctibus ſæuis:& magnis æſtibus obruantur.Id
ſibi uoluit uirga Moyſi in Exodo:qua mare diuiſit/iuſſu Dei:ut graderentur filii Iſrael i medio mari per ſiccū cū
flante uento uehementi:atq; urenti totam noctem/ablatum eſt mare:& in ſiccum conuerſum.Tunc diuiſa eſt
aqua &

aqua & ĩgreſſi filii Iſrael/mirabile dictu/ambulauerũt mare. Et erãt aquæ:q̃ſi muri ad dexterã eoꝝ & leuã. Aqua a ſiniſtris/uita peccatoꝝ é:quã ſcimus lubricã eé:& momẽtaneã:& iſtar tenerae fugiẽtis umbræ. Aqua uero a dextris/uita é ſanctorũ:& eoꝝ q recte q cũ uirtute:& timore dñi uixerũt ſp:q̃ uita perẽnis/ ĩmortalis/beata & æterna ẽ:& oĩum maloꝝ ĩmunis:quã aſſequunť:q faciẽtes opa penitẽtiæ. Expurgãt uetus fermẽtũ neqtiæ:& fiũt noua cõſperſio/ĩ azimis ſinceritatis:& ueritatis. Sed & coadiuuante gr̃a opus ẽ:ſine qua inanis eſt opa nr̃a:& (qđ dici ſolet) caſſo labore ſudamus. Hæc eſt arca fœderis dñi/uniuerſæ terræ:q̃ antecedebat Iſraeliticũ populũ p Iordanẽ:quã deferẽtes Sacerdotes/decurrẽtes aquæ Iordanis inferiores defecerũt:ſupiores uero in una mole cõſtitere. Adiicienda quoq̧ eſt uelut faſtigiũ quoddã cõſumãdo opi charitas:q̃ (ut ait Apoſtolus) nunq̃ excidit:& cæteris uirtutibus mortalẽ uitã cõmitantibus:illa ẽt incœleſti patria pſeuerat. Quæ forma eſt uirtutũ oĩum/ac totius honeſtatis alumna. Nihil eſt.n.charitate melius:nihil admirabilius:nihil egregia hac uirtute præſtantius. Hoc eſt palliũ Helyæ:quo pcuſſit Helyſeus aquas:& diuiſe ſunt huc:atq̧ illuc:& ille tranauit ĩcolumis:ſup quã ſpiritus/qeuiſſet Helyæ. Addũt nõnulli/& tertias aquas:p q̃s hũanæ uitæ ſignificãť ærumnæ : qbus quotidiæ p̃mimur:circũferimur:uexamur. His ſe liberari ꝓpheta petit:atq̧ exoptat:p̃catiõe carminis huius. Saluũ me fac dñe:qm̃ intrauerũt aquæ:uſq̧ ad aiam meã:ĩfixus ſum in limo ꝓfundi. Et iterũ. Veni in altitudinẽ maris : & tẽpeſtas demerſit me. Huiuſcemodi uero aquaꝝ fluctibus/ne obruamur:ſolus efficit : q ẽ bonoꝝ oĩum autor deus iuxta id:qđ p Eſaiã ait dñs. Quũ trãſiens p aquas:tecũ ero:& flumina nõ operiẽt. Rurſum uero dñm:& Principẽ Deũ cõmemorans/idẽ Propheta. Hæc dicit dñs:inqt:q dedit in mari uiã:& in aq̃s torrẽtibus ſemitam. Nos aũt ſi uolumus torrẽtẽ decurrẽtiũ aquaꝝ ſiccis pedibus ptrãſire fidẽ añ oia adhibere debemus. Petrus Apoſtolus ſup aq̃s ambulabat:ut Ieſum aſſequereť. Sed uẽto ĩualeſcẽte ptimuit:cũq̧ iã aq̃s obrueret:cõuerſus ad Ieſum:dñe ſaluũ me fac inqt. Tũ porrecta manu/apprachẽdit illũ dñs:atq̧ increpuit dicens. Modicæ fidei q̃re dubitaſti? Sciebat.n. Ieſus fide ĩprimis opus eẽ/ad ſuperãdas freti huius ꝓcelloſi:& fluctuãtis pelagi aquas: Dãda eſt igiť nobis opa:ut ſi ſecuri uolumus:portũ ſalutis attingere:ut fideles inueniamur:& recta fidei opa cõfectemur:qđ ea abſq̧ operibus mortua eſt/ut Iacobus Apoſtolus præclare ammonuit. Adhibẽda inſup/& fortitudo eſt:& imitãdus Helias/cui ſub Iunipero dormiẽti in Berſabee Iuda/en ſubcinericius panis/& uas aquæ/ad caput eius preſto fuit:q expercectus/comedit & bibit:ambulauitq̧ in fortitudine cibi illius.xxxx.diebus/&.xxxx.noctibus/uſq̧ ad montẽ Dei Oreb. Nec minus neceſſaria prudẽtia eſt ars uitæ & periculoꝝ oĩum expultrix/& cũ Paulo Apoſtolo enatãdũ ẽ/ne aduerſa iactati tẽpeſtate pereamus/ut p cõtẽplationẽ cœleſtiũ myſterioꝝ/cũ patre Iacob in baculo diuini auxilii trãſeamus Iordanẽ iſtũ/& altioris cogitationis munere/cũ deo iungamur:cui adherere bonũ: ĩ quo ſpem ponere:& tutũ/& ſalutare ẽ. Cũ igiť tria hæc in hoium uita uerſenť:gr̃a diuinæ pietatis:culpa nr̃æ fragilitatis:humanæ cõditionis miſeria:nõ ab re fuit:uitã hoĩs aquis fluẽtibus cõparare:quãdoqdẽ morimur oẽs : & uelut aque dilabimur in terra:q̃ nõ reuertunť/& q̃ſi aque decurrẽtes celeriter anni defluũt iuxta id ſapiẽtis cõcionatoris. Numerus dieꝝ hoꝝ/ut multũ cẽtũ anni:q̃ſi gutte aquæ maris deputate ſunt. Ac de aquis qdẽ iã dicere deſinamus:illud ſi adiciať nõnunq̃ in diuinis lr̃is aquas/populos deſignare. Teſtimonio ẽ illud Eſaiæ Prophetæ. Beati:q ſeminatis ſup oẽs aquas immectẽtes pedẽ Bouis/& Aſini/ut p Bouẽ ſapiẽtẽ/p Aſinũ rudẽ hoiem/ĩtelligere debeamus. Et ſecundũ eãdẽ parabolã Salomon Eccleſiaſtes ait. Mitte panẽ tuũ ſup trãſeuntes aquas/qa poſt multa tẽpora/inuenies illũ:ut ſignificaret uir ſapiẽtiſſimus populis/& hoium multitudini/prebẽdã eẽ uictus alimoniam:cuius fructus etiã in eternis tabernaculis/tanq̃ merces copioſa percipiẽdus ſit. Nã & ſuaſit Saluator in Euangelio dicẽs. Vẽdite quæ poſſidetis:& date ellemoſinam:facite uobis ſacculos:qui nõ ueteraſcũt theſauꝝ nõ deficiẽte in cœlis. Aquæ multæ/populi multæ ſunt:ſecundũ ſniam Ioannis in Apocalypſi:qui ſacramẽtum referans meretricis magnæ:quæ ſederet ſuper aquas multas:aquas inquit:quas uidiſti:ubi meretrix ſedet populi ſunt:& gẽtes:& linguæ. Sed tranſuadati aquis:iam ad panis mentionem noſtra transferatur oratio.

¶ Finit Liber primus. Incipit Secundus.

HActenus noſſe potuiſti Dominice ſuauiſſime ea quæ pro mea ſñia de ſacramẽtis aquæ dicẽda uidebãtur:& quæ latius fortaſſis explicãda eſſent:redegimus in parui uoluminis anguſtias:qđ in multis ſumma laus ſit ſcribẽdi breuitas. Nũc tandẽ operepretiũ ſum facturus (ut arbitror) ſi de pane quoq̧/ſecũdum myſticã rationẽ/pauca perſtrinxero. Frequens nãq̧ ẽ in ſacris eloquiis/panis cõmemoratio:& aliquando quidẽ boni interdũ mali ſignificationẽ amplectiť. Atq̧ ne plura dicamus q̃ neceſſe eſt:panẽ duplicẽ diſtinguimus. Alterũ laudis:quẽ bonũ poſſumus appellare. Alterũ uituperationis : quẽ malũ dicimus. Prior ille rurſum multifariã cõtectari ſolet. Aperi inquit Salomon/oculos tuos:& ſaturare panibus. Panibus utiq̧ ſaturari nos uoluit:ac ſuaſit uir ſapientiſſimus:& iis qdẽ panibus:quoꝝ alimonia uita hoium cõtineť. At uitã duplicẽ Theologi ꝓdiderunt:unã totius hoĩs:quã uiuificat aia/uelut forma:alterã aiæ ipſius: quã uiuificat Deus tanquã illius ſumma perfectio. Sicut.n.abſente aia/hoiem diſſoluit:corpus perire neceſſe eſt:ita & aia per uitæ turpitudinẽ/ac uitioꝝ labẽ a deo ſeiuncta ſine dubitatione mortua eſt. Itaq̧ reficiẽda eſt panibus:cibanda inquã panibus eſt uitæ & intellectus:& aqua ſapiẽtiæ ſalutaris potanda:ut eo pacto uitã adipiſcať:& abunde poſſideat. Vita autem eſt Chriſtus:qui de ſe ipſo ait. Ego ſum uia/ueritas/& uita. Primus itaq̧ panis uitæ tuendæ/ac naturali neceſſitati inſeruit:de quo Dominus per Moyſen primũ parẽtẽ ita ſubmonuit. In ſudore uultus tui ueſceris pane tuo: donec reuertaris in terrã:de qua ſumptus es. Et in Eccleſiaſtico legiť. Initiũ uitæ hoĩs aqua/& panis/& ueſtimẽtũ/& domus ꝓtegens turpitudinẽ. Et in alio loco: Benefac humili:& nõ dederis impio: ꝓhibe panes illi dare:ne in ipſis potentior te ſit. Eundẽ quoq̧ panẽ meminit Iob inquiens. Aquam laſſo nõ dediſti:& eſurienti ſubtraxiſti panẽ. De eo nanq̧ pane ſermo eſt:quo ueſcimur:& uitã ſuſtinemus:cuius utilitas latius patet. Primũ uitã alit:ac tueť: ut diximus. Hinc illud Eccleſiaſtici. Cibaria & uirga & onus Aſino : panis & diſciplina & opus Seruo. Aſinus onera uehit:cibariis eget:uerbere ad parendum compellitur. Seruo opus iungitur:alimẽtum tribuitur:caſtigatio adhi-

betur. Aſinus & Seruus uterq; corpus ſignificant. Nam duplex eſt in animali conſiderare imperium. Vnum dominicũ/& tyrannidis inſtar: alterũ ciuile. Itaq; bñ in politicis libris magnus philoſophus. Animus inqt in corpus/ dominicũ habet imperiũ: mens uero in appetitũ ciuile & regiũ. Quod ſi animus in corpus domi cuiuſpiam uicẽ gerit: erit corpus quidã quaſi ſeruus: qui uix loris/flagris/uerberibus/caſtigationibus ad parendũ cogit᷑: & Aſini inſtar ad perficiẽdũ iniunctũ opus cõpellit᷑/nodoſæ robore clauæ. Aſinus igit᷑ & ſeruus corpus ipſum & ꝓprietatẽ ſignificãt: de quo Apoſtolus. Caſtigo corpus meũ: & in ſeruitutẽ redigo. Caſtigat corpus Apoſtolus: & ſubiecit ſeruituti: in qđ durũ debet ipſa ratio/imperiũ exercere. Cibaria & panis/corporis ſunt alimẽta: quibus nutrit᷑: & cõtinet᷑. Onus labores ſunt in qbus uerſari debet corporis exercitatio/& operandi ſedulitas. Virga ad correctionẽ & diſciplinã referẽda eſt. Macerãdũ.n. corpus eſt: & freno rectæ rõnis cohercẽdũ: ne ſi paululũ dominari cœperit: cogat nos agere/quod uolumus malum: & deducat ad delictum maximum. Bene & ſapienter præcipit Concionator illuſtris: ut eodem modo corpore utamur: quo uti ſolemus & ſeruo: ut uidelicet & operã iniungamus: & iuſta illi præbeamus. De ſeruo loquitur Philoſophus magnus: ac præcipit inquiens. Tria cum ſint opus/ cibus & caſtigatio: quæ ſunt panis/diſciplina/& opus/ut Cõcionatoris uerbis utamur. Cibus quidem ſine caſtigatione & opere petulantem reddit/Opus uero & caſtigatio ſine cibo uiolenta res eſt: & infirmũ facit ſeruũ. Reſtat igit᷑: ut opus faciendũ illi tribuat: & cibũ ſufficiẽtẽ. Eadẽ ad corporis rõnem accõmodãda ſunt: ut id feramus in opere: ſufficientibus tueamur alimẽtis: & caſtigatione in ſeruitutẽ redigamus. Subſtinet igit᷑ panis: & nutricat᷑ corporis uitã. Sed idẽ ad animã excolendã: atq; exercẽdã uirtutẽ/magnã uim hẽt: ut eſt illud Tobiæ dicẽtis. Panẽ tuũ cum eſurientibus & egenis comede: & de ueſtimẽtis tuis nudos tege. Et rurſum idẽ ait. Panẽ tuũ & uinũ tuũ ſuper ſepulturã iuſti cõſtitue: & noli ex eo manducare & bibere cũ peccatoribus. Plurimũ.n. antea Ele laudauerat: & ad eam pro facultatibus tribuendã Tobiã filiũ fuerat cohortatus. Illa Eſaiæ etiã huic loco/mentio panis conueniat. Qui habitatis terrã Auſtri/cũ panibus occurrite fugiẽti. Sed idẽ panis oblationibus cõgruit: ut Leuitici teſtatur liber: ubi dicit᷑. Anima cum obtulerit oblationem ſacrificii domino/ Simila erit eius oblatio: fundetq; ſuper eam oleum: & ponet thus: ac deferet ad filios Aaron Sacerdotis. Et paulo poſt. Cũ obtuleris ſacrificiũ coctũ in clibano de ſimila panes.ſ. abſq; fermẽto cõſperſos oleo: & lagana azima oleo lita. Panes hi erant ꝓculdubio: qbus in ſacrificiis atq; oblationibus utebantur. Et hic primus panis cõſtituitur: qui uitã ſubſtinet: qui animam excolit: qui oblationibus inſeruit. Panis deinceps ſequitur. Euchariſtiæ: quẽ nos breuiſſime percurramus. Nã multa dicere ea de re: & infinitum eſt: & proprium opus deſyderat. Ille eſt igitur panis admirabilis ſacramenti: ſub quo paſſioni ſuæ ſalutaris redemptor noſter reliquit memoriam: quem in Euangelio apud Lucam dominus petendum præceptis ſalutaribus monuit. Panem noſtrum quottidianum da nobis hodie. Et apud Mathæum fere ſimiliter/ ideſt eodẽ ſenſu: ſi non iiſdem omnino uerbis. Panem noſtrum ſuper ſubſtantialẽ da nobis hodie. Nam & Græci dicunt/arton epiuſion.i. panẽ ſuperſubſtantialẽ: quem & Paulus Apoſtolus commemorat: cum alias: tum Corinthus ſcribens. Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur: accæpit panem: & gratias agens: fregit: & dixit. Accipite: & manducate: hoc eſt/corpus meum. Et iterum. Probet autẽ ſeipſum homo: & ſic de pane illo edat: & de calice bibat. Hic igitur panis eſuriem tollit imprimis: ac ſacietatẽ explet: de quo Propheta. Poſuit fines tuos pacem: & adipe frumẽti ſatiat te. Et apud Ioannem loquitur Saluator. Nõ Moyſes dedit uobis panem de cœlo/ſed pater meus dat uobis panem de cœlo uerum. Panis enim uerus eſt: qui deſcendit de cœlo: & dat uitam mundo. Illis uero orantibus: domine ſemper da nobis panem hunc: reſpondit: ac ſubiecit. Ego ſum panis uitæ: qui uenit ad me: non eſuriet: & qui credit in me: nõ ſitiet unquam. Suauiſſimus eſt hic panis: & in mirum modum mandentes delectat: ſicut & ſapiens uere inquit. Angelorũ eſca nutriſti populum tuum: & paratum panem de cœlo præſtitiſti illis ſine labore/ omne delectamentũ in ſe habentem: & omnis ſaporis ſuauitatem. Quis explicare poſſit huius panis ſacroſancti uel utilitatem præcipuã/atq; incredibilem/aut admirabilem gloriã? Hic eſt panis de cœlo deſcendens: ut ſiquis ex ipſo manducauerit: non moriatur. Siquis manducauerit ex ipſo: uiuet in æternum. Hic panis eſt: quem pro immenſa largitatis ſuæ bonitate dat nobis dominus: & caro Chriſti eſt pro mũdi uita: quam niſi manducauerimus: nõ habebimus uitam in nobis. Sed de hoc alio tẽpore plura. Myſticus panis & penitẽtiæ additur: cuiuſmodi Propheta nominat. Cinerem tanq̃ panem mãducabã: & poculũ meũ cũ fletu miſcebã. Rurſum idẽ ait. Surgite poſtq̃ ſederitis: qui manducatis panẽ doloris. Panis nanq; doloris/aſperitas penitentiæ eſt: per quam in hac peregrinatione gementes: & in conualle miſeriæ huius ingemeſcẽtes/ ad glorioſam uitã ſurgimus: quã priuſq̃ adipiſci ualeamus: dicat quiuis cũ Propheta penitentia ductus. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Sedet hõ: quũ humi demerſus fragilibus rebus & terreſtribus ludibriis inſeruit: ſurgit: quũ ſublatus humo/ad cœleſtia cõtemplanda/mentem erigit qđ quũ fecerit: quæ ſurſum ſunt: & ſapit: & quærit: & Prophetæ uocem cõcinit. Tranſibo in locũ tabernaculi admirabilis/uſq; ad domum Dei: & gaudẽs/atq; admirans moduletur: & dicat. Quã dilecta tabernacula tua domine uirtutum. Panis inſuper diuinæ cõſolationis adicit᷑: qui animã remittit: & iucunde relaxat: quem Dauid noſter meminit. Mandauit nubibus deſuper: & ianuas cœli aperuit: & pluit illis manna ad mãducandũ: & panem cœli dedit eis: panẽ Angelorum manducauit homo. Hic eſt ille panis: qui nos aduerſis in rebus conſolatur: & afflictos recreat. Hoc refecta eſt Ruth illa Moabitis: quam Booz allocutus ait. Quando hora ueſcendi fuerit: ueni huc: & comede panem: & intinge bucellã tuã in aceto. Ille ꝓfecto bucellam in aceto intingit: & panẽ comeditq; memoria & recordatione dominicæ paſſionis: particeps diuinæ cõſolationis efficit᷑. Hũc cibũ qui ſumpſerit: opus perficiet: & in exequẽdis diuinis mãdatis certe nõ deficiet. Nã & in fortitudine cibi huius ambulauit Helias tũ diebus/tũ ẽt noctibus/uſq; ad montẽ Dei Oreb. Hoc eodẽ cibo mens nr̃a & corroborat᷑ i uitæ ſanctimonia: & in bonis operibus cõfirmat᷑. Teſtis eſt Propheta inquiens. Et panis cor hoĩs cõfirmet. Et inuenire & panẽ doctrinæ & cognitionis: cuius mira ſuauitas/incredibile dictu eſt: quantam percipientibus afferat uoluptatem. Nam ſi habeat aliquid doctrinæ mens/tanq̃ pabulũ/nihil poteſt eſſe (ut ita loquar) hoĩs uita iucundius.

Paruuli

inde(ſicut & uocabulū ipſum perſonat:& Hieronymus teſtis eſt)pacé iprimis ſpectare uideť: qui & interpretať
pacificus:ut in libro Hebraicoꝝ nominū teſtatur Hieronymus.Hinc & Dauid patrem Salomonis Deus locutus
eſt.Non poteris inquit:ædificare domum nomini meo/tanto effuſo ſanguine corá me:filius:qui naſcetur tibi:erit
uir quietiſſimus:faciá.n.eū requieſcere ab oíbus inimicis ſuis p̄ circuitū: & ob hác cám pacificus uocabiť: & pacé
& ociū dabo in Iſrael cūctis diebus eius.Saluator aūt noſter Chriſtus auctor eſt pacis:& amator & princeps pacis
a Prophetis uere multis ſæculis prænominatus eſt.Ná & de eo Eſaias.Paruulus inquit:datus eſt nobis: filius da/
tus eſt nobis:& factus eſt principatus ſup humerū eius:& uocabitur nomé eius admirabilis/cōſiliarius/Deus/for
tis/pater futuri ſæculi:princeps pacis.Multiplicabitur eius imperium:& pacis nō erit finis.Et de eodé inſignis ꝓ/
pheta:Loquitur pacé in plebé ſuá:miſericordia & ueritas obuiauerūt ſibi:Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt.Vere aūt
in diebus eius orta eſt abundátia pacis.Pacé ſecutus:pacé amplexus eſt.Pacé iubebat ſuos imprecari:quácunq; do
mum intrauiſſent:pacé ipſe ſalutás impartiebat:pacé legauit Apoſtolis/ex hoc múdo ad patré uadés: deus ſemp
pacis fuit eius:ꝗ uera pax eſt alioquin non uenit ipſe pacé mittere in terrá:ſed gladiū.Bene itaq; pacificus Salomō
pacifici Saluatoris imaginé aſſerit:q Rex pacificus & a Prophetis: & ab Eccleſia dictus eſt.Poſtremū nemo Salo/
mone habitus ꝑnꝗ eſt ſapientior:de quo ſcriptū eſt.Oés Reges terraꝝ deſiderabát uidere facié Salomonis:ut au/
dirent ſapientiá:quá dederat Deus in corde eius.Quare & Regina Saba intellecto tantæ ſapientiæ eius ſplédore
ab Auſtro/atq; a finibus terræ uenit:ut audiret ſapientiá Salomonis:uenit:& plus inuenit/ꝗ quod rumoribus al
latū erat.Et ecce Chriſtus Dei filius longe plus ꝗ Salomon dr̃:non quidé imerito longe ſapiétiſſimus: & ob eam
cám cōſueuerūt Patri ꝑtaté:Filio ſapiétiá:Spiritui ſcõ uirtuté tribuere/atq; clemétiá:ꝗꝗ Trinitas ipſa/unus Deus
eſt:& eadé tribus æternites:eadé icōmutabilitas:eadé Maieſtas:Eadem poteſtas.Nec dedecet tamé Filiū ipſum
Sapientiam deſignari.Verum ne onus ſubeam grauius/ꝗ quod humeri noſtri ferant/& ne altiore pelago urgen/
tibus fluctibus mergar:ſtatui huic ſermoni finé:præſertim cú ſatis explicatum ſit: quo pacto Salomon & uxores
duxerit:& imaginem geſſerit Saluatoris.Quod aūt addit Iouinianus/de eo ſcriptū eſſe:Deus iudicium tuū Re/
gi da:& iuſtitiam tuam filio Regis.Pſalmū ſumpſit Dauid prophetæ/primuū & ſeptuageſimum:& ex eodem ac
cepit:& dabitur ei de auro Arabiæ: & reliqua: quæ ſubnectit: hactenus de Salomone plura fortaſſe ꝗ opus erat.
Nunc Heliam & Heliſeum breui abſoluamus.Helias Theſbites ꝓpheta magnus/ & qui fido ſemper Helyſeo
comitatus incedebat Galgalis/profectus iam leuandus per turbinem in cœlum/congregatis ex Bethel & Iericho
quinquaginta filiis Prophetaꝝ:ut tranſirent Iordanem:tulit pallium ſuum:atq; inuoluit:& percuſſit aquas: quæ
confeſtim deſectæ:ſunt in utranq; parté:& tranſnatarunt ambo Helias/atq; Helyſeus per ſiccū.Túc aſſatus é co/
mité fidiſſimū Helias dicés.Poſtula qđ uis:ut faciam tibi:ante ꝗ tollar a te.Atq; ſtatim Helyſeus obſecro inqt: ut
fiat ſpiritus tuus duplex in me:id uiſum Heliæ eſt factu ꝑdifficile:attamen ad Helyſeū dixit.Si me uideris quan/
do tollar abs te:erit qđ poſtulaſti:ſin minus:certe nō erit.Cú igiť una inambularent: atq; incedentes confabula/
rentur:ecce currus igneus & equi ignei diuiſerunt utrunq;:& aſcédit Helias per turbinem in cœlum.Quod cer/

nens Helyſeus/clamabat.Pater mi:pater mi:currus Iſrael & auriga eius.Neq; eũ poſt illa uidit amplius.Itaq; apprehẽdens ueſtiméta ſua/ſcidit in duas partes:ac leuauit palliũ Heliæ:qđ ceciderat ei.Reuerſus aũt ſtetit ſup ripá Iordanis:& penula Heliæ pcuſſit aquas:q̃ nõ ſunt diuiſæ.Itaq; dixit . Vbi ẽ Deus Heliæ ẽt nũc? Rurſum pcutiens aquas:diuiſæ ſunt huc atq; illuc:& ptraſit Helyſeus. Quod cernẽtes filii Prophetaꝝ:q e regiõe erát i Ierico: dixerũt.Requieuit ſpiritus Heliæ ſup Helyſeũ:& obuiá pfecti adorauerũt eũ proni in terrá.Et hoc qđ Iouinianus enarrat grãde myſteriũ.Sed ſi ad ré ptineát înumerabilia tũ de Helyſeo/tũ iprimis de Helia dici poſſint.Fuit enim hic Helyas:q aliquãdo puerũ ſuſcitauit:q ad torrẽtẽ Ciſon:poſt glorioſum certamen pſeudo pphetas Baal iuſſit interfici:q mõſtrante Deo/uentura multa prædixit:Imprimis grandẽ & fecũdũ imbrem auguratus eſt/quo tẽpore fame uehemẽtiore Samaria premeret.Fuit & Helias:ad quẽ ſæpe locutus eſt dñs:quo qđ omnino põt eẽ præſtãtius? Fuit Helias ſeruus fidelis dñi:cui aliqñ iter facienti:ab Angelo uas aquæ & ſubcinericius panis miniſtratus eſt:in cuius cibi fortitudine ambulauit quadragita & diebus & noctibus.Alia pterea multa referri queát: Helyſeus iuſſu dñi ppheta ſubſectus:atq; unctus p Helia i eius locũ:ac uicẽ ſubrogatus ẽ:pclara hic quoq; multa geſſit:q nõ ẽ narrãdi locus.Sed ne plura iá dicá de his quas uterq; duxerit uxores: repiat ſcrutator diligẽs Iouinianus/& ſibi habeat hác puinciá.Sæpe.n.(ut cõiecturis pſpici licet)ſacros codices ſomniabat Iouinianus potius q̃ legebat.Ezechiá Regẽ uxorẽ habuiſſe cõfitemur:ex qua & Manaſſen filiũ genuit:q & p eo regnauit in Hieruſalẽ.Nomẽ aũt uxoris Ezechiæ:ex q̃ & Manaſſen filiũ genuit:fuit Aphſiba.Plurimũ aũt laudat Ezechias:cuius nomẽ Græci abſq; aſpirationis nota cõſcribũt.Hic qnq; &.xx.ãnos natus/regnũ îgreſſus ẽ:& octo iac.xx.ãnos regnũ obtinuit in Hieruſalẽ.Iuſte/ac pie ſe geſſit:& Dauid ueſtigia p omnia ſua ſectatus ẽ.Ná & ſigna cõtriuit:& ſuccidit lucos:Serpẽtẽ quoq; æreũ cõfregit:quẽ cõſtituerat Moyſes:cui ad eã uſq; tẽpeſtatẽ filii Iſrael thura adoleuerant.Hic ẽ ẽt ille Ezechias:q cũ ægrotás/diẽ foret obiturus:qđ ſibi & Eſaias pphetes pdixerat:flens tñ/ac lachrymans uehemẽtius:qndecim pterea annoꝝ acceſſionẽ meruit:& lethali morbo liberatus ẽ: atq; cũ iá cõualuiſſet: Canticũ cecinit illud:qđ iá Eccleſia p defunctis decãtat.Ego dixi i dimidio dieꝝ meoꝝ/uadá ad portas inferi . Et alia/ſicut apud Eſaiá pphetá facile ẽ intueri.Hic unus oĩum diligẽtiſſime/magná ſibi & rẽ cõparauit/& gloriá:cuius tpibus multi Prophetaꝝ floruerũt:Eſaias iprimis:Oſee filius Beeri:Micheas Moraſtites:de quo Hieremias: Micheas de Moraſtin fuit ppheta i diebus Ezechiæ Regis Iudæ. Sed qđ de Ezechia plura? Quod uero addit a Hieronymo: Admodo filios faciá:Iouinianus ommiſit.Id.n.fert locutus Ezechias in Cãtico poſt qndecim annoꝝ ætatẽ ptractá:ſed pro eo legũt Hebræi:ſicut ait Hieronymus:& Eſaiæ uerba declarãt.Pater filus notá faciet ueritatẽ ſuá.Nũc Ioſiá aggrediamur:q e o iuſtiſſimus a Iouiniano dr:qđ ambulauerit in lege dñi:& mádata eius cuſtodierit.De quo ẽt ſcriptũ ẽ.Nõ declinauit ad dexterá/neq; ad ſiniſtrá:in catalogo ponit maritorum: & uxorius fuiſſe tradit:atq; ex Amithal filia Hieremiæ de Lobna genuit Ioachaz:cuius regnũ tráſtulit Pharao Nechao/ in Reblata:ne regnaret in Hieruſalẽ:ex Zebida uero filia Phadaiæ de Ruma gẽuit Helyachim:quẽ Pharao Nechao Regẽ cõſtituit in Hieruſalẽ/p Ioſia patre:& nomẽ eius cõuertit Ioachim:Nec mireris hoc loco Pharaonis nomẽ qđ totiẽs i ſcripturis ſanctis repertũ cernimus.Accepimus.n.oẽs/quõdá Aegyptioꝝ Reges/Pharaones cognominatos a Pharaone Rege:& eoſdẽ paſtores nũcupatos pp Ioſeph/& fratres eius: q principio paſtores/deſcẽdiſſe in Aegyptũ cõprobant:ſed & eoſdẽ poſtea Ptolomæos coniicimus appellatos:ceu Romanoꝝ Imparatores Cæſares Auguſtos:uel nris tẽporibus:& quondá Albanoꝝ Siluios.Sed iá his prætermiſſis/dicendũ eſt de Deuteronomii reperto libro/& uxore Sellũ/Olda propheteſſa.Qua tẽpeſtate florerent Sophonias & Hieremias celebres pphetæ:& regnaret in Iudæa Ioſias filius Amon:quẽ prædiximus:Helchias Sacerdos magnus:& Põtifex Iudæoꝝ arcá aperuit:q erat in domo Dñi:inq; ea reperit librũ Deuteronomii:quondá a Moyſe reconditũ:quẽ ſimul atq; inuenit:dedit Saphan Scribæ:atq; ad Regẽ ſtatim deferri iuſſit.Ioſias aũt cũ legẽte Saphan execratiões:& crebras atq; atrociſſimas eiuſce libri cõminationes/in præuaricatores legis intellexiſſet:cõciſſis ueſtibus/angoribus uehemẽtiſſimis preſſus/cœpit rẽ oẽm ſecũ uerſare aĩo diligẽtius.Cũ.n.minitaret Deus ſeruitutẽ & calamitatẽ eiuſmodi:qualẽ Amorrei erãt ppeſſi eiecti ex ſuo ſolo metuebat:ut ſuis quoq; tẽporibus Iudaici Regni captiuitas ĩpẽderet.Itaq; miſſis Helchia: Aicham:Achobor:Saphan:Aſia/qnq; uiris/Oldá uxorẽ Sellũ pphetiſſam/uel Sybillá potius(ita.n.fœminæ/uates appellari ſolẽt)cõſuli iuſſit:cuius domiciliũ erat in Hieruſalẽ:qđ iá euẽturũ pdiceret:q̃ accepto oraculo ominata eſt Iſraelitici populi excidiũ:qđ & legẽ dñi tráſgreſſi eẽnt:& ad ſimulachra gẽtiũ/mẽtẽ atq; aĩum cõuertiſſent:ueꝝ differri cladẽ:quoad Ioſias Rex uiueret:aſſerens dignũ eẽ Ioſiá:q ſeruaret:qđ audierit uerba uoluminis:ac perterritũ eſſet cor eius:& ipſe ſupplex ſermonibus domini/fidẽ adhibuerit. Quod cũ acceptaſſet Ioſias:repente coegit oẽs ſenes Iuda Hieruſalẽ:& magno Sacerdotũ/pphetaꝝ/ ac frequẽtis populi comitatu ſeptus/templũ dñi ingreſſus ẽ: legitq; cunctis inſpectãtibus/uerba quæq; libri fœderis dñi:qui paulo ante in tẽplo repertus erat. Mox & fœdus pcuſſit corá dño ad præcepta eius rite ſeruáda:& ad teſtimonia atq; cerimonias obeundas:q̃ in Deuteronomii libro ſalubriter cõtinerent . Qua tẽpeſtate/& paſcha celebratũ eſt:qle nec Iudicũ/nec Regũ tẽporibus uel uiſum fuerat unq̃ uel auditũ.Lõgior hiſtoria ẽ:ſed q̃ dicta ſunt:ſatis dilucide(ut opinor)Ioſiá Regẽ Deuteronomii librũ manifeſtant:& Oldam uxorẽ Sellũ:q̃ cõſulta Regẽ inſtruxit:maledictiones aũt & uiciſſim benedictiones libro Deuteronomii cõtineri credo oĩbus etiá mediocriter eruditis:& peritis diuinæ legis in promptu eſſe.Execrant.n.Leuitæ excelſa uoce quiſquis ſalutariũ mandatoꝝ præuaricator extiterit.Maledicit qppe imprimis ſiquis ſculptile & cõflatile fecerit:maledicit:q parẽtes ſuos nõ coluerit:maledicit:q pximi ſui/termios tráſtulerit. Qui deprauat iudiciũ:q dẽiq; aliqđ iniuſte/turpiter/obſcœnæ/flagitioſe geſſerit. Qui cõtra uocẽ dñi audierit:& pcepta eius ſtudioſe ſuauerit: cũctis bõis afficit:& bñdictiões meret:q̃tas breuis ſermo explicare nõ poſſit. Quibus oĩbus cõmotus Ioſias ad colendá diuiná legẽ:cupide eſt/ac uehemẽter incenſus. Sed iá abſoluto Ioſia:ad Danihelem unico uerbo expediendũ properemus. Quis eſt.n.adeo demens qs adeo impos animi/ac totius cognitionis expers : qui uel Danihelem/ uel tres pueros/ inter maritos numerare audeat?

Perſpicue Hieronymus inſaniētis Iouiniani manifeſtat errorem:& firmiſſimis ſcripturarū teſtimoniis & Danihe
lem/& tres pueros Eunuchos fuiſſe declarat.Ego dum eius nebulonis ſtultitiam cogito: uereor ne illū nominis
ſimilitudo deceperit.In Danihelis nāq; ſcriptis Baltaſare duo cōmemorant̄.Primus eſt Danihel: q cū tribus pue
ris Anania:Miſaele:& Azaria:qui oēs erant de filiis Iudæ/omni laude ſapientiæ ac diſciplinæ præſtans iuſſu Na/
buchdonoſor Regis litteras & linguā Chaldaicam inſtitutus/in Regia uerſatus eſt. Cuius una cū tribus pueris a
præpoſito Eunuchoꝝ Aſphanat imutatū nomē eſt:& Danihel cognominatus eſt Baltaſar:Ananias Sydrach: Mi
ſael Myſach:Azarias Abdenago.Huius Danihelis mira fuit/atq; incredibilis ſapientia:ſicut & Ezechiel teſtis eſt:
ad quē loquens Dominus/Hæc profat̄.Fili hominis dic Principi Tyri: Hæc dicit dominus Deus: eo quod eleua/
tum eſt cor tuum:& dixiſti/Deus ego ſum:& in cathedra dei ſedi in corde maris:cū ſis homo/& nō deus:& dediſti
cor tuum/quaſi cor dei.Ecce ſapientior es tu Danihele: omne ſecretum non eſt abſconditum abs te: quæ profe/
cto neutiq̄ dixiſſet dominus:niſi eximia ac ſingularis Danihelis ſapientia latius patuiſſet.Alter uero traditur Bal
taſar Nabuchdonoſor Regis filius:cui apperuit Danihel perobſcuri enigmatis ſcrupulū: Mane: Thecel: Phares:
cuiq; & Darius Medus ſucceſſit i regnū homo impius/ac luxu perditus.Hic habuit tum uxores/ tum etiam con
cubinas:quæ pro Regis ipſius iuſſu in ſacri poculis & crateribus combibebant: quos eripuerant ex auguſtiſſimo
delubro Hieruſalem & Babylonia tranſtulerant.Itaq; Iouinianus/utpote qui nec bonus uir erat : neq; eruditus:
cum legiſſet principio Danihelis uoluminis eum Baltaſarem cognominatū:eſſet autem poſtmodū intuitus Bal/
taſarem Regem uxorē habuiſſe:& hūc & illum eundem eſſe credidit:& tāto adductus errore temere atq; incon/
ſulto cœlū & terras miſcuit: noctē ac diē confudit:lucem & tenebras coegit in unum:ſydus cū ſterquilinio:Solē
cum luto iunxit.Quocirca licet mihi cū Apoſtolo dicere:quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate? Aut quæ ſo/
cietas luci ad tenebras? Quæ conuentio Chriſti ad Belial? Aut q̄ pars fideli cū infideli? Quamobrem ſiquis nō
tanq̄ Iouinianus obtuſus/atq; hebes ſcripturas ſanctas accuratius inſpexerit:Danihelem cum tribus pueris a cata
lago maritoꝝ omnino depellet:& Iouiniani ſinet ineptias ualere/& nugas.Iam quæ de noui teſtamēti libris ſum
pta ſunt:paucis percurramus.Ac primum Zacharias & Helıſabeth in medium prodeant. Nam Zacharias uir iu/
ſtus/ac dignitate Sacerdos uxorem accepit Heliſabeth de filiabus Aaron:quod teſtimonium Lucas perhibet Euā
geliſta.Sed erat Heliſabeth ſterilis:& prolem deſperauerat Zacharias : quod uterq; nimium ætate proceſſerant.
Aliquando uero cum Zacharias per uices Sacerdotio fungeretur:& in templo pro more rem diuinam faceret:ap
parens ei Angelus domini:cælitus demiſſus/futuram ſibi ſobolem prædixit:ac filium naſciturum: quem Ioannē
nominauerit: qui inſtar Hieremiæ prophetæ ſanctus futurus eēt ex utero matris ſuæ.Itaq; Helyſabeth mox(ut
ab Angelo fuerat ꝓnunciatū)filium concepit:atq; euaſit ꝑgnans:ad quā uiſendam / ſexto fere menſe intemerata
uirgo uenit/& Regina cœloꝝ.Poſtq̄ uero Ioannes natus eſt: & Zacharias loqui cœpit q mutus diutius perman/
ſiſſet:repletus Spiritu Sancto/Canticum Deo cecinit:Benedictus dominus iſrael:quia uiſitauit & fecit redēptio/
nem plebis ſuæ.Sed notum tibi carmen eſt.At quamuis iuſtiſſimus Zacharias uxorem habuit:longe tamen Ioan/
nem filium uirginem fuiſſe/clariorem nemo prorſum ſana mente eſt:qui ambigere poſſit. De eo nāq; mirabilia/
atq; præclariſſima a probatiſſimis hiſtoriarum auctoribus dici cōſueuerunt: qbus uel uitæ ſanctimonia cæteros
præſtitiſſe/uel admirabilibus Spiritus ſancti muneribus perſpicuum eſt.Fuit enim magnus coram domino: uinū
& ſiceram non bibit: multos ad ueri Dei cognitionem conuertit:plures quoq; a uitæ turpitudine fœditateq; ad
rectam uiuendi uiam reuocauit:perdiu ſolitudinem & deſerta ſectatus eſt: quem prædixit Eſaias. Vox claman/
tis in deſerto:parate uiam domini.Hic Ioānnes ueſtitus pilis Cameli & zona pellicia circa lumbos eius:locuſtis &
melle ſilueſtri ueſcebat̄. Quare nō immerito præcurſor domini parauit uiam eius:ac rectas fecit ſemitas dei noſtri.
Erat quippe Angelus ille quē multo ante Eſaias prædixerat.Quemq; Chriſtus Ieſus nō prophetā ſolū : ſed plus
q̄ prophetam haberi uoluit:& quo nemo prorſus inter natos mulierū maior exiſteret.Vere aūt fuit plus q̄ pro/
pheta Ioannes:quandoquidē illum:quē reliqui prophetæ obſcuris uerborum tegminibus ac figuraꝝ inuolucris
uenturum prænunciarunt:hic homo miſſus a Deo/præſentem digito indicauit dicens. Ecce agnus Dei: Ecce qui
tollit peccata mundi.Merito igitur ſolus meruit Ieſum filium dei unigenitum uerbum carnem factum:uenien/
tē aliquando a Nazareth Galileæ in Iordane fluuio baptizare:q oritur & duobus fontibus defluit Ior:& Dan/ ad
radicem montis Lybani.Sed q̄ ad hanc ſniam pertinent:tam copioſe diſſerit Hieronymus:ut nulla prorſus acceſ/
ſione opus ſit.Proinde(ut ſermonis cōſtituatur)Petrum principem Apoſtolorum/uxorem habuiſſe comprobe/
mus:cuius Iouinianus ſocrum meminit.Ad aliquid ſunt.n.ſocrus & gener:quod ſi ſocrū Petrus habuit : & ipſum
neceſſe eſt fuiſſe generū.Generum enim uocāt:qui cuiuſpiam uiri: filiam uxorem duxerit. Habuit igitur uxorē
Petrus:qui primitus Symon Bariona diceretur.Nam ut Petrus uocaretur:poſtq̄ duodecim diſcipulos congregaſ/
ſet:Chriſtus effecit.Socrum aūt hāc Simonis petri Euāgeliſtæ cōmemorant.Marcus imprimis:q initio euangelici
libri/teſtatur aliquādo egredietē Chriſtū de ſynagoga:cū Iacobo & Ioanne in domū ueniſſe Symonis & Andreæ:
& ſocrum Symonis correptam febribus:cum eam Chriſtus manu apprehendiſſet:continuo conualuiſſe:& ita cō
firmatam:ut etiam illis accumbentibus miniſtraret.Cæteros uero Apoſtolos uxores habuiſſe credere facile eſt:
confirmare difficile.Siquidem nuſq̄ apud eos:q aliqd dignū memoria prodiderūt ſcriptam cuiuſq̄ Apoſtoli uxo/
rem:& cōmemoratam deprehendimus.Ioannem aūt Apoſtolum uirginem ad extremum uſq; ſpiritum perman
ſiſſe/dubitare dementis eſt:quem de nuptiis uolentem nubere(niſi Hieronymus fallitur)uocauit Deus.Non di
cam igitur de his plura:Satis enim ſcriptum arbitror:quapropter ſermo hic omnis fuerat inſtitutus:ſuntq; perſpi
cue eorum declarata connubia:qui & optimi homines/& uiri clariſſimi tum ex uetere teſtamento tum etiam ex
noua lege/atq; euangelicis monumentis a Iouiniano numerātur. Hæc autem haud magno nobis labore collecta
ſunt:qui diuinis litteris iampridem conſueuimus/familiariſſimi me utiq; alius forſitan uel ſcribere neſciat:uel re
perire nō poſſit.Quod ſi quis etiam labor ſuſcipiendus erat:certe grauatus non eſſem:cum id tibi arbitrarer iu/

cundiſſimum fore. Quæ uero ex epiſtolis Pauli Apoſtoli Iouinianus annectit:ea tibi puto eſſe manifeſta:q eius tam diuini hominis:præſtãtiſſimiq; Doctoris ſcripta nõ minus legis:q̄ probas. Nec ignoras (ut arbitror) multa de coniugiis ſcribi ab Apoſtolo:& ſignificari p litteras Romanis primũ:deinde Corinthiis:Epheſiis quoq; multa/& Coloſenſibus:prȩterea Timotheo cõpluria:q̄ ſibi potiſſimũ Iouinianus aſſumit. Sed & nõnulla Tito Demũ nõ latet ſcientiã tuam (ut opinor) & paucula ſcribi de cõnubio in calce epiſtolæ ad Hebræos:unde & Iouinianus de nuptiis ſnſam promit. Quid igitur miſc plura: Nã & tuo uoto (niſi fallor) & meo cõſilio factũ eſt ſatis. Vale Antoni chariſſime lõge mihi futurę charior:ſi (ut cœpiſti) poſthac quoq; ardẽtius ſacras & diuinas litteras fueris cõſectatus. Eorum nanq; (ut probe noſti) & uera eſt/& perpetua amicitia:quos eadem bonarum rerum ſtudia exercitationeſq; delectant.

FINIS.

Amœniſſimi ingenii/& exquiſitiſſimæ doctrinæ/uiri Auguſtini Dathi Senenſis Floſculorum Liber fœliciter incipit. Ad Minoem Triciscium iuuenem celeberrimum:ac conciuem chariſſimum.

HOMINIS. Amicitia in earum reꝝ numero colloquaꝛ: quæ tum honeſtatem dignitatemq;/tum utilitatem quoq; & fructum continet. Eam Cicero in Rhethoricorum libro ſecundo his uerbis finit/amicitia eſt uoluntas erga aliquem rerum bonarum illius cauſa:quẽ diligit:cum eius pari uoluntate. Cicero in primo de Finibus bonoꝝ & maloꝝ. Epicurus quidem ita dicit: Omnium reꝝ:quas ad beate uiuendum ſapiẽtia cõparauerit:nihil eſt maius amicitia:nihil uberius:nihil iucũdius. Ac paulo poſt. Quod q̄ magnũ ſit:fictæ ueteꝝ ſabulæ declarant: in quibus tam multis/tamq; uariis ab ultima antiquitate repetitis:tria uix amicoꝝ paria reperiuntur: ut ad Horeſtem peruenias profectus a Theſeo. Amicitiam aũt in Dialogo Ciceronis ita diffinit. C. Lælius. Nihil eſt amicitia:niſi omnium diuinarum/humanarũq; reꝝ cũ beniuolentia & charitate ſumma conſenſio. Secundus uero Philoſophus amicitiã animorum æqualitatem eſſe dixit.

Amplitudo quemadmodum & amicitia his in rebus ponitur:quæ & honeſtæ ſimul ſunt:& utiles. Eſt autem amplitudo:ut a Cicerone libro ſecundo Rhetoricoꝝ terminatur:potentiæ/aut Maieſtatis/aut aliquarum copiarum magna abundantia.

Alæ & pennæ cum ſolũ auium eſſe credantur/& uolucrum: ad res quoq; alias transferuntur. Plato in phædro. Natura alaꝝ eſt graue in ſublime attollere:qua Deoꝝ ĩhabitat genus. Oium uero:quæ ſunt circa corpus/maxime particeps diuini eſt animus. Diuinũ aũt pulchrũ/ſapiens/bonũ:& quicqd tale dici põt. His uero alit maxime:augeturq; alatio ipſa animi. Turpi aũt & malo & huiuſmodi interit:& ſatiſcit. Magnus igiꝛ Rex ĩ cœlo Iuppiter citans alatum currũ primus incedit:exornans cuncta/atq; diſponẽs. Hunc ſequiꝛ exercitus Deorũq; & Dæmonũ p undecim partes ornatus. Sed & Boetius in quarto de Philoſophiæ cõſolatione ait. Sunt.n. pennæ uolucres mihi:quæ celſa conſcendant poli:quas ſibi cum uelox mens induit:terras peroſa deſpicit.

Animus & aĩa differũt. Eſt.n. aĩus diuinior. Sed eã utriuſq; differẽtiã aperit Macrobius:cũ ſup ſomnio Scipionis hæc dicit. Animus ꝓprie mens eſt:quã diuinioreẽ aĩa nemo dubitauit. Quũ ergo dicit. Hiſq; aĩus datus eſt ex illis ſempiternis ignibus:mentẽ præſtat intelligi:quæ nobis ꝓprie cũ cœlo/ſyderibuſq; cõis eſt. Quũ uero ait: retinẽdus aĩus ĩ cuſtodia corporis:ipſam tũc aĩam nominat:q̄ uinciꝛ cuſtodia corporali:cui mens diuĩa nõ ſubdiꝛ.

Animus quo maxime a corpore differat:oſtendit ſecundum Epicuri ſententiam. M. Tullius in primo de Finibus bonorum & malorum. Nam corpore:inquit:nihil niſi præſens:& quod adeſt: ſentire poſſimus: animo autem & præterita/& futura.

Amamus magis ꝓprie hoĩes. Adamamus cætera ꝑter hoĩem. Terẽtius. Amant ĩter ſe. Cicero ĩ.i. de Finibus bonoꝝ & maloꝝ. Et.n. ſi loca:ſi fana:ſi urbes:ſi Gymnaſia:ſi cãpũ:ſi canes:ſi equos:ſi ludicra:exercẽdi: aut uenandi conſuetudines adamare ſolemus:quanto:id hominum conſuetudine facilius fieri potuerit:& iuſtius?

Angeli ἄγγελοι Græce uocantur. Hebraice Moloth: Latine uero interpretanꝛ Nuncii:ab eo quod domini uoluntatem populis nuncient. Eſt autem Angelorum nomen officii potius q̄ naturæ. Semper.n. ſpiritus ſunt: cũ uero mittuntur:tum Angeli uocantur. Atq; ita ſentit Iſidorus Ethimologiarum libro nono.

Aequi & iniqui loci natura & inſtituto cernunꝛ ſecundum Ciceronis partitionem in Topicorum libris.

Aequitas uero ut in eodem libro teſtatur:tripartita dicitur eſſe. Vna ad ſuperos Deos:altera ad Manes: tertia ad homines pertinere. Prima Pietas. Secũda Sanctitas. Tertia Iuſtitia/aut æquitas nominatur.

Aequitas Iuſtitia. M. Tullius in libro Topicorum:cum pietatem & ſanctitatem præmiſiſſet:tertia:inquit Iuſtitia/aut æquitas nominatur.

Aequitas moderatio/ſiue patientia:unde & æquo animo ferre:eſt modeſte ferre. Cicero in Catone maiore. Noui enim moderationem animi tui/& æquitatem.

Aequitas humanitas.

Aequitas æqualitas. Cicero in primo de officiis. Optandum ut hi qui præſunt reipub. legum ſimiles ſint:quæ ad puniendum non iracundia:ſed æquitate ducuntur.

Aequitas bonitas. Ariſtoteles quinto Ethicoꝝ. Bonus & æquus uir:qui nõ exacte ius amplectaꝛ: in priorẽ partẽ: ſed de ſuis cõmodis detrahi patiaꝛ:& ſi lege ſe tueri poſſit. Ex quo dicitur ex æquo & bono.

Animaduerſio:conſideratio:inſpectio. Cicero in primo de finibus bonoꝝ & maloꝝ. Intereſſe.n. inter argumẽtũ/concluſionemq; rationis:& inter mediocrem animaduerſionem/atq; ammonitionem.

Animaduerſio punitio. Cicero item Torquatoeut dolore ſuo ſanciret militaris Imperii diſciplinam: exercitumq; in grauiſſimo bello animaduerſionis metu contineret. Idem in primo de Officiis. Omnis autem animaduerſio & caſtigatio contumelia uacare debet.

Animaduerſio atq; ammonitio ab arguméto & cóclusióne lóge differút: uti putabat Epicurus Cicerone teſte/ in primo de Finibus bonoꝝ & maloꝝ libro: intereſt inter argumétū cóclusionéq; rónis: & iter mediocré animaduerſioné/atq; ammonitioné: altera occulta quædá/ & qſi inuoluta aperiri: altera própta & aperta iudicari. Itaq; exiſtimauit Epicurus & uoluptaté expetéda: & fugiendū doloré: ita ſentiri: ut calere ignem: niuem eſſe albam dulce mel: quorum nihil oportet exquiſitis rationibus confirmari: tantum ſatis eſſe ammonere.

Animaduertimus potius a nobis: ammonemur ab aliis.

Appetédaꝝ reꝝ ptes ſūt honeſtas & utilitas. Vitádaꝝ reꝝ/turpitudo & iutilitas Cicerōe teſte li.ii. Rhetoricoꝝ.

Appetere & aſpernari contraria eſſe uidenť/ teſtimonio atq; auctoritate Ciceronis in primo de Finibus bonoꝝ & maloꝝ: cum dicit ex Epicuri ſnia. Aiunt hanc quaſi naturalé atq; inſitá in animis noſtris ineſſe notionem: ut alterum eé appetendum. i. uoluptaté: alterū aſpernádū: ſcilicet doloré ſentiamus. Et rurſum in tertio. Ante q̄ uoluptas/aut dolor attigerit: ſalutaria appetant pueri: aſpernenturq; contraria.

Bona quædam pro Epicuri ſententia/ præterita ſunt: quædá futura. Hinc Cicero in primo libro de Finibus bonorum & maloꝝ. Vt his bonis fruimur: quæ expectamus: ſic lætamur iis: quæ recordamur.

Continentia ſecundum ſententiam. M. Ciceronis libro ſecundo Rhetoricorum: Temperantiæ pars eſt: atq; ita diffinitur. Continentia eſt: per quam cupiditas conſilii gubernatione regitur.

Clemétia & ipſa quoq; pars Téperátiæ é: p quá ai temere i odiū alicuius inuectione concitati comitate retinenť.

Circumſpectio quid nam ſit: oſtendit Bernardus in libro ſuper quid eſt tibi. m. q. f. d.

Quid eſt aliud circumſpectio: niſi circumſtantium maloꝝ ſolicita ſagaxq; perſcrutatio? Ad hanc pertinet præteritorum malorum retractatio: præſentium cóſideratio: futurorum præmeditatio: ut ſecundum nomen ſuum ueraciter ſit circumſpectio. Huius aſſiduitas hoiem cautum efficit: & quantum poſſibile tutum reddit.

Chaos uti diffinit Lactantius primo iſtitutionū diuinaꝝ: eſt rudis/inordinatæq; materiæ confuſa congeries.

Curia locus eſt habendi Senatus: ac pro Senatu interdū poni ab eruditis ueteribus conſueuit. Cicero libro primo de Oratore. Age uero ne ſemper forum/ſubſellia/roſtra/curiamq; meditere. Et in Catone Maiore. Non curia uires meas deſiderat: non roſtra: non amici.

Cupiditates etiá ſecúdū Epicurū inſatiabiles ſunt Cicerone teſtáte i primo de Finibus bonoꝝ & maloꝝ. Quæ nō mō ſingulos hoies: ſed uniuerſas familias euertūt: totá etiá labefactát ſæpe Remp. Ex cupiditatibus odia/ diſſidia/diſcordiæ/ſeditiones/bella naſcunť. Harū tria pro Epicuri ſnia genera ponunť. Vnū eaꝝ q̄ ſint & naturales/& neceſſariæ cupiditates: alteꝝ eaꝝ quæ quidé naturales ſunt: nec tñ neceſſariæ: tertiū eaꝝ/ quæ nec naturales ſunt: nec neceſſariæ. Neceſſariæ nec opera multa: nec impenſa explentur. Naturales nec multa deſiderant: inanium uero cupiditatum nec modus ullus: nec finis inueniri poteſt.

Copia & inopia res dicunt contrarias. Cicero in Catone Maiore. Nec in ſumma inopia non leuis eſſe ſenectus poteſt ſapienti: nec inſipienti etiam in ſumma copia non grauis.

Dicere de arte: eſt artis præcepta tradere.

Dicere aūt ex arte: é ornate & artificioſe hoc é/ſcdm artis pcepta loq. Cicero i. i. Rhetoricoꝝ de Hermagora. Oratori minimū é loqui de arte: qđ hic fecit multo maximū ex arte dicere: qđ eū minimū potuiſſe oés uidemus.

Expetendaꝝ reꝝ tria ſunt genera: par numerus uitandaꝝ: inqt. M. Tullius libro. ii. Rhetoricoꝝ. Nam é quiddá/ qđ ſua ui nos alliciat ad ſeſe: nō emoluméto captans aliquo: ſed trahens ſua dignitate. Quod genus uirtus/ſciétia/ueritas eſt. Aliud nō pp uim ſuá & naturá: ſed pp fructū/atq; utilitaté petédū: qđ pecunia é. Et porro quiddá ex hoꝝ partibus iunctu: qđ & ſua ui: & dignitate nos inductos ducit: & præ ſe quandá gerit utilitatem: quo magis expetať: ut amicitia: bona exiſtimatio: q in primo genere ſunt: appellanť honeſta. Quæ in ſecundo/utilia. Tertia & ipſa quoq; in meliorem partem uocabuli conferuntur: & nominantur honeſta.

Expetere & fugere contraria ſunt. Cicero in primo de Finibus bonorum & malorum. Temperantia eſt. n. quæ in rebus aut expetendis/aut fugiendis/ut rationem ſequamur: monet.

Fortitudo una ex quattuor uirtutum numero: quemadmodū oſtendit Cicero libro ſecūdo Rhetoricoꝝ: quo libro: & ita diffinit. Fortitudo eſt cóſiderata periculoꝝ ſuſceptio: & laboꝝ perpeſſio: cuius partes ſunt: Magnificentia: Fidentia: Patientia: Perſeuerantia/ At libro. iii. Rhetoricoꝝ ad Herennium diffinit his uerbis Fortitudo eſt reꝝ magnaꝝ appetitio: & rerum humilium contemptio: & laboris cum utilitatis ratione perpeſſio.

Fidentia uero: quæ pars fortitudinis eſt: ut oſtendit Ci. libro. ii. Rhetoricoꝝ: hiſce diffinitur uerbis.

Fidentia eſt: per quam magnis & honeſtis in rebus multum ipſe animus in ſe fiduciæ certa cum ſpe collocauit.

Fortis dicitur: ut Ariſtoteles quarto Ethicorum oſtendit: medius quidam inter audacem & timidum.

Fortis item omni uirtute præditus. Lactátius libro primo Diuinarum inſtitutionum. Ille ſolus uir fortis debeat iudicari: qui temperans & moderatus eſt/& iuſtus.

Forum: uel uti commune genus ad tria cauſarum genera: ſubſellia: roſtra: curia: tanquam ſpecies uidentur ſignificare tria cauſarum genera: in quibus Oratoria dictio uerſari ſolet. Cicero primo de Oratore. Age uero: ne ſemper forum: ſubſellia: roſtra: curiamq; meditere.

Fortuna conſilio & ſapientiæ aduerſari recte dicť. Cicero in primo de finibus bonorum & malorum: Ex Epicuri ſententia. Optime uero Epicurus inquit: quod exiguam dicit fortunam interuenire ſapienti: maximaſq; ab eo & grauiſſimas res conſilio ipſius & ratione aminiſtrari.

Fore ſemper futuri temporis ſignificationem habet. Cicero in tertio de oratore. Quem quidé ego confido oibus

iſtis laudibus:

iſtis laudibus:quas in oratione cõplexus es:excellentẽ fore.Et Craſſus fore dicis:inquit.Ego uero eſſe iam iudico/De Hortenſio nanq; Catulus fuerat prælocutus.

Gratia a natura iure eſt:uti q; oſtendit.M.Tullius libro ſecundo Rhetoricorum:atq; ita finitur. Gratia eſt in qua amicitiarum & officiorum alterius memoria/& alterius remunerandi uoluntas continetur.

Gloria in earum rerum numero collocatur:ut ait Cicero libro ſecundo Rhetoricorum: quæ nos & dignitate & fructu ſuo ducunt:atq; gloria eſt frequens de aliquo fama cum laude.

Greges nõ mõ pecudũ dñr:ſed & nõnunq̃ ad hoies trãſferunt̃. Cicero in.i.de Finibus bonoꝝ & maloꝝ.Epicurus una in domo:& ea quidẽ anguſta:q̃ magnos quãtaq; amoris cõſpiratione cõſentientes tenuit amicoꝝ greges.

Graue & leue cõtraria ſũt.Itaq;.cũ.M.T.prio Tuſculanaꝝ q̃õnũ cũ naturã q̃ttuor oia gignẽtiũ corpoꝝ:q̃ pleriq; Phi elemẽta uocãt:cõmemorauiſſet:pt̃ ignẽa & aialẽ.i.aereã curſum ait rectis lineis i cœleſtẽ locũ ſubuolare:ſiue ipa natura ſupiora appetẽte:ſiue q̃d a grauioribus leuiora natura repellat̃.Sed & illd̃ quoq; aiaduertẽdũ ẽ:plerũq; graue cũ ad pſonã referẽ:Laudari:q̃d ſi ad res alias referat̃:nõ ita/Leue cõtra i pſona uituperari:i cæteris rebus multo ſecus.Hic.M.T.i Catõe maiore.Nec i ſũma iopia iqt:nõ leuis eẽ ſenectus pt̃ ſapiẽti:nec iſipiẽti ẽt i ſũma copia nõ grauis.Grauitas i hoie laudat̃:q̃obrẽ Ci.i pfatiõe primi Tuſcul.diſputationũ. Quæ tãta grauitas:q̃ tãta cõſtãtia/ai magnitudo/pbitas/fides:q̃ tã excellẽs i oi gñe uirtus?Cõtra uero leuitas maxie redarguit̃.Idẽ in prio Tuſculanaꝝ q̃õnũ:Cõtẽnamus igit̃ oẽs ieptias.Quod.n.leuius huic leuitati nomẽ iponã?

Hieracitæ:quoꝝ auctor Hierarca nuncupatur: heretici ut oſtendit Auguſt.qui carnis reſurrectionem negabant.

Inuentio una eſt earum partium:quas habere Oratorẽ oportet.Eſt autem inuentio excogitatio rerum uerarum/aut uerſimilium:q̃ cauſam probabilem reddant:primo Rhetoricoꝝ:tum inuentione:tum ad Herennium.

Intelligẽtia Prudẽtiæ ps ẽ:ut ait.Ci.li.ii.Rhetoricoꝝ:quo i loco ĩtelligẽtiã ita diffinit.Intelligẽtia ẽ:p q̃ aĩus reperit ea:quæ ſunt.¶ Iuſtitia eſt habitus animi cõi utilitate cõſeruata:ſuã cuicũq; tribuẽs dignitatẽ. Eius initiũ ẽ a natura pfectũ.Deinde quædã in cõſuetudinẽ ex utilitatis rõne uenerunt:poſtea res & ab natura profectas:& ab cõſuetudine pbatas legũ metus & religio ſanxit.Hæc Ci.tradit lib.ii.Rhetoricoꝝ.Libro aũt tertio Rhetoricorum ad Herennium.Iuſtitia inquit:eſt equitas/ius unicuiq; retribuens pro dignitate cuiuſq;.

Ius triplex a.M.Cicerone cõmemorat̃ libro.ii.Rhetoricorum.Ius naturæ.Ius cõſuetudinis.Ius legis.

Ius naturæ eſt:ut libro.ii.Rhetoricoꝝ Cicero oſtendit:q̃d nõ opinio genuit:ſed quædã innata uis inſeruit:Vt religionẽ/pietatẽ/gratiã/uindicationẽ/obſeruantiã/ueritatẽ.Cõſuetudine ius eſt: q̃d aut leniter a natura tractũ aluit:& maius fecit uſus:ut religionẽ:aut ſiq̃d eoꝝ:quæ ante dicta ſunt:a natura pfectũ/ maius factũ pp cõſuetudinẽ. Videmus aut in morẽ uetuſtas uulgi approbatione perduxit.Quod genus pactũ eſt: par iudicatũ.

Iudicatum eſt:ut eodem ipſo in loco Cicero ait:de quo alicuius/aut aliquoꝝ iam ſententiis conſtitutum eſt.

Lege ius ẽ: q̃d in eo ſcripto:q̃d populo expoſitũ ẽ:ut obſeruet:cõtinet̃.Cicero eodẽ ipſo libro oſtendit: ac loco.

Incolumitas una cum potentia:ut Cicero oſtendit libro ſecundo Rhetoricorum pars utilitatis altera eſt. Eſt autem incolumitas ſalutis tuta:atq; integra conſeruatio.

Impator definit̃:cõſtituiturq; a.M.Antonio apud.M.Ciceronem.lib.i.de Oratore:ãminiſtrator q̃dã belli gerẽdi cuius ars eſt de exercitu:de caſtris:de agminibus: de ſignoꝝ collocationibus de oppidorum oppugnationibus:de cõmeatu:de inſidiis faciendis/atq; uitandis:de reliquis rebus quæ ſint propriæ belli amminiſtrandi: quarũ qui ſunt animo & ſcientia compotes:ii eſſe imperatores dicuntur.

Iuriſconſultus autem:ut idem ait:is uere nominatur:qui legũ & conſuetudinis eius:qua priuati in ciuitate utuntur:& ad reſpondendum:& ad agendum:& ad cauendum peritus eſt.

Iudicare eſt ſtatuere/ac firmiter decernere.Ci.in.i.de Finibus bonoꝝ & maloꝝ.Nec.n.ſatis eſt iudicare q̃d faciendũ:nõ faciendũ ſit:ſed ſtare etiã oportet in eo:q̃d ſit iudicatũ.Pleriq; aũt q̃d tenere atq; ſeruare id quod ſtatuerunt:non poſſunt uicti & debilitati obiecta ſpecie uoluptatis:tradunt ſe libidinibus conſtringendos.

Licere & expedire:oſtendit differre Auguſtinus in libro de Adulterinis cõiugiis/dicens.Poteſt aliq̃d licere: & nõ expedire.Expedire aũt q̃d nõ licet: nõ põt.Ac p hoc nõ oia:quæ licita ſunt:expediũt:oia uero illicita nõ expediũt.Idẽ paulo poſt.Ea mihi uident̃ licere:& nõ expedire:quæ per iuſtitiã q̃dẽ quæ corã Deo eſt: permittunt̃:ſed pp offenſionẽ hoĩum:ne ob hoc impediant̃ a ſalute uitãda ſunt:ea uero nõ licere:& ideo nõ expedire: quæ ſic ipſa Iuſtitia uetantur:ut facienda non ſint:etiam ſi ab eis:quibus in notitiã fuerint perlata laudentur.

Labor duplex a Cicerone ſignificat̃:alter libero dignus uiro:alter illiberalis.Et primus ille uocat̃ induſtria:qualis eorum eſt:qui in ſcribẽdo uerſant̃:atq; elaborant: alter a politiore abhorret elegantia:ut hi faciunt:qui arant:aut fodiunt.Ci.in primo de Finibus libro.Vt Terẽtianus Chremes nõ inhumanus: qui nouũ uicinũ non uult fodere: aut arare:aut aliquid ferre:deniq; nõ illum ab induſtria:ſed ab illiberali labore deterret.

Memoriam theſaurum reꝝ oium Cicero appellat primo de Oratore:eamq; primo Rhetoricoꝝ libro ita diffinit. Memoria ẽ firma ai reꝝ ac uerboꝝ ad inuentionẽ pceptio:primo de inuentione. At in primo ad Herennium eſt inquit:memoria firma animi reꝝ & uerborum & diſpoſitionis perceptio: eamq; libro tertio theſaurum inuentorum:atq; omnium partium Rhetoricæ cuſtodem appellat.

Memoria ſicut intelligentia/ac puidẽtia pars Prudentiæ eſt:atq; ea pro Ciceronis ſententia libro ſecundo Rhetoricorum ſic diffinitur.Memoria eſt:per quam animus repetit illa:quæ fuerunt.

Modeſtia a.M.Tullio libro.ii.Rhetoricorum pars ponitur Temperantiæ:& his finitur uerbis. Modeſtia eſt: per quam pudor honeſtus caram & ſtabilem comparat auctoritatem.

Meditationis eſt:perſcrutari occulta.Contẽplationis eſt:ammirari perſpicua. Bernardus ſup.l.Quid ẽ tibi mare q̃d fugiſti.Et ſubdit.Siq̃dẽ meditatio eſt:occultæ ueritatis ſtudioſa inueſtigatio:Contẽplatio eſt pſpicuæ ueritatis iucunda ammiratio.Quæ aũt occulta ſunt:ſolẽt ad manifeſtationẽ pdire:modo ex propria meditatiõe:

modo ex diuina reuelatione. Vbi ergo reuelationis gratiã præſentẽ habemus:meditationis officio nõ egemus.

Mathematicæ diſciplinæ quattuor partes innuere uidetur in primo de Finibus bonorum & maloꝝ.M.Tullius. Aut ſe inquit:ut Plato in Muſicis:Geometria/numeris/aſtris contereret:/ per quæ Muſica:Geometria:Arithmetrica:Aſtrologia ſignificari uidentur.

Mortis tria ſunt genera:inquit:Ambroſius in libro de bono mortis. Vna mors peccati eſt: de qua ſcriptũ eſt. Anima quæ peccauerit:ipſa morietur. Alia mors myſtica:quãdo quis peccato moritur : & Deo uiuit: de qua idem Apoſtolus. Conſepulti enim ſumus cũ illo p baptiſmũ in morte. Tertia mors:qua curſum huius uitæ/ & munus explemus:ideſt:animæ corporiſq; ſeceſſio. Ac ſtatim addit. Aduertimus igitur q̃ una mors ſit mala: ppter peccata moriamur:alia mors bona ſit:qa is:qui mortuus ſuerit:iuſtificatus eſt a peccato:tertia mors media ſit. Nam & bona iuſtis uidet :& pleriſq; metuenda:quæ cum abſoluat omnes:paucos delectat.

Oculi non modo qui ad uidẽdũ animãtibus dati ſunt:ſed & pro cõſpectu a ueteribus nonnunq̃ poni conſueuerunt. Cicero in Catone maiore de.F.Maximo. Nec uero in luce modo/atq; oculis ciuium magnus. Idẽ in primo de Finibus bonoꝝ & maloꝝ de Torquato. At magnũ periculũ adiit:& in oculis quidem exercitus. Obſeruantia eſt:ut oſtendit Cicero libro.ii.Rhetoricoꝝ a natura/iure:ac diffinitur his uerbis:Obſeruantia eſt:p quã homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam & honore dignantur.

Orator pro.M.Antonii diffinitione apud Ciceronẽ libro.i.de Oratore di:q & uerbis ad audiẽdũ iucũdis/& ſententiis ad pbandũ accõmodatis uti poſſit in cauſis forẽſibus/atq; cõmunibus:& qui pterea iſtructus uoce ſit/ & actione/& lepore quodã. Eſt aũt Oratoris officiũ:ut libro.i.Rhetoricoꝝ ad Herẽniũ oſtẽdit Ci.de iis rebus poſſe dicere:q̃ res ad ciuilẽ uſum moribus & legibus cõſtitutæ ſũt cũ aſſenſiõe auditoꝝ : quoad eius fieri põt.

Orator:quæ ſecundum.M.Antonium habere debeat:declarat:atq; exponit Cicero libro.i.de Oratore dicens. In Oratore acumen Dialecticoꝝ:ſententia Philoſophoꝝ:uerba prope Poetarum:memoria iuriſconſultoꝝ : uox Tragedorum:geſtus pene ſummorum actorum eſt requirendus.

Oratorem quinq; conuenit res habere Ciceronis teſtimonio primo Rhetoricorum : tum de inuentione : tum ad C.Herennium libro. Inuentionẽ:diſpoſitionem:elocutionem:memoriam:pronunciationem.

Orationẽ duplicẽ eẽ oſtẽdit.M.Tullius lib.i.de Finibus bonoꝝ:& maloꝝ:alterã ppetuã: alterã ĩterrogatione: ac reſpõſione cõſtantẽ. Eius hæc uerba ſunt. Vti orõne ppetua malo:q̃ interrogare:aut interrogari. Et in Tuſculanis q̃õnibus Atticus dicit. Sed nihil te interpellabo:cõtinentẽ orõnẽ audire malo. Tũ.M.inquit. Quid ſi te rogauero aliqd:nõ ne rñdebis. Rurſum quoq; in.ii.lib.de Finibus bonoꝝ:& maloꝝ. Ego ãt:inqt:arbitror: q̃q̃ ad modũ delectatus ſum eius oratione perpetua:tñ cõmodius/cũ in rebus ſingulis ĩſiſtas : & intelligas qd quiſq; concedat:quid abnuat ex rebus conceſſis concludi quod uelis:& ad exitum perueniri.

Ortẽſius magnus fuit orator:atq; ut.A.Gelius ait li.primo de noctibus acticis:oĩbus fere oratoribus ætatis ſuæ/ niſi.M.Tullio clarior. Quanq̃ ob nitidiorẽ munditiã maledictis:& probroſis cõpellationibus iactatus eſt.

Ortenſius dicitur:& Ciceronis liber:in quo Philoſophiæ laudes cõplexus eſt. Hinc dicit̃ i libro primo de Finibus bonoꝝ & maloꝝ. Philophiæ qdem uituperatoribus ſatis reſponſum eſt eo libro:quo a nobis philoſophia defenſa:& collaudata eſt:cũ eſſet accuſata:& uituperata ab Ortenſio. Et in ſecundo Tuſculanaꝝ diſputationũ. Nos autẽ uniuerſæ philoſophiæ uituperatoribus reſpõdimus in ortẽſio. Sed & Aurelius Auguſtinus in tertio Cõfeſſionũ libro:Liber ille:inqt:ipſius Ciceronis exhortationẽ cõtinet ad philoſophiã:& uocatur ortenſius.

Pronũciatio:quã hr̃e oratorẽ oportet:ẽ:ut Ci.finit ex reꝝ:ac uerboꝝ dignitate/uocis:ac corpis moderatio. Libro primo Rhetoricorum de inuentione. In primo uero ad Herennium ita ait. Pronunciatio eſt uocis : uultus geſtus moderatio cum uenuſtate.

Prudentia ut oſtẽdit.M.Tullius libro ſecundo Rhetoricoꝝ:eſt reꝝ bonaꝝ:& malaꝝ utrarũq; ſciẽtia. Partes eius ſunt memoria:intelligẽtia:puidẽtia. In Rhetoricis uero ad Herenniũ libro.iii.his uerbis finit. Prudẽtia eſt calliditas:quæ ratione quadã põt delectũ habere maloꝝ & bonoꝝ. Dicit̃ itẽ prudẽtia ſciẽtia cuiuſdã artificii. Appellatur item prudentia reꝝ multaꝝ memoria:& uſus complurium negocioꝝ. Hæc ad Herennium.

Prouidentia eſt:ut ait Cice.libro.ii.Rhetoricorum:per quam futurum aliquid uideatur:ante q̃ factum eſt.

Pietas uti diffinit Ci.li.ii.Rhetoricoꝝ:ẽ p quã ſanguiẽ cõiũctis/patriæq; beniuolis/offm̃ & diligẽs tribuit̃ cultus.

Pactum a iure conſuetudinis eſt:ut oſtendit Cicero libro.ii.Rhetoricoꝝ. Eſt autem pactum : quod inter aliquos conuenit. Sicut par diffinitur ab eodem his uerbis. Par quod in omnes æquabile eſt.

Patientia fortitudinis pars eſt:ut oſtendit Cicero libro ſecundo Rhetoricorum. Eſt autem patientia honeſtatis/ aut utilitatis cauſa rerum arduarum & difficilium uoluntaria/ac diuturna perpeſſio.

Perſeuerãtia quoq; pars eſt fortitudinis:& ut idem ait:eſt in rõne bene cõſiderata ſtabilis & perpetua permãſio.

Potentia ut eodem loco declarat̃:una cum incolumitate:altera utilitatis pars eſt:atq; ita diffinitur:ut ibidẽ Cicero ait. Potentia eſt ad ſua conſeruanda:& alterius obtinenda idonearum rerum facultas.

Philoſophi:qui ut ait.M.Antonius apud Ciceronem libro primo de Oratore:de ſua ui ac ſapiẽtia unus oĩa profitetur:hæc tamen deſcriptio eſt:ut is qui ſtudeat omnium reꝝ diuinarum/atq; humanarum uim: naturam:cauſaſq; noſſe:& omnem beneuiuendi rationem tenere & proſequi hoc nomine appelletur.

Philoſophi docẽt bene uiuere:& artem uiuẽdi pfitent̃. Oratores autẽ potius bene dicunt. Lactatius libro primo diuinarũ inſtitutionũ. Idcirco apud Græcos maiore in gloria phi q̃ Oratores fuerũt. Illi.n.recte uiuẽdi Doctores ſunt exiſtimati:qd' eſt lõge præſtabilius:qm̃ bene dicere ad paucos pertinet:bene aũt uiuere ad omnes.

Philoſophi Cicerone teſtante in primo Rhetoricorum libro:propriũ eſt quæſtionẽ tractare : eam uidelicet quæ controuerſiam habet ſine perſonarum certarum intermiſſione:ut quæ ſit forma mundi : quæ Solis magnitudo:quam partem ipſam in dicendo poſitam inſcite Hermagoras etiam Oratori tribueret.

Oratoris

Oratoris eſt aūt cauſam agere:qđ eſt rem:quæ in ſe habeat cōtrouerſiam in dicēdo poſitā cū certarū perſonarum interpoſitione:quæ tripartita eſt/& demonſtratiua:deliberatiua:iudicialis:primū ab Ariſtotele appellata.

Philoſophi & poetæ quo differant:patefecit Lactantius Firmianus:quum hæc dicit:libro diuinarum inſtitutionū primo. Hactenus de poetis:ad philoſophos ueniamus quorum grauior eſt auctoritas:certiuſq; iudicium: quia non rebus cōmenticiis:ſed inueſtigandæ ueritati ſtuduiſſe creduntur.

Parcæ Fata appellantur. Virgi. in primo Aeneidos. Sic uoluere parcas. Lactantius libro primo diuinarum inſtitutionum: Illud quale eſt:eſſe fata: quibus Dii omnes/ & ipſe iuppiter pareat. Si parcarum tanta uis eſt: ut plus poſſint q̄ cœleſtes uniuerſi.

Pecuniam exponit eleganter Aurelius Auguſtinus in libro de diſciplina chriſtiana inquiens. Totum quicquid homines poſſident in terra:omnia:quoꝝ domini ſunt:pecūia uocatur. Seruus ſit: uas:ager:arbor: pecus: quicquid horum eſt:pecunia dicitur. Et ideo pecunia quia antiqui totum:quod habebant:in pecoribus ponebant. A pecore pecunia uocatur. Legimus antiquos patres dites fuiſſe paſtores.

Peccare quo pacto intelligi oporteat:declarat Auguſtinus libro de adulterinis coniugiis. Intelligendum eſt ex cōſuetudine ſermonis abſurdum quæ ita late patet:ut etiam iumenta quáuis ſint rationis expertia: tamen plerunq; dicamus debere uapulare quum peccant. Peccare autem proprie non eſt niſi eius:qui utitur rationali uoluntatis arbitrio:quod in oibus mortalibus animantibus non niſi homini eſt diuinitus attributū. Sed aliud eſt: cum proprie loquimur:aliud/cum uerba ex aliis rebus tranſferendo/uel abutendo uocamus.

Proſperū/atq; aſperū uident̄ cōtraria auctoritate Cicerōis in prīo de Finibus bonoꝝ & maloꝝ. Si īfantes/pueri/mutæ ēt beſtiæ pene loquunt̄ magiſtra ac duce natura:nihil eē ꝓſperū:niſi uoluptatē:nihil aſpeꝝ/niſi dolorē.

Religio Dei cultura. Nonius Marcellus. Diuinarum rerum ſcientia a philoſophis & maioribus appellata. Plutarchus in Pauli Aemilii uita. Cicero ſecundum. A. Gel. in oratiōe de Accuſatore cōſtituendo: Religioſa delubra Maieſtatis:uenerationiſq; plena.

Religioſum:qđ ꝑ ſanctitatē aliquā remotū ac ſepoſitū eſt a nobis Maſſurius Sabinus a relinquēdo dictū. Seruius Sulpitius ꝑ ſanctitatē aliq̄ a religādo. Religioſi qui faciēda & uitāda diſcernūt. Feſtus pompeius.

Religio a naturæ iure eſt Ciceronis auctoritate libro. ii. Rhetoricoꝝ: ubi & eam ſic diffinit. Religio eſt:quæ ſuperioris cuiuſdam naturæ:quam diuinam uocant:curam/cerimoniamq; affert.

Repræhendere ac maledicere:quo differant: Ciceronis uerbis declaratur in primo de Finibus bonoꝝ & maloꝝ libro. Differentium inter ſe reprehenſiones nō ſunt uituperandæ:maledicta uero cōtumeliæ/tum iracundiæ/concertationeſq; in diſputando pertinaces indignæ philoſophia mihi uideri ſolent. Ac paulo poſt. Neq; diſputari ſine reprehenſione:nec cū iracundia/ac pertinacia recte diſputari poteſt.

Subſellia pro iudiciis/tanq̄ locus pro exercitatione eius:quod in loco fieri ſolet. Cicero primo de Oratore. Age uero ne ſemper forum ſubſellia/roſtra: curiamq; meditere. Et iterum. Qualis eſſe poſſet is:qui habitat ī ſubſelliis:neq; quicquam amplius afferret:q̄ quod cauſarum neceſſitas poſtularet.

Sapientia ſecundum Epicurum Cicerone teſte in primo de Finibus bonorum & malorum libro:ars uiuendi putanda eſt. Eſt enim una:quæ mœſtitiam pellat ex animis:quæ nos exhorreſcere metu non ſinat: q̄ præceptrice in tranquillitate uiui poteſt:omnium cupiditatum ardore reſtincto.

Senſus iuxta Epicuri ſententiam:ut eſt apud Ciceronem intelligere in primo de Finibus bonorum & malorum: incorrupti ſunt:atq; integri teſtes.

Sybillæ decem fuere teſtante Lactantio libro primo diuinarum inſtitutionum. Prima Perſis. Secunda Lybia. Tertia Cymæa. Quarta Delphica. Quinta Erithrea. Sexta Samia. Septima Cumana/Nomine Amalthea. Octaua Helleſpontica. Nona Phrigia. Decima Tyburtina/nomine Albunea.

Sybillæ:ut oſtēdit Lactātius libro diuinaꝝ inſtitutionū primo:oēs fœminæ Vates ſunt a Veteribus nūcupatæ: uel ab unius Delphidis noie:uel a cōſiliis Deorum enunciādis σιουσ enim Deos: nō θεουσ & conſilium:non βουλων ſed βουλην appellabant Eolico genere ſermonis. Itaq; Sybillam dictā eſſe:quaſi θεουβουλην.

Solidum qua ratione & perfectum dicatur: oſtendit Lactantius diuinarum inſtitutionum libro primo. Id ſolidū: inquit:exiſtimandum eſt:cui nihil decedere:id perfectum:cui nihil poſſit accedere.

Sortiri & eligere quomodo diſtent:oſtendit Plinius in præfatione naturalis hiſtoriæ dicens. Plurimū refert ſortiatur aliquis iudicem:an eligat. Multumq; apparatus intereſt apud inuitatū hoſpitē/& oblatum.

Seueritatis ꝓpriū uidetur eſſe:q̄ peccata ſunt uindicare:& charitati quomodo opponatur: aperit Auguſtinus in epiſtola ad uirgines dicens. Sicut apparata ſeueritas peccata:quæ inuenerit:uindicare:ita non uult charitas qđ iudicet:inuenire.

Temperātia:ut etiam Epicuro uidetur:Cicerone teſte in primo libro de Finibus bonorum & malorum: eſt quæ in rebus aut expetendis:aut fugiendis:ut rationem ſequamur:monet.

Temperantia:quemadmodū finit Magnus Orator libro ſecundo Rhetoricorum: eſt rationis in libidinem atq; in alios non rectos impetus animi firma & moderata dominatio:quæ & inter principales uirtutes [illegible] ātutur & partes habet Continentiam:clementiam:modeſtiam. Eandem & libro tertio Rhetoricorum ad Herennū appellatur modeſtia:quæ diffinitur in animo continens moderatio cupiditatum.

Vendicare:liberare. Cicero in libro de Finibus bonorum & malorum. Sapientiam eſſe ſolam:quæ nos a libidinū impetu:& a fortitudinem terrore uindicet.

Voluptas ſecundum Epicurum dicitur id omne:quo gaudemus:ut omne:quo offendimur:dolor. Ac doloris oīs priuatio recte nominata eſt uoluptas:oſtendit Cicero primo de Finibus bonorum & malorum.

Voluptatem duplicem conſtituebat Epicurus Cicerone teſtante in primo de Finibus bonorum & malorum.

Non hanc ſequimur ſolam:quæ ſuauitate aliqua naturam ipſam mouet:& cum iucunditate quadam percipitur ſenſibus:ſed maximam illam uoluptatem habemus:quæ percipitur omni dolore detracto.

Voluptas & dolor opponuntur. Ac Cicerone teſtante in primo de Finibus bonorum & malorum: Non placuit Epicuro medium eſſe quidnam inter dolorem & uoluptatem. Illud enim ipſum quod quibuſdam medium uidetur:cum omni dolore careret:non modo uoluptatem eſſe: uerum etiam ſummam uoluptatem. Plato in Phædone/Voluptas & dolor cum ſimul in homine adeſſe nolint: ſiquis tamen alterum capiat: ſemper ferme ut alterum quoq; accipiat:neceſſe eſt:quaſi ex eodem capite ambo connexa: Atq; arbitror: inquit: ſi hæc cogitaſſet Eſopus fabularum:eum facturum fuiſſe:quod cum Deus illa inter ſe repugnātia reconciliare uellet: neq; id facere poſſet: cōiunxiſſe in unum eorum apices: eaq; de cauſa fieri:ut cuicunq; alterum adſit: eundem poſtea ſequatur & alterum.

Virtus partes hēt quattuor:ut oſtendit Ci. libro .ii. Rhetoricorū: Prudentiā: Iuſtitiā: Fortitudinē: Temperantiam.

Vtilitatis:ut ibidem Cicero ait:duæ partes uidentur eſſe:Incolumitas & Potentia.

Vmbra res inanis. Cicero in primo de Finibus bonorum & malorum: quando Epicuri contra Stoicos refertur ſententia. Illi enim negant bonum quicquam eſſe:niſi neſcio quam illam umbram:quod appellant honeſtum: non tam ſolido/q̄ ſplendido nomine.

¶Nicolaus Dathus:cum in lucem prodire hoc opus ſperet:hos condidit uerſiculos:at importuno correptus fato:ſpe decidit.

Dormierat nunc uſq; Dathus. Reuerentia nati
Protulit in lucem ſcripta diſerta patris.
Hoc decus:hæc Pietas ſuperat benefacta parentum.
Nanq; datur natis a patre uita breuis.
At famæ tibi cauſa fui:uitæq; perennis.
Aeternus per me eſt nunc tibi partus honor.
Chare pater prorſum Naturæ debita ſolui.
Iam tibi ſancte parens debeo iure nihil.
Dicere forte potes:da pignora grata nepotum.
Eſt tibi perpetuus filius iſte liber.

¶Lucæ Pagni clerici Aſcianenſis Epigramma:in quo Clotho in obitu auctoris mortem Alloquitur.

Clo. Dic cur ſæua dathum/perimis Libitina diſertū:
Qui nunc eſt ſæcli gloria magna ſui?
Lib. Ne quū immortalis animas probat eſſe perēnes.
Tunc homines metuant numina noſtra nihil:
Et ne completis ſcriptis ea gloria reſtet
Mortuus ut uiuat:famaq; poſt ſuperet.
Clo. Nil facis/in terris:nam tantum linquere nomen
Auſus:quod uiuis fama perennis erit.
Scriptaq; mox natus multo diſperſa papiro.
Colliget:æternum fama duobus erit.
Lib. Nō erit extinguam natum poſt ſcripta: nec ullo
Tempore/durabit gloria parta diu.
Et licet ingenti fuerint collecta labore:
Hæres hæc Scombris ſcriptaq; dat Fineis.
Clo. Erras:nam ſtudio coniunx adiuta nepotis
Ex uno faciet codice mille libros.

¶Regiſtrum huius Operis.

aa bb a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z & ꝯ ꝶ A B C D.

¶Omnes ſunt quaterni præter aa bb qui ſunt terni.

¶Expliciunt omnia aurea opera clariſſimi Oratoris Auguſtini Dathi Senenſis nouiſſimæ recognite cunctiſq; mendis expurgata: ſummaq; diligentia Venetiis impenſa per Auguſtinum de Zannis de Porteſio: Mandato & impenſis Petri Liechtenſtein Colonienſis germani. Anno ſalutigero. M.D.XVI. Die tertio Ianuarii.

Digitized by Google